~~27-4-22~~

Es de fr. Aguirre Doco le troqué
en Sn Phelipe ese epiceta con la oficina
por los Ocones o Diccionarios franceses q.
me costaron sesenta reales. —
Madrid Año de 57. fr. Aguirre Doco

Nº 1
23-60

27-4-16

28
2781

B. 11394

# IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIVERNENSIS

## Epithetorum opus abſolutiſsimum

IAM DENVO, POST IPSIVS AVTHORIS RECOGNITIONEM,

*Et doctiſſimorum poetarum philoſophorumque emendationes, ab innumeris mendis repurgatum, opera*

Valentini Cherleri Elſterburgenſi.



VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium, & Socium.

M D LXXXIII.

# AVTORVM ET POETARVM, IN HOC OPERE CITATORVM ABBREVIATA NOMINA QVAE.

| | |
|---|---|
| Adr.Card. | Adrianus Cardinalis. |
| Ant.Pal. | Antonius Paltronus. |
| Apul. | Apuleius. |
| Auſ. | Auſonius. |
| Aug. | Augurellus. |
| Arch. | Architrenius. |
| Al.ab Al. | Alexãder ab Alexãdro. |
| Alu.Go. | Aluarus Gomes. |
| Aeſch. | Aeſchilus. |
| Aeg.Maſ. | Aegidius Maſerus. |
| Bapt.Pla. | Baptiſta Plautius. |
| Bapt.P. | Baptiſta Pius. |
| Bapt.Egn. | Baptiſta Egnatius. |
| Boet. | Boetius. |
| Boc. | Bocatius. |
| Barth. | Bartholinus. |
| Barth. Lo. | Bartholomæus Lochiẽſis. |
| Beb. | Bebelius. |
| Bud. | Budæus. |
| Blaſ. | Blaſius Brix. Brixius. |
| F.Bon. | Franciſcus Bonadus. |
| Claud. | Claudius. |
| Catul. | Catullus. |
| Cod.Vrc. | Cod. Vrceus. |
| Calph. | Calphurnius. |
| Cat. | Cato. |
| Col. | Columella. |
| Cleoph. | Cleophilus. |
| Cic. | Cicero. |
| Crin. | Crinitus. |
| Cæſ.Germ. | Cæſar Germanicus. |
| Cant. | Cantalycius. |
| C.Plin. | Caius Plinius. |
| Calent. | Calentius. |
| Cor.Gal. | Cornelius Gallus. |
| L.Cæl. | Ludouicus Cælius. |
| Con.Celt. | Cõradus Celtes Germ. |
| Dom.Cal. | Domitius Calderinus. |
| Dan.Cer. | Daniel Ceretes Brixianus. |
| Fauſt. | Fauſt. Andrelinus. |
| Front. | Frontinus. |
| Fr.Pet. | Franciſcus Petrarcha. |
| Fr.Phil. | Franciſcus Philelphus. |
| Glar. | Glareanus. |
| Germ.Br. | Germanus Brixius. |
| Guil.Caſt. | Guillermus Caſtellus. |
| Hom. | Homerus. |
| Hor. | Horatius. |
| Hier.Ang. | Hieronymus Angerianus. |
| Hen.Bog. | Hẽricus Bogerius Germanus. |
| Hen.Lab. | Henricus Laberius Nũcur. |
| Hier.Balb. | Hieronymus Balbus. |
| Iul.Pol. | Iulius Pollux. |
| Ioan.Muſ. | Ioannes Muſredus Bononienſis. |
| Iuuen. | Iuuenalis. |
| Iuuenc. | Iuuencus. |
| Ioan.Spin. | Ioannes Spinellus. |
| Ion.Nou. | Ion. Nouocomenſis. |
| Lud.Big. | Ludouicus Bigus. |
| Liu. | Liuius. |
| Lact. | Lactantius. |
| Laur.Lip. | Laurentius Lippius. |
| Lucan. | Lucanus. |
| Luc. | Lucretius. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Mart. | Martialis. | Ruff.Feſt. | Ruffus Feſtus. |
| Manil. | Manilius. | Sabin. | Sabinus. |
| Maph. | Maphæus. | Suet. | Suetonius. |
| Muſ. | Muſæus. | Sil. | Sillius. |
| Marul. | Marullus. | Sed. | Sedulius. |
| Mich.Angl. | Michael Anglicus. | Sid. | Sidonius. |
| Mant. | Mantuanus. | Str.pat. | Strozius pater. |
| Mir. | Mirandula. | Str.fil. | Strozius filius. |
| Mart.Cap. | Martianus Capella. | Stat. | Statius. |
| Marcomil. | Marcomillus. | Sen. | Seneca. |
| Men. | Menander. | Sabel. | Sabellicus. |
| Macr. | Macrobius. | Salm. | Salmonius. |
| Ouid. | Ouidius Naſo. | Soph. | Sophocles. |
| P.Mel. | Pomponius Mela. | Strab. | Strabo. |
| Ptol. | Ptolemæus. | Sol. | Solinus. |
| Pacif. | Pacificus. | Qu.Ser. | Quintus Serenus. |
| Petr.Arb. | Petronius Arbiter. | Tibul. | Tibullus. |
| Plaut. | Plautus. | Ter. | Terentius. |
| Pal.Sor. | Palladius Soranus. | Text. | Textor author huius operis. |
| Pal.Rut. | Palladius Rutilius. | | |
| Pam.Sax. | Pamphilus Saxus. | Tho.Rad. | Thomas Radinus. |
| Pont. | Pontanus. | Theo.Cyr. | Theodoritus Cyrenenſis. |
| Polit. | Politianus. | | |
| Prop. | Propertius. | Theod. | Theodoritus. |
| Perſ. | Perſius. | Val.Max. | Valerius Maximus. |
| Pict. | Pictorius. | Val.Flac. | Valerius Flaccus. |
| Prud. | Prudentius. | Verg. | Vergilius. |
| Priſ. | Priſcianus. | M.Var. | Marcus Varro. |
| Quint. | Quintianus poeta. | Val.Var. | Valerandus Varanius. |
| Quintil. | Quintilianus orator. | Verin.Flor. | Verinus Florentinus. |
| Rodol.Agr. | Rodolphus Agricola. | Vitr. | Vitruuius. |
| Remacl. | Remaclus. | Veget. | Vegetius. |
| Reuch. | Reuchlin Pfortzenſis. | H.Vid. | Hieronymus Vidas. |

IOANNES

# IOANNES RAVISIVS TEXTOR AD CANDIDVM LECTOREM.

SATIS conſtat, lector beneuole, multos ea eſſe vel natura vel improbitate potius, vt carpēdi magis quàm proficiendi ſtudio (ſi quid in lucem fœtu recenti prodierit) reuoluant, ſciſcitenturq́; vbinam loci venenátos primùm ſui liuoris dentes collocent & infigant. Quinetiam eo eſſe iudicio, vt ſi quid chalcographorum (quos ferè omnes omnium ignaros artium ipſi non ignorant) inſcitia fuerit aberratum, idipſum authoribus aſcribant operū. Quod genus homines quoniam magnopere mihi formidandos video, placet (vt eorum & eiuſmodi nebulonum verbera declinem) excuſationum mearum clypeis vnumquemque præuenire ne forte apud agreſtes & idiotas, ingenij oſtentationem furtim ſibi demereantur in his carpendis, quæ vel neſciente me facta ſunt, vel alijs (quare fecerim) neſcientibus impreſſa. Neque tamen eò ſum arrogantiæ peruenturus, vt eam ſcriptis meis vel elegantiam vel incaſtigabilem dexteritatem aſcribi velim; quam nulli omnino carpere vel debeant, vel poſſunt, vel audeant. Delirantis eſse animi linguas omnium velle conſtringere, quum idipſum nulli adhuc eruditorum (qui ſuperiore ſeculo floruerunt) hominum ſint conſecuti. Nam & M. Varronem virum Mauri Terentiani iudicio vndecunque doctiſsimum Rhemneus Palemon Grammaticus porcum appellare non veritus eſt. T. Liuius (quem M. Fabius Herodoto comparauit) à Caio principe; vt nimius verborum taxatus eſt. In eodem quoque Aſinius Pollio patauinitatem, vt in Cæſaris commentarijs infidelitatem, verba obſoleta in Salluſtio, in Cicerone eloquentię parente ſtylum nimis exanguem & velut elixum notauit. Horatius Latinus Pindarus Lucilium (quem Hadrianus Imp. Satyrographis omnibus anteposuit) vt lutulentum Fabio reclamante inceſsuit. Neque tamen eſt, qui citra ſcrupulum non fateatur, hos omnes doctos adeò extitiſse, vt nemo tam audax reperiatur, qui eiſdem eloquentiæ principatū deroget. Quare hoc ego mihi nolo concedi, quod ſummatib. illis & latinitatis principibus tametſi meritiſsimis non eſt condonatum. Tantum peto, si meis rationibus, argumentis, & excuſationibus docti fauerint & [illegible]riſerint, Satyris parcant imperiti neque ſuis ſtrigilibus prius [illegible]e perfricent, quam culpæ merito obnoxium eruditorum teſtimon[illegible]o, & oraculis didicerint. Primum omnium, in quo ab eorum ſcut[illegible]is mihi

timen-

timendum video, illud ipſum eſt, quod plerisque in locis authores quoſdam neotericos aduocare non dubitauerim. Monet me, fateor (qui Catonis inſcribitur libellus) malorum verba nihili eſſe facienda, quum recte agas. Monet item Imperatoris illius ſententia, qui dicebat in ciuitate libera liberas eſſe linguas oportere. Ne tamen præter modum & petulantius æquo ſuis cauillationibus indulgeant aut verborum parcos homines, verboſos & ſui ſimiles faciant reſpondebo, quis ad hoc agendum ſtimulus me compulerit. Non ignoro ex verbis Quintiliani, vt nouorum optima ſunt maximè vetere, ita quoque veterum eſſe maxime noua. Scio & maiorem fidem priſcorũ, quàm aliorum vel noſtri vel modici ante temporis hominum teſtimonio adhiberi ſolitam. Quoniam tamen ea nemini ferè non eſt genuina voluptas, vt varietate magis quàm continuo & immutabili rerum omnium vſu oblectetur, non exiſtimaui factu iniucundum, neotericos ſummatibus illis, & πρωτοχρόνοις quandoque immiſcere. Neque ego vel Vergilio, vel Horatio, vel alijs primi vexilli centurionibus iniuriam feciſſe me crediderim: ſi fortunatis eorundem carminibus infelices quandoq; verſiculos admouero. Quin potius inauſpicata aliorum vena maius ſibi præconium, & quandam velut apotheoſin capient, quum philoſophi ſententia, oppoſita iuxta ſepoſita magis eluceſcant. Nunquid ſi Vulcanum cum Mercurio conferas, aut Therſitem cum Achille, his ex illorum deformitate nonnihil accedet pulchritudinis: Ita & neotericorum humilitas, eorum (qui tanta a nobis æſtimantur) ſublimabit authoritatem. Certum eſt in gymnicis priſcorum certaminibus, ludisque pugilicis non omnes robuſtis ſemper viribus extitiſſe, aut feliciter dimicauiſſe. Neque tamen his arena interdictum eſt, qui vel puſillo corpore, vel membris ad luctam parum idoneis cognoſcebantur. Quid: Non ne in theatricis Romanorũ ſpectaculis abiecti, potiora quandoq; ſubſellia, nemine arguente ſibi pręripuerunt? Quare ergo vicio mihi vertetur, ſi poſtremi ſeculi ſcriptores ēt macilentos quandoq; citauero: Non hercle (quemadmodũ ſibi perſuaſerat quidam ardelio) idipſum feci, vt magna paſſim laboris mei & ſtudiorum concitaretur opinio, aut vt nihil non viderer legiſſe. Verùm vt qui adhuc rudi & non ſatis aperto ſunt ingenio pueri eos facilius imitentur, quorum ſtylo propius accedunt. Neq; enim dubium eſt, quin facilius ei promptius multo triuales effingant verſiculos, quam primore ſtatim aſpectu Vergilianã deguſtent maieſtatẽ. Memini puerum me Ciceronis epiſtolas (quas mihi prælegebat magiſter quidam) ita ſpreuiſſe, aut faſtidiſſe, vt potiores illis mihi viderentur epiſtolæ quædam Marij Philelphi. Cur ita? Non ne quia ad has, quàm

illas

illas propius ingenij mei captus accedebat? Ita quoque ſcripturi carmen adoleſcentes (qui nihil adhuc, aut parum in poeticis promouerunt diſciplinis) ſui ferè ſimiles leuius inſequentur & efflagitabunt, quam primates illos, à quorum maieſtate & natura diſtant non minus, quàm ab elephante formica. Quid ergo (roget aliquis) doctos indoctis, & antiquos nouiſſimis permiſces? Vt & his ſatisfaciá, qui parum, & his qui multum iam profecerunt. Sed ſint friuola vel Epitheta vel teſtimonia pleraque. Qui tamen guſtu non caruerint lectores, vehemens à languido, proprium ab improprio, amænum à duriuſculo facilè diſcernent. Ad hæc ſi quis in priſcorum verba adeò iurauerit, vt nihil omninò poſteris velit aſſurgendum, is certè videbitur laboribus fructum inuidere, quibus authoritatem deneget. Et ſi probari nolit, quæ vel nunc fiunt, vel nuper facta ſunt, ignauiam in ſtudijs præferendam vt fateatur, nec eſſe eſt, dicatur melius multo eſſe, vti ſemper inuentis, quàm inueniendis, quod tamen miſerrimi eſſe ingenij fateantur omnes. Quare in hoc ego pœnam, & cachinnos deprecor, vbi culpam non puto. Aut ſi culpa eſt, non tamen ab excuſatione remota. In hoc ſaltem feci, vt arrogantiæ non viderer ſuſpectus, qui nec infimos quidem, aut proletarios ſcriptores inhonoratos reliquerim. Non ſum (vt candorem meum fatear) ex eorum genere, qui gloriam ſuis temporibus vſque adeò inuident, vt nullum ſua ætate doctum fateri velint. Aut ſi quem fateantur, eius tamen ſcriptis nihil fidei putent relinquendum, quaſi verò laudis alienæ fulgor eorundem nomini tenebras induceret. miſeros homines, nunquam ne fratribus inuidere, nunquam doctos aceto perfundere deſiſtemus: Non inficior primos accubitus ſemper antiquitati concedendos. Si tamen noſtris diebus floreant, qui famam apud poſteros nobis mereantur, noſtriq; memoriam perpetuent, & nos vindicent à mortalitate, cur moleſte ferimus? aut quid inuidia crepamus. Dicet aliquis hæc me cominiſci, neque eſſe qui literatis inuideat. An verò ea cominiſcor, quæ omnium oculis quotidie obuerſatur? Nam quantis obiurgantur clamoribus, quod maledicorum flagellis vapulant viri hac ætate doctiſſimi, quod ſuis ſtudijs Remp. iuuerint, & multa prius ignota ex græcarum litterarum theſauris & penetralibus euentilauerint: labori (vt conſtat) non pepercerunt. Omne genus ſcriptore pertinacibus vigilijs excuſſerunt. Surrexerunt tamen neſcio qui pallio tenus ſapientes, qui vtrunq; maledicis, & his quidem qublicis notare ſtigmatibus non veriti ſunt. Væ vobis hypocritæ triſtes & quæſtionarij ſophiſtæ. An quia futiles quoſdam & intricatos (quos ſi ſcirent, pœnitentia ducerentur, & obliuiſci cuperent)

nihili

nihili faciunt ſyllogiſmos, falcem (vt improperatis) in meſſem alienam miſerunt? Satagant ſuæ eloquentiæ, dicitis. Satagunt certè, & barbariem vobis hæreditario iure debitam nolunt extorquere. Neque tamẽ propterea dicendum eſt, hoc in eloquentia vatum conſiſtere, ut eã comitari non poſsit rerum diuinarum cognitio. Qui ſcitis eos aberraſſe, quum ad græcas (vnde ſua detorſerunt) literas ſitis ut aſini ad lyram? Vtinam vtinam veſtrum omnium (quotquot eſtis) optimus dignus eſſet alterutrius duorum veſtigia lambare, non dico eloquentiam imitari. Darius oblato malo punico, tot ſibi Zopyros optaſſe fertur, quot illic eſſent granorum. Fore conſiderem, vt qui bonas artes ita deſpicantur, vel propediem exularent, vel ſaltem ſuæ garrulitati facerent finem. Sed ecce, Qui prædicant non eſſe furandum, furantur. Qui nemini detrahendum aſſerunt primi deſiliunt in conuicia. Et vt ſanctitatis opinionem apud imperium vulgus ſibi comparent, ſe Chriſtianæ religionis vocant milites, quaſi adeſſent, qui eam demolirentur. Verùm verùm reperio quod aliquando mihi dictum memini, nullum eſſe grauius aut magis pertinax odium quam eorum qui ad Crucifixi pedes (vt ita dicam) pernoctare ſe fingunt, hominum, & aures ſanctorũ precibus laſſare ac onerare. Sed iam de hoc ſatis video me locutum. Neque ego huc ſum purgatus, vt cuiquam eſſem iniurius, ſed vt docerem me ab eorum numero remotum, qui ſui ſeculi homines quantumuis doctos & eruditos, non poſſunt improbare. Hæc neotericorum teſtimonia deſpicantibus ſit obieciſſe ſatis. Nunc his reſpondendum, quos præſagio quæſituros, quidnam fuerat opus hac Epithetorum congerie, quum tot iam omnimodæ ſcripta diſciplinæ præ manibus habeantur, vt copia nos inopes & egenos reddiderit. Non hercle hoc feci, vt meæ (quæ nulla eſt) doctrinę periculum quiſquam faceret. Sciebam enim plus multo opprobrij quàm laudis ea ex re mihi futurum. Sed quum apud me cogitarem, eos omnium ſententia, verſus commẽdari, qui dicentibus & appoſitis ornantur Epithetis, neque tamen adhuc reperiri vllum, qui ſuper his ſcriptum quicquam reliquerit, hoc aliquanto factus audacior, vela ventis expoſui: & meam opinionem iudicijs hominum, licèt fortaſsis temerè, commiſsi. Vale.

IOANNIS



# IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIVERNENSIS

## *Epithetorum opus abſolutiſſimum.*

### *ABACVS* el aparador

*ABacus hoc in loco capitur pro menſa, reponendis vaſis, & eſcarijs, & vinarijs idonea. Capitur etiam pro organo arithmetices, & Mathematicorum tabula, in qua lineæ, numeri, & figuræ deducuntur, ut apud Perſium. Hoc in ſenſu aliter vocatur menſa Pythagorea. Capitur etiam pro calculo, ut apud Macrobium, lib. 1. Saturn.*

Vinolentus Apul. lib. 2. Met. Pulpam fruſtratim confectam, abacum paſcuæ vinolentum.

Acernus, ex acere arbore factus. Iouin. Põt. Fictilib. tibi mẽſa, abacusq; niteſcit acernus.

| | |
|---|---|
| Marmoreus | Quintian. Marmoreis cooperta abacis, opibusque referta. |
| Eburnus | Fauſtus; Hic Samios abaco numeros duplicabat eburno. |
| Nitens | Adrian. Card. De menſis abacus nitens acernis. |

### *ABDOMEN.*

*Abdomen dicitur pinguitudo ſpinæ adhærens, in qua renes iacent: neq; terreſtrium tantũ animalium eſt, ſed etiã aquatilium. Nam ex Thynno piſce, abdomina dicuntur thynnia, apud Gel.*

| | |
|---|---|
| Album | Sidonius Apoll. Carnes rubras albis abdominibus extendunt. |
| Vnctum | Pontan. Arbuta queis, miliumque liquens, abdomen & vnctum. |
| Tumidum | Glareanus, Effuge lurcones, tumidoque abdomine ventres. |

### ABEL

| | |
|---|---|
| Sanctus | Mant. Sanctus Abel, quaſi virgultũ, quod uere tepẽti Soluitur in flores. |

### *ABIES.* Vn arbol llamado abeto o abiete

*Abies arbor eſt procera, & rectiſſima, quæ poſita in tranſuerſum ponderi renititur: nec prius rumpitur, aut fatiſcit, quàm abſumatur carie. Pars eius inferior eſt enodis, ſuperior nodoſa & durior. Montes amat. Vtilis eſt multis vitæ operibus, præcipuè nauigijs, & trabibus. Ei vitium eſt reſina, folia habet pectinum modo, quæ non amittit. Terna edit germina. Inter ſquamas corticem ſpargit. Semen reddit poſt occaſum Vergiliarum. Ramos habet in cælum tendentes: non in latera pronos, quorum cacuminibus deciſis emoritur. At ſi infrà ramos præcidatur, quod ſupereſt viuit. Laudatiſsima eſt in Alpibus, Appænino, Vogeſo monte, Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Arcadica facilè putreſcit. Eius vmbra ſatis pernicioſa eſt.*

| | |
|---|---|
| Enodis | Ouid. lib. 10. Enodiſque abies, curuataque glandibus ilex. |
| Audax | Statius, Hinc audax abies, & odora in uulnere pinus. |
| Apta fretis | Claud. Apta fretis abies, bellis accommoda cornus. |
| Redolens | Quint. Lenta ſalix, redolens abies, deſcendit in æquor. |
| Vmbroſa | Idem, Cæditur atque abies pronis vmbroſa lacertis. |
| Criſpa | Ci. l. 3. quæſt. Tul. Toſti alij ſtãt parietes deformati, atq; abiete criſpa. |
| Procera | Mant. Hic procera abies: crebris quam lata ſecuris Ignibus excudit. |
| Crinita | Idem, Pro ripis crinita abies, & acuta cupreſſus. |

### *ABSYNTHIA.*

*Abſynthium herba eſt ſaporis amariſſimi, & floris in rotundum caneſcentis. Genera eius diuerſa ponit Plin. Santonicum à Galliæ ciuitate. Ponticum à Ponto, vbi pecora pingueſcunt illo. Huius medulla dulcis eſt, licet multo ſit amarius Italico. Latinarum ferijs quum quadrigæ certabant in Capitolio, victor abſynthium bibebat. Porrò ſtomachum corroborat; propterea ſapor eius ætate Plinij in uina transferebatur. Varius eſt eiuſdem in medicinis vſus.*

| | |
|---|---|
| Tetra | Lucretius lib. 1. Sed veluti pueris abſynthia tetra medentes, &c. |
| Cana | Ouid. lib. 5. Triſt. Cana prius gelido deſint abſynthia ponto. |

Triſtia  Idem lib.3.de Ponto. Triſtia deformes pariunt abſynthia campi.
Viroſa  Mantu. Et quoniam tecum viroſa abſynthia potant.

*ABSYRTVS.* nombre ppio

*Abſyrtus filius fuit Aetæ Colchorũ Regis, quem Medea eiuſdem ſoror cũ Iaſone diſcedens membratim diſcerpſit, particulis circumquaq; disiectis, ut ſequentem ſe patrem in colligendis filij oſſibus occupatum, remoraretur interim. Vide Ouid. in Ibin, & lib.3. Thiſt. item Senecam.*
Aætius  Val. Flac. lib.7. Argonaut. In ſtatione manent, illinc Aætius heros.

*ABYDOS.* ciudad ... llamada

*Abydos vrbs eſt Aſiæ à mileſiis condita, & Seſto oppidó Europæ oppoſita, interfluente anguſto mari Helleſpontico, quod Leandri iuuenis Abydeni ad Ero Ceſtiam, quam deperibat natantis caſu, & naufragio nobilitatum eſt.*
Oſtrifera  Mant. Vnus & oſtriferam Seſto qui iunxit Abydon.
Læandria  Pacificus, Et flammam Veneris Læandria ſenſit Abydos.
Antiqua  Muſæus, Vndiſonanſq; fretum antiquæ ſcruteris Abydi.

*ABYLA.* cierto monte

*Abyla, & Calpe montes ſunt vtrinq; oppoſiti, quorum Abyla coercet clauſtra Africæ, Calpe Europæ. Propterea columnæ Herculis vocantur. Has enim Hercules ipſe ibidem fixiſſe dicitur, quum boues Geryonis veſtigaret, perinde ac vltima ibidem eſſet orbis meta, neque ulterius quicquam ſupereſſet, quod uel adiri poſſet, aut habitari. Sed poſteritas velut nouum orbem vltra has in Oceano inuenit.*
Herculea  Syll. lib.4. Quod ferit Herculeas extremo ſole columnas.

ABYSSVS. el abismo

Cænoſa  Thom. Radinus, Auxilio redimendi cœnoſam abyſſum intrauit.
Profunda  Mant. Ire ſuper fluctus, & abyſſum intraſſe profundam.
Infima  Idem, Infima qua nigris pallet abyſſus aquis.
Luctifica  Architren. Cocyti ſorbet abyſſum Luctificam.

ACADEMIA. vniversidad

Sancta  Mant. Sanctaq; nobiſcum longos academia ſoles Claudit.
Vmbrifera  Cic. apud Plin. in Nat. hiſt. Academia vmbrifera, viridiq; Lycio.

ACANTHIS.

Picta  Mant. Miratur acanthida pictam Pſittacus exiguo modulamina &c.

*ACANTHVS.* nombre de yerba

*Acanthus herba eſt elato, longoq; folio, crepidines marginum, aſſurgentiumq; puluinorum toros ueſtiens, authore Plin. Duo ſunt eius genera, aculeatũ, & criſpum, quod breuius, alterũ lene. Virgultũ eius flexibile eſt. Vide Verg. lib.4. Georg. Seruius ait arborem eſſe ſpinoſam in Cyrenaica regione, & Aegypto frequentem, quæ ſemper frondet, ut oliua, & Laurus. Quod etiã innuit illud Vergilij, Et baccas ſemper frondentis acanthi. Poetæ fabulantur acanthum fuiſſe liberali forma puerulum, qui in florem ſui nominis Deorum commiſeratione ſit commutatus.*
Mollis  Verg. in Buc. Et molli circum eſt anſas amplexus acantho.
Ridens  Idem ibidem, Mixtaq. ridenti Colocaſia fundit acantho.
Frondens  Idem lib.2. Georg. Balſamaq;, & baccas ſemper frondentis acanthi.
Flexus  Idẽ l.4. Geor. Nec fero comãtẽ Narciſſũ, aut flexi tacuiſſẽ vimẽ acãthi.
Croceus  Idem lib.1. Aeneid. Et circumtextum croceo velamen acantho.
Tortus  Columella, Pallida nonnunquam tortos imitatur acanthos.
Sidonius, à Sidone vrbe Phœniciæ, vbi frequens fuit eius herbæ copia, aut à colore purpuræ Sidoniæ, cuius magna eſt apud authores celebritas. Stat. lib.3. Syl. His tibi Sidonio celſum puluinar acantho Texitur.
Olens  Lactant. de Phœnice, Non caſiæ mitis, nec olentis vimen acanthi.
Viridis  Theocritus, Præterea viridi circum eſt amplexus acantho.
Rutilus  Calph. Quem modo cantantem rutilo ſpargebat acantho.

ACARNAN. el rio

Acarnan mos Atticæ lapidoſus, quandoq; fluuius eſt.

Vagus  Stat. lib.6. Theb. Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.

Corniger



Corniger  Mant. Intumuit ſpumis Alphæus, & amnis Acarnan. Corniger.
Durus  Sen. in Hym. Vos qua tepidis ſubditos auſtris Frigora mollit durus Acarnan.
Aſper  Stat. in Achil. Dat bello pedites Aetolus, & aſper Acarnan.

ACCVSATOR. el acusador

Querulus, Contentioſus. Theod. Cyren. per Zenobium Acciaolum latinitate donatus, Quis itaque ſit adeò contentioſus, adeò querulus accuſator, vt indignationem concipiat ex ijs, quæ tam benè à Platone dicta ſunt.

ACERRA. el incensario

Acerra thuris capſula. Noſtri thuribulum vocant.

Cuſtos thuris Ouid. lib.13. Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram.
Sacrifica  Pont. Sacrifica ex acerra munera hæc.
Aurea  Idem, Supplicium votis venerande, & aurea thuris acerra.
Fumans  Thom. Rad. Et cum Xenodochio fumantem acerram.
Pura  Mic. Ang. Oceanus genitor pura veneraris acerra.

ACESTES. nombre ppio

Aceſtes filius Criniſi fluminis ex Aegiſta muliere Troiana, rex factus Siciliæ.

Dardanius  Verg. lib.5. Aen. Quam quæ Dardanium tellus mihi ſeruat Aceſtem.
Troia generatus. Idem ibidem, Bina boum vobis Troia generatus Aceſtes.
Troianus  Syll. lib.14. Miſcuerunt Phrygiam prolem, Troianos Aceſtes.
Hectoreus  Idem ibidem, Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſtæ.
Siculus, quia rex Siciliæ. Iuu. Sat.7. Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas.

ACETVM. el vinagre

Acre  Col. lib.8. Acris aceti tantum dare, quantum ouis ſuſtinere poſſit.
Piperatũ, pipere conditũ. Idẽ li.13. Deinde exiguũ aceti piperati, & floſculũ mellis.
Frigorificum Gell. lib.17. Acetum autem omnium maximè frigorificum eſt.
Mordax  Perſius Sat.3. Stoicus hic autem mordaci locus aceto.
Rubens  Mart. lib.11. O quàm magnus homo es, qui fæce rubentis aceti.
Niliacum  Idem lib.3. Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti.
Pharium  Cod. Vrc. Hic ſalis, hic Pharij ſeruatur copia aceti.
Turgidum  Quint. Aquis aceto turgido mitis ſimul.
Reſinatũ, reſina conditũ. Pamph. Saxus, Et reſinatũ pro vino ſumis acetũ. Hic lapſus eſt Pãphilus ipſe. Nam primæ duæ ſyllabæ huius dictionis reſinatus corripiũtur, vt apud Iuuẽ. Sat.7. ſcribentẽ, Deſpicias meritò, nã quid reſinata iuuẽtus.

*ACHAIA.* n.e de provincia

*Achaia regio eſt Græciæ, undiq; præterquam à Septentrione mari circumſepta. Caput eius fuit Corinthus. Nomen ſumpſit ab Achæo Xuti filio.*
Danaa prius vocabatur Achaia, à Danao Argiuorum rege.
Aegiolas quoque, ſeù Aegialæa dicta eſt, propter multas vrbes, quas habuit diſpoſitas in littore, quòd Græci Aegialon vocant.

ACHATES. n.e ppio

Fidus  Verg. lib.1. Aen. Corripuit fidus quæ tela gerebat Achates. Idẽ lib.5. Cui fidus Achates It comes, & paribus curis veſtigia figit.

*ACHELOVS.* nombre de rio

*Achelous fluuius oritur à Pindo, Aetoliã Acarnania diuidit, prius vocabatur Thoas. Hoc nomen à veteribus quoque pro quauis aqua vſurpatum eſt, quod hic fluuius omniũ primus poſt diluuiũ terrã eruperit. Vnde Verg. doctiſſimè ait vinum Acheloo Liberum patrẽ miſcuiſſe. De hoc variæ ſunt rationes apud Macrobiũ, quas lib.5. Satur. ex veterũ teſtimonijs aduocat ille. Poetæ fabulantur filium fuiſſe Oceani, & Terræ, gemino cornu inſignitũ certaſſeq; cum Hercule cauſa Deianiræ, & ad extremum excuſſo altero cornu ſuperatum, in fluuij formam tranſijſſe.*
Tumens  Ouid. lib.8. Fecitq; moras Achelous eunti, Imbre tumens.
Calydonius, à Calydone Aetoliæ ciuitate, è qua etiam Ouid. vocat Deianiram Calydonida. Idem lib.8. Nixus cubito Calydonius amnis Idẽ lib.9. Cum ſic Calydonius amnis Cœpit inornatos redimitus arundine crines.
Naupactæus, id eſt, Aetolus. Naupactum enim vrbs eſt Aetoliæ, autore Plin. lib.4.

 Ouid.

Ouid.lib.2.Faſt.Amphiariades Naupactæo Acheloo.

Turbidus Stat.lib.2.Theb.Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Deformis Idem li.7.Acheloon vtroq; Deformẽ cornu,vagus infamabat Acarnã.

Luctator Sidon Luctator fluuius canis triformis.

Vndoſus Idem,Vndoſo reſouens ab hoſte pectus.

Acarnanus Bart.in Auſtriade,Leucaten,Agroſque,& Acarnano Acheloo.Mant. Sicut Acarnano eſt de flumine fama deoque.

Aetolus Propert.lib.2.Nam rurſus licet Aetoli, referas, Acheloi, Fluxerit ut magno fractus amore liquor

## A C H Æ M E N E S. *nombre propio*

Achemenes Rex Perſarum ditiſſimus, à cuius nomine Perſæ dicti ſũt Achæmeneis & Achemenidæ.

Diues Horat. lib.2. Carm. Non tu quæ tenuit diues Achæmenes permutare uelis crine Liciniæ.

## A C H E R O N. *el rio o barquero del infierno*

*Acherontem Poetæ dicunt Cereris eſſe filium, & fluuium inferorum.*

Auarus Verg.lib.2.Geor.Subiecit pedibus ſtrepitumq; Acherontis auari.

Tartareus Idem lib.6.Aen.Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad undas.

Imus Idem lib.11.Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

Aduſtus Luc.lib.3.Præparat innumeras puppes Acherontis aduſti Portitor.

Profundus Lucr.lib.3.Atque animarum etiam quæcũque Acheronte profundo.

Mœſtus Syll.lib.14.Auſus adire diem,mœſtoque Acheronte relicto.

Nefaſtus Stat.li.4.Theb.Tris Hecate,totidẽq; ſatis Acherõte nefaſto Virginib.

Durus Idem lib.2.Syll.Durumque Acheronta uidebas.

Ferox Seneca, Atque hic tumultu rapitur ingenti fero, Et ſaxa fluxu voluit Acheron inuius.

Ater Idem,Qui vultis Acherontis atri.

Languidus Idem,Peruius eſt Acheron iam languidus.

Miſer Stroz.pat.Hac miſero manes ex Acheronte uocat.

Opacus Mant.Quidam etiam pulſi in tenebras Acherontis opaci.

Infernus Idem,Et inferno manes Acheronte ſepulti.

Piceus Calent.Non ego Tiſiphonem,piceumque Acheronta uerebor.

Triſtis Syll.Triſtior his Acheron ſanie,craſſoque ueneno Aeſtuat.

Mortuus Apul.li.6.Metam.Cũ ad mortuũ flumen uenies, cui pfectus Charon.

## A C H I L L E S. *n propio*

Impiger Verg.in Aetna,Hic & Achilles Impiger, & magni uictus iacet,&c.

Imitis Idem lib.1.Aen.Troas,relliquias Danaum,Atque immitis Achilli.

Criſtatus Idem ibidem,Hac Phryges,inſtaret curru criſtatus Achilles.

Sæuus Idem lib.2.Aen.Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.

Lariſſæus Idem ibidem,Quos neque Titides,nec Lariſſæus Achilles.

Pelides Idem lib.5.Pelidæ tunc ego forti Congreſſum Aeneam.

Armipotens Verg.lib.6.Ipſumque Aeacidem,genus armipotentis Achilli.

Aequoreus Lucan.lib.6.Aematis æquorei regnum Pharſallos Achillis.

Filius Thetidis.Hor.lib.1.Car.Quid latet, ut marinæ filium dicunt Thetidis, &c.

Inſolens Idem li.3.Car.Prius inſolentẽ Serua Briſeis niueo colore mouit Achillem.

Clarus Idem ibidem, Abſtulit clarum cita mors Achillem.

Phthius Idem lib.4.Senſit & Troiæ propè victor altæ Phthius Achilles.

Nereius Hor.in Epo.Mouit nepotem Telephus Nereium.

Peruicax Idem,Heu peruicacis ad pedes Achillei.

Impiger,& alia.Idem in Arte,Scriptor honoratũ ſi fortè reponis Achillẽ, Impiger, iracundus,inexorabilis,acer,Iura neget ſibi natã,nihil non arroget armis.

Animoſus Idem li.1.Serm.Hectora Priamidẽ animoſum,atq; inter Achillẽ, &c.

Aemonius Ouid.lib.12.Ab Aemonio,quod ſis iugulatus Achille.

Magnanimus.Idem lib.13.Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli.





Fortis Idem ibidem,Occidit à forti,ſic dij voluiſtis Achille.

Theſſalus Seneca,Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis.

Thetidis proles.Syll.lib.7.Vt Thetidis proles Prygijs Vulcania campis &c.

Aeternus Syll.lib.14.Aeacidæ genus,atq; æternus carmine Achilles.

Superbus Calent.Seruitiumq; tuli miſera cum matre ſuperbi Aeacidæ.

Theſſalicus Seneca,Emicuit ingens vmbra Theſſalici ducis.

Indomitus Idem,Non illum Achilles flexit indomitus minis.

Pugnax Pont.Cantorem veteris belli,ac pugnacis Achilli.

Audax Polit.Occupat hanc audax, digitosq; affringit Achilles.

Violentus Idem,Hectora ſanguineum,violentumq; hauſit Achillem.

Ferox Conrad.Ferox Achilles,& Priami genus.

Sanguinolentus.Mant.Hector,& Alcides,& ſanguinolentus Achilles.

Durus Idem,Scit Paris,Aeneasq; pius,ſcit durus Achilles.

Bellax Idem,Ibit in arma pater bellacis Achilleos inſtar.

Belliger Fauſtus,Talis belligerum ſonipes dicebat Achillem.

Danaus Bartholinus,Mittit & ad Danai templum memorabile Achillis,

Pelleus,à Pellea vrbe Theſſaliæ.Fauſtus,Vt cùm Pelleo fatalia cudit Achilli,&c.

Expers terroris.Catulus,Naſcetur vobis expers terroris Achilles.

Atrox Claud.Manibus Hectoreis atrox ignouit Achilles.

Magnanimus.Stat.in Achil. Magnanimum Aeacidem formidatumq; tonanti, &c.

Indocilis Idem ibidem,Indocilem quæ mens detraxit Achillem.

Fatalis Idem,Illum vnum Teucris,Priamoq; loquuntur fatalem.

Chironis alumnus.Idem,Quò rapis ingentem Chironis alumnum.

Superbus Idem, Tantumq; admota ſuperbo vincitur Aeacidæ.

Virgo Peleia,tunc dicebatur Achilles, cùm transformatus in fœminam,deliteſcebat inter filias Lycomedis.Idem Statius,Peleia virgo quæritur.

## A C H I V I. *los griegos*

Infenſi Teucris.Codrus Vrceus, Armaq; & infenſus Teucris celabat Achiuos.

Pugnaces Hor.li.3.Car.Periura pugnaces Achiuos Hectoreis opibus refringit.

Sæui Stat.lib.1.Syll.Adde quod ille nocens, ſæuosq; amplexus Achiuos.

Mycenæi,à Myceni vrbe totius Græciæ clariſſima.Pamphilus Saxus, Troia Myceneos non formidauit Achiuos.

Vncti Nam Græci claruerunt palæſtra, in qua qui ſe exercebant, vngebãtur oleo & cæromate.Horat.Pſallimus,& luctamur Achiuis doctius vnctis.

## A C I E S M I L I T A R I S. *el exercito*

Aerata,ære & ferro munita.Verg.li.7.Nec qſq̃ æratas acies ex agmine tãto Miſceri putet.

Funeſta Luc.l.3.At ſi funeſtas acies,& dira paratis Prælia diſcordes.

Præliaris Apul.lib.3.Dirigitur præliaris acies.

Martia Syl.lib.8.Lunatis acies imitatur Martia peltis.

Trepida Ouid.lib.3.Eleg.Sed trepidas acies,& fera bella ſequi.

Lunata Frontinus,Hoſtium partes aggreſſus, lunata acie facilè fudit.

Vltrix Claud.Hic vltrix acies ornatu fulgida ferri.

Belligera Stat.lib.12.Corpora,belligeras acies,Martemque ſecundum.

Fulgida Vide in dictione vltrix.

Hoſtilis Pontanus,Hoſtileſque acies,aut haſta,aut enſe laceſſunt.

Armata Codrus,Iuſſus & armatas acies inferre.

Sanguinea Strozius filius,Sanguineæ hinc coeunt acies.

Cruenta Idem,Bella illa aſsiduè tractante,acieſq. cruentas.

Horrida Bap.Egn.Scire cupis,vel cur acies non horrida pilis.

Armiſona Quint.Armiſonaſq. acies,vexilligeraſq. phalanges.

Magnanima Idem,Magnanimas acies,atque arma,virumq. Incipit.

Nitida Mant.Nitidaſq. acies ire ordine longo.

Haſtata Idem, Flammigerabt haſtatæ acies, glomeratur in altum Puluis.
Maniplaris Cantalycius, Atq; maniplaris acies, peditumq; ruentes Centuria.
Trux Architrenius, Reppulimusq. truces acies hucuſque necesq.

ACIES OCVLORVM.

Sanguinea Verg. lib. 4. Aeneid. Sanguineam voluens aciem.
Ardens Idem, lib 12. Ardens oculorum acies.

ACINACIS.

Mœdus Hor. li. 1. Carm. Vino, & lucernis Mœdus acinacis immane quantum.
Perſicus Herodot. Hæc precatus phialam in Helleſpontum abiecit, aureumq; craterem, ac gladium Perſicum, quem acinacem vocant.

ACINVS.

Oblongus Plin. lib. 14. Vnū oblongo acino, altero rotundo nouiſſimas vindemiāt.
Ebrioſus Catullus, Ebrioſa acina ebrioſioris.

ACCIPITER.

Prædo Mart. li. 14. Prædo fuit volucrū famulus, nunc aucupis idē Decipit, &c.
Acer Pont. Quantumq; acer per inane columbā Delapſus cœlo accipiter, &c.
Ferus Strozius pater, Quàm ferus accipiter, captam me teſte peremit.
Hyperboreus, quod ibidem ſit frequens. Strozius filius, Qualis hyperboreus celerē ne nube columbam Accipiter ſuper inſtat agens.

ACIS.

Simethius Ouid. lib. 13. Terga fugæ dederat conuerſa Simethius heros.
Herbifer Idem lib. 4. Faſt. Præterit & ripas herbifer Aci tuas.
Sicanus Calent. Et madidum pueri Polyphemum cæde Sicani.

ACONITVM.

Pallidum Luc. lib. 4. Pallida dicteis Cæſar naſcentia ſaxis, Infundas aconita palā.
Luridum Ouid. lib. 11. Metam. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Dirum Auſon. Aſpergit cautes, & dira aconita creat cos.
Viroſum Mant. Cum viroſa Nero ſpirans aconita dracones.
Stygium Idem, Mors quæ nube latet. Stigium ſpirans aconitum.
Nigrum Barthol. in Auſtriade, Nigra inter ſcopulos gignentes aconita.

ACRON.

Ceninus Propert. lib. 4. Tempore quo portas Ceninum Acronta petentem.
Herculeus Idem Propert. lib. 4. Acron Herculeus Cenine ductor ab arce.

ACRAGAS.

Arduus Verg. lib. 3. Aene. Arduus inde Acragas oſtentat maxima longe, &c.

*ACTAEON.*

*Actæon fuit filius Ariſtei & Autonoes Cadmi filiæ, qui vt fingunt poetæ, cùm inter venādū forte fortuna Dianā in fonte nudā cōſpexiſſet, eiuſdē ira & indignatione cōmutatus eſt in ceruū, & à canib. ſuis dilaniatus Claudianus in Ruffinū. Aut ſubito mutatū Actæona cornu Traderet inſanis Latonia virgo Moloßis. Sillius lib. 12. Fama eſt cùm laceris Actæon flebile mēbris, Supplicium lueret ſpectatæ in fonte Dianæ, Attonitū nouitate mala fugiſſe parētē Per freta Ariſtei.*

Nepos Cadmi Ouid. lib. 3. Ecce nepos Cadmi dilata per te laborum.
Celer Seneca, Qua peragrati celer per ſaxa montis iacuit Actæon, &c.
Cadmæus Strozius pater, An quia Cadamæum iuuenem lacerauerat olim.
Autonoeius, Autonoes filius. Ouid. lib. 3. Metam. Additus, & pauor eſt fugit Autonoeius heros. Ponitur quandoq; pro apro. Maut. It leius Actęon ſumans, & cornua tollens Altius in menſas.

ACTOR.

Theatricus à theatro. Budæus, Docere iſtos potuerunt actores theatrici.
Scæuicus eadem ratione dici poteſt, quàmuis deſit mihi teſtimonium.

ACVMEN.

Argutum Horat. in Arte. Iudicis argutum qua non formidet acumen.

Acinacis gladius quo Perſæ & Medi vtuntur.

Acinus ſeu acinū, granū inter minutiores arborū fructᵘ naſcēs.

Accipiter auis prędatoria, ab accipiēdis auibus dicta, velociſſima volatu.

Acis fluuius Aetnę mōtis, & Fauni filius.

Aconitū herba ſpuma cerebri perfuſa virᵘ cōtrahit efficaciſſimū, vnde pro venenu capitur quo vis lethali.

Acrō dux Ceninenſium a Romulo bello victus & obtruncatus. ortus ab Hercule, & bellicoſus, vt Hercules.

Acragas, aliter agrigenium Siciliç ciuitas.





Penetrabile Mart. Capella, Haſta etiam vibrans penetrabile monſtrat acumen.
Solers Pont. Ingenium & ſolers mentis promittit acumen agis.
Sagax Strozius filius, Sagaxque Quodlibet explicite mentis acumen agis.

ACVS.

Nilotis Lucan. Quod nilotis acus compreſſum pectine ſerum ſoluit.
Crinalis acus, vt Crinale aurum, & crinales vittę dicuntur, quibus fœminæ vtuntur ad crines vinciendos. Apul. lib. 8. Acu crinali capite deprompta.
Ahena Ouid. lib. 2. Faſt. Quodque pice aſtrinxit, quod acu traiecit ahena.
Tenuis Idem in Epiſt. Et miſerum tenues in iecur vrget acus.
Semiramia, id eſt, Babylonia. Mar. libr. 8. Non ego prætulerim Babylonica picta. Idem Mart. 14. Hæc tibi Memphitis tellus dat munera, victa eſt Pectine Niliaco iam Babylonis acus.
Idalia Claud. Illi multiplices crinis variatur in orbes. Idalia diuiſus acu.
Mordax Bap. Plautus, Inuidia mordaci pectora figis acu.
Mœonia, id eſt, Lydia. Nam Lydi lanificio, & telarum vſu maximè claruerūt. Hinc orta fabula de Arachne eiuſdem loci puella, quæ cum Pallade certaſſe dicitur. Seneca, Nec Mœonia diſtinguit acu.
Sollicita Polit. Aut quæ ſic Babylonos texta potentis Sollicita pinguntur acu.
Artifex Pallad. Soranus, Artifici veſtes candida pingit acu.
Sidonis, à præſtantia purpuræ Sidoniæ, qua fiebant veſtes.
Aſſyria, propter delicatiſſimas & tenuiſſimas Aſſyriorum telas, quas Bōbyces vermiculi, inſtar aranearum ibidem conficiunt. Claud. de Phœnice, Auro frenat equum, perfuſa murice veſte Aſſyria ſignatur acu.

Nilotis, id eſt Aegyptia, vel ob pręcipuā Aegyptij lini bonitatem, vel q Aegyptij multis licijs, quę polymita dicūtur, texere docuerint, teſte Lucan. li. 10 Vt mos eſt Pharijs miſcēdi licia telis. Nā Babylonij primi omniū picturæ diuerſos colores intexerūt, Idalium Venereū dicitur.

ADAM.

Sons Strozius filius, Vt mala deleres crimina ſontis Adæ.
Antiquus Idem, Quæ luet antiqui crimina prima patris.
Protoplaſtus Quint. Qui protoplaſtus generis humani fuit Adamus.
Primæuus Fauſt. primæuum qui fingis Adam, coſtaque virili.
Lutæus, factus de luto & limo terræ. Barth. Lochienſis, Euolue annales, luteus tibi primus, & vnus Author cunctorum comperiretur Adam.

*ADAMAS.*

*Adamas lapis eſt indomitæ duriciei, adeò vt nec ferro, neque malleis, aut incudibus cædat, at potius percuſſus vulnus inferat, quàm accipiat. Coniectus in ignem quo incaleſcit. nam eius quoque natura vitrix eſt ignium. Vnde & nomen indomita vis, Græcæ interpretatione accepit. Rumpitur nihilominus hircino ſanguine, ſed non aliter quàm recenti & calido. Sculptores eo nullam non duriciem excauant. Diſſidet cum Magnete in tantum, vt iuxta poſitus ferrum non patiatur abſtrahi. Venena quoq; facit irrita, & lymphationes abigit, metusq; expellit à mente. Varia ſunt eius genera, quæ ponuntur à Plinio. De adamante Lippus Collenſis. Non adamas flammis, nec dura incude domatur Laurenti, hircino ſanguine conteritur.*

Durus Lucan. lib. 6. Aſperat & durum vinclis adamanta.
Perennis Ouid. lib. 15. Inuenies illic inciſa adamante perenni Fata tui generis.
Inuictus Idem lib. 4. de Ponto, Eſſe vel inuicto clauſa adamante putem.
Solidus Stat. lib. 3. Theb. Solidoq. datos adamante lacertos.
Manſurus Claud. Manſuroque adamante ligat.
Inſecabilis Sidon. Apoll. Aut adamantibus perſeueras rigidior inſecabilibus.
Aeternus Polit. Nec te de æterno inciſas adamante reuelli.
Perpetuus Marull. Perpetuo adamante ligas fugientia ſecla.
Nitidus Stroz. pat. Fulgiat vt nitido preſſa adamante coma.
Indomitus Strozius filius, Fert durum ſilicem, indomitumque adamanta rigenti Pecto re.
Ferreus Pamph. Ferreus eſt adamas, vulnificusque chalybs.
Rigidus Balbus, Denique te rigido dicam ex adamante creatum.

Adamaſtor Gigas immani ſtatura.

ADAMASTOR.

Sæuus Claud. in Gigantomachia, Sæuusq. Adamaſtor.

ADDVA.

Adduafluuius eſt ex Alpib⁹ in Padum ef fluens.

Celer Claudia. in ſextũ cõſul. Honorij, Celer Addua noſtro Sulcatus ſocero.

Cærulus, à ſubuiridi colore, quem fluuij præ ſe ferunt. Idem Claud. ibidem, Colla leuant pulcher Ticinus, atque Addua viſu Cerulus. Sidon. Vlnoſum, Lambrum, cerulum Adduam, velocem Atheſim.

*ADMETVS.*

*Admetus fuit rex Pheræorum populorum Theſſaliæ, cuius armenta pauiſſe fertur Apollo, cum propter Cyclopes interfectos Olympo depulſus, humana ſpecie exularet apud mortales. Cùm autem apud Admetum ipſum per quàm humaniter eſſet habitus, ad referendum patrono beneficium, impetrauit à Parcis, vt cùm in illarum fuſis Admeti fatalis dies volueretur, hac lege mortem effugeret, ſi quis reperiretur, qui illius vice mortem vellet oppetere. Cùm itaque dies mortis adeſſet, neque quiſquam inueniretur mortis uicarius, recuſantibus conditionem amicis omnibus, vna Alceſtis uxor capitis ſui diſpendio vitam mariti redemit volens. Cuius beneficij memor Admetus, perpetuas defunctæ nænias inſtituit.*

Phereciades, id eſt, Theſſalicus, à Phera ciuitate. Theſſ. à quo Pheræi incolæ.

Phereciades Ouid. lib. 3. de Arte, Fata Phereciadæ coniunx Pagaſæa redemit.

Theſſalus Stat. lib. 6. Theb. Necnon & Theſſalus heros Spe propiore calet.

Theſſalicus Stat. lib. 3. Syl. Ergo Theſſalico coniunx penſare mariti Funus.

Phereus Seneca in Medea, Coniugis fatum redimens Pheræi.

ADOLESCENTIA.

Feruida Seneca, Regenda magis eſt feruida adoleſcentia.

Leuis Thom. Rad. Leui adoleſcentia ſplendicabat.

Negligens Liuius, Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamq.

Intemperans Cic. de Senectute, Libidinoſa enim & intemperans adoleſcentia &c.

*ADONIS.*

*Adonis filius fuit Cynaræ Cypriorum regis & Myrrhæ a Venere ob elegantem formam ſummè adamatus, quem in Idalio nemore venantem, primo ætatis flore aper occidiſſe fertur. Mortuum verò amaſium multis defleuit lachrymis, quibus cùm nihil proficeret, ad doloris lenimen, pueri cruorem commutauit in florem.*

Ploratus Veneri. Ouid. lib. 1. de Arte, Nec prætereat Veneri ploratus Adonis.

Aptus ſyluis, nam oblectabatur venandi ſtudio. Idem Ouid. ibidem, Cura deæ ſyluis aptus adonis erat.

Formoſus Verg. in Buc. Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Cynareius Auſon. Verùm Aut Perſephone Cynareius ibis Adonis.

Pictus Idem, Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis.

Pulcher Nemeſian. Pan doctus, Fauni vatis, & pulcher Adonis.

Tener Pont. Cùm tenerum exanimata fouens lachrymaris Adonim.

Dulcis Idem, Huc, ò Adoniades, huc ades, ò mihi dulcis Adoni.

Mollis Idem, Molle latus retegis mollis Adoni tuum.

Miſerandus Cod. Vrceus, Hos tuos ſignat miſerande Adoni.

Cithereius, ab epitheto Veneris, à qua adamatus eſt. Stroz. pater, Detinet has quondam Cithereius, ignis Adonis.

Purpureus Aurelius, Augurell. Sed nec purpurei vulnus Adonidis.

Niueus Propert. lib. 2. Teſtis, qui niueum quondam percuſsit Adonim.

*ADRASTVS.*

*Adraſtus rex Argiuorum, Thalaonis & Eurynomes fuit filius, qui pro genero ſuo Polynice (nam Argiam filiam ſuam eidem copulauerat) contractis ex omni Græcia viribus & copijs, expeditionem ſumpſit in Eteoclem regem Thebanorum, quod is iuxta patris Oedipi teſtamentum, regni adminiſtrationem Polynici fratri alternatim nollet concedere. Hic Adraſtus templum Nemeſi primus conſecrauit, quæ propterea Adraſtea vocata eſt.*

Thalaonides, Thalaonis filius. Stat. lib. 5. Theb. Dux Thalaonides antiqua, &c.

Inachius,



Inachius, ab Inacho Argiuorum rege. Idem Stat. lib. 2. Theb. At Inachio tenuis ſub pectore regi Tracta quies.

Thebanus Idem ibidem, Tu potius Thebane quæri.

Perſeius, oriundus à Perſeio Iouis ex Danae filio, & Argiuorum rege. Idem Stat. lib. 3. Theb. Perſeius heros. Cùm primum arcana ſenior ſeſe extulit aula.

Longæuus Idem lib. 4. Theb. Proxima longæuo profert Dircæus Adraſto.

Potens Idem lib. 12. Ductorem belli, generumq. potentis Adraſti.

ADRIA.

Adria in maſculino genere pro ſinu Adriatico, & ipſo mari frequentiſsime accipi ſolet.

Raucus Hor. lib. 2. Carm. Fractisq. rauci fluctibus Adriæ.

Inquietus Idem lib. 3. Dux inquieti turbidus Adriæ.

Iracundus Idem ibidem, Et improbo iracundior Adria.

Præceps Stat. lib. 3. Syl. Quos tibi currenti præceps gerit Adria mores.

Ventoſus Seneca, Ventoſi tumor Adriæ.

Longus Marul. Quaſcunque longus ſubluit Adria.

Tumidus Ioan. Franc. Mirand. Hic fines Italos ing[illegible]driæq. tumentes.

Minax Catull. Et hoc negat minacis Adriatici neg[illegible]ttus.

Vagus Lucan. lib. 5. Sonat Ionio vagus Adria ponto.

Magnus Mant. Tumet Adria magnus, & omnes Tyrrheni.

ADVLATIO.

Indecora Suet. in Auguſ. Statim manu vultuq. indecoras adulationes repreſsi.

Mellea Auſon. Acceſsit tibi ob artem poeticam mella adulatio.

Blanda Capella, Et blanda anguium adulatione diligit.

Pernicioſa Tertull. Quod nõ põt credi, non modò turpiſsima, ſed & pernicioſa adulatione.

Inſidioſa Hie. in Pelagiũ, Callida, inquit, inſidioſa, blãdaq. ſemper eſt adulatio.

ADVLATOR.

Cæcus Iuuen. Sat. 4. Cæcus adulator, dirumq. à ponte ſatelles.

Blæſus Stroz. pat. Blæſus adulator mellito immurmurat ore.

Vilis Petronius Arbiter, Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro.

ADVLTER.

Turpis Ouid. in epiſt. Peius adulterio turpis adulter obeſt.

Nitidus Hor. lib. 3. Carm. Coniux nec nitido fidit adultero.

Temerarius Ouid. lib. 2. Faſt. Intrat, & huc illuc temerarius errat adulter.

Obſcœnus Claud. Virginibus raptu, thalamis obſcœnus adulter.

Crudelis Thom. Rad. Inhæret crudeli adultero.

Secretus Iuuen. Sat. 6. Abditus interea later, & ſecretus adulter.

Impatiens moræ. Idem ibid. Impatiensq. moræ pauet, & præputia ducit.

Nocturnus Idem ſatyra 8. Si nocturnus adulter Tempora Santonico velas, &c.

ADVLTERIVM.

Turpe Apul. lib. 6. Met. Turpibus adulterijs æſtimationẽ, famãq. meã læſeris.

Spurcum Thom. Rad. Adulterio ſpurciſsimo confœdabunt.

Arcanum Quint. Arcano tu connubialia iura Vertis adulterio.

Sordidum Liuius, In ſordido adulterio necata dicatur.

Impurum Catull. Sed quæ ſe impuro dedat adulterio.

Malum Idem, Cum quibus illa malum fecit adulterium.

ADVENA.

Itinerans Tho. Rad. Itinerantiũ verò aduenarum incuria, qui ferrũ deſerebãt.

Vagus Cleophilus, En ego non notis erro vagus aduena campis.

ADYTVM.

Adytum vocat ſecretior locus templi, quem olim nemini licebat intrare, præterquam ſacerdoti.

Terrificum Stat. li. 10. Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruẽtũ Elicit ex adytis.

Latens Mart. Capella, Quæ occultant adytis ſacra latentibus.

Penetrale Verg. lib. 2. Aene. Aeternumq. adytis effert penetralibus ignem.

Secretum Mant. Secretoq. adito gaudent, & cœlibe tecto.

Profundum Idem, Et ex adyto ſortes audire profundo.

AEDES.

Adon aëdonis, alio nomine luſcinia ſeu philomela.

Aeas, fluuiꝰ eſt Epiri à dirrachij mœnibus ex Macedonia prius defluens, & in mare Ioniũ cadens.

Aſopiades. Aſopi Bœotiorũ regis nepos, qui pater fuit Aeginæ, matris Aeaci.

Aſopis filia Aſopi fluuij Achaiæ.

## AEDES.

Marmorea Ouid.in Epiſt.Et dea marmorea cuius in æde ſumus.

## AEDON.

Suauis Verg. de cantu Siren. Quodq. leues calami, quod ſuauis cantat Aedõ.
Triſtis Sen.Ramo cantat triſtis Aedon.
Vocalis Calphurn.Vocalem ſuperet ſi turpis Aedona bubo.

## AEAS.

Purus Luc.li.5.Purꝰ in occasũ, parui ſed gurgitis Aeas, Ionio fluit inde armi.

## *AEACVS.*

*Aeacum Iouis & Aeginæ filium poetæ inter iudices inferorum numerant, propter laudabilẽ iuſtitiam, quam in terris exercuit. Propertius lib. 4. Aut ſi quis poſita iudex ſed & Aeacus vrna. Ouid.in Ibin. Tuaſq; Aeacus in pœnas ingenioſus erit.*

Iudicans Hor.lib.2.Car.& iudicantem vidimus Aeacum.
Aſopiades Ouid.lib.[illegible] Huic Aſopiades, petis irrita, dixit.
Seuerus Mart. lib[illegible]d modo ſeueri ſectus Aeaci loris.
Iuridicus Seneca, [illegible]s Eurydicen iuridi ſedent.
Toruus Conradus poeta Germanus, Et iudices tres ore toruos.
Iuſtus Quint.Continuo ad pœnam iuſtus vocat Aeacus vmbram.
Inexorabilis Cic.in 1.quæſt.Tuſc.Fortaſſe etiam inexorabiles iudices te terrent.

## *AEGAEON.*

*Aegæon, vt fabulantur poetæ, Gigas fuit centimanus, qui vno ictu centum, ſcopulos in Iouẽ contorquebat. Vide Verg.lib.10.Aen. Victus demum, alligatus eſt à Neptuno ſcopulis Aegæi maris. Statius, Audierat duros laxantem Aegæona nexus.*

Cruentus Clad.lib.1.de Rapt.Rurſuſque cruentus Aegæon poſitis arcto, &c.
Centumgeminus. Idem lib.[illegible] de Rap.Hac centumgemini ſtrictos Aegæonis enſes.

## *AEGERIA.*

*Aegeria fuit nympha, culta prope Aricinum lacum, cum qua Numa Pompilius fingebat ſe nocturnum habere connubium, & colloquium de religione & ſacris ceremonijs, vt leges ſuas, quas Romano condebat populo, ſanctiores redderet.*

Romula Mant.in Brix.Romula, ſeu virgo, ſeu quadruplex Arethuſa.
Nocturna Iuuen.Sat.3.Hic vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.

## AEGINA.

Aſopis Ouid.lib.7.Met.Aeginæ amplexus quondam ſub Aſopides iſte.

## *AEGIS.*

*Aegis clypeus fuit Palladis, ſeu pectoris munimentum factum Amaltheæ capræ corio, in cuius medio erat caput Gorgonis dirum ac terribile, quod qui intuebantur, lapideſcebant protinus Hoc munimento armata Pallas, ad excidium Troiæ profecta eſt.*

Horrifica Verg.lib.8.Aen.Aegidaque horrificam turbatæ Palladis arma.
Sonans Horat.lib.3.Carm.Contra ſonantem Palladis ægida.
Coruſcans Val.Flac.lib.4.Argon.Prima coruſcanti ſignum dedit ægide virgo.
Terrifica Idem lib.6.Ipſaque Pallas Aegide terrifica.
Cruenta Claud. Illic poſuiſſe cruentam Aegida.
Fulua Idem, Fuluamq. impunè pererrans Aegida.
Meduſæa, à capite Gorgonis, ſeu Meduſæ, quod in medio præferebat. Pamph. Meduſeam qui Pallados ægida ſolus Geſtabat.
Terribilis Ioan.Fr.Mirand. Terribilem non concinit ægida Pallas.
Sanguinea Crin. Atrox ſanguineam ſuſtulit ægida.
Cruda Quint. Et crudam fers ægida cruda virago.
Serpentigera, propter caput Meduſæ, cuius capilli erant anguinei. Mant. Et ſerpentigeram quatiens venit ægida Pallas.
Palladia Lucan.lib.2.Palladia ſtimulet turbatos ægidæ currus.
Superba Mant. Rapienſq. ſuperbam Aegidæ.

AEGO-



## *AEGOCEROS.*

*Aegoceros cœleſte ſignum, Latinè dicitur capricornus & aries. Relatus eſt autem inter aſtra propter Phryxum & Hellen, Athamantis & Nepheles filios, qui quum nouercales inſidias fugerent, arietem ipſum aurea lana opertum conſcenderint, vt eo vectore Colchos peruenirent. At Helle ſubmerſa, Helleſponto nomen impoſuit. Phryxus incolumis Colchos peruenit, & aureum vellus Marti conſecrauit. Hunc arietem ſunt qui genitum dicant ex Neptuno & Theophane. Nigidius ait ducem eſſe & principem ſignorum zodiaci. De eiuſdem natura vide Manilium, Cæſarem Germanicum, Aratum & Nigidium. Hoc ſignum ſol percurrit in menſe Martio.*

Humidus Lucan. lib.8. Humidus ægoceros, nec plus leo tollitur vrna.
Gelidus Pontan. Declinat cœlo, & gelidum ſol ægoceronta.
Celer Idem, Extremo ægoceros cùm ſe celer æquore tollit.
Corniger Mant. Corniger ægoceros, cornua cancer habet.
Vdus Fauſtus, Vdus & ægoceros, & triſtis aquarius inſtat.
Niuoſus Idem, Et genua ægoceros curua niuoſus amat.
Laniger Ruſtus Feſtus, Marcida lanigeri tantum ſe forma ſub auras Exerit.
Portitor Helles. Verg. de ſignis, Portitor eſt Helles, & portitor Europæus.

## AEGRIMONIA. *yerba assi llamada*

Deformis Hor. In Epo. Illic oẽ malum, vino cantuq; lauato Deformis ęgrimoniæ.
Faſtidioſa Idem in carmine ſæculari, Faſtidioſa, triſtis ægrimonia.

## AEGYPTII. *los egipcios*

De moribus & ceremonijs Aegyptiorũ iã ſcripſimus in officina noſtra, propterea ſuperfluũ eſſet repetere. Satis erit ea dixiſſe, quæ ad explanationem epithetorum videbantur cõducere.

Linigeri à lino præcipuæ bonitatis, quo abundant, vel quod ſacerdotes Iſidis lineo vterentur habitu. Ouid.lib.1.Met. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.
Siſtrati. nam in ſacris Iſidis vtebantur ſiſtro. Martial.lib.12. Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataq; turba.
Ventoſi Sunt, inquit Vopiſcus, Aegyptij ventoſi furibundi, iniurioſi, &c.
Pharaoniadæ, à Pharaone eiuſdem loci rege. Mantu. Ac Pharaoniadum, ſoboleſq; Argiua receſſit.
Lagidæ, à Lago rege, patre Ptolomæi, à quo Lagæus Nilus dicitur à Lucano. Idem Mant. Relliquiæ ſuperant, Lagidas abſorbuit omnes Tempus.
Calui. nam Iſidi rem ſacram facturi ſacerdotes, capillum deradebant. Iuuen.Sat.6. Qui grege linigero circundatus, & grege caluo Plangentis populi currit, &c.
Fuſci, quoniam radijs ſolaribus aduſti. Propert.lib.2. An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis.
Sapientes Theodoritus Cyrenenſis per Zenobium Acciaolum, Laudant, inquit, Aegyptios, at maximè ſapientes, multas enim ab his diſciplinas accepimus.

## *AEGYPTVS.*

*Aegyptus nomen accepit à Danai fratre, quum prius Aeria vocaretur. Fœcundatur Nili inundatione, quoniã nunquã illic pluere viſum eſt. Formam habet triquetram. quã ſuis flexibus efficit. Nilus Tempore Amaſis regis habuit viginti vrbium millia, quarum præcipue fuerunt. Alexandria, Thebæ, Babylon, Memphis. Reliqua patent ex lectione Coſmographorum.*

Hiulca, præ nimio calore diducta. Statius lib.4. Theb. Et patris vndoſi ſonitus expectat hiulca Aegyptus.
Parens terrarum. Nam Aegyptij feruntur populorum omnium vetuſtiſſimi, diſciplinarumque complurium inuentores, ex quo terrarum parens Aegyptus appellata eſt, inquit Crin.
Trigonalis, à figura triquetra. Michael Anglicus, Atq; trigonalẽ vaccæ Mẽphitidos oram.
Cœli ſtudioſa. Aegyptij enim fuerunt rerum diuinarum, & ſideralium peritiſſimi. Mant. Et velut Aegyptus cœli ſtudioſa, deorum Prodigioſa parens.
Diues Idem, Diuitis Aegypti ſceptrum Ptolomæa propago Geſſerat.
Fœcunda Bartholinus, Fœcundam Aegyptum torquet ſpumantibus vndis.
Fertilis, quoniam autore Plinio, Binas habet in anno meſſes, ac totidem æſtates. Aegypti fertilitas. Vnde ab antiquis, orbis horreum vocata eſt, quò Dei, animi gratia & ſalutis, confugere ſoliti ſunt. Claruit præterea, rerum multarum, bonitate, & præſtan-

tia, vt aceti, aluminis, calamorum, colocaſiæ, lentis lini, myricarum, palmarum, papyri, reſinæ & telæ. Dionyſius de ſitu orbis Priſciano interprete, Fertilis Aegypti terras fœcundat opimas. Quotieſcunq; citabitur à me Dionyſius, de hoc intelligi velim. Nimis laborioſum & prolixum eſſet, & librorum nomina, & titulos, & interpretes frequenter adeò reſumere.

Sagax, à ſtudio rerũ ſyderaliũ. Claudia. in Ruffi. Quid ſigna ſagacis Aegypti valeat.

Demens, propter vanas ſuperſtitiones, & deorum portenta, quæ excogitauit. Nam Cæpas, & Allium inter deos repoſuerunt Aegyptij. Apim bouẽ, & quædam bruta animantia, vt canem, felem, accipitrem, ibin, crocodilum, lepidorum quoq; & oxyrinchum piſces, pro numinibus coluerunt. Iuuen. Sat. 15. Quis neſcit Voluſi Bithinice, qualia demens Aegyptus portenta colat. Crocodilon adorat Pars hęc, illa pauet ſaturam ſerpentibus ibin. Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci. Idem, Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam. Porrum ac cæpe nephas violare, ac frangere morſu.

*Iuuen. de ſuperſtitionibus Aegyptiorũ.*

Horrida, Incompta. Idem Iuue. ibid. Horrida ſanè Aegyptus, ſed luxuria (quantum ipſe notaui) Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

Memphitis, à Memphi præcipua eiuſdem loci vrbe. idem Iuuen. ibid. An ne aliam terra Memphitide ſicca Inuidiam facerent nolenti ſurgere Nilo.

Mater artium. Ita vocatur à Macrobio. Nam ab Aegyptijs Græci diſciplinas omnes mutuati ſunt.

## AEGYSTHVS.

*Aegyſthus filius fuit Thyeſtæ ex Pelopeia, eiuſdem Thyeſte filia, quem infantulum mater cauſa tegendi ſceleris perdendum feris expoſuit in ſyluis, vbi tamen paſtoris cuiuſdam beneficio, caprino lacte nutritus eſt. Hic Atreum prouectior factus, interfecit, eiusque filium Agamemnonem, cuius vxorem Clytemneſtram adulterabat. Ad extremum ab Oreſte eiuſdem Agamemnonis filio, patris mortem vlciſcente, interfectus eſt.*

Thyeſtiades, à Thyeſte patre. Ouid. lib. 2. de Arte, Inde Thyeſtiadem animo, thalamoq; recepit. Claudian. Enſe Thyeſtiadæ pœnas exegit Oreſtes.

Adulter, & Deſidioſus. Idem lib. 1. de Remedio, Quæritur, Aegyſthus quare ſit factus adulter, In promptu cauſa eſt. deſidioſus erat.

## AELLO.

Ales. Ouid. lib. 3. Meta. Exterruit ales Aello, nomen eſt harpyiæ.

## AENEAS.

*Aeneam veneris & Anchiſæ filium Vergilius Vlyſſi Homerico ſimilem facit, virum ſcilicet fortem & bellicoſum, nullis caſibus ſuccumbentem, in perferendis laborib. patientiſſimum, qui per varios maris errores, durasq; procellas venerit in Latium, vt ille quondam in patriam. Vita eius notiſſima eſt ex monumentis Vergilij. Conuenit tamen inter autores Troiam ab eo & aliquot alijs prodicam fuiſſe. Qua de cauſa nonnulli poetæ equum illum Durateum fatalem machinam commenti ſunt, vt & culpam illam diluerent, & conſulerent Romanorum gloriæ, qui originem inde traxerunt. Natus eſt. Vergilio teſte, apud Simoentem. Diomedi Græco congreſſus eſt. Troia diruta, patrem ſenio confectum ſuis vexit humeris, filium Aſcanium adhuc impuberem manu traxit, patrios penates ſecum detulit. Diſcedens Creuſam vxorem amiſit. Perdidit Anchiſem patrem in Sicilia. Didonem non vidit vnquam. In Italia bellum crudele ad habendam Lauiniam filiam regis Latini geſſit contra Rutulos, & eorum regem Turnum, quem ad extremum interfecit. Sunt tamen qui contra ſentiant. dicantq; Aeneam à Turno ad mortem adactum, cum nuſquam pateret effugium, in Numicium fluuium deſiluiſſe, ibiq; reliquiſſe vitam.*

Magnanimus. Ver. li. 1. Aen. Sublimemq; feres ad ſydera cœli, Magnanimũ Aeneã.

Dardanius, à Dardano rege, autore Troiæ. Idem Verg. ibidem, Hæc dum Dardanio Aeneæ miranda videntur.

Troius Idem ibid. Coràm, quem quæritis, adſum Troius Aeneas.

Troianus Idem lib. 4. Aene. Speluncã Dido dux & Troianus eandem Deuenient.

Anchiſiades Idem lib. 6. Tros Anchiſiade, facilis deſcenſus Auerni.

Anchiſa



Anchiſa generatus. Idem ibid. Anchiſa generate, deum certiſſima proles.

Ingens Idem ibid. Simul accipit alueo Ingentem Aeneam.

Laomedontius Idem lib. 8. Quæ Laomedontius heros Cuncta uidens. Ita dicitur à Laomedonte rege, Priami patre.

Acer Idem, Verg. ibid. Arma acri facienda uiro.

Dardanides. Idem lib. 10. Dardanides contrà furit.

Fatalis Idem lib. 11. Fatalem Aeneam manifeſto numine ferri.

Phrygius, à Phrygia regione minoris Aſiæ in qua fuit Troia. Idem Verg. 12. Phrygio mea dicta tyranno Haud placitura refert.

Pius, quod ut iam diximus, patrem uexerit humeris, & deos penates à flammis ſubtraxerit, Idem Verg. lib. 1. Aen. Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte penates.

Rhœteius, a Rhœtæo promontorio vrbi Troiæ vicino, in quo ſepultus eſt Aiax Telamonius, Idem Virg. lib. 12. Aen. Talis in aduerſos ductor Rhœtius hoſtes.

Caſtus, id eſt, mundus. Hor. in Car. Sæculari, Caſtus Aeneas patriæ ſuperſtes.

Cithereius, ab epitheto Veneris matris. Ouid. lib. 13. Fert humeris venerabile onus Cithereius heros.

Penatiger, à penatibus, ſeu dijs patrijs, quos ſecum aſportauit In Italiã. Vnde Mant. Aeneas etenim qñ ad Lauinia uenit Littora: ſacra tulit ſecũ, victosq; penates. Ouid. lib. 15. Hæc Helenum cecinisse penatigero Aeneæ.

Phryx Propert. lib. 4. Ante Phrygem Aeneam collis & herba fuit.

Iliacus. Nam Troia dicta eſt Ilium ſeu Ilios, ab Ilo Trois filio. Syllius lib. 8. Iliaco poſtquam deſerta eſt hoſpite Dido.

Profugus Idem ibid. Profugi domum exitiale mariti.

Impiger Tibull. lib. 2. Impiger Aenea, volitantis frater amoris.

Fluctiuagus Mant. Adde Phryges geminos, Antenora, fluctiuagumq; Aeneam.

Bonus Verg. lib. 11. Quos bonus Aeneas haud aſpernanda præcantes.

## AENEIS.

Diuina Stat. lib. 12. Viue precor, nec tu diuinam Aeneida tenta.

## AENIGMA.

Cæcum Pamphilus Saxus: Quum logicæ laqueos, & cæca ænigmata ſoluit.

Durum Quintianus, Ignaris quum dura ænigmata legum ſolueret.

Latebroſum Palladius Sora. Hoc problema mihi latebroſo ænigmate nexum.

Tenebroſum. Mic. Ang. Geminæ latebroſa ænigmata legis Fœcundo thorace gerit.

## AEOLVS.

*Aeolum poetæ dicũt Iouis eſſe filiũ ex Sergeſta Hippotæ Troiani filia eũque vẽtorum, & tẽpeſtatum principẽ faciũt. Vnde Vergil. li. 1. Aen. Hic vaſto rex Aeolus antro Luctantes vẽtos tempeſtatesq; ſonoras Imperio premit, ac vinclis: & carcere frenat.*

Rex tempeſtatum. Verg. lib. 10. Quid tempeſtatum regem, ventosque furentes.

Hippodates, Hippotæ Troiani nepos. Ouid. lib. 11. Quod ſocer Hippodates tibi ſit, qui carcere fortes Contineat ventos, & cùm velit, æquora placet. Idem lib. 14. Aeolon Hippodatem cohibentem carcere ventos.

Imperioſus Stat. l. 10. Si pater Aeolus antro Portã iterum ſaxo premat imperioſus.

Ventipotens Mant. Ventipotens ſubito lictoris imagine ſumpta Aeolus. Idem, Aeolus æquoreis ventos qui frenat in antris.

## AEQVOR.

*Aequor frequẽtiſſime planiciẽ maris, & ipſũ mare ſignificat: interdum tamẽ terræ planiciẽ. Verg. li. 4. Geor. Ac per aperta uolãs ceu liber habenis Aequora.*

Stratum Verg. in Buc. Et nunc omne tibi tratum ſilet æquor.

Ventoſum Catull. Quæ ſimul ac roſtro ventoſum proſcidit æquor.

Vndiuagum Verg. de ortu ſolis. Tethyos vndiuago dum proſilit æquore Titan.

Liquidum Stat. in Achil. Liquidum ter reppulit æquor.

Tumidum Ouid. in Epiſt. Obſtitit inceptis tumidum iuuenilibus æquor.

Vaſtum Verg. lib. 3. Aen. Vela damus, vaſtumq; caua trabe ſcindimus æquor.

Vndoſum Idem lib. 4. Aen. Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor.

Immenſum Idem lib. 6. Aen. Treis notus hybernas immenſa per æquora noctes Vexit me violentus aqua.

Marmoreum, id eſt, ſcopuloſum. Idem Verg. ibidem, Et quæ marmoreo fert

monſtra

monſtra ſub æquore pontus
Diffuſum Lucan.lib.1.Totaq; diffuſo latuiſſet in æquore tellus.
Latum Idem lib.2.Obſtruit, & latum deiectis rupibus æquor.
Cauum Pont.Nec cauſa ſulphureis arderent æquora flammis.
Peruium velis.Luc.lib.5.Nec peruia velis Aequora frangit eques.
Dubium Idem ibidem,Ne retine,dubium cupientes ire per æquor.
Turbidum Idem ibid.Turbida teſtantur conceptos æquora ventos.
Cæruleum Idem Syl.lib.15.Tum noua cæruleum deſcendit claſſis in æquor.
Aſperum Horat.lib.1.Car.Et aſpera nigris æquora ventis.
Horridum Idem lib.3.Carm.Horrida calidi vincunt æquora nauitæ.
Salſum Lucret.lib.5.In terras itidem manare ex æquore ſalſo.
Fluitans Idem lib.1.Quum fluitans circum magnis anfractibus æquor.
Spumans Stat.lib.5.Theb.Sed nec ſpumantia cedunt æquora.
Glaucum Ruffus Feſtus, & glauci prælabitur æquoris vnda.
Concitum Ouid.in Epiſt.Concita qui ventis æquora mulcet,auum.
Inſanum Quint.Inſanum reſonet fletibus æquor.
Sæuum Ouid. in Epiſt. Quum te ſæuum veniente minaxque Non minus aus multo non minus æquor erat.
Minax Codrus Vrceus,Tempeſtate minax,& acutis rupibus æquor.
Sinuatum Syll.lib.2.Auerſo rapitur ſinuata per æquora curru.
Refluum Idem ibidem.Claſſibus,& refluo ſpectauimus æquore raptis.
Rapidum Val.Flac.lib.4.Argon. Rapidum ventis certantibus æquor.
Canens,id eſt,albũ ſpuma.Syll.lib.4. Cunctaq; canenti perfunditur æquore Ciclas.
Iratum Idem ibid.Illiſum accipiunt irata ſub æquora montem.
Patulum Idem lib.13.Patulumq; inuectus in æquor.
Pronum Idem lib.15.Pronumq; excurrit in æquor.
Tumefactum Idẽ Syll.lib.16.Quum mergunt plenas tumefacta ſub æquora claſſes.
Spumeum Idem lib.17.Aequora ſurgunt ſpumea.
Lunatum in modũ bicornis lunæ recuruum. Stat.lib.2.Syl. Placido lunata receſſu, Hinc atq; hinc curuas prærumpunt æquora rupes.
Truculentum Catull.Truculentum vbi diuidit æquor.
Indomitum Tibul.lib.2.Prodigia indomitis merge ſub æquoribus.
Vagum Ruffus Feſt.Et vaga cæruleas inuolant æquora puppes.
Sinuoſum Val.Flac.lib.2.It gemitus toto ſinuoſa per æquora cœlo.
Procelloſum Idem lib.3.Ante procelloſum ſcopulis certantibus æquor.
Fumans Claud.Et quos fumantia torquens Aequora.
Mobile Idem,Omnis qua mobile ponti æquor.
Hybernum Idem,Irruet intrepidus flammis,hyberna ſecabit Aequora.
Armatum ſcopulis,Idem, Aequor armatum ſcopulis audax irrumperet Argo.
Fluidum Manil. Adiacuitq; cauis fluidum conuallibus æquor.
Infidum Ruffus,Vereor infidum tamen eſt currentibus æquor.
Puluereum à minutiſſimis arenis.Mart.Capella,Pandere puluereum formarum ductibus æquor.
Durum Seneca,Illic dura carent æquora fluctibus.
Cærulum Pont.Cærulaq; aurato rutilabant æquora curru.
Incertum Idem,Sed nos incertum ſpacijs dum currimus æquor.
Spumoſum Idem,Deſiliunt vndæ,& ſpumoſum incanduit æquor.
Tremulum Idem,Scintillantq; genis ignes,tremulumq; per æquor.
Vdum Idem,Vdoq; lauent ſimul æquore piſces.
Fluentiſonum Idem,Quæq; fluentiſono curſu ferit æquora Corſeus.
Inhoſpitum Idem.Et inhoſpita ſulcans Aequora.
Raucum Idem,Et Raucum illiſis murmurat æquor aquis.

Sæuiens



Sæuiens Marull.Ec quis tot æſtus ſæuientis æquoris.
Profundum Idem,Quo te profundi rector Oceane æquoris.
Fœtum procellis.Codrus Vrceus,Ducite per montes Italos,per fœta procellis. Aequora.
Planum Stroz.pat. Aggeribus montes planum ſimulare per æquor.
Fluctuoſum Stroz.fil.Qui iuſſit æquor fluctuoſum diuidi.
Surdum,quod periclitantium non moueatur clamoribus,neque luctuoſis mitigetur lachrymis.Pamp.Saxus,Qua pellunt agiles æquora ſurda rates.
Spacioſum Mant.Vadat vt audaci ſpacioſa per æquora curſu.
Neptunium, à Neptuno deo maris.Sabellicus, Deniq; quicquid habet cœlum,Neptunia quicquid Aequora.
Apertum Ouid.lib.4.Met.Frontemq; in apertum porrigit æquor.
Turgidum Miran.Atq; ſalutifero præſentis turgida vitæ Aequora tranſiri ligno.
Furens Conrad.Pergas furentis candidus æquoris Curuos receſſus dicere.
Frigidum Idem,Quæ bina ſpectat frigida in æquora.
Trux Idem,Et trucis hoc imperium me manet æquoris.
Aeſtuans Crin.O me beatum,qui æſtuantis æquoris Tantos peregi turbines.
Amplum Mant.Oceanus ſeſeq; amplum diffudit in æquor.
Scopuloſum Idem,Fluctibus errantem ſcopuloſa per æquora cymbam.
Humidum Idem,Mecumq; per humida repetent Aequora.
Vadoſum Idem Mant.Facit hic breuis vnda vadoſum Aequor.
Stagnans Idem,Aequora piſcoſas latè ſtagnantia arenas.
Arenoſum Idem,Arenoſo implumis iacet æquore truncus.
Nigrum Hor.lib.3.Car.Aequoris nigri fremitum,& trementes Verbere ripas.
Piſcoſum Mant.Ante remulcantem piſcoſa per æquora Minti. Eſt autem remulcare, è ſcapha maiorem nauem trahere. Remulcare quid.
Horriſonum Quint.Horriſono contunditur æquore tellus.
Canum Lucan.lib.8.Cano ſed diſcolor æquore truncus Conſpicitur.
Curuum Ouid.lib.11.Nunc vbi demiſſam curuum circunſtetit æquor.
Feruidum Horat.lib.1.Car.Strauere ventos æquore feruido Deprælianteſ.
Agitatum Fauſtus,Fluctuat vt varijs agitatum fluctibus æquor.
Indignatum Verg.lib.2. Georg.Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor.
Reuolutum Verg.lib.7.Aen.Rapit reuoluta per æquora nauem.
Nauigerum Lucr.lib.1.Quæ mare nauigerum,quæ terras frugiferantes.

AER. el ayre

Liquidus Verg.lib.1.Georg.Apparet liquido ſublimis in aere niſus.
Vacuus Idem lib.1.Geor.Aera per vacuum ferri,atque aſſurgere in auras.
Tenuis Idem 4.Geor.Miſcentur,tenuemq; magis magis aera carpunt.
Nubilus Idem in Aetna,Vallibus exoriens caligat nubilus aer.
Humidus Lucan.lib.4.In ſolam Calpen fluit humidus aer.
Madens Idem lib.7.Quiq; nec humentes nebulas,nec rore madentem Aera.
Peſtifer Idem lib.7.Aera peſtiferum tactu, morboſq; fluentes. Hæc epitheta non ſunt perpetua.
Stridulus Idem Lucan.lib.7.Tunc ſtridulus aer Eliſus lituis.
Rarus Lucret.lib.2. Hæc aera rarum Sufficiunt nobis.
Tener Idem ibidem,Aera per tenerum liquidis loca vocibus opplent.
Purus Idem lib.4. Aera per purum grauiter ſimulacra feruntur.
Candens Idem ibidem,Inſequitur candens confeſtim lucidus aer.
Mobilis Idem ibid.Et aer,Scilicet vt debet, qui ſemper mobilis extat.
Circunfuſus Ouid.lib.1.Met.Nec circunfuſo pendebat in aere tellus.
Agitabilis Idem ibid.Terra feras cepit uolucres agitabilis aer.
Leuis Idem lib.11.Percutienſq; leuem modò natis aera pennis.

Tepidus

Tepidus Idem lib. 1. Faſt. Et tepidum volucres concentibus aera mulcent.
Rorifer Stat. lib. 1. Theb. Roriferum gelida tenuauerat aera biga.
Meabilis Plin. lib. 2. Nat. hiſt. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem.
Frigidus Ouid. lib. 1. Eleg. Nunc etiam ſomni pingues, nunc frigidus aer.
Conuolutus Plin. lib. 2. Ne conuolutus aer eandem in partem æterna mundi, &c.
Roſidus Idem lib. 21. Quia nebuloſus & roſidus aer eſt a flumine Nilo.
Agitatus Vitruuius, Aer agitatus ex ventorum agitationibus extenuatur.
Exilis Stat. lib. 6. Theb. Sentit, & exilis plantis interuenit aer.
Nitidus Idem lib. 1. Syl. Et nitidum referentes aera teſtæ.
Pluuioſus Pont. Pluuioſumq; aera nymbis.
Vagus Idem, Littora planguntur fluctu, & vagus intonat aer.
Circunfluus Idem, Accipit hos latè in gremium circunfluus aer.
Patulus Ruffus, Aeris vt patuli iam conſcia permeet æthram.
Vuidus Idem, Quippè illis vuidus aer.
Fumidus Sabellicus, Caligantis humi facies, qua fumidus aer.
Globoſus Cont. Terræ globoſo ſtantis in aere.
Nebuloſus Idem, Turgeat ventis nebuloſus aer.
Pluuius Mant. Et pluuius terris iraſcitur aer.
Circunuolitabilis, Mart. Cap. Hanc tenet, & vitreis circunuolitabilis auris Aer.
Nitens Quint. Faces vos & nitentis aeris.
Auricomus Mant. Auricomi ſonuit globus aeris ingens.
Limpidus Idem, Vernaq; temperies ſemper, ſine nubibus aer Limpidus.
Lubricus Idem, Modò lubricus aer creſcit.
Mutabilis Idem Mant. terra perit, pereunt undæ, mutabilis aer.
Fulgens Fauſtus, Nubila ſi fulgens in tempora vertitur aer.

## AE R A. metales

*Aeris Appellatione aurum, & argentum nonnunquam intelliguntur, nam confuſè olim miſcebatur auro, & argento. Veteres putauerunt diſſono, æris crepitu lumen deficientis lunæ reuocari, eiusq; tinnitum aduerſus veneficia plurimum valere. Unde Ouid lib. 4. Metamorph. Cũ fruſtra reſonant æra auxiliaria lunæ. Et lib. 7. Te quoque luna traho, quamuis temerata labores Aera tuos minuant. Fuit & eius vſus ad alia multa utilis, maximè aduerſus putredinem. Propterea veteres, cùm uel ſuem, vel ceruum, vel aliud quoduis mortuum animal, à putredine uolebant aſſerere, æneum clauum infigebant, perinde ad certiſſimum foret amuletum. Tuſci in condendis urbibus æneo uomere utebantur. Apud Sabinos cultris æreis tondebantur ſacerdotes. Aeris metalla primus reperit Cyniras in inſula Cypro, conflaturam eius, & temperationem Lydus Scythes. Deus æris ab antiquis uocabatur Aeſculanus. Aeribus in plurali quandoq; reperitur, licet inuentu ſit rarum. Marullus in Hymnis, Totq; æra putem crepitantia uelle Aeribus, armataſq; manus & cymbala circum. Dicuntur autem Ephyreia, id eſt Corinthia. Nam ut poſtea docebimus, Corinthus aliter vocatur Ephyre. Antiqua gloria Corinthium æs maximè laudatur, & adeo quidem ut Plin. lib. 3. æris Corinthij precium auro & argento præferat. Eo fiebant vaſa, quæ habebantur in delicijs, quibus cum vehementius oblectaretur Cæſar Auguſtus, authore Tranquillo Corinthiarius dictus eſt. Ea cauſa Corinthij multam laudem meruerunt in conficiendis deorum, & hominum ſimulachris. Ad quod alludit Verg. in fine ſexti dicens, Excudent alij ſpirantia mollius æra.*

Veneficio rum impedimentũ.

Cyniras æris repertor. Aeſculanus deus æris. Ephyretũ æs.

Aeria Corinthij nobilitas.

Ephyreia Verg. lib. 2. Geor. Illuſaſq; auro veſtes, Ephyreiaq; æra.
Corinthia Plinius, Antiqua gloria Corinthium æs maxime laudatur.
Rauca Verg. lib. 4. Georg. Martius ille æris rauci canor increpat.
Corybantia, à Corybantibus qui in Ida monte Phrygiæ ſacræ Cybeles cum multo ære ſonitu peragebant. Verg. lib. 3. Aeneid. Hinc mater Cultrix Cybele, Corybantiaque æra.
Solida Idem lib. 9. Tinnitu galea, & ſaxis ſolida æra fatiſcunt.
Grauia Col. lib. 9. Graui ære, & argento penſent.

Canora



Canora Ouid. lib. 3. Met. Quum bellicus ære canoro Signa dedit tubicen.
Tinnula Idem lib. 4. Met. Tinnulaq; æra ſonant, & olent myrræq; crociq;.
Arguta Syll. lib. 17. Circum arguta cauis tinnitibus æra.
Caua Ouid. lib. 2. de Arte, Nec caua veſanis ictibus æra ſonant.
Temeſea, nati in Temeſe oppido Cypri præcipua æris bonitas & fertilitas fuiſſe fertur. Stat. lib. 1. Syl. Et queis ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis. Idem ibid. nuſquam Temeſea notabis Aera. Idem in Achil. Aera domant Temeſe. Ouid. de Medicamine faciei, Et quamuis aliquis Temeſea remouerit æra.

Oppidum Cypti Temete bum dans æra.

Sonora Claud. Non te progenitum Cybeleius ære ſonoro Luſtrauit Corybas.
Crepitantia Marull. Totq; æra putem crepitantia velle.
Dura Strozius, Saxa cadunt, & dura annis voluentibus æra.
Coruſca Mant. Victrix pubes abitura, coruſco Aere nitet.
Rigida Barth. Et rigido ſquallentibus ære lacertis.
Cypria, quoniam prima æris inuentio fuit in Cypro.
Splendida Polit. Nec Iuno, ſed ſola Venus ſe ſplendido in ære Vidit.
Saturnia, quæ Saturni tempore erant in celebratione, & ſacrorum vſu. Perſius Satyra 2. Aurum vaſa Numæ, Saturniaq; impulit æra.
Stridentia Verg. lib. 8. Alij ſtridentia tingant Aera lacu.
Micantia Idem lib. 2. Aen. Atque æra micantia cerno.
Deliaca Nam in Delo prima fuit nobilitas æris, quo deorum ſimulachra effigiesq; hominum, & aliorum animalium fiebant. Aere Deliaco ſemper vſus eſt Myron ſtatuarius.
Aeginetica, proxima laus fuit æri Aeginetico, autore Plinio, quo vſus eſt Polycletus Myronis æqualis & condiſcipulus.
Flammigera Mant. Et talo tenus ære micantem Flammigero.

## AE R V G O.

Viridis Mart. lib. 10. Vt tu ſi viridi tinctos ærugine verſus.
Nigra Barth. Aruina nigra nudant ærugine.
Mordax Sedulius. Non mordax ærugo votat, non tinea ſulcat.
Scabra Mich. Angel. Scabræq; æruginis atram Barbariem perdens.

## AE R V M N A.

Grauis Seneca Iam ſtatue tandem grauibus ærumnis modum.
Mala Marullus, Aerumnis priuata malis, priuata periclis.
Dura Quintian. Et tarda duras dat mora ærumnas magis.
Luctifica Idem Aerumnas quoque luctificas, duroſque labores.
Triſtis Mant. Triſtibus ærumnis, luteoque abſoluerat antro.
Crudelis Idem, Quæ me crudelibus iſtis Soluit ab ærumnis.
Lugubris Idem, Lugubrem patriæ ærumnam.

## AE S C V L A P I V S. hijo de apolo

Phœbigena Verg. lib. 7. Ipſe repertorem medicinæ talis & artis fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad vmbras.
Salutifer Ouid. lib. 2. Met. Totique ſalutifer orbi Creſce puer, dixit.
Phębeius Phœbei filius. Idẽ Oui. li. 15. Quã colat, explorat iuuenis Phębeius vrbẽ.
Opifex Idem Ouid. ibidem, Quum deus in ſomnis opifex conſiſtere viſus.
Epidaurius Ouid. lib. 15. Aequore placato, patrias Epidaurius aras Linquit.
Coronide natus. Ouid. lib. 1. Faſt. Accepit Phœbo, nymphaq; Coronide natum.
Pergameus Mart. li. 9. Pargameo poſuit dona ſacrata deo.
Cotyleus Hercules propè Eurotã fluuiũ templũ cõdidit Aeſculapio Cotyleo, propter ſanatum ab eo vulnus, quod in cotyle, id eſt, concauitate manus acceperat.
Archiatros Veteres vocauerunt Aeſculapium Archiatron, velut deum & præſidem medicorum, vt à beato Hieronymo Seruator noſter dictus eſt Archiater. In Homerico verſu, quem apud Theodoritum Cyreneſem Zenobius Acciao-

B lus

lus Latinum fecit, Aſclepius legitur pro Aeſculapius, his verbis: Huic homini pater eſt Aſclepius, arte medendi clarus.

AESCVLVS. la encina

*Aeſculus arbor eſt glandifera, cuius fructu homines ætate aurea veſcebantur: ſacra eſt Ioui. Vnde Verg. lib. 2. Georg. Nemorumq; Ioui. quæ maxima frondet Aeſculus. Ex eius ramis fiebat corona ciuica. Semen reddit autumno. Radices habet tam demiſſas in terram, quam proceros in aere ramos.*

Rigida  Horat. lib. 3. Carm. Parcas, nec rigida mollior Aeſculo.
Frondens  Claud. Quam frondens hedera ſtringitur Aeſculus.

AESCHYLVS.

*Fuit autem Aeſchylus Athenienſis tragœdiographus, qui primus grauitate perſonarum, & coloris diſtinctione uſus eſt. Eius ætati tragœdi faciem quibuſdam fæcibus illinebant. Fabius lib. 9. Inſtitutionum Orator. de eo ſic meminit. Tragœdias primus in lucem Aeſchylus protulit, ſublimis & grauis, & grandiloquus, ſæpe uſque ad uitium, ſed rudis in pleriſque & incompoſitus. Propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre, poſterioribus poetis Athenienſi permiſere. Et Horat. in Arte. Poſt hunc perſonæ pallæq; repertos honeſtæ Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis. Et docuit magnoq; loqui, nitiq; cothurno. Pictus fæcibus. Sidonius Apoll. Pictum fæcibus Aeſchylum.*

AESTAS.

Torrida  Verg. in Bucc. Iam venit æſtas Torrida.
Puluerulenta  Idem lib. 1. Georg. Puluerulenta coquit maturis frugibus æſtas.
Frondoſa  Luc. lib. 3. Georg. Dum mox frondoſa reducitur æſtas.
Liquida  Idem lib. 4. Georg. Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen.
Florens  Idem de obitu Mecœnatis, Redditur arboribus florens reuiretib. æſtas.
Ignea  Idem de quattuor temporibus, Ignea veſtit agros culmis Cerealib. æſtas.
Calida  Idem ibidem, Spicea certa gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Feruens  Idem ibidem, Et feruens æſtas, pinguiſſima frugibus arua.
Serena  Idem lib. 5. Aene. Vbi apes æſtate ſerena floribus inſiſtunt varijs.
Iniquæ  Columella, Noxius exacuit morbos æſtatis iniquæ.
Nuda  Ouid. lib. 1. Metam. Stabat nuda æſtas, & ſpicea ſerta gerebat.
Formoſa  Idem lib. 1. de Remed. Poma dat autumnus, formora eſt meſſibus æſtas.
Iners  Stat. lib. 3. Theb. Et abacto flamine nubes Mulcet iners æſtas.
Vaga  Claudianus, Sed vaga laſciuis flueret diſcurſibus æſtas.
Atrox  Idem, Nec brachia cancri Vri atrox æſtas.
Sitiens  Manlius, Aeſtatem ſitientem prouehit alter.
Incandens  Pontanus, Incandens tam ſæpe æſtas, ac frigida bruma.
Sicca  Codrus, Sicca quidem eſt æſtas, multoq; calore perurit.
Peſtilens  Liuius, Grauis peſtilenſq; omnibus animalibus æſtas excepis.
Frugifera  Iuuencus, Frugiferæ æſtati certè ſupereſſe putatis.
Violenta  Petrarcha, Niſi tibi de proprio violenta remitteret æſtas.
Intolerabilis  Mantuanus, Prius intolerabilis æſtas, Nunc laudatur.
Morboſa  Idem, Sæpe etiam morboſa æſtas, & peſtifer annus.
Penetrabilis  Idem, Penetrabilis æſtas phlegma coquit.
Laſciua  Idem Mant. Luxurioſa æſtas minus eſt laſciua.
Spicea  Pamphilus, Aeſtas ſpicea, Iuliuſq; feruens.

AESTVS, pro calore ſolis & commotione maris.

Rapidus  Verg. in Bucol. Et rapido feſſis meſſoribus æſtu.
Peſtifer  Idem in Battarum, Mutent peſtiferos æſtus.
Sitiens  Columella, Nec mutata loco ſitiens exhorreat æſtus.
Ardens  Verg. de 4. temporibus, Scindit agros æſtus Phœbæis ignibus ardens.
Calidus  Lucret. lib. 1. Nec calidos æſtus tuimur.
Horrifer  Idem lib. 3. Tartarus horriferos eructans faucibus æſtus.

Flammifer



Flammifer  Seneca, Leo flammiferis æſtibus ardens.
Fumidus  Pont. Et longè ad ſedes victor perlabitur æſtus Fumidus.
Feruens  Quintian. Depoſuit laſſos æſtu feruente lacertos.
Malignus  Mant. Pro canis Icarij morbis, æſtuq; maligno.
Vrens  Fauſtus, Cœperat vrentem brumæ intolerabilis æſtum.
Flagrans  Idem, Non tulit vlterius flagrantem pectoris æſtum.
Ardeſcens  Idem, Ardeſcente æſtu liuoris & iræ.
Icarius  Idem, Sideris arctoi morboſq;, & tempora, & æſtus Icarios.
Anhelus  Architrenius, Nec quatitur ventis, nec anhelo carpitur æſtu.
Grauis  Catull. Quum grauis exhuſtos æſtus hiulcat agros.
Feruidus  Philelphus, In venas ne feruidus irruat æſtus.
Vndoſus  Ruſtus, Rectior vndoſo curſus ſulcatur in æſtu.
Vndans  Strozius filius, Et vndantes populati pectoris æſtus.
Spumans  Mant. Talibus eiectant ſpumantem pectoris æſtum.
Vndiſonus  Fauſtus, Non ſic vndiſono motum mare fluctuat æſtu.
Redundans  Idem, Namque redundantem pelagi non pertulit æſtum.
Horriſonus  Philelphus, Fluctuat horriſonos paſſim iactata per æſtus.
Procelloſus  Idem, Linquitq; ratem mutare per æſtum ſæua procelloſum.
Tumidus  Dionyſius de Situ orbis, Inde ſalis tumidus Tyrrheni voluitur æſtus.
Fluctiuagus  Gualter. in Alexandreide, Inſula fluctiuago quæcunq; includitur æſtu.
Incenſus  Verg. lib. 4. Georg. Profuit incenſos æſtus auertere.
Ater  Idem in Battarum, Atrum conuertens æſtum.
Raucus  Idem in Aetna, Quid raucos torqueat æſtus.

AETAS. la edad

Fugitiua  Verg. Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam.
Edax  Lucan. lib. 7. Non ætas hæc carpſit edax, monumentaq; rerum.
Inuida  Horat. lib. 1. Carm. Dum loquimur, fugerit inuida ætas.
Ferox  Idem lib. 2. Carm. Curret enim ferox ætas.
Irreuocabilis  Lucret. lib. 1. Irreuocabilis abſtulerit iam præterita ætas.
Improuida  Idem lib. 4. Vt puerorum ætas improuida ludificetur.
Volatilis  Ouid. lib. 10. Labitur occultè, fallitq. volatilis ætas.
Infirma  Idem lib. 6. Faſt. infirmaq. vincitur ætas.
Velox  Mant. Noſtra breuis, veloxq. ætas, & plena laborum.
Lubrica  Claudian. Perſuadet teneris heu lubrica moribus ætas.
Fœcunda  Idem, Creſcite virtutes, fœcundaq. floreat ætas.
Auida  Seneca, Et quicquid auida per tot annorum gradus abſcondit ætas.
Lachrymabilis.  Politianus, Non te lachrymabilis ætas, Non te forma mouet.
Mobilis  Codrus, Te mobilis ætas, Atq; ſenum matura cohors expectat.
Fragilis  Lact. Fragilis ætas dilacerari ſe toto corpore perpetitur.
Ferrea  Crinitus, Additur & noſtris hæc ætas ferrea damnis.
Fugiens  Catull. Ne fugiens ſeclis obliuiſcentibus ætas.
Reuolubilis  Hen. Lab. Nec primum complerat iter reuolubilis ætas.

AETES.

*Aetes rex fuit Colcorum, filius Solis, ex Perſa Oceani filia liberos habuit, Medeam, Abſyrtum, & Calciopen. Ad hunc Phrixus, Athamantis filius peruenit, & aureum vellus detulit, quod cùm vigilantiſſimè ſeruaret, eius cauſa bellum geſſit cum Argonautis. Dicimus etiã Aeeta in recto caſu: Hæc dictio quandoq; contrahitur in duas ſyllabas per ſyneresin. Ouid. in Epiſt. Non hæc Aeſonides, ſed filia Phaſias Aeete.*

Soligena.  Sole genitus. Val. Flac. li. 5. Ante infidi tamen exequar aſtus ſoligenæ.
Sole ſatus  Idem ibidem, Contra ſole ſatus Phrixi præcepta voluntas.
Hyperionides, ab auo ſuo Hyperione, ſolis & lunæ patre. Idem, Rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum.

Aeus, ab Aeà vrbe & inſula Colchorum. Idem Valer. Flacc. lib. 5. Qui ferat Aæi ſo-cijs reſponſa tyranni.

Ferus Idem, Nec ferus Aeetes, vt fama, nec aurea nobis Terga negat.

Phaſiacus, à Phaſi Colchorum fluuio. Pont. Suſpiratq; petitam Euris, atque æquore prædam Phaſiaci ſenis.

## AETHER. *el ayre*

Arduus Verg. lib. 1. Georg. Ruit arduus æther.
Leuis Idem ibidem, Quacunq; illa leuem fugiens ſecat æthera pennis.
Purus Idem, Lætificusq; dies erat omnibus æthere puro.
Nubificus Idem, Aethera nubificum complectitur orbe decoro.
Nitidus Varius poeta apud Mac. Aethera per nitidum tenues ſectatur odores.
Liquidus Verg. lib. 7. Stridore ingenti liquidum trans æthera vectæ.
Serenus Lucan. lib. 1. Pars ætheris illa ſereni Tota vacet.
Vaſtus Idem lib. 3. Innumeræ vaſto miſcentur in æthere voces.
Signifer Lucret. lib. 5. Primus ſe ſuſtulit æther Signifer.
Diffuſilis Idem ibidem, Sic igitur quum ſe leuis ac diffuſilis æther.
Ignifer Idem, Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipſe.
Rapidus Idem, Siue quòd incluſi rapidi ſunt ætheris æſtus.
Grauitate carens. Ouid. lib. 1. Metamor. Hæc ſuper impoſuit liquidum, & grauitate carentem Aethera.
Sacer Idem ibidem, Sed timuit ne fortè ſacer tot ab ignibus æther Concipe-ret flammas.
Igneus Syll. lib. 1. Ruptoq; polo micat igneus æther.
Altus Stat. lib. 10. Videt alto ex æthere clauſa Mœnia.
Cæruleus Idem ibidem, Huc ſe cæruleo librauit ab æthere virgo.
Stellatus Val. Flac. lib. 2. Aſtraq;, & effuſis ſtellatus crinibus æther.
Curuus Ruffus, Sed non axis item curui vertigine fertur Aetheris.
Incuruus Idem, Aetheris incurui moles rotat.
Omniparens Nemeſianus, Omniparens æther, & rerum cauſa.
Incandens Pont. Vertitur æther Ignibus incandens.
Sublimis Seneca, Per alta videt ſpacia ſublimis ætheris.
Aureus Pont. Collucent aureo flammæ, micat aureus æter.
Apertus Idem, ſuper æthera fulget apertum,
Rubens Idem, Vbi rubentẽ gemmeos ſcandẽs equos Phœbus peragat æthera.
Lucidus Marullus, Me lucidus æter Parturit.
Latus Idem, Potensq; ætheris lati volucer Cupido.
Conſpicuus Pont. Subiſti Aethera conſpicuum, conſpiciende deis.
Sudificus faciens aerem ſubudũ. Sabel. Hæc quę ſudificũ conſurgit ad æthera turris.
Fumidus Conradus, Queis crepat vaſto ſonitu reſultans Fumidus æther.
Purpureus Idem, Quas quum purpureo proſpexit ab æthere Phœbus.
Perlucidus Quintianus, An ſic perlucidus æther Sentiat.
Perlucidus Idem, Suũ perlucidus ęther Amiſit, radios Phœbo renuente, coloremq;.
Candens Idem, Et quo iubente trano cadentem æthera.
Reuolubilis Mant. Viq; ſuis rurſum aſtra locis reuolubilis æther Reſtituit.
Argenteus Valerand. Var. Solis inalbebat radijs argenteus æther.
Ardens Mant. Nox erat, & ſtellis ardens lucentibus æther.
Pictus Andr. Ammonius, Picti conditor ætheris.
Vdus Brixius, Ecce graues vdo funduntur ab æthere nymbi.

Aether apud doctos vltimã producit. Cant. tñ corripit dicẽs, Aether & immẽſum reſonat percuſſ⁹ athenis Ictibus Et Mantu. li. 1. in Alphõſo, Aether & aſtrorũ vires, & Olympica virtus.

## AETHIOPES. *los de Ethiopia*

Nubei, nubibus concolores. Plin. lib. 6. Ab ea nubei Aethiopes dierum octo itinere.
Vagi Sidon. Apoll. Aethiopesq; vagos belli terrore relegans.
Nigri propter exuſtionem & ſuperficialem calorem, qui non in corde reſidet, ſed in





extremis ſupernatat. Pont. Miretur nigrum Aethiopem criſpante capillo.
Torridi Thom. Rad. Torridorum Aethiopum locus cernitur arenoſus.
Diuites arenarum. Marullus, Diuesq; arenarum Aethiops.
Vſti Mant. Sub cancro reſidens, Garamantes & vſtos Aethiopas.
Aegyptini, quia ſunt Aegyptijs finitimi.
Simi, Aethiopes ferè ſimi naſcuntur, vt ait Theodoritus. Hinc deos ſuos atros & ſimos ſolebant effingere, habitudine ſuorum corporum.
Philœni, & Philopotæ, quoniam pauperes inueniuntur apud eos, qui quum vino careant, braſſicam ſerunt, ad diſponendum vino dulciori locum.

## AETHON. *vno de los cauallos del sol*

Velox Claud. Quin etiam velox auroræ nuncius Aethon, Qui fugat hinnitu ſtellas roſeoq; domatur Lucifero. Eſt autem vnus ex equis ſolis.
Croceus Diom. Guidalotus, Et croceus duris ſpumabat fortè lupatis Aethon.

## AETHON.

Bellator Verg. lib. 11. Poſt bellator equus poſitis inſignibus Aethon It lachrymans, guttiſq. humectat grandibus ora. Fuit hic equus Pallantis filij regis Euandri, qui in exequijs domini ſui collachrymaſſe fertur.

## AETHRA. *los cielos*

Siderea Verg. lib. 3. Aen. Nec lucidus Aethra Siderea polus.
Rubra Idem lib. 12. Namq; volans rubra fuluus Iouis ales in ęthra.
Pitheis, mater Pithei, tunc autem nomen eſt proprium, neq; pro ætheris ſplendore accipitur, vt hic Ouid. in Epiſt. Nec tamen Pitheidas Aethræ filius.
Liquida Syl. lib. 4. Quum ſubitum liquida non vllis nubibus ęthra Augurium.
Albens Idem lib. 5. Albenti ſi ſenſit in æthra.
Leuis Val. Flac. lib. 6. Erigitur, paulumq. leui raptatus in æthra.
Rutila Ruffus, Illum quin etiam Rutilæ pater intulit æthræ.
Celſa Idem, Qua celſam cærulus æthram, Orbe ſecat.
Supera Idem, Exerat & ſupera vibret bellator in æthra.
Aperta Idem. Diſploſis etenim per apertam nubibus æthram.
Fulgida Mart. Cap. Tandem laboris fructus æthram fulgidam.
Flammans Idem, Celſior vna Ioue, flammantis circulus æthræ.
Ignea Stroz. pat. Ignea diſcuſſis erumpit nubibus æthra.
Tenuis Mant. Poli tenuem ſpargentibus æthram.
Nitida Autor hymni de aſſũptione Virginis, Qui tecũ nitida viuit in æthra.
Flammea Ennius apud Macrob. Flammeamq. per æthrã altè feruidè ferri facẽ.

## *AETNA.*

*Aetna mons eſt Siciliæ cauernoſus, globos igneos & flammas euomens, propter ſubterranei ſulphuris naturam. Nihilominus circa radices amœniſſimus eſt, multiſq. fontibus ſcaturiens, & abundans fruticibus Poetæ fabulantur Gigantes à Ioue ſubterfulminatos: vnde Claud. In medio ſcopulis ſe porrigit Aetna peruſtis. Aetna Gigantæos nunquam tacitura triumphos. Enceladi buſtum. Subiungit item: Aetnæos apices ſolo cognoſcere viſu. Non aditu tentare licet, pars cætera frondet. Arboribus teritur nullo cultore cacumen.*

Feruida Verg. in Aetna, canam, quo feruida motu Aeſtuet Aetna.
Trinacria Idem lib. 3. Aen. Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna.
Ardens Lucan. lib. 1. Leucas, & ardenti ciuilia bella ſub Aetna.
Sicula Idem ibid. Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Aetnæ.
Alta Ouid. lib. 4. Faſt. Alta iacet vaſti ſuper ora Typhæos Aetna.
Typhois, à Typhœo Gigante ſubter captiuo. Idem in Epiſt. Arua Phaon celebrat diuerſa Typhoidos Aetnæ.
Flagrans Mant. Qualia flagranti patitur Vulcanus in Aetna.
Ignifera Stat. lib. 5. Theb. Vbi ignifera feſſus ſuſpirat ab Aetna.
Vaporifera Idem lib. 6. Theb. Quale vaporifera ſaxum Polyphemus in Aetna.

Fumans Idem lib. 11. Et Encelado fumantem impreſſerit Aetnam.
Paiēs florū Claud. Viderat herboſo ſacrum de vertice vulgus Aetna parēs florum.
Grauis Idem, Huc premit Inarime, hunc grauis Aetna domat.
Floricoma Auſon. Qualis floricoma quondam populatur in Aetna.
Feruens Seneca, Rupæ feruentis reſidens in Aetnæ.
Odbra Stroz. pat. Qualis erat roſeis in odore vallibus Aetnæ.
Monſtrifera, propter Gigantes ibidem obrutos. Idē, illum monſtrifera genuit Polyphemus in Aetna.
Fumoſa Pamph. Plena domus fumo, fumoſa nigrior Aetna.
Calida Petrarch. Quiq; gregem calida gelidus malè pauit in Aetna.
Trinacris, quoniàm à tribus promontoriis ita vocatur Sicilia. Mantuà. Conſilium ſubter cautes Trinacridos Aetnæ.
Lucens Idem, Et Ioniis lucentem fluctibus Aetnam.
Valcunia. Idem, Seu quondam Ioniis Vulcania fluctibus Aetna.
Sonans Idem, Credes Aetnam ſubiiſſe ſonantem Ictibus aſſiduis.
Cerealis, quoniā frugum fertilis eſt Sicilia. Barth. Et moto Cerealis fluctuat Aetna.
Torrida Fauſt. Torrida Sicariis veluti calet Aetna Cauernis.
Horrifica Idem, Horrifica eructet diſruptis Aetna caminis.
Sulphurea Claud. Seu mare Sulphurei dictum per viſcera montis.
Fera Propert, lib. 3. Quinetiam polypheme fera Galatea ſub Aetna.
Sicilis Hieron. Anger. Et furit accenſis Sicilis Aetna rogis.
Flamiſera Textor, Non ita flamiſera Briareus torretur in Aetna.

AE V A. nº propio

Antiqua Auſon. Sit ſatis, antiquam ſerpens quód prodidit Aeuam.
Nocens Lactant. Quos prius Aeua nocens infecerat.
Capta venenis. Auſon. Deceptum miſeratus Adam, quem capta venenis Implicuit ſocium blandis erroribus Aeua.
Vana Quint. Quem ſua coniunx Vana ſefellit.

AE V V M. el siglo

Anguſtum Verg. lib. 4. Geor. Ergo ipſas quamuis anguſti terminus æui.
Miſerabile Idem de litera Pytag. Turpis inopſq; ſimul miſerabile tranſigit æuum.
Annoſum Lucan lib. 9. Inuidus annoſo qui famam derogat æuo.
Breue Hor. lib. 2. Carm. Quid breui fortes iaculamur æuo Multa.
Volans Manil. Per numeros omnes æui diuiſa volantis.
Lubricum Ruffus, Lubricum, vt æuum Sors agat.
Præpes Auſon. Digreſſi faſtos, & nomina præpetis æui.
Currens Sidon. Currentis æui profectu, defectuq; labaſcunt.
Velox Seneca, Qui uelocis memores æui.
Caducum Marullus, Sed hæc caduci cuncta flos æui breuis.
Volatile Stroz. fil. Reliquumq; volatilis æui Exigit.
Curtum Cour. Paranda ſit curtum per æuum.
Fallens Augurell. Fallentis æui tramite.
Celere Mant. Celeriq; abſumitur æuo.
Reſolubile Idem, Nec ſpes tangit reſolubilis æui.
Lamentabile Idem, Non niſi per luctus, & lamentabilis æui Supplicia.
Labens Idem, Ante ſenectutem labenti imponitis æuo.
Labile Idem, Nec regni iactura grauat, neq; labilis æui.
Incertum Ouid. lib. 15. Incerti ſpacium mihi finiat æui.
Mutabile Verg. lib. 11. Variusq; labor mutabilis æui.

A F R I.

Sitientes quoniam ſunt in regione calidiſſima. Verg. in Buc. At nos hinc alij ſitientes ibimus Afros.

Diſcin-



Diſcincti, velut inhabiles militiæ. Nam omnes qui militant, cincti ſunt, inquit Seruius, aut certè inefficaces, vt contrà præcinctos ſtrenuos dicimus, vel quod veſtibus vterētur ad talos demiſſis. Mos erat militaris, vt milites cingulo cincti ſemper eſſent, quod ad conuiuium euntes deponebant. Auguſtus iuſſit milites delinquentes pedibus ſtare diſcinctos, in opprobrium, & contumeliam. Verg. lib. 8. Hic Numadum genus, & diſcinctos, Mulciber Afros.
Vagi Lucan. lib. 4. At vagus Afer, equos vt primum emiſit in agmen.
Rebelles Syll. lib. 15. Mixtusq; rebellibus Afris Cantaber.
Bilingues Africæ populis ea inuritur nota, quòd fraudulenti ſint, & animo à labijs diſſentiente. Codrus, Sic finxit Gallos hebetes natura, bilingues Afros: & mēdax Græcia facta fuit.
Sæui Sabell. Noua prelia ſæui In Pharias gentes geſſere phalangibus Afri.
Infidi Barth. Infidis rex hic ferus imperat Afris.
Sophaci, à Sophano, qui in Africa regnauit.
Tenue, id eſt, pauperes. Iuuenalis Sat. 8. Quū tenues nuper Marius diſcinxerit Afros.
Paſtoricij Herodot. in Melpomene, apud paſtoricios Afros talia ſunt ſacrificia.
Armentarij Verg. lib. 3. Georg. Armentarius Afer agit tectumq; laremq.

A F R I C A. nº de provincia

Fertilis Hor. lib. 3. Car. Fulgentem imperio fertilis Africæ. Et lib. 2. Serm. Frumenti quantum metit Africa. Et Stat. lib. 3. Syll. Quod meſſibus Afris Vertitur.
Ardens Lucan. lib. 9. Peſtiferos ardens facit Africa.
Vadoſa Stat. lib. 4. Syll. Portus vadoſæ miſcuit Africæ.
Beluis frequens. Plin. lib. 5. Inde Africa ab Aethiopia diſpeſcens, etiamſi non protinus populis, feris tamen & beluis frequens.

Plin. li. 5. ſcribit Africam regionem eſſe fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fœnus reddē te terra. Vnde Horat. libr. 1. Car. Quicquid de Libycis verrit areis.

A F R I C V S. nº de viento

Creber procellis, Verg. lib. 1. Aeneid. Vna Eurusque Notusque ruunt, creberq; procellis Africus.
Præceps Horat. lib. 1. Carm. Nec timuit præcipitem Africum.
Peſtilens Idem lib. 3. Carm. Nec peſtilentem ſentiet Africum.
Proteruus Idem in Epo. Notus vocabit, aut proteruus Africus.
Nubifer Mirand. Nubifer auſtrali prorumpens Africus axe.
Ater Hieron. Anger. Freta concitet ater Africus.

*A G A M E M N O N.* nº propio

*Agamemnon Mycenarum rex, filius fuit Atrei, ſeu, vt alij malunt, Pliſtenis, fraterq; Menelai. Qui Græcorum omnium conſenſu Imperator delectus, ad expeditionē Troianam profectus eſt: Clytemneſtra coniuge, ex qua iam liberos aliquot ſuſceperat, ad regni adminiſtrationem relicta, à qua reuerſus interfectus eſt, Aegyſthi auxilio, quo cum illa conſuetudinem adulterij prius habuerat. Quod facinus ægre ferens Oreſtes, vtriuſque filius, matrem in vindictam patris occidit. Cæterum Aſiamemnon fertur habuiſſe ſceptrum à Vulcano fabricatum, item & clypeū, in cuius medio erat effigies Gorgonis, in zona vero draco voluminoſus.*

Agamenonis mors. Clytēneſtræ mors.

Mycenæus, à Mycenis vrbe Græciæ, cuius tenuit principatum. Verg. li. 11. Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum. Ouid. libr. 2. Eleg. Serua Mycenæo eſt Phębus amata duci. Amauit enim Caſſandram, quam ab expeditione rediens, ſecum adduxit. Phyllis apud Oui. in Epi. Nulla Mycenæū ſociaſſe cubilia mecum Iuro.
Atrides, ab Atreo patre. Ouid. libr. 13. Hoc vbi cognouit Troiæ populator Atrides.
Tantalides, oriundus à Tantalo, qui pater fuit Pelopis, patris Atrei. Oui. lib. 5. Faſt. Reſpice Tantalidem, eadem dea tela timebat. Dicimus Etiam Agamemno in recto caſu. Stat. in Achill. Conclamant Danai, ſtimulatq; Agamemno volentes.

*A G A V E.*

*Agaue Cadmi, & Hermionis filia, nupſit Echioni Thebano, ex quo filiū Pētheū ſuſcepit. Qui cùm abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacre deſpicaretur, ab ipſa matre, reliquiſq; Mænadibus mēbratim dilaniatus eſt. Ouid. li. 3. Met. Prima ſuum miſſo violauit Penthea Tyrſo Mater.*

Penthei mors.

 Cad-

Cadmæis, Cadmi filia. Verg. in Culice, Quo quōdam victa furore Venit Nyctileum fugiens Cadmæis Agaue Infandas, ſcelerata manus, & cæde cruenta.

Cadmæa  Tibull. lib. 4. Cadmææ matris præda cruenta docet.

Cruenta  Seneca, Et ſpolium tulit cruenta nati Mænas in partes dati.

Thebana  Lucan. lib. 1. Thebanam qualis Agauen impulit. Ouid. libr. 3. Faſt. Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere matris.

Pentheia  Stat. li. 11. Pētheia qualis Mater ad inſani ſcādebat culmina mōtis, Promiſſum ſæuo caput allatura Lyæo: Sidonius, Ipſa aūt nato occiſo Pētheia mater.

Furens  Seneca, Qualis attonita & furens, Cadmea mater abſtulit nato caput.

Baſſaris  Perſius Satyra 1. Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris.

*AGANIPPE.*

*Aganippe fons eſt Bœotiæ. Muſis ſacer, à quo Muſæ ipſæ uocantur Aganippides. Fit etiam adiectiuum Aganippæus: Propertius, Par Aganippææ ludere docta lyræ.*

Hianthæa. Nam Hiantes populi fuerunt Bœotiæ. Ouid. libr. 5. Meta. Fonte Meduſæo, & Hianthea Aganippe.

Permeſſia, à Permeſſo Bœotię fluuio. Claudianus, Fons Aganippęa Permeſſius educat vnda.

*AGATHYRSI.*

*Agathyrſi populi ſun: Scythis contermini, qui in commune cum mulieribus coeunt: hi nihil liuoris aut odij mutuo exercent. Capillos habent cæruleos, quos unà cum toto corpore [illegible]is coloribus inficiunt.*

Picti  Verg. li. 4. Aen. Cretesq́; Dryopesq́; fremunt, pictiq. Agatyrſi. Mant. Vſque Melanchlænos, vſque ad pictos Agathyrſos.

Depicti  Bartholinus, Et Scythicum Thanain, & depictos Agathyrſos.

Immanes  Iuuen. Sat. 15. Sauromatæ truces aut immanes Agathyrſi.

*AGEA.*

*Vis eſt in naui dicta, autore Pompeio, quod in ea maximæ quæque res agi ſoleant.*

Longa  Ennius, Multa foro ponens, Agæa quæ longa repletur.

*AGENOR.*

*Agenor Beli fuit filius, & rex Phœnicū, & pater Cadmi: à quo Phœnices ipſi dicti ſunt Agenoridæ.*

Sarranus, id eſt, Tyrius. Nam Sarra vrbs Phœniciæ, Tyros poſtea vocata eſt. Man. Quæ in Tyrijs habuit campis Sarranus Agenor.

Imperioſus  Stat. in Achil. Non tulit inſidias diuum imperioſus Agenor.

Lybicus, quoniam qui ab Agenore deſcenderunt, venerunt ad habitādam Libyam cum Didone. Calentius, Per medias Libyci filia regis aquas.

AGER. *el campo*

Almus  Verg. lib. 2. Georg. Parturit almus ager, zephyrique tepentibus auris.

Pinguis  Idem de quatuor temporibus anni, Tempore ſolis, ager meſſes fert pinguis opimas.

Latus  Tibullus lib. 2. Ipſa Venus latos iam nunc migrauit in agros.

Diues  Verg. lib. 7. Diuitis vber agri, Proiæ ve opulentia deerit.

Frugifer  Lucan. lib. 1. Qualis frugifero quercus ſublimis in agro.

Olens  Idem lib. 7. Quid olentes deſeris agros.

Frumentarius. Cato, Eum agrum frumentarium eſſe oportet.

Copioſus  Varro, Aut etiam diuitum copioſi agri, ac villæ.

Syluester  Mant. Agricolæ ſyluoſtrem agrum, terramq́; rebellem.

Ferax  Ouid. lib. 3 Eleg. Quamuis agros amet illa feraces.

Humidus  Colum. Qui ſylueſter ager, quid humidus, & graminoſus.

Lætus  Palladius Rutilius, Læto agro non eſt ſerendum.

Lutoſus  Idem, Nam ſi in lutoſo agro ſpargatur, morietur.

Planus  Idem, Ager planus, humidus, exilis.

Fertilis  Ouid. in Epiſt. Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

Riguus



Riguus  Colum. Poteſt tamen mediocriter accliuis aut riguus ager pratū fieri.

Campeſter  Idem, At ſi campeſtres & vliginoſos agros poſſidebis.

Aquoſus  Idem, Quum in aquoſum agrum transfertur, vtrunque putreſcit.

Succoſus  Idem, Quem ſeminario deſignaueris, planum & ſuccoſum.

Carbunculoſus. Idem, Nam carbunculoſum agrum, niſi ſtercore adiuuas, macras vineas efficere dixerunt.

Rudis  Palladius Rutilius, Rudes agros potius eligamus, vel ſylueſtres.

Herboſus  Pamphilus, Terminus herboſos terminet vnus agros.

Cultus  Ouid. lib. 5. Faſt. Tu quoque nomen habes cultos Narciſſe per agros.

Amœnus  Hor. in Arte, Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros.

Virens  Idem, Mercator ne vagus, cultor ne virentis agelli.

Dulcis  Lucret. lib. 5. Inde aliam, atque aliam culturam dulcis agelli.

Madidus  Ouid. lib. 1. Met. Inde vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros.

Lapidoſus  Idem lib. 8. Quæſitamq. famem lapidoſo inuenit in agro.

Fœcundus  Idem lib. 3. Faſt. Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi.

Patulus  Syll. lib. 7. Pœnus, & in Patulos exultans emicat agros.

Benignus  Ouid. lib. 1. Eleg. Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Viridis  Mart. lib. 5. Et viridis cancri menſibus ardet ager.

Luxurioſus  Idem lib. 11. Arbore quod verna luxurioſus ager.

Operoſus  Ouid. lib. 2. Eleg. At ſine te quamuis operoſi vitibus agri Me teneant.

Flauens  Claud. Dum meus humectat flauentes lucifer agros.

Frugiparus  Ruffus, Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

Mollis  Nemeſianus, Virides nam ſuggeret herbas Mollis ager.

Irriguus Pont. Nympha lamo irriguos fundamina proſpicit agros.

Triticarius  Budæus, Sic enim fert agricolatio, vt triticarius ager meſſe triticea altero anno ſemeſtre aliquod genus frugis capiat.

Patens  Politianus, Agros patentes poſſidet.

Genialis  Strozius pater, Sed modo quum peteret geniales Borſius agros.

Vitifer  Conradus, Mœnus vitiferis opacus agris.

Putrificus  Idem, Quæ paſſim ſub agris tabuerunt merſa putrificis.

Gramineus  Mantuanus, Gramineis inimice agris, ventisque, niuesque.

Saxoſus  Iuuencus, Hic ſaxoſus ager ſimili leuitate vireſcit.

Spinoſus  Idem, At ſpinoſus ager curarum molle grauatus Reſpondet.

Herbifer  Mantuanus, Et nunc herbiferis rorem diſſeminat agris.

Pampineus  Idem, Niſi pampineos populeris & agros.

Florens  Idem, Neque florentes cognouerit agros.

Apricus  Idem, Quæ fluit è gelidis in apricos montibus agros.

Comans  Idem, Vina dedit Bacchus, paſſimque comantibus agris.

Vernans  Fauſt. Et ruris amœni Vernantes contemnit agros.

Triticeus  Idem, Aſpera triticeo, ſeu ſylua euellitur agro.

Apertus  Brixius, Præcipitante fuga per apertos euolat agros.

Gelidus  Iuuen. Sat. 3. Adiutor gelidos veniam caligatus in agros.

AGGER.

Terreus  Varro, Tertium militare ſepimentum, eſt foſſa, & terreus agger.

Herboſus  Ouid. lib. 14. Soluitur herboſo religatus ab aggere funis.

Lapidoſus  Mant. Binaque ſaxa viæ lapidoſo ex aggere tollens.

Gramineus  Verg. lib. 7. Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.

Terrenus  Idem lib. 11. Terreno ex aggere buſtum.

*AGMEN MILITARE.*

*Agmen, ut eſt apud Macrobium, non ineleganter ponitur pro actu & ductu quodam Ennius Quod per amœnā urbem leni fluit agmine flumen. Verg. lib. 2. Georg. Leni fluit agmine Tybris.*

Clipeatum  Verg. lib. 7. Clipeataque totis Agmina denſantur portis.

Platum

Pilatum Idem lib.12. Pilataq; plenis Agmina ſe fundunt portis.

Forte Lucan.lib.7. At medij robur belli fortiſsima denſant Agmina.

Stipatum Gel.lib.1.Stipato agmine maturantes.

Rapidum Stat.lib.5.Theb.Inter rapida agmina pacem Solus habes.

Toruum Idem lib.8.Nunc torua Philenes Agmina.

Armatum Val.Flac.lib.2. Quem mille tubas, armataque campis Agmina.

Sæuum Idem ibidem, Stant ſæua parentum Agmina.

Impetuoſum Stroz. filius, Impetuoſa minis agmina victor agit.

Horrendum Crinitus, Horrenda victor reppulit agmina.

Condenſum Syll.lib.2.Condenſaque cingunt Agmina certantum.

Nemoroſum, propter multitudinem telorum, lancearum, & iaculorum. Idem lib.4. Ingenti Tyrius nemoroſa per agmina ductor Voce ſonat.

Denſum Idem lib.8. Video per denſa volantem Agmina ductorem Libyæ.

Succintum Pharetris. Sabell. Herbida q; veſtit facies, ſuccincta pharetris Agmina.

Cataphractum, id eſt, vndique munitum. Vnde cataphracti equites dicuntur à Suet. & Saluſt. Mant. Cataphracta ſequuntur Agmina.

Inimicum Brixius, Curſuque inimica fatigat Agmina.

Terrificum Claud. Primus terrificum Mauors non ſegnis in agmen.

A G N A.

Humilis Horat.lib.2.Carm.Nos humilem feriemus agnam.

Tenera Stat.lib.8.Teneraque famen conſumit in agna.

Balans Calph.Mille ſub vberibus balantes paſcimus agnas.

Mollis Fauſtus, Inque meo ſtabas, mollis vt agna, ſinu.

A G N V S.

Tener Verg.in Buc.Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.

Subrumus, id eſt, lactæus. Veteres enim rumam pro mamma acceperunt.

Laniger Ouid.lib.4.Met.Protinus innumeris effœtus laniger agnis.

Ornus, id eſt, huius anni. Stroz. filius, Pro meritis ornos tibi ſepe litabimus agnos. Aſpiratur à quibuſdam hæc dictio.

Corniger Pont. Cuique ſuus comes hæret amans, cui corniger agnus.

Alacer Mant. Tanquam agni alacres per roſida rura.

Laſciuus Pamphilus, Laſciuis merito iocatur agnis.

Mitis Idem, Mitis eſt agnus, pecudes, capellæ.

Pinguis Idem, Primitias, mollemq; hœdum cum pinguibus agnis.

Blandus Petrarcha, Blandis prope lenius agnis.

Pauidus Mantuanus, Pauidoque fugatior agno.

Imbellis Remaclus, Imbelles agni, caprigenumque pecus.

Incurioſus Apul. Vel agnum incurioſum, vel leporem meticuloſum.

Petulcus Lucret. Cornigeras norunt matres, agnique petulci.

Molliculus Salmonius, Arietis illa eadem rugas mutauit in agnum Molliculum.

Mollis Mart.lib.5.Matremque plenam mollis agnus expectat.

Cornupeta Pont. Eligat agnum Cornupetam, cui lana pedes deſcendat ad imos.

A G R E S T E S.

Duri Verg.lib.1.Georg.Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.

Laborioſi Reuclin.in Sergio, Laborioſos agreſtes commoueris.

A G R I C O L A.

Auarus Verg.lib.1.Georg.Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ.

Indomitus Idem lib.7. Raptis concurrunt vndique telis Indomiti agricolæ.

Miſer Idem lib.12.Miſeris heu præſcia longe Horreſcunt corda agricolis.

Fortis Horat.lib.2.Epiſt.Agricolæ priſci fortes, paruoque beati.

Negocioſus Colum.libr.10. Gratiora ſunt iſta in otio legentibus, quàm negocioſis agricolis.





Seuerus Lucret.lib.5. Agricolæ vitio vertere ſeueri.

Robuſtus Idem lib.6. Et robuſtus item curruí moderato aratri.

Crudus Mart.lib.12. Ebrius, & crudus nil habet agricola.

Hirſutus Pontanus, Hirſuti, horripilique abſint.

Durus Politianus, Quis ceret duro agricolæ?

Impiger Marullus, Nec tu laborem differ agricola impiger.

Pauper Propert.lib.2. Et pecus, & fines pauperis agricolæ.

*A H E N V M.*

*Ahenum proprie vas eſt, in quo aqua ad bibendum caleſit, quaſi ex ære factum. Sæpenumero tamen capitur pro ampliſſimo vaſe, in quo vngitur purpura. Vnde hoc in loco permulta habet epitheta ex his locis in quibus claruit vſus purpuræ.*

Amycleum, ab Amyclis vrbe Laconiæ, in qua claruit vſus purpuræ. Ouid.lib.2.de Remedio amoris, Confer Amycleis medicatum Vellus ahenis.

Getulum, quoniã Tyrij coloni, qui cum Didone profecti ſunt in Africam, eò quoque modum purpuræ tingendæ tranſtulerunt. Syll. lib. 16. Getulis ve magnis fucaret vellus ahenis.

Tyrium Stat.lib.1.Syll. Oebalis, & Tyrij moderator linet aheni.

Agenoreum, ab Agenore rege Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros, & Sydon vrbes, purpura nobilitate. Mart.lib.10. Quicquid Agenoreo Tyros ĩproba cogit aheno.

Tænareum, id eſt, Laconicũ à Tænaro promontorio Laconiæ. Val.Flac.lib.5. Accipe Tænarei chlamydem de ſanguine aheni.

Vndans Idem lib.8. Pars verubus, pars vndanti deſpumat aheno.

Aſſyrium, ab Aſſyria purpura. Claud. Ditibus Aſſyrij ſpumis fucantur aheni.

Patulum Ruffus, Denique cum torrens Vulcanus ahenum.

Spumans Seneca, Ecquando tollet ignibus iam ſubditis, Spumante aheno.

Feruens Idem, Et hæc feruentibus demerſa ahenis.

Sidonium Idem, Nec Sidonio mollis aheno Repetita bibit lana rubores.

Tarentinũ Pamph. Lana Tarentino nec quæ fucatur aheno.

Ardens Iuuen.Sat.15. Nec ardenti decoxit aheno.

*A I A X T E L A M O N I S.*

*Aiax filius Telamonis ex Heſione, cum alijs Græcis ad expeditionem Troianam profectus, in Hectorem certauit. At cùm nox interueniens duellum diremiſſet, dono dedit Hectori ſuum baltheum, accepto ab eo gladio, quo poſtea ſe interfecit animi dolore, cùm ſcilicet repulſam paſſus eſſet in petitione armorum Achillis mortui, quæ ægrè ferebat Vlyſſi data.*

Telamonius Verg.in Culice, Hinc erat oppoſitus contrà Telamonius heros.

Inſanus, quoniam verſus eſt in furorem, ex ea, quam dixi, ægritudine. Apuleius, In inſani modum Aiacis armatus.

Interritus Polit. Ductores Danaum, clypæoq; interritus Aiax.

Ferus Codrus, Hectoraq;, Aiacemq; ferum duo robora belli.

Telamone ſatus Ouid.lib.13. Finierat Telamone ſatus.

Temerarius Mant. Talis erat Telamone ſatus temerarius Aiax.

Telamoniades. Ouid.lib.13. Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam.

Stolidus Idem, Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.

Inuictus Idem, Inuictumq; virum vicit dolor, arripit enſem.

Salaminius Mant. Telamone ſatus Salaminius Aiax.

Ferox. Idem Mant. Plus potuit, quàm Marte ferox, & viribus Aiax.

*A I A X.*

*Fuit hic Aiax Oilei filius, & Locrenſium rex, qui capta Troia Caſſandram virginem in templo Palladis violauit. Qua iniuria permota Pallas, eundem ab expeditione Troiana redeuntem, in mari fulmine percuſſit, Seneca, Fulmine & ponto moriens Oileus.*

Narycius, id eſt, Locrenſis, à Narycio vetuſtiſſimo Locrorum oppido. Oui.lib.14. Naryciusq; heros à virgine, virgine rapta.

Oilides Propert.lib.4.Victor Oilide rape nunc, & dilige vatem.

A L A.

Aeria Verg.in Cyri, Aerijs potius ſublimem ſuſtulit alis.
Stridens Idem ibid. Cum ſonitu ad cœlum ſtridentibus extulit alis.
Pernix Idem.lib.4.Aen.Progenuit pedibus celerem, & cernicibus alis.
Celer Idem lib.5.Aen.Radix iter liquidum, celeres neque commouet alas.
Ventoſa Propert.lib.2.Idem non fruſtra ventoſas addidit alas.
Velox Ouid.lib.4.Met.Ille auidos morſus velocibus effugit alis.
Leuis Idem lib.14.Cubitiq; leues renuantur in alas.
Mollis Syl.lib.10.Nec poſco vt mollibus alis Det victum.
Audax Ouid.in Epiſt.Nunc daret audaces vtinam mihi Dædalus alas.
Præpes Stat.lib.2.Theb.Inſumpſere latus ſummos nec præpetis alæ.
Tenera Idem lib.3.Theb.maiorum volucrum teneræ deponitis alæ.
Trepida Idem lib.9.Et trepidas in pectora contrahit alas.
Strepitans Tibul.lib.2.Vtinam ſtrepitantibus adolet alis.
Volucris Val.Flac.lib.7. Atq; hinc ſe pfugã volucri Thaumantias ala Suſtulit.
Tremula Polit.Nigraq; dum raucum tremulis euibrat ab alis.
Fugax Stroz.fil.Ite leues menſes, aliſq; fugacibus anni.
Omniuaga Hieron. Anger. Omniuagas quatiens puer inſuperabilis alas.
Velificata Apul.in Flo.Velificatas alas, quò libuit aduertens.

*A L A B A S T R V M.*

*Eſt autẽ alabaſtrũ, vas vnguẽtariũ, unde Martial. Qđ Coſmi redolẽt alabaſtra fociq; deorũ.*

Pingue Sidon. Nardum ac pinguia Nicerotianis Quæ flagrant alabaſtra tincta ſuccis.

*A L A N I.*

*Alani populi ſunt Scythiæ ad modum pugnaces & laboris patientiſſimi. Nam centum millia curſu interdum conficiunt. Carne veſcuntur, nec panem manducant.*

Ardentes Val.Flac.lib.6.Miſerat ardentes mox ipſe ſecutus Alanos.
Implacati Claud.Aut implacatis famulos præſtabit Alanis.
Caucaſigenæ, à Caucaſo monte Scythiæ, Sidon. Aut ad paludicolas Sicambros, aut ad Caucaſigenas Alanos.
Feri Seneca, An feris Iſter fugam Præbens Alanis.
Leues Mant. Curſuq; leues recitantur Alani.
Duri Lucan.lib.8.Et ſequerer duros æterni Martis Alanos.

A L A V D A.

Campeſtris Mant.Bardoculatus caput, vt campeſtris alauda.

*A L B A.*

Albæ cõditor.

*Alba vrbs eſt in Latio, quam condidit Aſcanius filius Aeneæ. Tibullus, Albaq; ab Aſcanio condita longa duce. Vergilius, Aſcanius longam muris quum cingeret Albam. Idem. Aſcanius clari condet cognominis Albam.*

Iliaca, ab his condita, qui Ilio profecti ſunt. Lucan.lib.5. Nec non Iliacæ numen quod præſidet Albæ.
Celſa Idem lib.1.Et reſidens celſa Latialis Iupiter Alba.
Dardania, eadem ratione qua Iliaca.Stat.li.3.Syll. Aſt ego Dardaniæ quamuis ſub collibus Albæ.
Romana Idem lib.4.Syl.Lux mihi Romanæ qualis ſob collibus Albæ.
Troiana Idem lib.5.Syl.Sed quis ab excelſis Troianæ collibus Albæ.
Longa Verg.lib.1.Aen.Et longum multa vi muniet Albam.Ennius 7. Olli reſpondet lex Albai longai. Eſt diæreſis figura in duabus vltimis dictionibus.
Verus Mant.Quis Pallantæum, veterem quis condidit Albam?

*A L B V L A.*

*Albula fluuius eſt ex Apœnino Romam fluens, ab albo colore dictus. Nunc autem Tyberis, in Tyberino Syluio Albanorum rege, ibidem ſubmerſo, dicitur.*

Vetus



Vetus Mant.Qua fluit Etruſco ſurgens vetus Albula fonte.

A L B V N E A.

Reſonans Horat.lib.1.Car.Quam domus Albuneæ reſonantis.
Alta Verg.lib.7. Aenei. Lucoſq; ſub alta Conſulit Albunea nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat, ſæuamq; exhalat opaca Memphitim.

Albunea fons eſt iuxta Tybur oppidum, ab Albunea nympha dictus.

A L B V R N V S.

Virens Verg. Eſt lucos Silari circa, illicibuſq; virentem Plurimus Alburnum volitans.Mons eſt Lucaniæ à candore verticis dictus.

*A L C E S T I S.*

*Alceſtis fuit mulier Theſſala, & vxor Admeti regis, pro cuius ſalute morti ſponte ſe deuouit, quum ab oraculis audiſſet, Admetum ipſum à ſumma ægritudine ad incolumitatem rediturum, ſi quis amicorum pro eo mori vellet, vt iam diximus in Admeto.*

Pegaſæa Ouid.lib.3.de Arte, Fata Phereciadæ coniunx Pegaſea redemit.
Theſſalla Claud.Fœmineæ virtutis opus, quod ſpõte marito Caſta maritali ſucceſſit Theſſala fato, Inq. ſuos migrare virum non abnuit annos.

Pagaſęa à Pagaſa vrbe Theſſaliæ.

A L C AE V S.

Lesbius Horat.lib.1.Lesbio primum modulate ciui.
Pugnax Polit.Exactoſq.canis pugnax Alcæe tyrannos.
Breuis, & alia. Quintil.lib.10.Inſt.Orat.Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos inſectatur. Multum etiam moribus confert, in eloquendo quoq; breuis, & magnificus, & diligens, Homero ſimilis, ſed in luſus, & in amores deſcendit, maioribus tamen aptior.

A L C I D E S.

Magnanimus Lucan.lib.4.Magnanimum Alciden Lybicas exciuit in oras.
Inſanus Ouid.in Epiſt.Eurit ydos Ioles, atque inſani Alcidæ.
Ferus Stat.lib.8.Me ferus Alcides tunc cum cuſtode remoto.
Trux Mart.lib.9.Trux erat Alcides, ſed Hylam ſpectare licebat.
Clarus Seneca, Amorne clari fugit Alcide tibi?
Ferox Pamph.Quæreret Alcides rumpere terga ferox.
Vagus Conrad.Solis ſub ortum conſtituit vagus Secutus Alcides.
Bipater, quoniam credebatur filius Amphytrionis, quum tamen filius eſſet Iouis. Mant.Siue ſit Alcides bipater, ſeu Iuppiter.
Inſignis Calent.inſignem Alcidem, totum qui terruit orbem.
Bellator Barth.Bellatoremq. vocare Alciden.votis.
Cruentus Claud.Semperq.cruentus Ibat, & Alcmenæ prædam referebat ouanti.
Magnus Verg.lib.5.His contra Alciden magnum ſtetit.

Alcides dicit Herculeſ à bellica virtute, q̃ Grecis Alce dicitur.

*A L C I N O V S.*

*Alcinous Corcyram inſulam, in qua Phæaces habitarunt, inſigni iuſtitia rexit. Ferunt autem in ea terra tantam fuiſſe pomariorum fertilitatem & copiam, ut præmaturis fructibus noui ſtatim ſuccederent. Stat.lib.1.Sylu. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, voſq; Qui nunquam vacui prodiſtis in aera rami. Iuuen.Sat.5. Illa iubebit Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore. Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat, Filiam habuit Alcinous Nauſicaam nomine, quæ naufragum Vlyſſem perhumano ſuſcepit hoſpitio.*

Munificus Ouid.lib.2.de Ponto, Munifici mores improbat Alcinoi.
Corcyreus, à Corcyra inſula, in qua dominatus eſt. Mart.lib.8. Qui Corcyręi vidit pomaria regis.
Phæax Mant. Alcinoi Phæacis opes Corcyræ.
Ferax Fauſt.Turpiter Alcinoo dantur mala poma feraci.
Corycius Adr. Card.ruri ſubditus hortulus virebat, Qualis Corcyum ſenẽ bearet. Vbi Corycium pro Corcyreum videtur poſuiſſe.

Corycium oppidum Ciliciæ abundans optimo croco.

*A L C M E N A.*

*Alcmena Græca mulier, filia fuit Electrionis, & vxor Amphytrionis Thebani, ex qua Iuppiter*

*ſiter genuit Herculem.*
Argolis, id eſt Argolica, ſeu Argiua. Nam ab Argis oppido Græci vocantur Argiui. Ouid. lib. 9. Leuata eſt Argolis Alcmene, potiturq; puerpera voto.
Genitrix Alcidæ. Syll. lib. 13. Vbi magna imperatur Alcidæ genitrix.
Herculea, Herculis mater. Stat. lib. 10. Non ſæuius arſit, Herculeæ quũ matris onus.
Amphytrionæa. Bern. Bologninus Cremonenſis, Amphytrionæa duplici quę coniuge nocte Progenui.

ALCMAEON.

*Alcmæon filius fuit Amphiarai & Eriphiles, qui matrem interfecit, quòd illa Amphiaraum maritum ſuum (qui in bello Thebano abſorptus eſt hiatu terræ) Polynici prodidiſſet, corrupta monili aureo.*
Amphiaraides. Ouid lib. 2. Faſt. Amphiaraides Naupactœo Acheloo.
Amphilochi frater. Idē lib. 2. de Rem. Amphilochi frater ne Phagida ſemp amaret.
Crudelis, ob interfectam matrem. Verg. lib. 6. Mœſtamque Eriphilen Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

ALCYONES.

*Auiculæ ſunt colore cyaneo, paulò maiores paſſere. Fœtificant bruma, nidos faciunt ſeptem diebus ante brumam, & totidem ſequentibus pariunt. Ceyx maritus fuit Alcinoes, qui cum ad oraculum nauigans naufragium feciſſet, Alcinoe uxor dolore animi ſe ſubmerſit, & deorum miſeratione in auem ſui nominis mutata eſt.*
Deſertæ — Prop. lib. 1. Nunc ego deſertas alloquar alcyonas.
Cæycis aues — Mant. Producit Cæycis aues, vbi frigida bruma.
Mœſtæ — Idem, Mœſtæq; Alcyones lugubre dabant per littora carmen.

ALEA.

*Alea capitur pro omni ludo, in varietate fortunæ conſiſtente, traduciturq; ad euentus incertos Plin. Extra omnem ingenij aleam poſitus. Lucan. lib. 6. Placet alea fati Alterutrum merſura caput. Herodotus in Clyo ſcribit aleam à Lydis fuiſſe repertam. Alij inuentum eius Palamedi tribuunt, quum in Græcorum caſtris aduerſus Troianos eſſet in ocio. Hic ludus vetitus erat Romanis legibus. Hinc Cicero ſcribit Lenticulam, colluſorem Antonij de alea condemnatum fuiſſe.*
Periculoſa — Horat. lib. 2. Carm. periculoſæ plenum opus aleæ.
Vetita — Idem lib. 3. Seu mauis vetita legibus alea.
Præceps, quõ multum pecuniæ momento prodigat. Vnde Iuu. Sat. 1. Neq; enim loculis comitantibus itur ad caſum tabulæ, poſita ſed luditur arca. Suet. ſcribit Neronem quadragenis in punctum ſeſtertijs aleam luſiſſe. Meritò ergo vocatur præceps, quæ iocante fortuna tantam vim auri profundat in oculi nictu. Idem Hor. lib. 1. Epiſt. quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.
Blanda, quoniam ſpe futuri lucri ſemper allicit, victorem quidem, vt proſperũ iam ſucceſſum vrgeat, victum, ſpe reficiendæ iacturæ. Ouid. li. 1. de Ponto, Nec tenet incertas alea blanda manus.
Fallax — Idem lib. 4. de Ponto, Nam neq; me vinum, nec me tenet alea fallax.
Pernox, in qua auiditate quæſtus pernoctatur. Iuue. Sat. 8. Si luditur alea pernox.
Damnoſa — Mart. lib. 14. Alea parua nuces, & non damnoſa videtur.
Anceps — Budæus, Ancipitem iudiciorum aleam ſecurè experirentur.
Iniqua — Pamph. Alea cur nucibus delectat iniqua relictis.
Atra — Conradus, Non ludus atræ te trahit aleæ.
Iocans — Crinitus, Deceptus inani aura iocantis aleæ.
Turpis — Iuuen. Saty. 11. Alea turpis, Turpe & adulterium mediocribus.
Dubia — Liuius, In dubiam imperij ſeruitijq; aleam imus.

ALECTO.

Alecto Acherontis, & noctis filia, vna eſt ex infernalibus furijs.
Luctifica — Verg. lib. 7. Luctificam Alecto diratum à ſede ſororum.
Atra — Idem, Tam ſæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
Sata nocte — Idem, Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.

Infecta



Infecta venenis. Idem, Ex in Gorgoneis Alecto infecta venenis.
Furibunda — Idem, Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem.
Triſtis — Idem, Protinus, hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis.
Cocytia — Idem, Hic ſubitam canibus rabiem Cocytia virgo Obijcit.
Impia — Statius libro ſeptimo, Rogat impia belli Mater.
Atrox — Claud. Inuidiæ quondam ſtimulis incanduit atrox Alecto.
Miniſtra Plutonis. Pamphylus, Alecto ſtygij miniſtra regis.

ALEMANI.

Interpres ait, Lantgrauios lingua Theutonica dici comites terrarum.
Truces — Sidonius, Romano exierat populato trux Alemanus.
Feroces — Idem, Rhenumque ferox Alemane bibebas.
Lancrauij — Mant. Imperia ad Gallos, ad Lancrauios Alemanos.

ALES.

Sylueſtris — Colum. lib. 9. Cæteri ſylueſtres alites obſeruant.
Pennata — Apul. lib. 11. Quos in ſpeciem pennatæ alitis generat.
Querula — Claud. Et murmur querula blandius alite.
Auguralis — Capella Augurales verò alites Delio ante currum conſtituerunt.
Canora — Idem, Candenti, canoraque alite vehebatur.
Garrula — Stroz. pater, Vbi vernis menſibus ales Garrula.
Criſtata — Mapphæus, Tum criſtata ales perculſo pectore mater.
Loquax — Conradus, Non tot loquaces influit alites Venus.
Sonora — Bigus, Aues ſonoris venari alitibus.
Strepens — Crinitus, Illic ſtrepentes conqueruntur alites.
Strepitans — Fauſtus, Omnigena arboreis ſtrepitans ſub frondibus ales.

ALEXANDER.

Pelleus, à Pella vrbe Macedoniæ. Iuuenalis Saty. 10. Vnus Pelleo iuueni non ſufficit Orbis, Aeſtuat infelix anguſto limite mundi.
Aemathius, quoniam Macedonia aliter vocatur Aemathia. Ouid. lib. 3. Triſt. Quæ ducis Aemathij fuerit clementia.
Fortis — Quintianus, Fortiſq; Macedo Totius mundi tremor.

ALEXANDRIA.

Alexandria fuit vrbs Aegypti, quã Alexãder condidit.
Paretonia, à Paretonio Aegypti oppido non procul diſtante. Lucanus libr. 10. Inde Paretoniam fertur ſecurus in vrbem.
Noxia — Propert. Noxia Alexandræa dolis aptiſſima tellus.

ALGA.

*Alga herba eſt viliſſima, in aquis marinis naſcens, craſſis folijs quorum pars ſupernatat.*
Marina — Pallad. Rutil. Vel marina alga veſtiunt, vel argilla.
Inutilis — Horat. lib. 3. Carm. Et alga littus inutili.
Mollis — Val. Flac. lib. 1. Molli iuuenes funduntur in alga.
Viridis — Claud. Ridebunt virides gemmis naſcentibus algæ.
Flucticolor, à me dr, qua dictione profunditatem hyacynthi flucticolorē vocat Capella.
Littorea — Pontanus, Seu littorea delecit in alga.
Humida — Stroz. pater, Humida rorantes implicat alga comas.
Tortilis — Idem, Tortilis errantes colligit alga comas.
Tenuis — Augurellus, Putris in tenui Phaſellus alga.
Putris — Cleophilus, Nos ſenior putri ripæ vlterioris in alga.
Vilis — Vilior alga.

ALLIA.

*Eſt autem fluuius non multum diſtans ab vrbe Roma, apud quem Brennus dux Senonũ multa Romanorum millia profligauit. Lucanus, Et damnata diu Romanis Allia faſtis.*
Flebilis — Ouid. lib. 1. de Arte, Tunc licet incipias qua flebilis Allia luce.

ALNVS.

*Alnus arbor prouenit in aquoſis locis, Vtilis eſt nauigijs. Folia eius ſunt craſſiſſima, umbea pinguis,*

*Pinguis, nullum fert fructum aut ſemen. Capitur quandoque pro naui. Vergilius, Tum pri-mum fluuij alnos ſenſere cauatas.*

Procera Verg. in Bucol. atque ſolo proceras erigit alnos.
Viridis Idem, Quantum vere nouo viridis ſe ſurrigit alnus.
Fluctibus apta. Lucan. lib. 3. Syluaque Dodones, & fluctibus aptior alnus.
Fluminea Syl. lib. 3. Fluminea ſonipes religatus ducitur alno.
Amica fretis. Stat. lib. 4. Theb. Alnus amica fretis, nec in hoſpita viribus vlmus.
Procelloſa, quoniam naues, quæ eius ligno fiunt, ventis exponuntur & procellis. Marullus, Tu procelloſa vagus hoſpes alno.
Virentes Pontan. Eridani circum ripas, alnosq; virentes.
Phaethontias, quoniam ſorores Phaethontis in alnos, vel vt alij volunt, in populos feruntur mutatæ. Pont. Phaethontias arbor fundit rore nouo.
Teres Sabell. Procumbitq. teres vulſis radicibus alnus.
Fragilis Quintian. Alni fragiles, fuluiq. coloris Fraxinus.
Opaca Pontan. Submiſit canas alnus opaca comas.
Phaethontá Mant. Ad Phaethonteas ripis florentibus alnos.
Frondens Idem, Dicite frondentes, quid agat meus ignis ad alnos.
Fluuialis Idem, Fronte galerita ſalice, & fluuialibus alnis.
Electrifera Claudianus, Et Padus electriferis admoduletur alnis.
Alta Seneca, Qua nemus alta texitur alno.
Aeria Pontanus, Sublatus mox aeria ſuffigitur alno.
Viridans Idem, Hic videas amnem ad rapidum viridante ſub alno.
Longa Ouid. lib. 13. Floridior prato, longa procerior alno.
Potura Architrenius, Tam mare quàm montem poturæ crederis alno.

ALLOBROGES.

Rhodanij, qm̃ habitãt ꝑpe Rhodanũ. Põtanus, At nõ Allobrogũ gẽtes, Rhodanae (pubes.
Montani Mantuanus, Ingemuerunt montani Allobroges.
Infideles Hor. in Epodis, Nouisq. rebus infidelis Allobrox.

ALLOQVIVM.

Mite Stat. lib. 7. Theb. Mite, ſed alloquium, & ſæuis pax quæritur armis.
Dulce Idem lib. 2. Syl. Dulcibus alloquijs, & viuis vultibus imple.
Blandum Mant. Animiq. affectum oſtendere blandis Alloquis.

*ALMO.*

*Fluuius eſt vrbi Romæ vicinus, apud quem Romani olim ſacra Cybeles faciebant, eodem ritu, quo Galli ſacerdotes in Phrygia ſimulachrum deæ, cultusq; victimarios ibidem facientes.*

Sacer Val. Flac. lib. 8. Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo.
Italus Stat. Quaque Italo genitus Almone Cybele Ponit, & Idæos iam non reminiſcitur amnes.
Paruus Lucan. Et lotam paruo reuocant Almone Cybelen.
Tepidus Syl. lib. 8. Tepidoque lauant Almone Cybelen.
Lubricus Ouid. Eſt locus in Tyberim, quo lubricus influit Almo.

ALOE.

Amara Fauſtus, ac ſi aloen renuens glutirem ægrotus amaram. Herba eſt amariſſimi ſucci. Vnde Iuuenalis Sat. 6. Plus aloes, quàm mellis habet.

ALOEVS.

Impius Lucan. Lib. 6. Impius hanc prolem ſuperis immiſit Alœus. Fuit hic Gigas, cuius filij Martem vulneraſſe dicuntur.

*ALOIDAE.*

*Aloidæ gemini fratres, Gigantes Othos & Ephialtes ita vocati ab Aloo patre itidem Gigante. De his idem Verg. in Culice, Nam victus ſedet immanis ſerpentibus Othos, Deuictum mœſtus procul aſpiciens Ephialten. Item Claudian. De victoria Stilicionis. Quum gemini fratres, genuit quos aſper Alous, Martem ſubdiderint vinclis, & in aſtra negatas Tentarint munire vias.*

Immanes



Immanes Vergil. lib. 6. Aenei. Hic & Aloidas geminos, immania vidi Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum Aggreſſi, ſuperisque Iouem detrudere regnis.

*ALPES.*

*Alpes, montes ſunt altiſſimi, qui Ciſalpinam Galliam dirimunt à Tranſalpina, quos Annibal aceto rupit, & fecit peruios, non tamen primus omnium. Nam vt poſtea dicemus, Galli ante aduentum Annibalis, in Italiam quinquies traiecerunt Alpes. De earum longitudine, & latitudine vide Geographos. Hoc opus non reperiret finem, ſi complecti omnia, & nihil indictum vellem relinquere. Reperitur hæc dictio quandoque in ſingulari numero. Clau. Dixit & extemplo frondoſa fertur ab alpe. Fit inde adiectiuum Alpinus, & patronymicum, Alpinis alpinidis. Bartholinus in Auſtriade, Alpinidos vrſæ Induit hic pellem.*

Aeriæ Ouid. lib. 1. Met. Aeriæq; alpes, & nubifer Apœninus.
Gelidæ Luc. lib. 1. Iam gelidas Cæſar curſu ſuperauerat alpes.
Nubiferæ, quoniam propter ſublimitatem videntur proximè nubibus. Clau. Aſpera nubiferas qua Rhetia porrigit alpes.
Deuexæ Lucan. lib. 2. Deuexasq; aſpicit alpes.
Celſæ Syll. lib. 1. Non celſæ obſtiterint alpes,
Patulæ Idem lib. 15. Iam nimium patulas Pœnis graſſantibus alpes.
Ventoſæ Ouid. lib. 2. Eleg. Si præmerem ventoſas horridus alpes.
Latebroſę Idem ad Liuiam, Ille modò eripuit latebroſas hoſtibus alpes.
Frondoſæ Claudian. Extemplò frondoſa fertur ab alpe.
Syluoſæ Sidon. Turgida ſyluoſam currebant vela per alpem.
Frondiferæ Idem, Iuxta frondiferæ cacumen alpis.
Nymbiferæ Pont. Vada ſumma Lemanni, Nymbiferæq; alpes.
Niuoſæ Sabel. Surrectos cœlo ſcopulos, alpemq; niuoſam.
Saxoſæ Stroz. fil. Saxoſas dominus vagans per alpes.
Gelatæ Conrad. Et gelatas tranſoluat alpes.
Auſtrinæ, auſtro expoſitæ. Idem, Nam celer auſtrinis deſcendit ab alpinus Aenus.
Scabrigeræ, à ſcabris ſcopulis. Idem Scabrigeris quicquid & alpib. Aduectum fuit.
Horridæ Augurellus, Alpes inter horridas latens.
Iugoſæ Mant. Quum deſcenſura iugoſis Alpibus.
Teutonicæ, quoniam ſiniſtrum earum latus pertinet ad Rhenum. Idem, Sicut ſpargit hyems niuibus iuga Norica, & alpes Teutonicas.
Pœninæ, à Pœnis, qui illac tranſierunt, aut ab Apœnino.
Hyperboreæ, id eſt, frigidæ in modum regionis, quam incolunt Hyperborei, ſeptẽtrionales populi. Cantalycius, Pars vel hyperboreas forſan remeauit ad alpes.
Aethereæ Barthol. Vt primum æthereas tranſcendens attigit alpes.
Nubigeræ Idem, Nubigeras meus ire per alpes.
Pyreneæ Idem, hinc pyreneas alpes, Gallosq; frementes Laudat.
Pruinoſæ Fauſtus, Saxa pruinoſas nunquàm calcata per alpes.
Boreæ Ouid. Vita procul patria peragenda ſub axe Boreo eſt.
Sæuæ Iuuen. Sat. 10. I demens, & ſæuas curre per alpes.
Altæ Catul. Siue trans altas gradietur alpes.
Nubigenæ Adrianus in Venatione, Nubigenasq; alpes aperit.
Cottiæ, a Cottio rege, qui receptus eſt in amicitiam Octauij Cæſaris. Corn. Tacitus, Vaſtare Gallias, & Cottianis alpibus Italiam irrumpere.

*ALPHEVS.*

*Alpheus fluuius eſt Elidis ciuitatis Arcadiæ, iuxta Piſam decurrens, qui longo curſu in Achaia demergitur, ibiq; terra abſorptus, & ſubter mare defluens, ex Græcia decurrit ad Arethuſam fontem Siciliæ, ubi in mare ſiculum cadit. Hinc poetæ fabulantur Arethuſam fuiſſe nympham cuius amore Alpheus per ſubterraneos cuniculos ad eam cõmigrauerit. Vnde Claudian. Et Alpheus Geticis anguſtus aceruis, Tardior ad Siculos etiam nunc pergit amores. Verg. li. 3.*

C *Aeneid.*

*Aeneid. Alpheum fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.*

Aduena, quoniam ex Græcia tendit in Siciliam. Clau. Quas Aretuſeæ latices, quas aduena nutrit Alpheus, ſtadio notus olympico.

Celer — Idem, Nunc ille ripam celeris Alphei legit.

## ALTARE.

Fumidum — Ouid. lib. 11. Spectans altaria vultu Fumide terribili.
Pingue — Idem lib. 2. de Ponto, Quum faceres altaria pinguia thure.
Feſtum — Syll. lib. 12. Sed enim ante omnes altaria fument feſta Ioui.
Vaporatum — Stat. lib. 1. Theb. Thure vaporatis lucent altaribus ignes.
Thureum — Idem lib. 4. Theb. Thurea nec ſupra volitante altaria fumo.
Sacratum — Quint. Inde feri in luco ſacrata altaria Martis.
Cultum — Claud. Cultaq; iam thumidis lucent altaria flammis.
Diuinum — Quint. Thura Sabæorum diuina altaria fumo Peruolitante oleant.

## ALVEVS.

Cauus — Ouid. lib. 2. Faſt. Suſtinet impoſitos ſumma cauus alueus vnda.
Latus — Idem lib. 2. Eleg. Quaq; celer lato Nilus delapſus in alueo.
Spacioſus — Idem lib. 3. Eleg. Increuit vaſtis ſpacioſus in vndis Alueus.
Spumans — Syll. lib. 4. Spumantiq; incubat Alueo.
Perſpicuus — Stat. lib. 4. Theb. Perſpicuus nūc ſordet aquis, egeſtus ab imo Alueus.
Decliuis — Mart. Capella, Decliuis aluei ꝑcipites lapſus rapidis turbinibus ꝑtrachebat.
Cæruleus — Pont. Dum cæruleo prouectus ab alueo.
Vagus — Idem, Vago Lyris quà temperat alueo.
Roriſluus — Conr. In alueo Rhenus roriſluo ſucciduos poplites ſuſcipit.
Saliens — Mant. Fecit vt inuictas ſaliens ferat alueus ornos.

## *ALVTA.*

*Aluta, dicitur pellis ſeu corium, ad conficiendos calceos & cothurnos concinnatum. Hinc alutarij dicuntur calceonarij.*

Nigra — Mart. lib. 9. Inguina ſuccinctus nigra tibi ſeruus aluta. Stat. Iuu. Sat. 5. Appoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.

Sicyonia, à Sicyone vrbe Achaiæ, Corintho proximæ, in qua molles calcei & muliebres fieri ſolebāt. Bapt. Pius, Aut tibi ſi modicos Sicyonia vinxit aluta, Aethereos pellis aut hederoſa pedes.

## ALVVS.

Auida — Ouid. lib. 14. Semianimesq; artus auidam condebat in aluum.
Capax — Adr. Cardinalis, Oſſa & ingluuiem capacis alui.
Tumida — Mant. de Cal. Tumidam ſic explicat aluum.

## ALYACMON.

Alyacmō fluuius eſt Macedoniæ.

Rapidus — Claud. Et fruſtra rapidum damnant Alyacmona Beſſi.

Purpureus, à floribus purpureis, qui in eius ripa naſcuntur. Barthol. in Auſtriade, Purpureusq; Alyacmon, olorinusq; Cayſter.

## AMANTES.

Cupidi — Ouid. in Epiſt. I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
Miſeri — Idem lib. 1. Eleg. Militis & miſeri eſt ſemper amanthis opus.
Inſomnes — Val. Flac. lib. 7. Nec minus inſomnem lux orta refecit amantem.
Amentes — Auſon. Myrteus amentes vbi lucus opacat amantes.
Solliciti — Nemeſ. Si modò ſollicitos aliquis deus audit amantes.
Diſerti — Pont. Quæcunq; & didicit verba diſertus amans.
Miſelli — Idem, O miſelli amantes, Sperare ſimul omnia, & timere.
Decori — Idem, Molles illecebras decoro amanti.
Miſerandi — Idem, At miſerandus amans, frigore triſtis & æſtu.
Teneri — Tibull. lib. 1. Quum mihi ſi fueras teneros luſurus amantes.





Incauti — Stroz. pater, Sed vos decipere incautos didiciſtis amantes.
Ardentes — Strozius filius, Ibat & ardentem malè gnara, ſubibat amantem.
Cæci — Fauſt. dixit idem miſerans cæcos Philomuſos amantes.
Infauſti — Idem, Diſcit & infauſti quàm ſit graue pondus amantis.
Furtiui, nā luſus eorū ſunt occulti. Idē Fauſt. Cum ſua furtiuus gaudia cepit amans.
Imprudentes — Propert. lib. 1. Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Periuri — Idem lib. 2. Non ſemper placidus periuros reddit amantes Iuppiter.
Excordes, quoniam aliena viuunt anima, aliena loquuntur lingua, minimè cognoſcunt vitia puellarum, quas diligunt.

## *AMARACVS.*

*Amaracus, vt Poetæ fingunt, filius fuit Cynaræ regis Cypri, qui cum vnguentarium alabaſtrum, quod ferebat, lapſus fregiſſet, tanto dolore intabuit, vt deorum commiſeratione in odoriferam eiuſdem nominis herbam ſit commutatus.*

Mollis — Verg. lib. 1. Aen. Vbi mollis amaracus illum Floribus, & dulci aſpirans complectitur vmbra.

Genialis, id eſt, ad voluptatem faciens. Pont. Cultaque per varias genialis amaracus artes. Idem, Spiret & è nitidis genialis amaracus aris.

Suauis — Crinitus, Suaui Ceſton amaraco.
Nobilis — Quint. Violæ nitentes, nobiles amaraci.
Præmollis — Idem, Campos præmollis amaracus ambit.
Dulcis — Idem, Hic dulcis redolet præmollis amaracus.
Olens — Catull. Cinge tempora floribus Suaue olentis amaraci.

## *AMARANTHVS.*

*Amaranthus flos eſt, qui nunquam mareſcit, vnde & immortalis dicitur. Fit inde adiectiuum Amaranthæus. Pont. Digna Amoranthæis crines intexere ſertis.*

Immortalis — Stroz. pater, Florentes caſias, immortalemque amaranthum.
Florens — Pont. Florenti intextos amarantho, & Cypride fronde.
Purpureus — Bolit. Sed longum ſtant purpurei Amaranthi.

## AMARYLLIS.

Formoſa — Verg. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.
Tenera — Ouid. Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes.

## AMAROR.

Aſper — Pont. Hinc falſus ſapor, atque aſper fluit æquore amaror.
Ingratus — Idem, Et calicem longè ingratus infecit amaror.

## AMATHVS.

Amathus ciuitas Cypri metalliferæ.

Fœcunda — Ouid. lib. 10. At ſi fortè roges fœcunda Amathunta metallis.
Grauida — metallis. Idem, Piſcoſamq. Gnydon, grauidamq. Amathūta metallis.

## AMATOR.

Feruidus — Augurell. Alteram Lyceu ſibi amator optet Feruidus.
Anxius — Strozius pater, Anxius in dominam ſegnis amator erit.

Patiens, quoniam, vt ait idem: Ferre famem, tolerare ſitim, cōtemnere ſomnos. Dura pati dicit plurima, quiſquis amat.

Tener — Iuuen. Sat. 6. Spondet amatorem tenerum.
Blandus — Propert. lib. 2. Non ſum de nihilo blandus amator ego.
Pulcher — Idem ibid. Vxorem ille tuus pulcher amator habet.

## *AMAZONES.*

*Amazones fuerunt Scythicæ mulieres, propè Thanaim & Thermodontem fluuios habitantes quæ nuptias peroſæ Remp. ſine viris adminiſtrabant. Ne tamen gens periret finitimis congrediebantur. Si quis mares naſcerentur, interficiebant. Infantibus dexteriores inurebant mammas, ne ſagittarum ictus impedirent. Virgines non ocio, neque lanificio, ſed armis, equis, venationibus, & contorquendis iaculis exercebant. Peltam & ſecurim primæ omnium inuenerunt. Veſcebantur lacertis & teſtudinibus. Vnde Sauromatides & Sauropatides vocabantur.*

Threiciæ, ex Thracia. Verg. de laboribus Herculis, Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo.
Securigeræ, à ſecuri cuius fuerint inuentrices, quaq; in bellis etiam vtebantur. Val. Flac. lib. 5. Vtque ſecurigeras ſtimulauerat ira cateruas.
Peltiferæ Sabinus, Qui modo peltiferas fugit Meotidas armis.
Martiæ Syll. lib. 8. Lunatis acies imitatur Martia peltis.
Thermodontiacæ, à Thermodonte fluuio, cuius ſunt accolæ. Stat. lib. 1. Syl. Thermodontiacas calere turmas.
Peltatæ Claud. Peltata pugnas deſeret cohors.
Mauortiæ Val. Flac. lib. 5. Qualem mauortia vidit Amazon.
Sæuæ Claud. Sæuas petiſſes pulcher Amazonas.
Truces Seneca, Arma detraxit trucibus puellis.
Feroces Idem, Qualis Agricolas ferox Turmas amazon ſtrauit.
Bellatrices Lactan. Aut qui Amazonem bellatricem, quàm qui libidinem vincit.
Maſculæ Strozius filius, Maſcula peltatas comites educit Amazon.
Scythiæ Mant. At Scythiæ longis vtuntur Amazones haſtis.
Crudæ Barthol. Cludam falcatis propellit Amazona peltis.
Antiquæ Mant. Antiquæ numerantur Amazones inter Huius generis auos.

A M B A G E S.

Fallacioſæ Gell. lib. 14. Quibus huiuſcemodi fallacioſæ ambages confutantur.
Reciprocæ Apul. lib. 11. Itinerum ambages reciprocæ.
Fraudulentæ Idem lib. 8. Fraudulentas ambages in meum concinnauit exitium.
Longæ Ouid. lib. 4. Met. Non longis opus eſt ambagibus, inquit.
Obſcuræ Idem in Ibin, Vt quos obſcuris victos ambagibus horis.
Multiformes Plin. lib. 2. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium.
Nexæ Stat. lib. 1. Theb. Affore quos nexis ambagibus augur Apollo.
Obliquæ Matr. Capella, Aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus.
Multinodæ Thom. Radin. Exitium coniugis humaniſſimi, ſic ſubdolis & multinodis ambagibus conſtruunt.
Multiiugæ Idem, Multiiugas errorem miſeratus ambages.
Cæcæ Budęus, & Cęcas & perplexas ambages à capite rem extorſi, ita explorasse videmur.
Inuiæ Marull. Confuſa ac generis legitima nota Sæcli ambagibus inuijs.
Labyrinthææ Strozius filius, Et labyrinthæis ambagibus inclyta virtus.
Connexæ Mich. Angl. Connexas rerum ambages ac fata reſoluit.
Multiuiæ Mant. Atque ambagibus acta Multiuijs.
Flexæ Stat. lib. 4. Theb. Labitur, & flexa dubios ambage reſoluit.
Labyrinthiacæ. Mant. in labyrinthiacis tu filum ambagibus illud.
Lubricæ Apul. lib. 1. Ne tu fortunarum lubricas ambages ignoras.
Perplexæ. Theodoritus Cyrenenſis, Ipſæ itaque oraculorum perplexę ambages.

A M B I T I O.

Inanis Luc. li. 10. Quod luxus inani Ambitione furens, toto quæſiuit in orbe.
Miſera Horat. lib. 1. Serm. Aut miſera ambitione laborat.
Praua Idem, Praua ambitione procul.
Mala Idem lib. 2. Serm. Ambitione mala, aut argenti pallet amore.
Leuis Ouid. lib. 1. Faſt. Nec leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco.
Sollicita Idem lib. 4. Triſt. Sollicitæque fugax ambitionis eram.
Impatiens Stat. li. 1. Theb. Ambitus impatiēs, & ſummo dulcius vnū Stare loco.
Demens Claud. Cumque ſuo demens expellitur ambitus auro.
Impotens Seneca, Quem non ambitio impotens.
Scelerata Bud. Ambitione nunc ſcelerata antiquare contendens.
Vana. Idē, O vaniſſima ſemper ambitio, in mēdacijs tam apertis fidē tuā labefactas.

Pendula



Pendula Pomph. Quid gladiis ſtipatus honos, quid pendula ſemper Ambitio.
Veſana Idem ambitio ciues agitat veſana ſuperbos.
Liuens Idem, Et ò beatum, qui ſub antiqua Ilice, Liuentis expers ambitus.
Aestuans Idem, Sic æſtuanti liber ab ambitu.
Tabifica Idem, Hic ſe tabifico liberat ambitu.
Turpis Mich. Angel. Et male palpatas turpi ambitionem ſecures.
Cretata, id eſt, candida. Perſius Saty. 5. Cretata ambitio vigilia.
Infamis Politian. Non quidem ambitu infami, qui philoſophum dederit.
Cæca Mant. Niſi cæca ſuperbi pectoris ambitio.
Infelix Hiero. Angerian. Ambitio infelix permixta cupidine.

A M B R O S I A.

Salubris Verg. lib. 12. Spargitq; ſalubris Ambroſiæ ſuccos.
Dulcis Quintianus, Nectoreum Ambroſiæ dulcis ſpiraret odorem.
Cœleſtis Fauſtus, Cœleſtem Ambroſiam, ſacrum quæ ſpirat odorem.
Opima Michael Angelicus, Lætior Ambroſiam, poſtquam faſtidit opimam.

A M E N T I A.

Præceps Stat. lib. 5. Theb. Tunc primum ex animis præceps amentia ceſſit.
Petulans Claudianus, Et ſecum pertulans amentia certat.

A M E T H Y S T V S.

Purpureus Ouid. li. 3. de Arte Hic Paphias myrthos, hic purpureus Amethyſtos.

Eſt autem Amethyſtus gēma perlucens, violacei coloris, habēſq; quēdam velut purpura fulgorem.

A M I C A.

Formoſa Ouid. lib. 5. Faſt. Ebrius ad durum formoſæ limen amicæ.
Mollis Idem in Epiſt. Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Fallax Idem lib. 2. Eleg. Me modo decipiant voces fallacis amicæ.
Tenera Idem lib. 1. de Arte, Quis, niſi mentis inops, teneræ declamat amicæ?
Dilecta Strozius pater, Anule, dulce mihi dilectæ munus amicæ.
Vænalis Propert. lib. 2. Numquam vænales eſſent ad munus amicæ.

A M I C I T I A.

Suauis Lucret. lib. 1. Et ſperata voluptas Suauis amicitiæ.
Socialis Apul. lib. 5. Non amicitiæ ſociales, non liberorum charitates.
In declinata Ouid. lib. 4. Triſt. Indeclinatæ munus amicitiæ.
Sancta Strozius pater, Et magis eſt ſanctæ cultor amicitiæ.
Mollis Sidonius, Dura fronte legit mollis amicitia.
Dulcis Pont. Viſque inſita cordi Dulcis amicitiæ.
Tenax Thomas Rad. Solidi conſilij, tenacis amicitiæ, religionis anxiæ.
Syncera Marullus, Si quis ſynceræ cultor amicitiæ.
Familiaris Liu. Familiariq; Philippo illigati erant.
Vera Pamphilus Saxus, Vt viuo vera ductus amicitia.
Chara Idem, Tunc veniam chara ductus amicitia.
Tenera Aug. Quo primum teneræ legi mihi chara ſodales Pignora amicitiæ.
Amœna Quintianus, Nec qui Naſonis amœnam ſemper amicitiam coluit.

A M I C V S.

Fidus Horat. lib. 1. Epiſt. Ni fidos inter amicos Sit qui dicta foras eliminet,
Charus Ouid. lib. 3. Triſt. Quinque eſt charis animi tibi candor amicis.
Dulcis Politian. Tu me dulcis amicule, tu viſum propera.
Candidus Crinitus, Dilecti amici, candidi, & fides ſimplex.
Vnanimis Petrarcha, Vnanimes quæ cauſa repens diſiungit amico?

*A M M O N.*

*Ammon dicitur Iupiter. Nā cùm ex India rediret Liber pater, vniuerſa Aſia deuicta, & ad arentū Lybiam perueniſſet, cum omni exercitu ſiti laborans, ſupplex dicitur rogaſſe patrem Iouē, vt ſibi exercituiq; ſuo ſubueniret, quo facto, extemplo ei apparuit aries, qui eum pede terram*



*percuſſiſſet*

*percuſſiſſet ſtatim fons nitidiſſimæ aquæ exiluit. Hinc Liber pater voto ſuo poſitus, ibidem tēplū miræ magnitudinis conſtruxiſſe dicitur in honorem patris, in cuius medio ſimulachrum Iouis in forma arietis erexit, quod exiſtimare Iouē ipſum ſub ex ſpecie, auxilium præſtitiſſe. Vocatur autem Ammon, quod tēplum eius ſitum in loco arenoſo. Ammos enim Græcè, dicitur arena Latinè.*

Corniger, quòd coleretur ſub forma arietis. Lucan.lib.2. Non corniger Ammon.
Syrticus Lucan.lib.10. Non ſterilis Libiæ, non Syrticus obſtitit Ammon.
Garamanticus. Syll.lib.14. Fer pater afflictis, fer, ait, Garamātice rates Reb. opem.
Marmaricus. Claudian. Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.

AMNIS.

Pronus Verg.lib.1.Georg. Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.
Riguus Idem lib.2.Georg. Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.
Vagus Claudianus. Non me vagus edidit amnis.
Spumeus Verg.lib.2. Aen. Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis Exijt.
Tumidus Luc.lib.1. Tumidumq; per amnem ſigna tulit propere.
Rapidus Lucr.lib.1. Et rapidos tranant amnes.
Vadoſus Verg.lib.7. Amniſq; vadoſi Acola Vulturni.
Piſcoſus Idem lib.2. Piſcoſove amne Paduſæ Dant ſonitum.
Spumoſus Idem lib.12. Dant ſonitum ſpumoſi amnes, & in æquora currunt.
Obliquus Lucan.lib.1. Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem.
Purus Hor.lib.2.Epiſt. Vehemens & liquidus, puroq; ſimillimus amni.
Agilis Apul.lib.1. Magico ſuſurramine agiles amnes reuerti.
Vitreus Ouid.in Epiſt. Vitroq; magis perlucidus amne.
Stagnans Apul.lib.4. Ac valles illas amnibus ſtagnantibus irrigans.
Concitus Ouid.lib.3.Met. Ceu concitus imbribus amnis.
Peregrinus Idem lib.8. Nec ſatiatur aquis, peregrinos ebibit amnes.
Vaſtus Val.Flac.lib.4. Nam ſuper hunc vaſtos tellus quoq; congerit amnes.
Currens Plin. lib.8. Certum eſt iuxta Nilum amnem currentem lambere.
Lubricus Ouid.lib.3.Ele. Suppoſuiſſe manus, & pectora lubricus amnis Dicitur.
Profluus Plin.lib.19. Si contingat profluo amne.
Viridis Syll.lib.4. At nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Turbidus Stat.lib.4. Theb. Seu turbidus amnis, Seu tibi fœda palus.
Hybernus Idem lib.6.Theb. Amnibus hybernis minor eſt Iouis impetus igni.
Cærulus Idem lib.1.Syl. Niueo qui margine cærulus amnis Viuit.
Spumans Val.Flac.lib.4. Qualiter ignotis ſpumantē funditus amnem Pandit iter.
Rigidus Qua rigidos eructat Boſphorus amnes.
Frigidus Claud. Et frigidus amnis Mutatis fumauit aquis.
Cauus Auſonius, Ingerit illa cauos amnes, rupemq; fragoſam.
Fluidus Pontanus, Et amnes Emiſit latè fluidos.
Irriguus Idem, Vnde irriguus deuoluitur amnis.
Conſpicuus Idem, Diffulſit & amnis Conſpicuus.
Madidus Idem, Viridiſq; iuuentus Oceani, tradidiq; amnes.
Herbiger Idem Pont. Fluens lauit herbiger amnis.
Limoſus Idem, Limoſumq; ferunt veſtigia ad amnem.
Turgidus Idem, Ripaſq; relaxat Turgidus amnis aquis.
Gelidus Mant. Iſti gelidum conſedit ad amnem.
Strepens Pont. Addecent montes nemora, & ſtrepentem Populus amnem.
Saxoſus Mant. Saxoſoq; cadens ſummis ex alpibus amne.
Perlucidus Sabel. Perlucidus amnis Gurgite cæruleo lætus.
Verticoſus Liuius, Quidam verticoſo amni delati in hoſtes.
Terriuagus Conradus, Et iam prona dies terriuagis fulſerat amnibus.
Corniger Idem, Cornigerum ſolueret amnium Vlnoſas ſcatebras.
Fumidus Verg.lib.7. Fumidus atque alte ſpumis exuberat amnis.

Sonorus



Sonorus Petrarcha, Et gratior amne ſonoro.
Amœnus Mant. Nuper enim veniens per amœnum Tybridis amnem.
Vndoſus Idem, Ducit ab anguſtis vndoſum vallibus amnem.
Pruinoſus Idem, Vſque pruinoſos Iſtri glacialis ad amnes.
Raucus Idem, Fons cadit, & rauco denſum nemus irrigat amne.
Nitidus Idem, Vnde patet latè nitidum proſpectus ad amnem.
Algidus Barthol. Algidus exeſis deſcendens cautibus amnis.
Fœtifer Idem, Aegyptum quum fœtifer obtegit vnda Amnis.
Garrulus Fauſtus, Qua fluit vndanti garrulus amnis aqua.
Areniuagus Pol. Naris areniuagum rapiebat ſæpe ſub amnem.
Argenteus Architre. Argenteus auro Amnis inauratur.
Sonans Catul. Syluarumque virentium, amniumque ſonantium.
Sinuoſus Strozius pater, Tartarus haud procul hinc ſinuoſo labitur amne.
Citus Cantalicius, Nam velut imbre citus decurrens montibus amnis.
Nubigena Stat.lib.1.Theb. Miratur modo nubigenas è montibus amnes.
Circunfluus Ouid.lib.15. Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.

*AMOMVM.*

*Amomum arbuſcula eſt venenoſo frutice, altitudine palmi, ſuccum emittens, qui inter vnguenta magni precij numeratur. Frequens eſt in Aſſyria & Armenia.*

Aſſyrium Verg.in Buc. Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.
Syrium Idem in Cyri, Non thalamis Syrio fragrans accepit amomo.
Spiſſum Ouid.in Epiſt. Spiſſaque de nitidis tergit amoma comis.
Fragrans Syl.lib.15. Nec donum deforme viro fragrantis amomi.
Pingue Stat.lib.5.Syl. Nec pingui crinem deducere amomo.
Odoriferum Sidonius, Indus odorifero crinem madefactus amomo.
Armenium Pont. Indicum, & coſtum, Armenijque felix Gramen amomi.
Spirans Lactan. Cynnama dehinc, auramq; procul ſpirantis amomi Congeris.
Redolens Mant. Et redolens humus halet amomum.
Olens Idem, Ac ſi lotus aquis, & olenti aſperſus amomo.
Mite Claud. Hic mitis amomi Hic caſiæ matura ſeges.
Gratum Balbus, Fontanina comas grato tibi ſpargit amomo.
Craſſum Perſius, Compoſitus lecto, craſſiſque lutatus amomis.
Arabum Pont. Prima Arabum molli de pectore fudit amomum.
Odoratum Mant. Vicus odorato latè ſpirabit amomo.

AMOR.

Sæuus Ouid.in Epiſt. Ille locus ſæui vultus amoris habet.
Solicitus Amor enim, inquit Seneca, eſt ocioſæ cauſa ſolicitudinis. Vnde Apul. ſolicitudinem & triſtitiam facit Veneris Ancillas. Ouid.in Epiſt. Aut mors ſollici ti finis amoris erit.

De amore lege Heſiodum.

Inſanus Propert.lib.2. Scilicet inſano nemo in amore videt.
Aeger Verg.lib.4.Georg. Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem.
Occultus Propert.lib.2. Tu certè Iouis occultis in amoribus Io.
Dulcis, quoniam, vt inquit Pontanus, Blanditijs amor eſt, & ſucco mollior omni Melle quoque eſt dulci dulcior & melior. Martial.lib.1. Quum peteret dulces audax Læandrus amores.
Cæcus amor ideò fingitur, vt aduertamus amantes ignorare quò tendant, carere iudicio, ſola paſſione duci. Cat. Siue quod impia mens cœlo flagrabat amore.
Aliger propter amantū incōſtātiā. Strozius pater, Aligeri ſemper miles amoris ero.
Flagrans Xenophon ſcripſit amorem eſſe igne & flamma flagrantiorem, quippè cum ignis vrat tangentes, & proxima tantum cremet, amor ex longinquo ſpectante torret. Hor.lib.4.Car. Quid tibi flagrans amor & libido.
Placidus Tibul.lib.2. Felix cui placidus leniter afflat amor.

 Improbus

Improbus Vergilius lib.4.Aen.Improbe amor,quid non mortalia pectora cogis?

Veſanus Propert.Errat, qui finem veſani quærit amoris.

Feruidus Hor.li.Car.Feruidus tecum puer, & ſolutis Gratiæ zonis.

Laſciuus Tibul.lib.1 At laſciuus amor rixæ mala verba miniſtrat.

Inceſtus,quod ad inceſtum cogat.Hor.libr.3. Car. Iam nunc & inceſtos amores De te vero mediatur vngui.

Ales Idem,Tibi qualum Citheræe puer ales.

Blandus Lucret.lib.1.Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.

Suauis Idem,Et ſimul incutiens ſuauem mi in pectus amorem.

Tener Tibul.lib.1.Sed me quod facilis tenero ſum ſemper amori.

Gratus Ouid.lib.3.Triſt.Gratique erat inſtar amoris.

Pharetratus,nam fingitur armatus ſagittis flammeis. Vnde Horat. Semper ardentes acuens ſagittas.Ouid.lib.5.Triſt. Ille pharetrati luſor amoris abeſt.

Socialis Pont.Nulla loci facies,nec ſocialis amor.

Pulcher Oui.li.3. de Ponto, Dum peragunt iuuenes pulchri certamen amoris.

Volucer Idem,Hæc ego viſus eram puero dixiſſe volucri.

Acer Ouid.in Epiſt.Acer in extremis oſſibus hæſit amor.

Præpes Idem,Succubuit telis præpetis ipſe dei.

Socius Idem,In tua caſtra redi ſocij deſertor amoris.

Timidus Idem,Vel timidus famæ cedere vellet amor.

Ingenioſus. Oportet enim amantes aſtutè omnia & ſolerter agere, & crepitatis digiti ſigna noſcere,fores clanculū tacitus, & ne crepitent, pinguefactis cardinibus cautè ingredi, in ſera clauē ſine ſtridore volutare inſtar latronū ſummis pedibus ingredi ſimulare præterea aliud ſibi illic eſſe negocij, quo tū inſtinctu amoris ierint, ea deligere tēpora,quibus diſtrictū ſuis negotijs naſutum vulgus, quid agas, non obſeruet. Audiente populo de caſtitate multa interdū prædicare, libidinē deteſtari,purientibus verbis aures occludere, vt ea ſibi odioſa confingant, quorum tamen intabeſcunt deſiderio. Ouid.in Epiſt. Aſtrinxit verbis ingenioſus amor.

Vigilans Idem,Hæc tibi me vigilans ſcribere iuſſit amor.

Miſer,quoniam,vt inquit Ouid. Quod lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla, Cærula quot baccas Palladis arbor habet,Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores Pont.Quid faciat,qua ſpe miſerum ſoletur amorem.

Mollis Ouid.in Epiſt.Tu quoque mollis amor pennas ſuppone cadenti.

Patiens, ab ærumnis, quas perferunt amantes, qui interdum ſub diuo pernoctant, noctuq; diſcurrunt in imbre, & luto aſperſi,vt fiant propoſiti victores.Sabin.Durauit,patiens ad mala perſtat amor.

Ferus Ouid.lib.1.Eleg. Et poſſeſſa ferus pectora verſat amor.

Cādaules pudicitia. Nudus,ad exprimēdā ei⁹ molliciē. Aſpectus nudorū corporū, inquit Theodoritus, tā mares,quā fœminas irritare ſolet ad enormis laſciuiæ appetitus.Hinc Cādaule regina iuſſa à marito nudū corpus oſtendere,recuſauit,dicens:Mulier cū tunica ſimul, & pudicitiā exuit.Propert.lib. 1. Nudus amor formæ nō amat artificē.

Apertus Ouid.lib.1.Eleg.Et nulla veſtes,vt ſit apertus,habet.

Purpureus Idem,Notaque purpureus tela reſumit amor.

Ambitioſus Idem lib.2.Eleg.Noſter in has omnes ambitioſus amor.

Volatilis Idem, Per Venerem iuro,puerique volatilis arcus.

Aureus Idem, Aureus in medio Marte tacetur amor.

Fœmineus Idem lib.3.Eleg.Certaque fœmineus viſcera torret amor.

Aduena,cùm quis peregrinæ mulieris amore rapitur,vel contrà.Idem lib.1.de Arte,Heù heu,quàm multos aduena torſit amor.

Inſidioſus Idem lib.1.de Remedio, Aſſluit incautis inſidioſus amor.

Rebellis,quod non facilè queat excuti.Idem Ouid.ibidem, Inferat arma tibi ſæua rebellis amor.





Fugitiuus Idem lib.2.de Remed.Tu quoq; qui cauſam fugitiui quæris amoris.

Luxurioſus Idem, Diuitijs alitur luxurioſus amor.

Fœdus Quintil.lib.10.Inſtit.Orat.Vtinam non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus.

Sagittifer Stat.lib.3.Syll. Illa Sagittiferi circumuolitaſtis amores.

Furtiuus Ouid.lib.6.Faſt. Tum dea furtiuos timidè profitetur amores.

Impotens,valde & nimium potens.Catul.illum deperit impotente amore.

Auidus, id eſt, cupidus explendæ voluntatis.Catul. Noctibus in longis auidum ſaturaſſet amorem.

Infeſtus Auſon. Oſcula,& infeſtos inter moriturus amores.

Iucundus Catullus Iucundum mea vita mihi proponis amorem.

Manſuetus Propert. lib. 1. Carmina manſuetus lenia quærit amor.

Iniquus Idem, Abſtrahat à noſtro puluere iniquus amor.

Puer Idem lib. 2. Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.

Turpis Ouid.lib.3.Eleg. Cede fatigato pectore turpis amor.

Vilis Propert. lib.2. Felix, qui viles pomis mercaris amores.

Infelix Tibul.lib.1. Excitet infelix, dum requieſcit amor.

Fallax Seneca,O ſpes amantum credula, ò fallax amor.

Volitans Tibull.lib.1. Impiger Aenea. volitantis frater amoris.

Vagus Seneca, Natum per omnes ſcilicet terras vagum Etycina mittit.

Pennatur Claud. Pennatiq; nurum circum ſtipantur amores.

Iuconſultus Auſon. Diſpulit inconſultus amor ſtridentibus alis.

Calidus Calphur. Tum Venus, & calidi ſcintillat feruor amoris.

Pharetriger Baptiſta Pius, Cynnameos nimium laceratè Pharetriger artus.

Peſtifer Seneca, Quid me nata peſtifero tenes amore vinctum.

Teliger Seneca, Metuende matri teliger ſæue puer.

Vrens Pont. Nondum amor vrentes iam tum meditatur amores.

Fœcundus Pont. His generis fœcundus amor, ſtimulanſq; libido.

Maleſanus Pont.Ebrietaſqs rubens, & maleſanus amor.

Impiger Strozius pater, Vires impiger auget amor.

Formoſus Pont.Nigraq; formoſo furata es lumina amori.

Demulcens Idem,Quos mea demulcens pectora dictat amor.

Delicioſus, quoniam nutritur deliciis,in quibus, Hieronymo teſte, difficile eſt ſeruare caſtitatem. Pont.Munditiis capitur delicioſus amor.

Leuis Ouid. Tu leuis es, multoq; tuis ventoſior alis.

Indomitus Pont. Vre acer, fige in domitus, neu parce pharetris.

Pacis amicus Idem, Comparat hic lites, pacis amicus amor.

Elyſius, id eſt, voluptificus, & plenus earum, quæ tribuuntur Elyſio, deliciarum. Idem Pontan. Interea Elyſius ſpicula tergit amor.

Ferreus Idem, Conqueritur noſtras ferreus ille Faces.

Mœrens Idem, Ah, mœrens puer, ah puer miſelle.

Imbellis,quòd vires hominis eneruet, & imminuat. Idem Pontan. Imbellis pariter puerque amorque.

Bellus Idem, belle puer,quiſnam lachrymas dolor excit,vbi arcus?

Perfidioſus, quoniam perfidi ſunt & periuri qui amant. Idem, Si vacuum ſineret perfidioſus amor.

Rediuiuus. Idem Pont. Eiicit ipſe recens, & rediuiuus amor.

Flammidus Thomas Radinus, Sic iam dulci, & flammido viri amore in amorum & fuſcidum odium commutato.

Medullaris Seneca,Labitur totas furor in medullas, Igne furtiuo populante venas. Idem Thomas, Medullaris amor ad vxorem redire ſuadebat.

Obſcurus, id eſt, arcanus. Polit. Et obſcuri qui ſemina monſtrat amoris.

Arcanus Idem, Sub fronte amica fulgurant Amoris arcani faces.
Mitis Idem, Mitis amor, concors gratia, pura fides.
Syncerus Marull. Hoc tibi ſynceri pignus amoris habe.
Proterũus Idem, Quid tantum lachrymis meis proterue Inſultas puer?
Idalius, ab Epitheto matris Veneris. Idẽ, Hoc vetat Idaliusq. puer, materq. Dione.
Pacificus Stroz. pater, Pacifico Genius mitis amore tulit.
Candidus Idem, Candidus inter vos, & leuis erret amor.
Sedulus Idem, Et lateri ſedulus herret amor.
Ignifer Stroz. fil. Stellantem verò ad nymbum puer ignifer alas Pandit.
Arcitenens Idem, Hic amor Arcitenens, arcitenensq́ue dea.
Imperioſus, ſuperbè imperans, & inuitis quidem, quia, vt inquit Seneca, Sæpe obſtinatis induit frenos amor. Et Ouid. Regnat, & in dominos ius habet ille deos. Pamphilus, Fortior eſt tamen his imperioſus amor.
Arridens Stroz. fil. A emulaq́ue arridens baſia donat amor.
Rapidus Idem, Quum rapidus teneris oſſibus hæſit amor.
Ardens Mant. Frigidaq. ardenti corda inflammabat amore.
Concors Valerandus Varan. Concordi ſociant amore dextras.
Feruens Pamph. Quo feruens monſtretur amor, quo blanda voluptas.
Gnydius, ab epitheto Veneris matris. Idẽ Pãp. Cuiq; placẽt Gnydij tela faceſq; dei.
Amarus, nam vt inquit Plaut. Amor amara dat ſatis. Quia quem præcipitauit, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat. Pamph. Creditur vt tantum ſemper amarus amor.
Impudens Conrad. Feras impudentes ſemper amores.
Arctus Idem, Me iunctum tamen arctis nemo ſoluet amoribus.
Ferox Augurell. Ferox amor diu ſubire cogit.
Tenellus Crinit. Tum mihi labella preſſula Tenello amore ſaucia.
Pallidus Cleoph. Suppliciumq. ſui pallidus erat amor.
Mobilis Salmon. Nulla ſede manens mobilis erat amor.
Maleſuadus Idem, Quondam patrauit quæ maleſuadus amor.
Furens Quint. Paſtor Ariſtæus correptus amore furenti.
Moroſus Caſtel. Iurgia moroſi lectus amoris habet.
Zelotypus, id eſt, formæ vel alieni amoris æmulus, quod frequẽtiſſimum eſt in amore vitium. Calent. Et quæ zelotypo ſunt in amore mala.
Spurcus Mant. Spurcoſq́ue ſequuntur amores.
Venenoſus Idem, Longa venenoſus tempora viuit amor.
Ignipotens Idem, Ignipotens ideò, quia vult ardere medullas.
Nequitioſus Idem, Turpis ab his vitæ nequitioſus amor.
Cupidineus Calent. Noſtra cupidineus viſcera torquet amor.
Volans Idem, Ille dedit puero crudelia tela volanti.
Surrepticius Plaut. in Curgul. Inter nos amore vtimur ſemper ſurreptitio.
Stolidus Fauſt. Quæ ſtolidus conſumpſit amor.
Officioſus Idem, Exigit has partes officioſus amor.
Iuuenis Oui. li. 1. Metam. Sed enim nõ ſuſtinet vltrà Perdere blãditias iuuenis (deus.
Infamis Propert. lib. 2. Hunc infamis amor verſis dare terga carinis Iuſſit.
Secretus Petron. Arbiter, Candidiorq. dies ſecreto fauit amori.
Procax Crinit. Illapſus fremit, & procax Me flammis agitat ſuis.
Decorus Hieron. Anger. Sua plectra decorus, Tractat amor.
Mellitus & alia. Achilles Bocchius, Melliti, lepidi, beati amores, Molles, dulciculi, venuſtuliq́ue.
Sceptrifer Bapt. Pius, Sceptrifer & noſtro pectore regnat amor.
Ambroſius, inſtar ambroſiæ dulcis. Idem, Tu tamen ambroſij ſocors contemptor amoris.
Paphias, ab epith. Veneris Paphiæ. Idem Pius, Cui Paphius.





Libidinoſus Cicer. lib. 4. Quæſt. Acad. Atque horum omnium, inquit, libidinoſos eſſe amores videmus.
Querulus Pius in Lucre. Eſt enim, inquit, natura querulus amor.
Puellulus Architr. Hic tener in teneris pueris, puellulus annis.
Mundicians Pius, Qui mundicianti amori deo inſit ſe initiatum eſſe.
Violentus Xenophon voluit amorem violentum eſſe, non vltroneum, quòd, vt dicebat, fatis ſyderibusq; cogentibus, amemus.
Litigioſus Pacificus, Litigioſus Amor bellorum cogitat artes.
Ventoſus Ouid. Tu leuis es, multoq; tuis ventoſior alis, Gaudiaq́ue ambigua, dasq; negasq; fide.
Impatiens Ambroſius, Hoc habet, inquit, impatiẽs amor, vt quem deſiderat, ſemper inuenire ſe credat.
Impius Seneca, Compeſce impij amoris flammas, precor.
Alatus Seruius in Verg. Pingitur enim amor, inquit, alatus, quia nihil amantibus leuius, aut mutabilius.
Pinniger Lucret. lib. 5. Pinniger ſæuit calcaribus ictus amoris.
Aridus, q̃a curis macerat, & exſiccat. Proper. l. 2. Aridus argutũ ſternuit omẽ amor.
Atrox Crinit. Atrox Idaliæ puer in me ſæuius inſilis.
Latens Seneca, Viſceribus ignis merſus, & venis latens.
Vigil Architr. Vigilq; ſomno extorſit amor.
Seruus, quòd ſeruile iugum ſubeant, qui ineſcantur hoc malo. Campanus, In me: ſeruus amor nil quicquam tale peregit.
Inſipidus Architr. Auellet opaci Inſipidus Plutonis amor.
Stultus Glarean. Corporeus ſplendor, ſtulti irritamen amoris.
Facilis Propert. lib. 1. Seu facili totum ducit amore diem.
Flammeus Campan. Flammeus accenſis ignibus ardet amor.
Triumphator Idem, Ipſe triumphator celſis in curribus egi.
Genialis Idem, Nunc etiam genialis amor, patrijq; penates.
Cautus Idem, Cautus amor, prudens atq; arte valentior omni.
Vehemens Idem, Vehemens heu amor ille fuit.
Mutuus Idem, Illa eſt portio, quum mutuus eſt amor.
Doloſus Idem, Vrgetq; Face doloſus amor.
Aegrotus Idem, Dedecet ægrotum nam calor ille deum.
Lumine captus. Idem, Luminibus captum puerum, & ratione carentem.
Clandeſtinus Plaut. in Gurg. Malus, clandeſtinus eſt amor.
Vulnificus Muſæus per Guillermum de Marra Latinus, Sedula vulnifico poſtquàm ſeruiuit amori.
Dionæus, ab epitheto Veneris Dionææ. Idem, Sicq; Dionæi celantes gaudia furti.

## *AMPHIARAVS.*

*Fuit Amphiaraus Græcus vates, & præſcius futuri filius Oiclei, & maritus Eriphiles, qui cum Adraſto Argiuorum rege ad expeditionem Thebanam profectus, ibidem hiatu terræ abſorptus eſt. Quod futurum antè præuidens, ſeſe occultauerat. Sed Eriphile corrupta monili aureo, quod acceperat ab Adraſto, eum latentem prodidit. De eiuſdem caſu Ouid. lib. 3. de Pont. ſic inquit: Notus homo merſis Amphiaraus equis. Polit. Quid quem impia prodidit vxor, Hoſticaq; hauſit humus. Et Sabell. Ignibus Oiclides viſis uentura canebat, Coniugis impulſu fatales viſere Thebas Proditione ſua Proh triſtia fata, ruentem Curribus, & bigis hauſerunt tartara vatem.*

Oiclides, Oiclei filius. Stat. libr. 6. Thebaid. Illum heù præſagis quo nullus amicior aſtris, Oicliden.
Lauriger, quoniam vates coronabantur lauro. Idem lib. 1. Theb. Laurigeri ſubditos an vatis hiatus.
Argolicus Idem lib. 4. Theb. Hoc aurum vati fata exitiale monebant Argolico.
Augur Idem lib. 8. Augur Apollineis modò dilectiſſimus alis Aris.

Sacer Mant.Et ſacer Oiclides vertenda ad mœnia Cadmi.

AMPHIGENIA.

Fertilis Stat.lib.4.Theb.Quos fertilis Amphigenia.Planaq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithone.Nomen eſt vrbis.

*AMPHION.*

*Poetæ fabulantur, Amphiona Iouis & Antiopes filium, artis muſicæ adeò peritum fuiſſe, vt ſequentibus cantum lyræ ſcopulis. Thebarum muros condiderit. Quod ideo fictum eſt, quia eloquij ſuauitate & oris facundia, homines id ætatis rudes & more beluino viuentes, ad humaniorem vitæ cultum redegerit. Hinc Horat.in Arte, Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere, quò vellet. Propert.lib.3. Saxa Citheronis Thebas agitata per artem, Sponte ſua in muri membra coiſſe ferunt. Seneca Poteris has Amphiones Quaſſare moles. Nulla quas ſtruxit manus ſtridente tardum machina ducens onus. Sed conuocatus vocis & citharæ ſono. Per ſe ipſas ſummas venit in turres lapis.*

Dirceus, à Dirce fonte Thebis propinquo. Vergil. in Buc. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Docilis Horat.lib.3.Car.Mercuri, nam te docilis magiſtro, Mouit Amphion lapides canendo.

Aonius, ab Aonia regione, ſub Beotia, in qua fuerunt Thebæ.Stat.lib.4.Theb.Aonius vates Tyriæ dux inclyte Thebes.

Animans cautes.Idem lib.8.Ad chelyn, & duras animantem Amphiona cautes.

Phœbeus, quoniam vates omnes dicuntur Phœbo conſecrati, & in eiuſdem eſſe tutela, vel quòd inſtar Phœbi muſicæ artis fuerit doctiſſimus.Stat.li.3.Syl. Nec cano degeneri Phœbæum Amphiona plectro.

Natus Ioue Seneca, Cuiuſq; muros natus Amphion Ioue Struxit, canoro ſaxa modulatu trahens.

Lepidus Quint.Nonne canunt lepidum ſtruxiſſe Amphiona Thebas?

Dulcis Fauſt.Dulcis & Amphion, & magnus habebitur Orpheus.

Muſicus Mant.Muſicus Amphyon, Typhis Nauarchus, Apollo Fatidicus.

Amphiſibena ſerpẽs eſt habens geminũ caput, hoc eſt, ad caput & caudam. Capite intrinſecus nitibundo ſerpit tractibus orbicularis.

AMPHISIBENA.

Grauis Lucan.lib.9.Et grauis in geminum ſurgens caput Amphiſibena.

Biceps, à duobus capitibus Mant. Amphiſibena biceps, & formidabilis ictu Aſpis.

AMPHITHEATRVM.

Conſpicuum Mart.li.1. Hic vbi conſpicui venerabilis amphitheatri Erigit moles.

Magnum Idem lib.9.Mitior in magno clamor furit amphitheatro.

Amphytritę fingitur eẽ dea maris, filia Nerei, & vxor Neptuni, capitũ qñq; pro ipſo mari,

AMPHITRITE.

Neptunea, Neptuni vxor. Verg.in Cyri, Cæruleo pollẽs coniunx Neptunea regno.

Diues aquis Ouid.lib.5.Faſt.Hanc vbi diues aquis acceperit Amphitrite.

Fluctiuoma Barthol.Nec non fluctiuoma Neptunus ab Amphitrite.

Nereia Nerei filia.Clau.Nereia Glauco Nentunũ gremio cõplectitur Amphitritę.

Fit inde adiectiuum Amphitritæus.Mant, Amphitritæ à pro maieſtate tuẽda.

AMPHORA.

Ollaria Cato, Aheni operculum vnum, amphoras ollarias duas.

Olearia, in qua reponitur oleum.Idem, Trullas æneas tres, amphoras olearias duas.

Picata, pice lita.Budæus, Et in amphoras benè picatas, & benè olidas diffunditur.

Vinaria Crinit.Si viperas à Claudio Galeno ſcribitur repertas quandoque in amphoris vinarijs.

Precioſa Mart.lib.1.Amphora non meruit tam precioſa mori.

Mamertina, à Mamertinis Campaniæ populis, quorum regio vini feraciſſima eſt. Mart.in Xenijs, Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta. Si de tnis quod vis nomen habere poteſt.

*AMPHRISVS.*

*Fluuius eſt Theſſaliæ, iuxta quem Admeti regis armenta pauit Apollo. Vnde Lucan.lib.6. Et flumine puro Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.*



Lenis Ouid.lib.1.Met.Apidanuſq; ſenex, leniſque Amphryſus & Aeas.

AMPLEXVS.

Mollis Verg.lib.8.Cunctantem amplexu molli fouet.

Dulcis Lucan.lib.5.Amplexu dulci non colla tenere.

Tenax Stroz.pater, Nec ſi Philomuſe tenaci Polypus amplexu.

Furtiuus Apul.lib.9.Quumque furtiuos amplexus obiret aſſidue.

Venereus Idem lib.10.Quod in amplexu Venereo ſcilicet nobis cohærentibus.

Auidus Ouid.lib.6.Auidisq; amplexibus hærent.

Charus Idem lib.9.Non te cuſtodia charo Arcet ab amplexu.

Rapidus Syll.lib.17.Et rapidis amplexibus arma viroſq; Corripit.

Placidus Pont.Placidoq; ſimul Citherea petiuit Amplexu.

Volupticus The.Rhad. Et oblitã priſtini timoris in uolupticos trahebat amplexus.

Fructifer Idem, Fructiferisq; illius fruatis amplexibus.

Martialis Idem, Inter martiales amplexus moribunda decidens inſiluit.

Iucundus Pamph.Iucundi amplexus, ſtrictis qui pectora nodis Componant.

Mutuus Crinit.Et molliores mutuis amplexibus.

Solidus Architrenius, Sperat & aſpirat, ſolidisq; amplexibus ardet.

Iugalis Mant.Et amplexus pudet expectare iugales.

Catenatus Textor, Amplexuq; catenato requieuimus una.

AMPVLLA.

Rubida Plaut.in Sticho, Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam.

AMVRCA.

Nigra Verg.lib.1.Georg.Et nitro prius & nigra perfundere amurca.

Palladia, ab oliua arbore, quæ eſt ſacra Palladi.Columella, Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca.

Inimica oleo Idem, Nam eſt inimiciſſima oleo amurca.

Spiſſa Pallad.Rutilius, Si amurcam Spiſſam patinæ infuderis.

Inſulſa Idem, Tunc inſulſa amurca, & ad medietatem decocta.

Putris Remaclus, Quia putris amurcæ Diſſimiles ſuccos dulcis oliua facit.

*AMYCLAE.*

*Amyclas condiderunt Lacones, qui quum ſecundum Pythagoream ſectam a cæde omniũ animalium abſtinerent, & ex uicinis paludibus natas ſerpentes occidere nephas putarent, ab iiſdem interẽpti ſunt. Vnde Amyclas tacitas uocat. Verg. veluti Pythagoreas, quod Pythagorica virtus eſſet quinquennale ſilentiũ. Lucil. Mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe. Duæ autẽ huius nominis urbes fuerũt, altera in Cãpania, altera in Græcia, ubi nata eſt Helena.*

Tacita Verg.lib.10.Et tacitis regnauit Amyclis.

Antiquæ Ouid.lib.8.Et quos Hippocoon antiquis miſit Amyclis.

Armifere Idem lib.2.de Arte, talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis.

Lædææ, a Læda, quæ ibidem Helenam peperit.Stat.lib.7.Theb. Pharraſiumq; nemus, Lædeaſq; ibis Amyclas.

Apollineæ, quod ibidem coleretur Apollo, ut a Cygno Apollini ſacro, in cuius forma Iupiter ibidem cõpreſſit Lædam.Stat.lib.4. Theb.Huius Apollineæ currum comitantur Amyclæ.

Virides, aut ab herbarum ibidem naſcentium multitudine, aut a cærulis ſerpentibus, a quibus feruntur deletæ Idem.lib.9. Hunc uirides non excipietis Amyclæ.

Tetricæ, a ſeuera illa Pythagoreorum ſuperſtitione.Idem.li.5.Syl.Et tetricis Aleman cantatus Amyclis.

Therapneæ, a Terapnis vrbe Laconiæ. Mart. lib.9. Iſta Therapnæis ſi forma fuiſſet Amyclis.

Graiæ Sene.Ex quo tetigit Phrygius Graias hoſpes Amyclas.

Aeriſonæ, quòd æris præſtantia claruerint, ut coniicio. Polit. Aeriſonas pedibus qui

qui quondam inductus Amyclas.
Fondaneæ, à Fondis vrbe Latinorum, Campaniæ uicina. Nam in Campania fuit vrbs eiuſdem nominis. Pamph. Spernit Fondanis quæ vina leguntur Amyclis.

AMYGDALVS.

Phyllis in amidaglũ

*Poetæ fabulantur, in hanc arborem mutatam fuiſſe Phyllidem cõmiſeratione deorum, quum illa doloris impatientia, quam ex perfidia Demophoontis contraxerat, laqueo ſe ſuffocaſſet.*
Phyllidis arbor. Calent. Hic ceraſus denſa eſt, & plurima Phyllidis arbor.

ANACREON.

Anacreõ, & eius mors.

*Anacreon fuit poeta Lyricus ex Teio Vrbe Ioniæ, cui Policrates rex Samiorum plurimum detulit, amauit Bathyllum eleganis formæ puerulum: item & Megyſtheum. Tandem acino vuæ ſtrangulatus dicitur. Polit. Nunc Samium celebras iubet Adraſtea, Bathyllum. Nunc teneram Eurypilen tenerumq; Magiſthea laudas, Tandem acino paſſæ cadis interceptus ab vua. Scripſit poema penitus amatorium, plenumq; laſciuiæ. Hinc Ouid. lib. 2. Faſt. Quid niſi cum multo Venerem confundere uino Præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.*
Teia Hor. in Epo. Haud aliter Samio dicũt arſiſſe Bathyllo, Anacreõta Teiũ.
Lyricus Ouid. Præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.
Vinoſus Idem lib. 3. de Arte, Sit quoque vinoſi Teia muſa ſenis.
Cupidineus Cleoph. Inde Cupidinei ſunt Teia carmina vatis.

ANAS.

Fluuialis Ouid. lib. 11. Accipitrem fluuialis anas.
Ingluuioſus Pont. Inquinat & tumulos ingluuioſus anas.
Timidus Mant. Terruit ac timidas anates, fulicaſque paluſtres.
Mollis Idem, Ceruical non mollis anas, non plumeus anſer.
Latipes, a latis pedibus. Ruff. Feſt. Latipedemque anatem cernes excedere ponto.
Aquoſus Author Briapæorum, Aut cornix anus, aut aquoſus anas.

ANAXAGORAS.

*Anaxagoras Glazomenius fuit philoſophus, rerum phyſicarum doctiſſimus, generis gloria & diuitijs clarus. Qui pluris faciens cultum ingenij, quàm prædiorum, patrimonium & gentilicias hæreditates, quò liberius philoſopharetur, ſponte reliquit. Eoq; facto peregre profectus eſt, flagrans doctrinarium ſtudio. Quum demũ abunde promouiſſet in philoſophicis diſciplinis reuerſus eſt in patriã, ubi poſſeſſiones deſertas inſpiciens, Non eſſem, inquit, ſaluus, niſi iſtæ perijſſent.*
Phyſicus Varro, Si ſunt ſemina in aere, ut ait phyſicus Anaxagoras.
Magnanimus Stroz. pat. Hoc & magnanimus ſenſit Anaxagoras.
Clazomenius, a Clazomene vrbe, Ioniæ Aſiaticæ, in qua natus eſt. Theodor. Anaxagoras Hegeſibuli filius Clazomenius, primus inquit, mẽtem mundo inſediſſe.

ANCHISES.

*Anchiſes filius Capys ante bellum Troianum nemorum latebras, & ſolitudines fertur coluiſſe, gregibus & armentis intentus. Quibus quũ uacaret, adamari cœpit a Venere, ex cuius concubitu apud Simoentem fluuium genuit Aeneã. Cæcus fuiſſe fertur, ac propterea Troianorũ conſilijs non interfuiſſe. Ardente Troia, quũ nulla ſpes ſalutis appareret, ſenio confectũ, Aeneas humeris ſuperpoſuit, ſecumq; uexit in Siciliam uſque, ubi, teſte Vergilio, conceſſit fatis.*
Dardanius, a Dardano rege, Verg. lib. 1. Aen. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchiſæ, Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam?
Pius Ouid. lib. 13. Tum pius Anchiſes, ô Phœbi lecte ſacerdos.
Magnanimus Idem lib. 14. Vmbramque ſenilem Magnanimi Anchiſæ.
Phryx, Phryges dicũtur Troiani, a Phrygia regione Aſiæ, in qua fuit Ilium. Ouid. in Epiſt. Phryx erat Anchiſes, uolucrum cui mater amorum, Dicitur Idæis concubuiſſe iugis.
Phrygius Stat. lib. 1. Syl. Phrygio ſi non ego iuncta marito.

ANCON.

*Ancon fuit vrbs Piceni, ſuper mari Adriatico poſita, quam Siculi condiderunt. Ancon autem interpretatur cubitus, quòd vrbs ipſa in littoris flexu poſita ſit. Lucan. lib. 2. Illinc Dalmaticis*

ticis



*ticis obnoxia fluctibus Ancon. Mant. Clamat. Vos ab oliferis fœtiſſima collibus Anchon. Bruthiiq; in portus pandit ſinuata capaces.*
Dorica, à Dorienſibus Græciæ populis habitata. Stroz. fil. Qua Dorica proſpicit Ancon. Iuuen. Sat. 4. Ante domum Veneris, qua Dorica ſuſtinet Ancon.
Celſa Pamphil. Celſaq; Palladijs reſidens in collibus Ancon.

ANCHORA.

Ferrea Pall. Rutil. Has virgas bipedes conſtitues, ferreis anchoris colligatas.
Mordax Sidon. Mordaces anchoras vado vellant.
Tenax Valer. Var. Atque tenax vno claſſem premit anchora noſtro.

ANCVS.

Pauper Clau. de bello Glidonico, Ad veteres fines, & mœnia pauperis anci. Anc' quartus Romanorum rex.

ANDROMEDE.

*Andromede filia Cephei regis Aethiopum, & Caſſiopes, alligata ſcopulis, & expoſita ceto marino monſtro, ob ſuperbiam matris, quæ gloriabatur ſe forma ſuperare Nereidas. Hanc autem Perſeus liberauit à Periculo, & liberatã cepit uxorem. De hac fabula Propert. lib. 1. ſic inquit, Qualis, & accubuit primo Cepheia ſomno, Libera iam duris cotibus Andromede. Idem libr. 2. Andromede monſtris fuerat deuota marinis. Hæc eadem Perſei nobilis vxor erat.*
Cepheia, Cephei filia. Ouid. in Epiſt. Candida ſi non ſum, placuit Cepheia Perſeo Andiomede, patriæ fuſca colore ſuæ.
Cepheis Cæſar Germanicus, Inter lanigeri tergum, & Cephida mœſtam.
Threicia Idem, Threiciæ dextram Andromede cernuntur ad vlnam.
Mœrens Ruffus, Cubito inclinatur in Auſtrum Mœrens Andromeda.
Perſeia, à Perſeo marito. Sidon, Heu Perſeia virgo vindicatæ.
Famoſa Pont. Totius inter ceſſerat atrox Famoſam Andromedam.
Triſtis Mant. Triſtis vt Andromede monſtris obiecta marinis.

ANETHVM.

Olens Verg. in Buc. Narciſſum, & florem iungit bene olentis anethi. Anethũ herba odorifera.
Odoriferum Pont. Vtraque odoriferum ſpirent & pectore anethum.
Redolens Idem, Suſtulit ipſe humeris faſcem, & redolentis anethi.
Viride Pamphil. Narciſſum legit hic viridis legit alter anethi Gramina.

ANFRACTVS.

Tortus Claud. Inter vtrunque iugum tortis anfractibus albet.
Curuus Idem, Auguſtare aditum curuis anfractibus Alpes.
Opacus Idem, Iamque per anfractus animarum rector opacos.
Inacceſſus Mant. Saxa & in acceſſis clauſas anfractibus Alpes.

ANGLI.

Brutiadæ, quoniam à Bruto feruntur originem traxiſſe. Valer. Var. Robore Brutiadas Gallis exegit ab oris.
Angligenæ Idem, Et bella fugatis emigrens procul ab Angligenis.
Brutigenæ Idem, Brutigenas primis congreſſibus alto Turbine conſternunt.
Armipotens Idem, Anglus in aduerſa pontis regione locarat Armipotens vallum.

ANGLIA.

Clara opibus Bapt. Egnat. Anglia clara opibus, & diuitis vbere glebæ.
Albion Cauſam dicemus in dictione Britannia. Andr. Ammon. Plana, ingens fœcunda mihi ſeſe Albion offert.
Diues pecorum. Idem, Illic quæ armenta aſpicio, quã mitia, quãmq; Grãdia, & extẽtas crurũ tenus vbera vaccas, Occurrunt & oues imitantes tenuia ſerũ Velera.

ANCOR.

Anxius Lucret. lib. 3. Quem volucres lacerant, atque ex eſt anxius angor.
Peruigil Stat. lib. 3. Theb. Teque pater non ille iubet, ſed peruigil angor.
Triſtis Augurell. Id vitam triſtis quod circumplectitur angor.
Laborioſus Quint. Laborioſos perpeti angores.

Flebilis

Flebilis Hieronymus Angerianus, Quid me niſi flebilis angor Extenuat.

## ANGELVS.

Infeſtans Heſſus. Pſal. 109. Ad dextram infeſtans angelus adeſt ei.

## *ANGVILLA.*

*Anguilla piſcis eſt oblongus & volubilis, ſimilis ſerpenti ſeu angui, vnde traxit nomen, Generatur ſcopulorum attritu, ſine coitu, ſine ouo. Frequens eſt in Benaco lacu, veſcitur limo & edulijs, ſi quis exponit, ſed ſæpiſſimè dulci humore. Gaudet aqua ſemper affluente & effluente. Aeſtiuo tempore ſi de lacu in piſcinam transferatur, viuere nequit. Hyeme verò mutationem loci tollerat facilimè. Ariſtoteles ait anguillam neque marem eſſe neque fœminam.*

Lubrica Quint. Intactam quis tete anguilla relinquat Lubrica.

Cognata colubræ. Iuuen. Sat. 5. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.

## ANGVIS.

Frigidus, à natura veneni frigidi. Verg. in Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Squameus Verg. lib. 2. Georg. Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.

Tortus Idẽ li. 3. Geor. Amnẽq; ſeuerũ Cocyti metuet, tortosq; Ixionis angues

Maculoſus Idem ibidem, Atq; notis longam maculoſus grandibus aluum.

Cæruleus Idem lib. 4. Georg. Cæruleosq; amplexæ crinibus angues.

Reflexus Idem in Culice, Anguibus hinc atq; hinc arent cui colla reflexis.

Lubricus Idem lib. 5. Aeneid. Adytis cum lubricus anguis ab imis.

Intortus Horat. lib. 2. Carm. Et intorti capillis Eumenidum recreantur angues.

Maurus, quoniam ſerpentibus abundat Mauritantia, & omnes Africæ regiones. Horat. lib. 2. Carm. Nec Mauris animo mitior anguibus.

Martius Ouid. lib. 3. Met. Martius anguis erat, criſtis præſignis & auro.

Ater Idem lib. 4. Met. Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues.

Ferus Idem lib. 11. Hic ferus expoſito peregrinis anguis arenis. Tibul. lib. 1. Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues Sæuit.

Trux Ouid. lib. 4. Triſt. A truce quæ flammis ſeparat angue leam.

Tumidus Idem lib. 5. Triſt. Peſtiferum tumido virus ab angue datum.

Auidus Stat. lib. 5. Syl. Præciſum quamuis auidus bibit anguis Opheltem.

Gorgoneus Ouid. lib. 3. de Arte, Lumina Gorgoneo ſæuius angue micant.

Venenatus Idem in Ibin, Neue venenato leuius feriaris ab angue.

Libycus, quoniam Libya ſerpentibus abdundat. Syll. lib. 6. Libycisque parem non eſſe fatemur Anguibus Auſoniam. Stat. in Achil. Surgeret, & Lybicos Tritonia tolleret angues.

Squallens Syll. lib. 13. Quod ſquallentem conuerſus in anguem.

Minax Stat. lib. 4. Theb. Lætisq; minax interuiret herbis.

Implicitus Idem lib. 5. Theb. Vt implicitis arcana domorum Anguibus.

Horridus Claud. Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Lætifer Auſon. Vitemus laqueos, quos lætifer implicat anguis.

Atrox Pallad. Soranus, Effera te genuit tygris, & anguis atrox.

Horrendus Manil. Horrendos angues, habitataq; membra veneno.

Viridis Claud. Strinxerat, & virides flaueſcere iuſſerat angues.

Sinuoſus Cæſar Germanicus, Qua latus afflexum ſinuoſi reſpicit anguis.

Marſus, à Marſis populis Italiæ, oriundus à Circe, qui herbarum vires & veneficia apprimè calluerunt. Vnde Syll. li. 8. At marſica pubes. Et bellare manu, & chelydris cantare ſoporem. Vipereumq; herbis hebetare & carmine dentẽ, Aetæ prolem anguitiam mala gramina primam Monſtrauiſſe ferunt, tactuq; domare venena. Item Gel. lib. 16. cap. 11. Gens in Italia Marſorum orta fertur à Circes filio Marſo. Propterea Marſis omnibus, vi quadam genitali, datum, vt ſerpentum virulentorum domitores ſint, & incantationibus herbarum ſuccis, faciant medelarũ miracula. De epitheto. Pont. Si marſos, domitosq; angues, & carmina quæris.





Textilis Sido. Iam textilis anguis Diſcurrit per vtramq; aciem.

Voluminoſus Idem, Angues corporibus voluminoſis.

Sibilans Thomas Rad. Angue triſulcis linguæ vibraminibus ſibilante.

Criſtatus Strozius pater, Huc face prætenta criſtatos dirigit angues.

Squamoſus Pamph. Qui puer eliſis ſquamoſos faucibus angues Depreſſit.

Horribilis Idem, Horribili pauidas qui necat angue feras.

Retortus Quintian. Te colunt ſpiris varijs retorti Vocibus angues.

Veneniger Idẽm, Noſtra venenigeris perit hydri morſibus vxor.

Sæuus Mant. Conſuluit, ſæuo ſæuior angue puer.

Squamiger Barthol. Dirasq; volucres, Squamigerusq; angues.

Peſtifer Architrenius, At me peſtiferis alijs exponit inermem Anguibus.

Teter Clau. Iamq; irrita tetri Iuſſa parant implere angues.

Toruus Verg. lib. 5. Aen. Toruosq; ſiniſtra intentans angues.

## ANGVLVS.

Secretus Colum. lib. 9. Secretis angulis haras facere oportet.

Obtuſus Lucret. lib. 4. Angulus obtuſus quia longè cernitur omnis.

Remotus Crinitus, Et in remoto deliteſcens angulo.

## ANHELITVS.

Aeger Verg. lib. 5. Aen. Vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Creber Lucan. lib. 4. Quod creber anhelitus illi Prodidit.

Languidus Apul. lib. 6. Manipulos de proximo ſolet anhelitu languido fatigatus ſubuehere.

Fatigatus Idem, Cum caloris intemperantia, cum fatigatus anhelitus.

Caloratus Thom. Rad. Nec vlterius ad illarũ quampiã prę coloratis anhelitibus.

## *ANIENVS.*

*Anien. ſeu Anienus, ſeu Anio, horum enim quodq; dici poteſt, fluuius eſt Italiæ, qui in monte Trebianorũm ortus, lacus tres nobiles defert in Tyberim, & decurrens per agrum Tyburtinum, facit cataractum. Nomen autem ſumpſit ab Anio Hetruſcorum rege, ibidem ſubmerſo. De hoc fluuio Syll. lib. 12. ſic ſcribit, Sulphureus gelidis qua ſerpit leniter vndis, Ad genitorem Anio labens ſine murmure Thybrim.*

Gelidus Verg. li. 7. Aen. Gelidũq; Aniẽnẽ, & roſida riuis Hernica ſaxa colunt.

Præceps Stat. lib. 1. Syl. Qua præceps Anien, atq; exceptura natatus.

Pomifer Prop. lib. 4. Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis.

Tyburnus, quoniam alluit Tybur oppidulum. Propert. lib. 3. Hic Anio Tyburne fluis Clytumnus ab Vmbro.

## ANIMA.

Viuax Lucan. lib. 9. Pœnas animæ viuacis ab ipſa Ante feram.

Membrorum rectrix. Colum. lib. 4. Videmus hominibus inſpiratam velut aurigam rectricemq; membrorum animam.

Immortalis Lucret. lib. 3. Immortalem animam mutato corpore flecti.

Exanguis Ouid. lib. 10. Exangues flebant animæ.

Illuſtris Verg. lib. 6. Aen. Illuſtres animas, noſtrumq; in nomen ituras.

Egregia Stat. lib. 10. Egregias efflant animas, lætoq; feruntur.

Silens Calentius, Sola per obſcenas vmbras, animasq; ſilentes.

Caduca Auſon. Tu breuis hunc æui curſum, celeremq; caducæ Finem animæ.

Volucris Iuuencus, Membra forent animæ volucris ſpoliata calore.

Vaga Mant. Corripiuntq; vagas animas, Stygisq; coercent Finibus.

Diuina Idem, Ac diuinæ animæ, quæ tot geſſere per altum Bella.

Aetherea Mic. Anglicus, Spoliumq; paluſtre Aetherea vegetas anima.

Calida Ennius ad Macrob. Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Cœleſtis Mant. Cœleſtes animæ ſociam te in lucida tollent Atria.

Motrix Idem, Cui motrix anima imcumbit.

## ANIMAL BRVTVM.

Herbaticum Crinitus, Libycæ omnes feræ, & cætera herbatica animalia.

## ANIMVS.

Sagax — Lucret.lib.2.Nec minus hæc animum cognoſcere poſſe ſagacem.
Memor — Ouid.lib.14.Memoriq; animo pia verba notaui.
Volucer — Manilius, Ingenium, volucremq; animum.
Solers — Idem, Solertes animos velocia corpora fingir.
Sublimipeta Bud. Aut ſi animo ſublimipeta eminere ſuper cæteros, &c.
Auarus — Verg.in Culice, Animum non angit auarum.

## ANNA.

Sidonis, à Sidone vrbe Phœniciæ. Syll. libr.7.Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.Fuit hæc ſoror Didus.

## ANNALES.

Priſci — Claud.de laudibus Stiliconis, Si voluere priſcos Annales libeat.

## ANNIBAL.

ſ "De vita Annibalis, vide apud Plutarchum.

Pœnus — Lucan.lib.1.Quam ſi Pœnus tranſcenderet alpes Annibal.
Cruentus — Idem lib.4.Ferat iſta cruentns Annibal?
Durus — Hor.lib.2.Carm.Nec durum Annibalem, nec Siculum mare.
Dirus — Idem lib.3.Antiochum, Annibalemq; dirum.
Perſidus — Idem lib.4.Dixitq; tandem perſidus Annibal.
Afer — Idem, Dirus per vrbes Afer vt Italas.
Tyrius, à Tyrijs colonis, qui cum Didone Carthaginem condiderunt. Syll.li.1.Hæ poſtquam Tyrio gentes ceſſere tyranno.
Puniceus — Carthaginenſes dicuntur punicei, & Pœni à Phœnicea, per detractionem aſpirationis. Ouid.in Ibin, A duce Puniceo pertulit ipſe feras.
Belliger — Syll.lib.1.Iamq; deæ cunctas ſibi belliger induit iras.
Furibundus Idem, Monſtrabat furibundus iter, cunctoſq; ciebat.
Eliſæus, ab Eliſa Didone, Carthaginis authore. Idem lib.2.Gliſcit Eliſæo violentior ita tyranno.
Vagus — Idem lib.3.Vagus in orbe Errabit toto.
Rector Lybiæ. Idem O rector Lybiæ, vigili ſtant bella magiſtro.
Sidonius, à Sidonijs colonis, qui cum Didone venerũt ad habitandam Africam. Idẽ Syll. Talia Sidonius per campos agmina ductor.
Agenoreus, Ab Agenore Phœnicum rege, patre Beli, & auo Didonis quæ Carthaginem condidit. Idem Syll. Ductor Agenoreus tumulis elatus iniquis.
Libycus — Idem lib.5.Timet ipſe tyranni Fortunam Libyci Mauros.
Infeſtus — Idem lib.7.Hæc tam vaſta dabat, terriſq; infeſtus agebat.
Barbaricus Idem lib.11.Mœnia barbarico nondum ſociata tyranno.
Indocilis pacis. Idem lib.12.Sic effata, virum indocilem, paciſq; modiq;.
Magnanimus. Idem lib.17.Magnanimum patiare ducem, vitæq; remittas.
Naſamoniacus, à Naſamonibus populis Africæ. Stat.lib.4.Syl. Mox Naſamoniaco decus admirabile regi.
Atrox — Idem, Semper atrox dextra periuroq; enſe ſuperbus Annibal.
Ferux — Claud.Cùm ferus Auſonias perfrangeret Annibal arces.
Ferox — Sidonius, Annibal ille ferox ad pœnam ſortè pelitus.
Barcæus, à Barca oppido Africæ, vel à cognomine patris ſui. Idẽ Sidon. Non ſic Barcæus opimam Annibal ad Capuam perijt.
Audax — Mant. Qualem Pompeius, & Audax Annibal interitum.
Barbarus Cimbriacus, Sic Annibal olim. Ille Saguntinæ vaſtator barbarus vrbis.
Luſcus — Nam dũ per planitiẽ & plaudes Arni fluminis in Hetruriam deſcenderet, priuſquã è paluſtrib. locis egrederetur, aeris intemperie, vigilijſq; cõfectus, alterum amiſit oculũ. Iuuen.Sat.10.Cum Getula ducem portaret belua luſcum.





Fulmineus — Claudia, Primus fulmineum lento luctamine Pœnum compreſſit. Fabius: campo poſt auſus aperto, Marcellus vicini docuit: ſed tertia virtus Scipiadę, Latijs tandem deterruit oris.
Callidus — Plutarchus, In quo mirari libet callidiſſimi ducis ſolertiam, ſic deceptam fuiſſe à Claudio.
Immanis — Fuit enim, inquit Plutarchus, ferus immaniſque natura, & adiunxit prima pueritia diſciplinam, qua non Iura, non Leges, non ciuiles conſuetudines, ſed bella, cędeſq; & hoſtiles proditiones tractare didicerat. Itaque crudeliſſimus euaſit dux, & in fallendis hominibus calidiſſimus. Nam ad decipiendum hoſtem ſemper intentus, quos aperto Marte ſuperare non poterat, dolis aggrediebatur.

## ANNONA.

Copioſa — Apul.lib.8.Annonæ copioſæ beata celebritas inuitabat.
Commoda — Bud.Sic igitur commodam annonam.

## ANNVS.

*Veteres, Macrebio & Cenſorino teſtibus, annum triplicem compoſuerunt: Vertentem, Solarẽ. Lunarem. Annus verens tunc abſoluetur eorum ſententia, cùm cuncta aſtra ad id, vnde ſemel profecta, ſunt redierunt. Nam efficitur conuerſione plenæ vniuerſitatis, continetq; quindecim millia annorum, quales nunc computamus. Aliter mundanus dicitur & maximus. Sunt qui dixerunt hunc annum ingnitum eſſe, nec vnquam in ſe reuerti. Annus lunaris eſt menſtruus, & finitur Lunæ ſenio. Solaris, quem nunc communis omnium uſus appellat, duodecim menſium eſt, protrabiturq; à Calendis Ianuariis vſque ad eaſdem, dum Sol ad id ſignum ſe denuò vertit, ex quo digreſſus eſt. Iulius Cæſar inſtituit, vt hunc annum 365. dies, quibus Sol luſtrat Zodiacum, efficerent. Et ne quadrans deeſſet, ſtatuitur vt quarto quoque anno menſibus & diebus vnus intercalaretur dies, ſcilicet ante vltimos quinque dies Februarij, idq; Biſſextum cenſuit nominandum. Romani ab initio, authore Romulo, annum decimeſtrem habuerunt, cuius principiũ erat Martius menſis, quem idem Romulus Marti genitori conſecrarat. Vnde quintilis, & ſextilis dicti ſunt, à quinto, & ſexto, quem tunc habebant ordine: Poſtea tamen Numa Pompilius duos adiecit, Ianuarium, & Februarium. Cæterum varia fuit annorum obſeruatio apud pleraſque gentes: Ferunt in Aegypto antiquiſſimum annum fuiſſe bimeſtrem, poſt deinde à Piſone rege quadrimeſtrem, nouiſſimè ad 13. menſes, & dies 5. produxiſſe. Cares & Acarnanes annum ſemeſtrem habuerunt, trimeſtrem Arcades. Veteres annum pingebant ſpecie draconis, caudam ſuam mordentis, quòd in ſe reuoluatur.* Atreius *Capito annum circuitu temporis dictum uoluit, quia ue.eres an pro circum ponere ſolebant, vt Cato in Originibus oratorum, an terminum id eſt, circum terminum, & ambire pro circumire.*

Annus triplex.

Annus varia obſeruatio.

Labens — Auſon.Tu ſenium quodcunque ſuper labentibus annis Fata dabunt.
Lubricus — Pont.Optatæ creſcunt luces, & lubricus annus. Ouid.lib.3.de Arte. Quot menſes lubricus annus habet.
Vertens — Vitruu.Perficit ſpacium vertentis anni. Annus vertens quandoque dicitur de ſolari, vt interim apud Suetonium.
Velox Statius lib.5.Theb.Et velox in terga reuoluitur annus.
Fragilis Ouid.lib.4.Triſt.Iam ſubeunt anni fragiles, ſed & interit ætas.
Fertilis — Mant. Qui fertilis annus, Quivè futurus inops habet Enthea pectora vates. Tibull.lib.4.Indueras oriente die duce fertilis anni.
Præceps — Seneca, Volucrique die rota præcipitis vertitur anni.
Vagus — Pont.Biſſeniſque vagum compleuit menſibus annum.
Mobilis — Idem, Aurora illuſtriſque dies, & mobilis annus.
Variabilis — Idem, Et cadit infelix æuo variabilis annus, Ipſe tamen redit in gyrũ, vireſque reſumit Impiger, æterno ſemper remeabilis ortu.
Celer — Crinitus, Heu, quàm celeres citò anni diffugiunt, atque dies boni.
Means — Marull. Atque idem totiens annus remeanſque, meanſq; Lubrica, &c.
Volubilis — Strozius pater, Volubilis anni Tempora mutari.
Properans — Augurellus, Quid mihi flamini properantes obijcis annos?

Floriger Petrarcha, Vbi primum cornua tollentes Floriger annus adeſt.
Profugus Idem, Hinc tenui vinculo profugos qui nexauit annos.
Verſilis Michael Anglicus, Sic vbi præterijt triplex mihi verſilis annus.
Tacitus Ouid.lib.6.Faſt. Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis.
Fugax Hor.li.2. Car. Heu heu, fugaces Poſthume Poſthume Labuntur anni.
Volucer Mant. Luminaque promis, volucrem quæ diuidis annum.
Fugiens Cimbriacus, Extremis alium quærit fugientibus annis.
Pomifer Hor.lib.3.Car. Pomifero graue tempus anno.
Recurrens Idem lib.2.Epiſt. Libertaſque recurrentes accepta per annos.
Procelloſus Architrenius, Ille procelloſos innaufragus enatat annos.
Frugifer Gualter. in Alexandreide, Defectū patiatur ager, qui frugifer annus.
Breuis Horat.lib.4.Car. Sed cynaræ breues annos fata dederunt.
Florifer Boetius, Spirat florifer annus odores.
Fatalis Mant. Fatales properant anni.
Mordax, omnia conſumens. Idem, Hoc cœleſte moles annis mordacibus obſtans.

ANSA.

Attrita Verg. in Buc. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Tortilis Ouid. in Epiſt. Tortilis à digitis excidit anſa meis. Sidon. Cruſtatum ſtringit tortilis anſa latus.
Panda Mart. Hic tibi donatur panda ruber vrceus anſa.
Dura Oui.li.8.Met. Erat alueus illic Fagineus, dura clauſo ſuſpēſus ab anſa.
Arcta Tibull. Anſaque compreſſos alligat arcta pedes.
Ferrea Vitr. Cum anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint.

ANSER.

Improbus Ouid. in Philomela, Hinc gratitat improbus anſer.
Palmipes Plin.lib.10. Aut enim aduncos vngues habent, aut digitos, aut palmipedum in genere ſunt.
Argutus Mart.lib.5. Argutus anſer, gemmeique pauones.
Latipes Ruffus, Latipedemque anatem cernes excedere ponto.
Clangens Sidonius, Atque anſeres concubia nocte clangentes.
Raucus Idem, Hoc more tu & olorinis cātibus anſeres raucos iure ſociaueris.
Garrulus Idem, Tum quoque totam aciem, Senones dū garrulus anſer Nūciat.
Gratitans Thomas Rad. Anſer gratitans, hirundo triſans.
Saginatus Stroz. pater, Adde ſaginatis obſcuro grādia ſepto, Detracta anſeribus.
Planipes Strozius filius, Planipedes miraris aues, miraris & vnde.
Stridulus Pamphilus, Verſibus incomptis ſtridulus anſer agat.
Aquaticus Mant. Per dumeta cubant, ſtrepit hic & aquaticus anſer.
Canorus Calentius, Non tantum anſeribus poteris debere canoris.
Paluſtris Mant. A gruis ore fabas, & ab anſere farra paluſtri.

*ANTENOR.*

*Fuit Antenor Troianus, qui Troiam ipſam cum Aenea Græcis prodidit, authore Liuio. Siſenna dicit ſolum Antenorem prodidiſſe patriam, quod arguitur, quia legatos, Helenam repetēs, hoſpitio accepit, & Vlyſſem ſub mendici habitu cognitum, non prodidit. Vnde Calentius, Tum ferus ante alios, diuorū oblitus & vrbis, Antenor ſocios vocat in ſua tecta furentes. Aut odio, aut captos precio triſtiue pauore. Diruta demum Troia factus profugus, cum Aenea venit in Italiam, vbi & Patauium condidit. Vnde Vergil.lib.1. Aenei. Hic tamen ille urbem Patauì, ſedeſque locauit Teucrorum, & genti nomen dedit, armaque fixit Troia.*

Phrygius Ouid.lib.4. de Ponte, Gallica qui Phrygium ducit in arua ſenem.
Profugus Sabell. Antenor patria profugus, per tela, per hoſtes.
Mauortius Quint. Patauì Mauortius arces Condidit Antenor.
Troianus Petrarcha, Tramite qui longo Troianum Antenora fines Duxit ad Euganeos.

Dardanius



Dardanius Mant. Dardanius Phrygia veniens Antenor ab Ida.

*ANTEVS.*

*Anteus Gigas fuit in Libya, proceri corporis, cui in Herculem luctanti Terra mater augebat vires quotieſcunque eam attigerat. Quod videns Hercules, eundem in aere ſuffocauit. Seneca, Strauit Anteū Libycis arenis. Lucan.lib.4. Hoc quoque iam vaſtis cumulauit munere vires Terra ſui fœtus, quod cùm tetigere parentem, Iam defecta vigent renouato robore membra.*

Terrigena Stat.li.6.Theb. Herculis pſsū ſic fama lacertis Terrigenā ſudāſſe Libyn.
Pugnax Mant. Qualis in occidua pugnax Anteus arena. De hoc gigante Iuue. Sat.3. Herculis Anteum procul à tellure tenentis.
Superbus Māt. Et Phryges, & Lapythas, & Amazonas, atq; ſuperbū Terrigenā.

ANTICHRISTVS.

Impurus. Quint. Naſcetur catus Antichriſtus ille, Impurus, vigil, inſolēs, profanus.

*ANTIGONA.*

*Antigona filia Oedipi regis Thebarū, quæ parentem vtroque captum lumine ducebat præuia. Eidem, quoque fratrem ſuum Eteoclem, in bello peremptum, ſepeliuit, inuito Creonte tyranno.*

Thebana Ouid. libr. 4. Triſt. Fratrem Thebana peremptum Suppoſuit tumulo rege vetante ſoror.

*ANTIMACHVS.*

*Antimachus poeta Colophonius admodum tenebroſus, qui dum quoddam poema obſcurum in auditorio recitaret, omneſque propterea diſcederent, excepto Platone. Legam, inquit, nihilominus, quoniam vnicus Plato eſt mihi pro omnibus. Hic aggreſſus belli Thebani materiam, vigeſimum quartum volumen impleuit, antequam duces Thebas vſque perduceret.*

Tumidus, vel propter tumidum poetæ ſtylum & ingeniū, vel propter operis, quod compoſuit magnitudinem. Catull. At populis tumido gaudeat Antimacho.

*ANTIOPA.*

*Antiopa fuit filia Nyctei, quam Iupiter mutatus in Satyrum compreſſit, & ex ea ſuſcepit geminos, Amphionem & Zetum. Id ægreferēs pater negotium dedit fratri ſuo Lyco, vt & infantes exponeret, & de Antiopa ſumeret ſupplicium. Miſertus Antiopæ Lycus, neutrum fecit. Vnde poſtea venit in ſuſpicionem mutui amoris cum ea. Quod vbi ſuſpicata eſt Dirce vxor Lyci, puellam in montem abductam, tauri ceruicibus alligat, ſuſpenſis à cornibus tædis ardentibus. Quo tormento affecta, Antiopa, vſque adeò vociferata eſt, vt ad clamorem acceſſerint Amphion & Zetus, qui matris iniuria moti, à Dirce pœnas ſumpſerunt.*

Nycteis, Nyctei filia. Ouid.lib.6.Met. Addidit, vt Satyri cælatus imagine pulchra, Iuppiter impleriт gemino Nycteida fœtu. Prop.lib.1. Tu licet Antiopę formam Nycteidos, & tu Spartanam referas laudibus Hermionem.
Barbara Seneca, Experta barbara ſæuam eſt barbara Antiope manum.

*ANTIPHATES.*

*Antiphates rex fuit Læſtrigonum, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum cæteris Læſtrigonibus humana carne veſcebatur.*

Læſtrigon Ouid.lib.2.de Ponto. Quis non Antiphaten Læſtrigona deuouet.
Cruentus Stat.lib.1.Syll. Littuſq; cruenti Antiphatæ.
Lamius Lami filius. Polit. Et Lamium Antiphatem, & virgā, & pocula Circes.
Trux Stroz. filius, Tàm bona forma trucem molleat Antiphatem.
Horrendus Pamph. Liquerit horrendi littus & Antiphatæ.
Ferus Cleophilus, Aeæaſq; domos Antiphatemq; ferum. Ouid. in Epiſt. Nō ferus Antiphates, nec in vno corpore diſcors.

ANTRVM.

Viride Verg. in Buc. Non ego vos poſthac viridi proiectus in antro.
Gelidum Idem lib.4.Georg. Fleuiſſe & gelidis hæc euoluiſſe ſub antris.
Opacum Idem in Culice, Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Cauum Idem lib.3. Aen. Nam qualis, quantuſq; cauo Polyphemus in antro.
Cæcum Lucan.lib.4. Corpora ſæpe tulit, cæciſq; abſcondidit antris.

D 3 Capax

Capax  Idem lib.5.Nec vox antri complere capacis Sufficiens ſpacium.
Vaſtum  Idem, Tunc mœſtus vaſtis vlulatus in antris.
Rorans  Ouid.lib.4.Met.Qui ſimul intrauit rorantia fontibus ántra.
Obſcurum  Idem, Vidit, & obſcurum timido pede fugit in antrum.
Furuum  Idem lib.5.Met.Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Montanum  Idem lib.13.Pauaq; montanis habitantem ſemper in antris.
Effoſſum  Mart.lib.10.Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris.
Decliue  Ouid. in Epiſt. Qua nos decliue ſub antrum Cæruleus ſubitis compulit imber aquis.
Roſidum  Idem lib.2.Faſt.Roſida per tenebras Faunus ad antra venit.
Cæruleum  Syl.lib.13.Nam qua cæruleis Nereus euoluitur antris.
Humens  Claud. Increpat, & fluuios humentibus euocat antris.
Curuum  Syll.lib.6.Intus dira domus, curuoq; immanis in antro.
Nigrum  Idem, Vaſtatis gregibus nigro ructabat in antro.
Virens  Idem lib.15.Per valles fluuioſq;, atque antra virentia muſco.
Glaucum  Stat.lib.4.Theb.Glaucoq; caput ſubmerſus in antro.
Secretum  Idem lib.9.Nec mihi ſecretis culpam occultare ſub antris.
Nigrans  Stat.lib.10.Excedit grauior nigrantibus antris.
Sulphureum Idem lib.1.Syl.Nec ſic ſulphureis Lucrinæ Naiades antris.
Arcanum  Idem lib.5.Syl.Quem pater arcani præfecit hiatibus antri.
Vdum  Mart.lib.10.Vdo crediderim Numæ ſub antro.
Putridum  Claud.Putrida multiuagis populatur flatibus antra.
Syluestre  Idem, Tu prima hominem ſylueſtribus antris Elicis.
Monſtriferum Idem, Numina monſtriferis quæ Tartarus edidit antris.
Occultum  Manilius, Vndamq; occultis meditantem murmur in antris.
Concauum  Sidonius, Concaua longæuas aſſeruant antra tenebras.
Muſcoſum  Pont.Muſcoſumq; patet pictæ teſtitudinis antrum.
Vndiuomum Idem, Terq; & rictus ter gutturis antrum Vndiuomum.
Frigens  Idem, Cryſtalli, quas poſt frigentibus antra In denſum cogunt.
Recubans  Idem, Nec verò valleſq; cauæ, recubantiaq; antra.
Fumificum  Idem, Tellus fumificis incendia paſcit in antris.
Horridum  Mant.Horridaq; iniectis primum ſerpentibus antra.
Scrupeum  Politian.Hinc ſcrupea pandunt Antra ſinus.
Nimboſum  Pont.Quando aerquoq; nimboſis incluſus in antris.
Latebroſum Polit.Celtiber ecce tibi latebroſa cuniculus antra Perforat.
Exeſum  Idem, Qua cauus exeſum pumex teſtitudinat antrum.
Marcens  Marullus, Atq; ſitu marcentia longo Antra ſubit.
Abruptum  Idem, Stabat in abruptis vates miſerabilis antris.
Frondoſum  Pamphilus, Aſt ego frondoſo recubans Mœlibœus in antro.
Nemoroſum Anton.Boherus.Quiq; lyra flentem nemoroſis Orpheon antris.
Abditum  Iuuencus, Nil abdita clauſum Pectoris antra tegunt.
Exciſum  Idem, Blandeq; fouens deduco ſub antrum Exciſum.
Conuexum  Quintianus, Membraq; conuexo Chriſti ſuperauerat antro.
Horrendum  Idem, Ruperat inferni pater antra horrenda barathri.
Tenebroſum Idem, Tenebroſa claros antra fulgores vident.
Tetrum  Idem, Antrum horrendum, ingens, tetrum, miſerabile, opacum.
Humidum  Petrarcha, Non humida paſtor Fortior antra ſubit.
Vmbroſum  Idem, Antra vmbroſa colo.
Limoſum  Caſtellus, Verumq; eſt animus limoſis claudier antris.
Squallens  Mant.In tenebras igitur, ſquallentiaq; antra dum redit.
Immundum Idem, Hoc antrum immundum morientis in horas Corporis.
Deforme  Idem, Abdita deformi virtus ſub corporis antro.





Horrens  Idem, De pelago Stygis vmbroſo, de horrentibus antris.
Luce carens Idem, Latrinalis odor de luce carentibus antris.
Profundum  Idem, Emitte profundis Aeolias antris animas.
Scopuloſum Pamphilus, Antraque Cyclopis linquam ſcopuloſa cruenti.
Vmbriferum Bartholinus, Viſus & vmbriferis rapidas diffundere ab antris.
Scabrum  Idem, Numinaque occuluit, ſcabriſque recondidit antris.
Pumiceum  Idem, Tunc rex pumiceo conſidens turbidus antro.
Tacitum  Fauſtus, O Lycida, tacito quid ſolus in antro.
Sinuatum  Idem, Intrauit gelidi ſinuatum fornicis antrum.
Iners  Idem, Qui inertibus antris Ocia delectant.
Concauum  Pamphilus, Concaua diuino ſuſpendit in atra receſſu.
Furtiuum  Propert.lib.3.His tum blanditiis furtiua per antra puellæ.
Hederoſum Idem lib.4.Lucus erat felix, hederoſo conditus antro.
Vacuum  Stat.in Achilleide, Perculerat ferro, vacuiſque reliquerat antris.
Situoſum  Mant.Per ſituoſa cauis atque aſpera cautibus antra.

*A N V B I S.*

*Anubis deus fuit Aegyptiorum, qui figurabatur capite canino Vnde Apuleius, Attollit canis ceruices arduas Anubis. Diodorus ſcribit Anubim filiũ fuiſſe Oſyridis, q canẽ geſtabat, tanquã amorũ inſigne: Ex quo Aegyptij canẽ venerãtur, & Anubim Deum canino fingunt capite.*

Latrator  Verg.lib.8.Omnigenumque deum monſtra, & latrator Anubis.
Verendus  Ouid.lib.2 Eleg.Per tua ſacra precor, per Anubidis ora verendi.
Latrans  Ruffus, Digna poli conſors, & cura latrantis Anubis.

A N V S.

Sedula  Tibul lib.1.Aſſideat cuſtos ſedula ſemper anus.
Tremens  Ouid.lib.8.Menſam ſuccincta, tremenſque Ponit anus.
Viuax  Idem lib.13.Viuacem differtis anum, quis poſſe putaret?
Pia  Idem lib.1.Faſt.Quas pia dijs ruris ferre ſolebat anus.
Annoſa  Idem lib.2.Faſt.Ecce anus in medijs reſides annoſa puellis.
Curua  Idem lib.2.de Arte, Longius inſidias curua videbit anus.
Frigida  Idem lib.3.de Arte, Frigida deſerta nocte iacebis anus.
Marceſcens  Thomas Rad. Quum marceſcentis aniculæ contingentes limen.
Teutiginoſa, & alia. Polit. Huc huc Iambi arripite mi iam mordicus Anum hanc furenti percitam libidine Tentiginoſam, catullientem, ſpurcidam, & grauedinoſam, vietam, olentem, rancidam, cadaueroſam.
Triſtis  Stroz.pater, Nec triſtis gaudia norit anus.
Callida  Idem, Ne tamen in primis callida norit anus.
Turpis  Petrar. Qualis erit tua turpis anus, dum rura teneres.
Deſipiens  Mant.Heu paucas inſtar deſipientis anus.
Eneruata  Idem, Cogit, vt inualidis anus eneruata lacertis.
Multiloqua  Plaut.Vtrumque hæc, & multiloqua, & multibiba eſt anus.
Languida  Architr.Languida ſordet anus, admoto admurmurat igni.

A P P A R A T V S.

Lautus  Iuuen.Saty.14.Hinc totidem cupiet lauto cœnare paratu.
Perſicus, quũ Perſæ maduerũt vnguẽtis.Hinc Horat.lib 1.Car. Perſicos odi puer apparatus.
Regificus  Claud.Atria regifico iuſſit ſplendere paratu.

*A P E L L E S.*

*Fuit Apelles pictorum omnium præſtantiſſimus, qui volumina quædam conſcripſit, doctrinã pingendi continentia. Et fuit perpetua conſuetudo, vt nullum diem, quibuſcunque negotijs occupatus eſſet, dimitteret præterire, quin lineam aliquam ducendo exerceret artem. Ad eius officinam frequenter ventitabat Alexander, qui etiam edicto vetuit, ne ab alio pingeretur. Venerem Cois inceptam moriens reliquit imperfectam, nec repertus eſt qui tam egregio operi vellet ſuccedere. Pinxit etiam Alexandrum magnum fulminigerum in templum Dianæ Epheſiæ, talentis*

*viginti. Alia item opera quàm plurima, quæ numerantur à Plinio.*

Cous, nam Cos inſula in mari Aegæo fuit ei patria. Ouid. libr. 3. de Arte, Si Venerē Cous nunquam pinxiſſet Apelles.

Inſignis Pont. Praxiteles, tabuliſque ſuis inſignis apelles.

APER.

Setoſus Verg. in Buc. Setoſi caput hoc apri.

Acer Idem, Aut acros venabor apros.

Sæuus Idem lib. 3. Georg. Per ſyluas tuum ſæuus aper, tum pèſſima tygris.

Erymantheus, ab Erymantho, in quo Hercules vaſtiſſimũ aprũ fertur occidiſſe. Idē Verg. de laboribus Herculis, Mox Erymanthæum vis tertia percutit aprum.

Spumans Idem lib. 1. Aen. Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.

Furens Apul. lib. 8. Sed eum aper furens inuadit iacentem.

Immanis Idem, Sed aper immanis, atque inuſitatus exurgit.

Tegæus ab apro illo Arcadico, quem ſuffocauit Hercules. Nam Tegæa oppidũ fuit Arcadiæ. Ouid. in Epiſt. Vt Tegæus aper crupreſſifero Erymantho.

Ferus Idem lib. 3. Eleg. Et ferus in ſylua farra metebat aper.

Toruus Idem lib. 1. de Arte, Sæpe fera toruos cuſpide fixit apros.

Fuluus Idem lib. 2. de Arte, Sed neque fuluus aper meditata ſeuus in ira eſt.

Erymāthius Syll. lib. 3. Iuxta Thraces equi, peſtiſque Erymanthia.

Nemoriuagus Catul. Vbi cerua ſylui cultrix, vbi aper nemoriuagus.

Mænalius, à Mænalo Arcadiæ mōte. Mart. li. 1. Arcas Mænaliũ non timuiſſet aprũ.

Arcas Idem lib. 5. Alcidæ Nemeæ terror, & Arcas aper.

Arcadicus Idem lib. 10. Addidit Arcadico terga leonis aper.

Fulmineus Idem lib. 10. Fulmineo ſpumantis auri ſum dente petita, Quãtus erat Calydon, aut Erymante tuus.

Spumeus Idem, Spumeus in longa cuſpide fumet aper.

Hiſpidus Seneca, At ille vt altis hiſpidus ſyluis aper.

Violentus Ouid. li. 8. Nũc violētus aper, nũc quæ tetigiſſe timerent, Anguis eras.

Trux Stroz. pater, Ima valle truces ire videmus apros.

Ferox Pamphil. Quem ferox ſyluis aper in iugoſis Dente peregit.

Truculētus Idē, Hũc illũ lacerãs, veluti truculētus acuto Dēte canes trãſfigit aper.

Frendens Fauſt. Pulchraque cui frendens inguina rupit aper.

Hirſutus Petrar. Sæuus & hirſuto multo truculentior apro.

Feruidus Quint. non fudit acres feruidus ſpumas aper.

Vulnificus Petrar. Nec pulcher Adonis Vulnificos euaſit apros.

Sanguineus Idem, Sanguineus non ſæuit aper.

Terribilis Man. Ac lyncem maculis inſignem pluribus, aprum Terribilem.

Meleagræus Idem, Et Meleagræo quàm mox furibundior apro. Idem, Cum Meleagræo ſomnia matris apro. Idem, Et dente ſimillimus apro. Quem quondam Meleager apud Calydona peremit.

Impetuoſus Idem, Aper minus impetuoſus in hoſtem.

Sordidus Remaclus, Fontibus à liquidis ſordibus abſit aper.

Fortis Fauſt. Aut fortes ſectaris apros.

Dentatus Idem, Dentati & celſis frendentes montibus apri.

Marſus Horat. lib. 1. Carm. Seu rupit teretes Marſus aper plagas.

Strictus Stat. lib. 8. Qualis ſetigeram lunata cuſpide frontem Strictus aper.

Hirtus Idem in Achill. Manſueſcunt ſimul hirtus aper, ſimul vrſa, lupuſque.

Durus Propert. lib. 2. Venantem Idalio vertice durus aper.

Immãſuetus Bebelius, Vrſus & immanſuetus aper, vel ſimia turpis.

Setiger Mart. lib. 13. Qui Diomedæis metuendus ſetiger agris.

Minax Mant. Trux leo, dente minax aper, & leuis ilia pardus.

Sæuiens Crinit. Sentit hunc ignem quoque ſæuientis impetus apri.





Cruentus Claud. Namque hic immenſa membrorum mole cruentus Indomitus regnabat aper.

Calidonius, ab apro illo magnitudinis inuſitatæ, quē Meleager occidit in Aetolia. Nam Calydon eſt vrbs Aetoliæ. Augurel. Quantus aper fuerat Calidonius.

Horridus Adrianus, Ecce protinus horridus, Feroxque aper, ſpumans ore, dente fremens, Voluens trux oculos, modò huc, modò illuc; Dorſo horrentibus, hiſpidiſq; ſetis, Calloſa cute caute duriore.

Vaſtificus Sophocles apud Cic. Erymanthiam hæc vaſtificam abiecit beluam.

Proteruus Hieron. Anger. Exilit exerto dente proteruus aper.

*APES.*

Varię cōſiderationes de natura, & proprietatibus apum.

*Si vera ſunt quæ de apibus ſcribuntur: Natura ſuas vires in his non minus quàm perfectiſſimis, & maximis rebus videtur poſuiſſe. In primis rempub. habent, autore Plin. Conſilia priuatim ac duces gregatim & mores habent. Hyeme conduntur, q; ſint infirmis, ad ferendas pruinas, niueſq;, & flatus aquilonũ, viribus. Ante fabas florentes non exeunt ad opera & labores. Quō per cœlum licet, nullum diem perire ſinunt ocio. Fauos conſtruunt, cæram fingunt, domos cellasq; faciunt, deinde ſobolem: poſtea mella & cæram ex floribus electiſſimis: neq; floribus mortuis, neque corporibus inſidunt. Conſumptis in proximo floribus ſpeculatores ad pabula ulteriora mittunt. Noctu deprehenſæ, in expeditione excubant ſupinæ, vt alas à rore protegant. Noctu quieſcunt in matutinum, donec vna excitet oēs gemino, aut triplici bombo, aut buccino aliquo. Tunc vniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt. Præuident enim ventos & imbres, & tunc ſe continent tectis. Quum ad opus proceſſerunt, aliæ flores aggerunt pedibus, aliæ aquam ore guttasq; lanugine totius corporis. Adoleſcentiores ad opera exeunt, & ſupradicta cõuehunt. Seniores intus operantur. Intus enim & foris officia ſunt diuiſa. Aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, aliæ ſuggerũt, aliæ comparant. Simul veſcuntur. Gerulæ ſecundos flatus captent. Si cooriatur procella, apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant. Ceſſantium inertiam notant, caſtigant mox, & puniũt morte. Nullam in aluearijs ſpurcitiam permittunt. Immunda procul omnia amoliuntur. Quum aduesperaſcit, in alueo ſtrepunt, minus ac minus, donec vna circumuolet, eodem quo excitauit bõbo, ceu quietē capere imperans. Tunc repentè contieſcunt omnes. Domos primum plebæis ædificant, deinde regibus. Fucos velut degeneres & ſeruiles, primos ad opera expellunt, ac tardantes ſine clementia puniunt. Matureſcente melle eos abigunt, aut etiam trucidant. Rex nullum habet aculeum, maieſtate tantum armatus. Ei obediunt omnes, & procedunt vnà. Totum examen circa eũ conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur. Quum populus in labore eſt, opera circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. Circa eum ſatellites quidam, lictoreſq; aſſidua cuſtodientes autoritate. Quum procedit foras, migrat ſimul examen. Quæq; proximã illi ſe cupit eſſe, & in opere conſpici. Feſſum humeris ſubleuant, validius fatigatum ex toto portant. Si fortè aberrauit, proſequuntur odore. Vbicunque conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt. Fœdos odores odio proſequuntur & infectos. Vnguenta redolentes infeſtant. Impugnantur à veſpis, crabronibus, hirundinibus, & quibuſdam alijs animantibus. Defunctas proferunt, & funerantium more comitantur exequias. Rege mortuo mæret plebs ignauo dolore. Non cibos conuehunt, non procedũt. Triſti tantum murmure glomerantur circa corpus eius. Hæc ſunt præcipua, & electiſſima, quæ de his ſcribit Plin. ſuperſunt apud eundē alia multa, vt de earum morbis, quomodo contineantur, quomodo probentur, quæ eiſdem inimica, quibus floribus conficiant opera, quæ mellis natura. Sed nimis prolixum, & laborioſum eſſet complecti ſingula. Præterea quid addi poſſet ad Ariſtotelis, & Plinij laborem, qui non earum tantum, at cæterorum quoque animalium naturam adeò conſummatè perſcripſerunt, vt nihil omninò poſteris relictum videatur.*

De rege apũ & eius officio miro.

Hyblææ, ab Hybla monte Siciliæ, qui apibus & mellis copia dr̃ abundare. Ouid. Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla. Pont. Hybla ſaui & mellis diues, & Hybla tymi. Verg. in Bucol. Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.

Parcæ Idem lib. 1. Georg. Atq; apibus quanta experientia parcis.

Cecropiæ, id eſt, Atticæ, à Cecrope athenarum rege. Sic autem appellantur, ab Hymetto eiuſdem regionis monte, & copia mellis, & apibus abundante. Verg. lib. 4. Georg. Cecropias imitatus apes amor vrget habendi.

Matres mellis. Varro, Deniq; ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes, mellis mres.

Sole genitæ Colum. An, vt Homerus poeta dicit, crabronib. & ſole genitas apes.

Melliferæ Ouid. lib. 15. Met. Melliferarum apium ſine membris corpora naſci.

Sedulæ Idem lib. 13. Non apis inde tulit collectos ſedula flores.

Florilegæ Idem lib. 15. De putri viſcere paſſim Florilegæ naſcuntur apes.

Atticæ, ab Hymetto monte. Idem lib. 5. Triſt. Dulcior iſto Melle, quod in ceris Attica ponit apis.

Auidæ mellis Syl, lib. 2. Ad dulces ceras, & odora verticis antra, Mellis apes auidæ properant.

Sicaniæ, ab Hymetto Siciliæ monte: Martial. lib. 2. Quum breue Sicaniæ ver populantur apes. Ibidem. lib. 11. Quod qui Sicanias detinet hortus apes.

Populatrices Hymetti. Idem lib. 13. Mane tibi Theſæi populatrix mittit Hymetti Pallados a ſyluis nobile nectar apis.

Fugaces Claud. Qualis Cybeleia quaſſans Hyblæus procul æra ſenex reuocare fugaces Tinnitu connatur apes.

Dedalæ, ideſt, ingenioſæ. Dædalos enim Græcè dicitur, ingenioſus Latinè. Et Dædalo uerbum ſignificat idem quod orno & vario, inquit Seruius. Vnde & Verg. lib. 4. Georg. Et munire fauos, & Dædala fingere tecta. Calphurn. Auſa eſt Dædala nectareos apis intermittere flores.

Alacres Pont. Iuuerat atque alacres ipſe ſuſurrus apes.

Ingenioſæ Polit. Nec longè a teſtis apis ingenioſa recedit.

Vagæ Marull. Dum mel Hymettitum diu necquiquam apis quærit vaga.

Mellificæ Petrar. Ea loca florea circum Mellificas imitabor apes.

Innubæ Mant. Et calices apis innuba paſcit apertos.

Aeriæ Val. Varan. Aeriæ ſtipulantur apes aluearia circum.

Studioſæ Remaclus, Carpit apis ſtudioſa thymos.

Fauifluæ a me dicuntur, dictione quam finxit Architr. dicens, Pluuioque fluiflua lacte Filius exilio feſſæ dedit vbera matri.

Paruæ Vnde has, inquit, habet volucris tam parua ſagitta?

Leues Tibull. li. 2. Rure leuis verno flores apis ingerit alueo. Synæreſis eſt in hoc carmine.

## A P E X.

Montanus Mant, Montanos apices & libera fluctibus antra.

## A P I C I V S.

Miſer Iuuen. Sat. 4. Emi ſibi multa videmus, quæ miſer, & frugi non fecit Apicius.

*Fuit autem M. Apicius nepotum omnium altiſſimus gurges. Qui congiaria principum, & ingẽs Capitolij vectigal hauſit commeſſationibus. Is quum audiuiſſet grandes carycas naſci in Libya, nauigauit illuc. Quod demũ quum falſum deprehendiſſet, Libyam eiusq; habitatores diris imprecationibus deuouit. Primus omniũ indicauit linguã phœnicopteri eſſe optimi ſaporis.* Senecæ verba de Apicio. *Seneca ad Elbiam matrem de eo ſic ſcribit, Apicius noſtra memoria uixit, qui & in ea urbe aliquando, ex qua philoſophi, uel ut corruptores iuuentutis, abire iuſſi ſunt, ſciẽtiam propinæ profeſſus, ſua diſciplina ſæculum infecit. Cuius exitium noſſe operæpretium eſt. Quum ſeſtertium millies in culinam congeſſiſſet, quũ tot congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal in commeſſationibus decoxiſſet, ære alieno oppreſſus rationes ſuas tunc primum coactus, inſpexit. Super futurum ſupra centies computauit,* Apicij mors. *& uelut multa fame victurus ſi in ſeſtertio centies uixiſſet, ueneno uitam finiuit. Qua luxuria erat, cui centies ſeſtertium egeſtas fuit.*

## A P I D A N V S.

Herboſus Proper. lib. 1. Qualis in herboſo concidit Appidano. Fluuius eſt Theſ- Apis pro Deo habitus. ſaliæ velociſſimus. Lucan. Et gurgite rapto Appidanus.

## *A P I S.*

*Apis, rex fuit Argiuorum, qui nauibus tranſuectus in Aegyptum, quum ibi mortuus eſſet,* factus



*factus eſt Serapis & maximus Aegyptiorum Deus. Colebatur aũt in forma bouis adhuc viuentis, quẽ poſt certos vitæ, an nos merſum in ſacerdotũ fronte enecabant, alium luctu quærentes, quem ſubſtituerent. Mærebantq; deraſis et capitibus, donec aliũ reperiſſent. Vnde Tibul. lib. 4. Te canit atque ſuum pubes miratur Oſyrim Barbara Memphitem plangere docta bouem.*

Corniger Ouid. lib. 2. Eleg. & comes in pompa corniger Apis erat.

Mareoticus, ideſt Aegyptius, a Mareotide Aegypti lacu. Sidon. Non Apim Mareoticum ſonabo.

Sacer Lucan. Et ſacer in cineres magni mactabitur Apis.

## *A P I V M.*

*Apium herba eſt amari ſucci, folia habens petroſolino ſimilia, ſed aliquanto maiora. Honos Apio in Achaia erat, coronare victores ſacri certaminis Nemeæ. Iuuen. Graiæq; apium meruiſſe coronæ. Hinc nomen accepit ab apice, cui ſuperponebatur. Olim quoque monumenta defunctorum apio coronabantur. Plinius ait, Suauiores aquas potui incoctum apium præſtare, & ex aqua coctum potumq; renibus mederi.*

Amarum Verg. in Buc. Floribus atque Apio crines ornatus amaro.

Viride Colum. Nunc apio viridi criſpetur florida tellus.

Viuax, qm̃ diu vireſcit, nec aret. Hor. li. 1. Carm. Nec viuax apium, neu breue liliũ.

Vdum Idem lib. 2. Car. Quis vdo deproperare apio coronas, Curave myrto.

Viridans Petrarcha, Aurea plectra apio cinctus viridante mouebat.

## *A P OE N I N V S*

*Apœninus mons eſt altiſſimus, qui per mediam & uniuerſam Italiam in longum extẽditur, cuius dextra pars ad Thyrrenum mare, meridiemq; cõuerſa eſt, ſiniſtra ad Adriaticum, ut deſcribit Lucan. lib. 2. Fiunt inde compoſita, Apœninicola, & Apœniniger. Claud. Apœninigeris cultus paſtoribus aras. Verg. lib. 11. Apœninicolæ bellator filius anni.*

Celſus Horat. in Epod. In mare ſeu celſus procurrerit Apœninus.

Nubifer, quòd propter ſublimitatem videatur eſſe contiguus nibus. Oui. li. 2. Met. Aeriæq; Alpes, & nubifer Apœninus.

Longus Mant. Vtrunque etiam longi latus Apœnini. Perſius, Sic coſtam longo ſubduximus Apœnino.

Niualis Claud. Garganum alpinis Apœninumq; niualem.

Aerius Sidon. Vidit vt aerij de rupibus Apœnini.

Nimbifer Pont. Gargano in magno, & nimbifero Apœnino.

Gelidus Sabell. Perſtringit gelidum talaribus Apœninum.

Frondens Mant. Quæ frondens agit Apœninus in altum.

Saxoſus Idem, Balnea ſaxoſi clarum decus Apœnini.

Durus Idem, Atque per excelſum duri caput Apœnini.

Magnus Mant. Magnusq; latebat Apœninus aquis.

Altus Idem, Qua latus eleuet alti Apœnini.

## A P L V S T R E.

Fluitans Cic. in Arato, Puppibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra.

Graium Luc. li. 3. Graiũq; audax apluſtre retentat. Apluſtre ornamentũ nauis.

## *A P O L L O.*

*Apollo Iouis & Latonæ fuit filius. Natus eſt in Delo inſula, eodem cũ Diana Partu. Cyclopes interfecit ob fabricatũ fulmen, quo percuſſus fuerat Aeſculapius eiuſdem filius. Vnde aliquandiu diuinitate priuatus. Admeti regis Theſſaliæ pauit armenta apud Amphryſũ, dicente Lucan. Irrigat Amphryſius famulantis paſcua Phœbi. Accepiſſe fertur citharam a Mercurio, & poſtmodũ muſis præfuiſſe. Poetæ coruum ei ſacrum faciunt ex uolatilibus: ex plantis, laurũ. Amauit Cyrenen. & Daphnem Penei fluminis filiam, quam fugientẽ in laurũ conuertit. Item Hyacinthum miræ pulchritudinis infantẽ quem mortuũ cõmutauit in florem, Brachũ inſuper Theſſalium, cui in ſuis templis ſacra fieri iuſſit. Filios habuit, Aeſculapium, Linũ, Ariſteum, & Arabum ex Babylone ſuſceptum. Filiam Phenomoen, vaticinijs, & augurijs celebrem. Vicit Marſyam tibicinem, a quo tibiæ cantu fuerat laceſſitus, uictum excoriauit. Triplex eius* poteſtas

Cyclopes ab Apolline interẽpti.
Coruus Apollini ſacer, & laurus.
Apollinis liber.

Apollinis triplex poteſtas.

*poteſtas fertur, ut Sol in cælo, in terris Liber p̄r, Apollo dicatur in inferis. Eius ſimulacro tria appingebantur, lyra, clypeus, & ſagittæ. Eidē & Baccho perpetua iuuētus aſcribitur. Medicinæ uſum primus dr̄ intuliſſe, ac deitatē meruiſſe ꝑꝑea. Vnde ſic apud Ouid. inducitur, loquens: Inuentū medicina meū eſt, opifexq; per orbem Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis. Fertur & autor carminis. & muſicæ. Quare poetæ præcipuū ſibi numen faciunt Apollinē. Sequentia loca habuerunt Apollinem in maxima ueneratione: Parnaſus mons Phocidis, Gryneum nemus ſeu oppidum in Ionia, Phaſelis mons in Lycia, Cynthus mons imminens Delo, Delos, Claros, & Tenedos inſulæ maris Aegei, Cyrrha, & Delphi, oppida Phocidis, Patara Lyciæ, Chryſa Phrygiæ, Terapne Laconiæ, Soracte Phaliſcorum, Acrephnea, & Tegyra Bœotiæ: itē Rhodos, in qua habuit coloſſum tantæ magnitudinis, ut inter ſeptē orbis miracula ſit annumeratus. Ex his locis detorta ſunt multa epitheta, ne quis aliam à me deſideret explanationem.*

Apollo medicinæ repertor.

Apollo vbi præcipue colatur.

Formoſus Verg. in Buc. Orphei Calliopæa Lino formoſus Apollo.

A Cyntho monte.

Cynthius Horat. lib. 1. Car. Intonſum pueri dicite Cynthium.

Gryneus a Gryneo nemore.

Gryneus Verg. in Buc. His tibi Grynei nemoris dicatur origo.

A Thymbra iſula.

Thymbræus Verg. li. 4. Geor. Si modo quē perhibes, pater eſt Thymbræus Apollo.

Carminis autor. Tibull. lib. 2. Nec proſunt elegi, nec carminis autor Apollo.

Arcupotens Val. Flac. lib. 3. Arcupotens aduerte precor, nunc denique Apollo.

Pulcher Verg. lib. Aen. Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

Delius Ouid. lib. 5. Met. Delius in coruo, proles Semeleia capro.

Phœbus. Ver. li. 3. Aen. Quæ Phœbo pater oīpotēs, mihi Phœbus Apollo Prædixit.

Augur Idem li. 4. Aen. Nunc augur Apollo, Nunc Lyciæ ſortes.

Actius Verg. lib. 8. Actius hæc cernens, arcum intendebat Apollo.

Crinitus, vel propter ſolis radios, vel ob perpetuam iuuentutem. Cic. lib. 4. Quæſt. Acad. Intendit Crinitus Apollo Arcum auratum Lunam innixus.

Intonſus Propert. lib. 3. Dum petit intonſi Pithya regna Dei.

Latous, a Latone matre. Stat. lib. 1. Syl. Latous vatum pater & Semel eius Euan.

Pataræus, a Patara Lyciæ ciuitate, vbi colebatur. Horatius lib. 3. Carm. Qui Lyciæ tenet Dumeta natalemq; ſyluam Delius & Pataræus Apollo.

Diuus Idem lib. 4. Car. Diue quem proles Niobæa magnæ vindicem linguæ.

Agyleus Hor. lib. 4. Car. Dauniæ defende decus Camœnæ Lenis Agyleu.

Palatinus Propert. lib. 4. Muſa Palatini referamus Apollinis ædem.

Delphycus Seneca, Ambage nexa Delphico mos eſt Deo arcana tegere.

Mileſius Apul. Dei Mileſij vetuſtiſſimum percontatur oraculum.

Fatiloquus, ea dictione a me dicitur, qua Apuleius vocat Epimenidem fatiloquum ſcribens in floridis, Nec non & Cretenſem Epimenidem, inclytum fatiloquum, & Platonem gratia diſciplinæ ſectatus.

Sandalius, a quodam Atheuarum vico, in quo ſandalia, ideſt, calceamenta fiebant.

Arcitenens Stat. lib. 4. Syl. Sed vocans arcitenens aliò pater.

Vaticinus, eadem ratione, qua furores vaticini ab Ouidio dicuntur lib. 4. Metam.

Leucadius Propert. lib. 5. Leucadius verſas acies memorabit Apollo.

Conſpicuus fide. Ouid. in Epiſt. Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit.

Flauus Idē li. 1. Eleg. Mihi flauus Apollo pocula Caſtalia plena miniſtrat aqua.

Clarius Ouid. lib. 2. de Arte, Et Paros & Clario Gelos amata Deo.

Iuriſperitus Iuuen. Sat. 11. Sportula, deinde ferum. iuriſq; peritus Apollo.

Cyrrhæus Iuuen. Sat. 12. Et Martis frameam, & Cyrrhæi ſpicula vatis.

Pharetriger Syll. Clade pharetrigeri ſubnixas regis Athenas.

Latoides, a Latona mr̄e Stat. li. 1. Theb. Latoidē, votis iterūq;, iterumq; canamus.

Latonius Mant. Magna decent magnos, magno Latonius arcu Vtitur.

Roſeus Stat. lib. 1. Theb. Seu te roſeū Titana vocari gentis Achæmeniæ ritu.

Mitra Stat. lib. 1. Theb. Indignata ſequi torquentem cornua mitram.

Certus Stat. lib. 5. Theb. Quæ certus agi manifeſtat Apollo.

Pater vatum Calent. Qui poetarum Deus & miniſter Crederis vnus.





Lyceus Propert. lib. 2. Prouiſum eſt, Lyceo vota probante Deo.

Vates Val. Flac. lib. 4. Mea quod vates inſedit Apollo Pectora.

Citharæ pulſator. Idem lib. 5. Muſarumq; chorus citharæ pulſator Apollo.

Sagitti potens a me dr̄ eadem rōne, qua Aratus vocat Chironem ſagittipotentem.

Sagittiger dictione Ruffi Feſt. ſcribētis: Mēbra ſagittigero cedūt poſtrema reuecto.

Delphicola Auſon. Ludit & Aeacidem Parnaſia Delphicolæ ſors.

Lauripotens Mart. Cap. Certum eſt lauripotens, decuſq; diuum.

Doctificus Idem, Solers, doctificus ludere ſenſibus.

Paſtoralis Calphurn. Aut fœcunda Pales, aut paſtoralis Apollo.

Facundus Mant. Quod ſtuduit Vrbis Daphnen fecundus Apollo Flectere.

Ruralis Nemeſian. Munera dat, lauros carpens ruralis Apollo.

Canorus Sidon. Et Apollinem canorum abigamus & Mineruam.

Bubulcus Idē, Iuſſus paſcere q greḡe ē cliētis Amphryſi ad fluuiū De⁹ bubulcus.

Pythius Proper. lib. 2. Pythius in longa carmina veſte ſonat.

Fatidicus Seneca, Fatidice te te præſidem veri Deum Compello.

Veridicus Idem, Tenetq; regem famula veridici Dei.

Latonigena Ouid. lib. 6. Met. Et datæ Latonæ, Latonigeniſq; duobus.

Nomius Pont. Phœboq; & Nomio Lycioq;, patriq; Lyæo.

Faticinus, à me dicitur eadem ratione, qua Ouid. vocat ſortes faticinas, & Pontanus rorem faticinium.

Smyntheus Ouid. lib. 6. Faſt. Conſulitur Smyntheus lucoq; obſcurus opaco.

Didymæus Rom. teſte Macrobio, ſolē Didymei Apollinis nomine venerati ſunt.

Pandionæus Thomas Radin. Columnæ Achaiæ, & Pandionæi Apollinis firmitate robuſtæ.

Mitis Horat. Condito mitis placiduſq; telo Supplices audi pueros Apollo.

Diuinus Lactāt. Apollo quē ꝑter cæteros diuinū, maximeq; fatidicū exiſtimāt.

Cyrrhæ dominus. Stroz. pater, Et Cyrrhæ dominus, bis genituſq; puer.

Pythicus Liuius, Decreuere legatos ſorteſq; oraculi Pythici expectandas.

Tegeæus Pamph. Et dulcem volucer citharam Tegeæus Apollo.

Nitidus Quint. Dies exurgit nitidi clarus Apollinis.

Sagax Lud. Bigus, Noſtris fortè ſagax Apollo votis obſtat.

Medicus Virgines Veſtales, inquit Macrobius, ita indigitant Apollinem, Apollo medice, Apollo Pæan.

Chryſocomus Salmonins, Chryſocomus vati ſpirat vtrique Deus.

Latialis, à Latio. Quint. Ecce iubet finem Latialis Apollo.

Dulcicanens Quint. Dulcicanens maternus vbi chorus emicat.

Imperioſus Mant. Mercurius, Mauors, atque imperioſus Apollo.

Palantæus Mant. Iam Palantæus Apollo, Iam Cybelæa ædes.

Vocalis Idem, Speluncæ latebris clauſus vocalis Apollo.

Phanes Mant. Cur Græco veteres ore Phaneta vocant?

Doctus Fauſt. Argutam nunc rango chelyn, quam doctus Apollo Donat.

Proles Latonia. Ouid. lib. 8. Met. In quibus auratam proles Latonia fertur Depoſuiſſe lyram.

Actiacus Ouid. lib. 13. Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt.

Latoicus Mart. Capella, Poſtquam Latoicus dixit.

Placidus Mant. Et placido crudum ſuccendit Apolline Martem.

Iſmenius Herod. Thebas prius adijſſe, ibiq; tum Apollinē Iſmeniū conſuluiſſe.

Ephebus Stroz. filius, Quid ſpecioſa Dei facies prodeſſet Ephebi?

Pulchricomus Iac. Auberianus, Si modò pulchricomus votis aſpiret Apollo.

Alexicacus Cælius, Apollinem Alexicacum colere ante ianuā, veteris fuit moris.

Tegyreus, a Tegyra Bœotiæ vrbe, vbi colebatur.

Citharœdus Plin. lib. 34. Item Apollinem citharœdū, ſerpentemq; conficiſagittis.

Tuſcanius Plin. Videmusq. certè Apollinē ī bibliotheca tēpli Auguſti Tuſcanicū.

Capitolinus Plin.lib.4. Ex qua M. Lucullus Capitolinum Apollinem aduexit.

Caryſtius, à Cariſto maris Aegęi inſula, marmoris optimi ferace, vbi ſimulachrum habuit marmoreum.

Ionicus Apul. Sed Apollo, quanquàm Græcus, & Ionicus, propter Mileſiæ conditorem, ſic Latina ſorte reſpondit.

Delphius, eadem ratione qua Delphicus.

Muſicus Theodor. Cyrenen. Sapiens ergo vates, muſicusq. Apollo, ipſe ſe harū legum inuentorem facit.

Lauriger Idem, Lauriger autem Apollo cum ſuis ſuaſibus daret operam.

## APONVS.

Fumiger Luc.lib.6. Colle ſedens Aponus terris vbi fumifer exit.

Calidus Petrarcha, Calidusq. Aponꝰ, gelidusq. Timauus, Iā ſpacijs ęqs aberāt.

## APOSTOLI.

Multilingues. Stroz. fil. Hinc multilingues diſſerunt Apoſtoli.

Sancti Theodoricus, Legenda itaque ſunt non ea ſolum, quę nos ſancti Apoſtoli docuerunt, ſed ipſorum quoque Prophetarum oracula.

## APVLIA.

Siticuloſa, ob vehementem calorem ſolis. Horat. in Epo. Nec tantus vnquàm ſyderum inſedit vapor Siticuloſæ Apuliæ.

## AQVA.

Dulcis Verg. in Buc. Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.

Strepens Idem in Hortulo, Aquæ ſtrepentis vitreas ambigit liquor.

Torrens Idem lib.10. Torrentis aquæ, vel turbinis atri More furens.

Iacens Luc.lib.5. Mœſtoque ignauia profundo Stagna iacentis aquæ.

Aequorea Idem lib.8. Aequorea reſtrinxit aqua.

Pluuialis Varro, Sulcant foſſas, quò pluuialis aqua dilabatur.

Saliens Mant. Ad murmur ſalientis aquæ.

Fontana Stroz. pat. Quærit fontanas ceruus anhelus aquas.

Ciſternina Colum.lib.13. Tota deinde vaſa in aqua fontana, vel ciſternina.

Scaturiens Pallad. Rut. Et limus, quē ſcaturiēs aqua, vel fluuij incremēta reſpuerint.

Fluens Ouid.lib.3. de Arte, Ludite, eunt anni more fluentis aquæ.

Fluuialis Pont. Nec ſapor, aut color vllus aquis fluuialibus.

Pura Ouid.lib.4. Faſt. Et manibus putam fluminis hauſit aquam.

Volubilis Hor.lib.4. Car. Te per aquas dura volubiles.

Properans Idem de Arte, Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros.

Canora Gell.lib.1. Totiusque villæ venuſtatæ aquis vndique canoris.

Serpens Apul. Riuulum quendam ſerpentis leniter aquæ.

Lutulenta Idem, Nā fortè pluuiæ pridianæ recens cōceptaculū aquæ lutulentæ.

Cærulea Ouid.lib.2. Triſt. Ipſaq. cæruleis charta feretur aquis.

Tumida Idem, Et redit tumidas naufraga puppis aquas.

Fragilis Idem lib.3. Triſtium, Deque lacu fragiles effodiuntur aquæ.

Exigua Idem lib 5. Triſt. Sic ſolet exiguæ currere riuus aquæ.

Caduca Idē li.2. de Ponto, Vtq; caducis Percuſſu crebro ſaxa cauantur aquis.

Cana Val. Flac.lib.5. Canis vbi tollitur omnis Campus aquis.

Limoſa Ouid. in Epiſt. Truncaque limoſa tempora merſit aqua.

Rauca Idem, Nunc ſcopulis raucis pendet adeſus aquis.

Vaga Idem, Herentem ſcopulo, quem vaga pulſat aqua.

Gelida Idem, Vix mater gelida mœſta refecit aqua.

Hyberna Idem, Paſſus, & hybernas dum quoque currit aquas.

Rapida Idem lib.1. Eleg. Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.

Pluuia Idem lib.2. Eleg. Et pluuiæ graculus autor aquæ.





Irrigua Idem, Parua, ſed irriguis ora ſalubris aquis.

Vitrea Stat.lib.1. Syl. Vitreasq; natatu Plaudit aquas.

Tumeſcens Ouid.lib.13. Eleg. Læta tumeſcentes æquoris audit aquas.

Viridis Ouid.lib.1. de Arte, Nec ſemper viridi concaua puppis aquæ.

Limpida Vitr. Quæ erit in fonte, ſi fuerit limpida.

Perſpicua Pamphilus, Dum ſua perſpicua lumina ſpectat aqua.

Mollis Ouid.lib.1. de Arte, Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua.

Trāſcurrens Plin.lib.6. Hic aquæ tranſcurrentis non miſcetur alueo.

Puteana Idem lib.14. Tantum adiiciunt viuacis aquæ puteanæ.

Nitida Mart.lib.8. Calculus in nitida ſic numeratur aqua.

Niuea Idem lib.12. Hæc niſi poſt niueam Cæcuba potat aquam.

Leuis Ouid.lib.1. de Remedio, Ipſe potes riuos ducere leuis aquæ.

Surda Idem ad Liuiam, Ad ſurdas tenui voce ſonantur aquas.

Bullans Calphurnius, Bullantes vbi fagus aquas radice ſub ipſa.

Emaculatoria Bud. Purifico rore, velut aqua ſynectica, ideſt emaculatoria lauit.

Querula Pontanus, Et ſtreperet querula qui ſalit amnis aqua.

Herboſa Idem Fuſus ad herboſæ fluxile murmur aquæ.

Prægelida Politianus, Prægelidas ducturus aquas.

Subſiliens Idem, Auraque & murmur ſubſilientis aquæ.

Proſiliens Idem, Nunc repeto ductus proſilientis aquæ.

Sonans Augurellus, Seu fons purus aquis ille ſonantibus.

Circumrigua Marullus, Conualesq; beatas Tot circumriguis aquis.

Sonora Politian. Placidusq; ſonoræ Lapſus aquæ.

Spumifera Stroz. pater, Spumiferas ingens turba ſecabat aquas.

Stagnans Idem, At per ſtagnantes altera ducit aquas.

Nauigera Idem, Cernere nauigeras vnde iuuabat aquas.

Piſcifera Stroz. filius, Syluæ & piſciferæ depopulantur aquæ.

Fluctiſona Idem, Fluctiſonas viuam naufragus inter aquas.

Piſcoſa Idem, Dum cito piſcoſis cymba recurrit aquis.

Cœnoſa Pamphilus, Cœnoſasq; cauans ex ſcrobe ducit aquas.

Profluens Liuius, Pueros in profluentem aquam mitti iubet.

Vndiſona Pamphilus, Vndiſonis Triton & freta ſiſtet aquis.

Fluminea Sabellicus, Flumineis deſedit aquis.

Putealis Quint. Puteales aquas in vina vertit.

Arenoſa Theophilus, Toruus arenoſis quam Padus ambit aquis.

Amœna Quint. Cuius amœna. In medio fons lucet aqua.

Fumoſa Caſtellus, Hirtaq; fumoſis menta lauantur aquis.

Luſtralis Mant. Cum labro luſtralis aquæ cum lampade & igne.

Crepitans Fauſtus, Dum crepitans leni murmure curret aqua.

Conſpicua Idem, Quam propè conſpicuas riuus agebat aquas.

Ventoſa Mant. Et dare ventoſis penſile corpus aquis.

Blanda Andreas Ammonius, Blandis luxurient aquis.

Deſiliens Ouid.lib.4. Faſt. Humidus ex alto deſilientis aquæ.

Roralis Idem ibid. Virgaq; rorales aurea miſit aquas.

Placida Tibullus, Nec ſonitus placidæ ducere poſſet aquæ.

Liquida Idem, In cinerem & liquidas munera vertet aquas.

Rutila Pont. Et diues rutilis ſordeat Hermus aquis.

Fumifera Claud. Glacuaq; fumiferæ terga ſerenat aquæ.

Humens Theodoritus, Ipſa inſuper humentium aquarum vis.

Odora Adrianus, Dat ſummis digitis aquas odoras.

Vilis Propert.lib.3. Vilem ieiunæ ſæpe negauit aquam.

Frigida Idem lib.2. Frigida de tota fronte cadebat aqua.

Terraceā Theod. Aquis puriſſimis terraceam, ac limoſam aquam commiſcuit.
Fluctiuaga Pictorius, Cymbaq; fluctiuagā diripiatur aqua.
Paludifera Author Philomelæ, Atque paludiferis puteo bibit aquis.

A Q V A L I C V L V S.

Pinguis Perſius, Pinguis aqualiculis propenſo ſeſquipede extat.

*A Q V A R I V S.*

*Aquarius undecimum eſt ſignum zodiaci, tracto inde nomine, quod eius exortu imbres plurimi flant. Poetæ fingunt eum eſſe Ganymedem Troili & Callirrhoes filium, quem in Ida uenantem, Iupiter ab aquila corripi iuſſerit: & ob elegantem formam in cælum ſublimari. Et tū aquarius dictus eſt, quod ſtans ad Iouis cyathum, aquas funderet. Nigidius cōtra exiſtimat eſſe Deucalionem Theſſalum, qui maximo cataclismo ſit relictus cum uxore Pyrrha in monte Aetna, demum relatum in cælum propter reparatum genus humanum.*

Frigidus Verg. lib. 3. Georg. Quum frigidus olim. Iam cadit, extremoq; irrorat aquarius agno.
Vrniger, à ferenda vrna, qua imbres funditare fingitur. Idem Verg. de ſignis, Et qui portat aquam puer vrniger, & duo piſces.
Horridus Cæſar Germanicus, Horridus ad gelidos portendit aquarius ignes.
Radians Aratus per Ciceronem, Stellas ſub pedibus ſtantes radiantis aquari.
Humidus Idem, Humidus inde loci collucent aquarius orbem.
Pulcher Ruſtus, Stellæ aliæ numero, quia pulcher aquarius inſtat.
Tener Pont. Hinc tener humentes reſupinat aquarius vrnas.
Liquens Idem, Sidereis vndis, & fonte liquentis aquari.
Iniquus Idem, Frigoris aut rabiem ſub iniqui ſidus aquari.
Iliacus Bartholinus, Cùm verò Iliacus ſibi iungit aquarius orbem.
Vdus Fauſtus, Vdus & algentes fundebat aquarius vndas.
Triſtis Idem, Vdus, & ægoceros, & triſtis aquarius inſtat.
Iuuenilis Manilius, Cognatas tribuit iuuenilis aquarius artes.
Humens Idem, Sed regione means Cepheus humentis aquari.
Fluuialis Idem, Bis ſextamq; notat partem fluuialis aquari.
Nimbifer Verg. de ſignis, Vrnaq; nimbiferi, Piſciſq; nouiſſima forma.
Geſtator aquæ. Idem, Et iuuenis geſtator aquæ, piſceſq; ſupremi.
Gelidus Mantuan. Velut gelidi cum ſidus aquari.
Frigens Idem, Crediderim ob triſtes radios frigentis aquari.

*A Q V I L A.*

Aquilæ conſideratio, & natura. *Aquila volucrū regina dr, q altiſſimè uolet, unde & poetæ eam Iouis armigerū uocant. Congreditur magnis aīalibus: ut ceruo, cuius cornibus inſidet, puluerulentas alias de induſtria concutiens, ut uiſū, & oculis īpeditus decidat in curſu, mortuuſq; fiat præda. Probat ad ſolē ſuos pullos, quē ſi ſuſtinere nequeant, ut degeneres excludit.* Aquilæ mors. *Moritur nō ſenio, nec ægritudine, ſed fame. Creſcens.n. roſtri ſuperioris aduncitas impedit, ne cibum queat capere. Quum ſenuit, grauantur eius pennæ & oculi, cui rei ut medeatur, qrit fontē, calorem in ſe colligit, & ſanatur. In fontem.n. ter ſe mergit, eoq; modo redire fertur ad iuuentutem. Hinc Pſalmographus, Renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Plutarchus in Mario ſcribit, aquilam geminos tm̄ pullos parere, cōtra Muſæum, qui dixit, eā tres parere, duos ſubtrahere, & unū alere. Aues, quas aquila petit ad prædā gregatim ſæpenumero uolant, ut reſperſu pennarū hoſtem excæcent. Nidificat in petris, & arboribus. A meridiano tp̄e operatur & uolat. Prioribus horis ignaua ſedet, donec impleantur conuentu hoīum fora. Eius pennæ mixtæ auium pennas dr̄ deuorare.* Aquilam fulmine non tangi. *Ex uolatilibus nunquàm fulmine tangitur. Pugna eſt illi in draconem, qui propterea eius oua inſectatur auiditate malefica.* Aquilarū genera. *Sunt inſuper ſex aquilarum genera, Menalatos, Pygarguſq;, Morphos, Percepterus, Halietus, Geneſios, quorum diſcrimen ſi quis appetit ſcire, uideat Plinium.*

Ales Iouis Verg. lib. 1. Aen. Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto.
Præpes Verg. lib. 5. Aen. Quem præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.





Ferox Hor. li. 5. Carm. Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbā.
Altiuolans à me dicitur, vt rota ſolis à Lucre. lib. 5. ſcribente, Hic neq; tum ſolis rota cerni lumine largo Altiuolans poterat.
Sublimis Apul. Vt ego quamuis ipſius aquilæ ſublimis volatibus.
Regalis Idem, Primi Iouis regalis auis illa.
Regina Ouid. lib. 4. Met. Implicat vt ſerpens, quam regia ſuſtinet ales.
Prædatrix Idem lib. 6. Met. Non aliter quàm cum pedibus prædatur aduncis Depoſuit nido leporem Iouis ales.
Grata Ioui Idem lib. 5. Faſt. Grata Ioui fuluæ roſtra videbis auis.
Flammigera Stat. lib. 8. Theb. Accurrit niueo quàm flammiger ales olori.
Fulua Claud. Fuluuſq; tonantis Armiger.
Bellatrix Idem, Stant bellatrices aquilæ ſæuiq; dracones. Sed hic aquilæ & dracones capiūtur pro inſignibus vexillorum, vt apud Lucanum ſcribentem, Vt notæ fulſere aquilæ.
Venatrix Pont. Hinc ales Iouis & Phrygiæ timor vnicus Idę, Prępetibus pennis cœlo ſe credit aperto.
Nubiuaga Mant. Fugiuntq; per auras Nubiuagis ſimiles aquilis.
Iouis famula Iuuen. Saty. 14. Sed leporem aut capream famulæ Iouis & generoſæ. In ſaltu venantur aues.

*A Q V I L O.*

*Aquilo ventus eſt Septentrionalis, flatus violenti & ſonori, qui nubes diſcutit, & ſerenum reddit aerem. Aliter vocatur Boreas.*

Frigidus Verg. lib. 2. Georg. Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem.
Impotens, id eſt, valde potens. Horat. lib. 3. Car. Quod non imber edax, non Aquilo impotens poſſit diruere. Vbi In habet vim augendi.
Threicius, flans ex Thracia, Ruff. Feſt. Tunc & Threicij repetunt animoſa Aquilones Flabra.
Sudificus, id eſt, ſerenificus, & nubes diſcutiens. Home. apud Gel. Sudificuſq; altos Aquilo rotat impetè fluctus.
Siccus Luca. lib. 4. Pigro bruma gelu, ſiccisq; Aquilonibus hærens.
Sythonius. i. Thracius. Ouid. in Epi. Ille notho zephiroq;, & Sythonio Aquiloni.
Niualis Plin. lib. 2. Niuales Aquilo & ſeptentrio.
Nubilus Idem, Auſter Africæ ſerenus, Aquilo nubilus.
Sæuus Stroz. pat. Quo me ſæue feres Aquilo. Propert. lib. 3. At tu ſęue Aquilo nunquam mea vela videbis.
Raucus Mart. lib. 1. At quum december canus, & bruma impotens Aquilone rauco mugiet.
Iniquus Idem lib. 10. Stridenteſq; feram flatus Aquilonis iniqui.
Riphæus, à Riphæis montibus Scythiæ, in quibus vehementiſſimus eſt. Claud. Bruma ve Riphæo ſtridens Aquilone retardat.
Acutus Manil. Qua gelidus Boreas Aquilonibus inſtat acutis.
Horrifer Cæſar German. Oceani pars celſa ſub horrifero Aquilone.
Rigidus Ruſtus, Omnia quæ ſoli, & rigido interfuſa Aquiloni.
Durus Idem, Duri cùm ſoluant flabra Aquilones.
Serenifer Idem, Axe ſereniferi deſcendit ſol Aquilonis. Idem, Namq; ſereniferi pater hoc in flabra Aquilonis.
Piceus Sidon. Hic cùm vexetur piceis Aquilonibus æſtus.
Strymonius, i. Thracius, à Strymone eius regionis fluuio. Seneca, Strymoniuſq; altas Aquilo contorquet niues.
Niuoſus Idem, At qua niuoſi patiatur Aquilonis minas.
Stridens Pont. Suſcitat horriſonas ſtridente Aquilone procellas.
Scythicus Lucan. lib. 5. Sed Scythici vicit rabies Aquilonis. Pont. Sæuit Scythi-

cis Aquilonibus aer.
Gelidus Stroz.pat.Auſtraliſq; plaga, & gelidus Aquilonibus horrens.
Glacialis Conr.Quiq; per vaſtas Aquilo procellas Siſtit arctoas glacialis vndas.
Sonorus Idem, Ferox ſonorus quando Aquilonibus luctatur Eurus.
Rapidus Theocrit.Cùm deformis hyems rapidis Aquilonibus horret.
Sudus Quintian.Qua ſudus Aquilo proprium locum tenet.
Hyperboreus, ab Hyperboreis montibus frigidiſſimis. Mant. Ad Scythios imbres, ad Hyperboreos Aquilones.
Opapus Idem, Et procul à terris Aquilone agitatur opaco.
Algens Idem, Et procul algenti nos Aquilone premit.
Terribilis Brixius, Terribilemq; cauis Aquilonem claudit in antris.
Triſtis Barthol. Caurus agit, triſtiſq; Aquilo, Libyamq; remenſus Africus.
Geticus Mant.Semper enim Geticis ora hæc Aquilonibus alget.

A R A.

Sacra Verg.lib.3.Georg.Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram.
Odorata Idem in Aetna, Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris.
Solemnis Idem lib.2.Aen.Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
Pinguis Idem lib.4.Aen. Aut ante ora deum pingues ſpaciatur ad aras.
Thuricrema Idem ibid. Vidi, thuricremis cum dona imponeret aris. Lucret. lib.2. Thuricremas propter mactatus concidit aras.
Flagrans Verg.lib.12.Admonuitq; decus flagrantibus aris.
Fumida Ouid.lib.3.Triſt.Fumida cingatur florentibus ara coronis.
Fumoſa Idem lib.2.Eleg.Ipſe ego thura dabo fumoſis candidus aris.
Graminea Syl.lib.4.Gramineas vndis ſtrauit ſocialibus aras.
Caſta Idem lib.17.Aduocat & caſtas polluit fœderis aras.
Iuſta Stat.lib.12.Regnaq;, & à iuſtis fortuna recederet aris.
Feſta Idem lib.4.Syl.Nec ſolum feſtas ſecreta Neapolis aras.
Thurifera Cantalycius, Debita thuriferas ſoluantur vota per aras.
Fumans Fauſtus, qualia fumantes fragrant pia thura per aras. Cat. Accíperent læti diuum fumantibus aris.
Candida Mant.lib.9.Libetur tibi candidas ad aras.
Viridis, violis & floribus ornata. Idem libr. 12. Si te rure coli, virideſq; pigebit ad aras.
Fulgens Tibul.Cernite fulgentes vt eat ſacer agnus ad aras.
Humilis Val.Flac.lib.3.Circum humiles aras, ignotaq; nomina diuum.
Frondens Idem, Et ſummas frondentibus intulit aris, Libauitq; dapes.
Sacrifica Idem lib.8.Inde vbi ſacrificas cum coniuge venit ad aras.
Calens Claud.Hæc dea pro templis, & thure calentibus aris Te fruitur.
Illuſtris Aratus per Ciceronem, Et illuſtrem truculentus credit ad aram.
Rutila Quint.Templa deæ, & rutilas abſcondit Anubidis aras.
Nitida Pont.Spiret & è nitidis genialis amaracus aris.
Marmorea Stroz.fil.Marmoreas ſtant fulua canum ſimulachra per aras.
Aurata Sabellicus, Nobilis aurata qua ſemita currit ab ara.
Votiua Idem, Aut quid votiuam trepidatis ignibus aram.
Sacroſancta Quint.Ergo ſacroſanctas qui corda parentur ad aras.
Albens Mant. Albentes ſplendere aras, redolere ſacellum.
Renidens Idem, Feſta renidentes fumo celebramus ad aras.
Tepida Mant.Et tepidas cornu ductus capra ibat ad aras.
Celebris Idem, Inachiæ celebres veniebat ad Iſidis aras.
Lucens Idem, Fides nuſquam lucentibus aris.
Sancta Valerandus Varanius, Suſcipe quæ ſanctis inſignia pendimus aris.
Fumifera Fauſtus, Et dabo fumiferas fragrantia thura per aras.

Culta



Culta Ouid.lib.6.Met.Perque omnia ſecula cultus Arceor, ô nati, niſi vos ſuccurritis aris.
Herboſa Idem lib.15.Placata odoratis herboſas ignibus aras.
Coronata Propert.lib.3.Inde coronatas vbi thure piaueris aras.
Ardens Mant.Semper ad ardentes pro te vigilabimus aras.
Venerabilis Sidonius, Sed te conſpicuis gradibus venerabilis aræ, Concionaturam plebs ſedula circumſiſtit. In ſecundo carmine eſt Synæreſis.

*A R A B E S.*

*Arabes populi ſunt Aſiatici, vnguentis & aromaticis fruticibus abundantes. Hi mitrati degunt, aut intonſo crine. Barbam abradunt, præterquam in ſuperiore labro. Duas habent æſtates, ac totidem hyemes. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore ante eunt, quia maiores natu. Conſanguinei omnia habent communia. Maximus tamen ætate in omni re præcedit cæteros. Communis item vxor: immo verò vna omnibus. Ingreſſurus ad eam baculum ante fores deponit: Omnes enim baculum geſtant. Eo viſo reliqui congreſſu parcunt. Illa tamen noctes agit cum ſeniore. Matri coire non cenſetur impium. Congreſſus cum alterius ſanguinis fœmina, cenſetur adulterium, quod morte plectitur. In prædia inimicorum lapides aggregant, quo ſignificant interituros mala morte, qui ea coluerint, inſidijs eorum, qui lapides poſuerunt. Præter cæteros mortalem fidem ſeruat inuiolatam. Quiſque permanet in patrio inſtituto. Dionyſium & Vraniam ſolos deorum arbitrantur. Abundant gemmis, balſamo, palmis, plantis aromaticis. Dicimus etiã Arabus per ſecundã inflexionem. Verg.lib.7. Hir anis ve parant Mantuanus, Aſſyrij, Mœdis, Arabis, Garamantibus Indis.*

Arabes populi & eorũ mores.

Odorum diuites, Stroz.pater, Tmolus, & innumeri diues odoris Arabs. Vnda & Tibulus, Vrantur odores, Quos tener è terra diuite mittit Arabs.
Palmiferi Ouid.lib.10.Palmiferosque Arabas Pancheaque rura reliquit.
Thurilegi Idem lib.4.Faſt.Nam modò thurilegos Arabas, modò ſuſpicit Indos.
Molles Claud.Te Mœdus, te mollis Arabs, te Seres adorant.
Teneri Tibul.Quos tener è terra diuite mittit Arabs.
Eoi Tibul.Eoique Arabes, diues & Aſſyria.
Diuites Seneca, Et qui Sagittas diuites Arabes linunt.
Nigri Mant.Reddit apud nigros Arabas, Nabatheaque regna.
Aeſtuoſi, à calida eorundem regione, Marull.Quicquid Arabs vehis æſtuoſus.
Opulenti Lactan.Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs.
Odorati Pamphilus, Vicit odoratos Arabs, victiſque Sabæis.
Thuriferi Mant.Thuriferos Arabas Syriæ bipatentibus alis.
Longinqui Mant.Quos miſit longinquus Arabs, Erithreaque tellus.
Picti Remaclus, Non Arabes picti, Tripolis non deerit ampla.
Mitrati Claud.Hic mitra velatus Arabs, hic crine decoro Armenius.
Extremi Horat.lib.1.Epiſt.Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos.

A R A C Y N T H V S.

Acteus, i. Atticus. Verg. in Buc. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Mantua. Qua videt Aetolas vrbes Aracynthus ab altis Rupibus.

Aracynthus mõs eſt Arcadiæ.

*A R A C H N E.*

*Arachne fuit mulier Lydia, quæ auſa eſt venire in certamen cum Minerua de lanificio. Quod ægrè ferens dea, Arachnem radio percuſſit victrix, & in tantum animi dolorem compulit, ut illa ſuffocauerit ſe laqueo, in araneam poſtmodum commutata. Vide Plinium.*

Arachnes mors & inuenta ab ea.

Mœonia Nam Lydia, aliter vocatur Mœonia, Ouid.lib.6.Met. Mœoniæq; animum fatis intendit Arachnes.
Idmonia, Idmonis filia. Idem, Ter, quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes.
Animoſa Idem, Non tulit infelix, laqueoque animoſa ligarat Guttur.
Operoſa Pont.In medio telas operoſa obſeruat Arachne.
Solers Stroz.pater, Solerſque tuo concedit Arachne Victa magiſterio.
Lyda Stroz.filius, Non radij vires Lyda puella ſui.

 Perfida

Perſida    Pamphilus, Artem ſi ſpectes, qua perſida certat Arachne.
Docta    Aeg.Maſ.Si quid Arachnæo miraris in ordine docta.

A R A N E A.

Inuiſa Mineruę. Ver.li.4.Geor. Aut inuiſa Mineruæ Laxos in forib. ſuſpẽdit aranea (caſſes.
Vaga    Mart.li.8.Nec vaga tam tenui diſcurſat aranea tela.
Audax. propter Arachnem, quæ auſa eſt certare in Palladem. Claud. Audax ſacrilego ſupplebat aranea textu.
Pendula    Polit.Nam pendula in ortu Poſteriore ſuos etiam nec Aranea caſſes.
Lyde, ab Arachne Lydia. Iuue.Sat.2.Turgida non prodeſt in pixide condita Lyde.
Arida    Idem Sat.14.Arida cum tota deſcendat aranea tela.
Sublimis    Tibul.Nec tenuem texens ſublimis aranea telam.
Putris    Propert.lib.3.Putris & in vacuo texetur aranea lecto.

*A R A R, S I V E A R A R I S.*

Arar fluuius.

*Arar fluuius eſt Galliæ Narbonenſis, defluens in Rhodanum, adeò lentus, vt difficilè ſit iudicare, vtram in partem defluat. Noſtro tempore vocatur Sagona.*

Segnis    Plin.lib.3.Segnemq; deferens Ararim.
Piger    Syll.lib.14.Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus vnda.
Tardus    Claud.Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.
Lentus    Idem, Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & diues Iberus.
Longinquus Idem, Longinquum profugis Ararim præcingere caſtris.
Ferax    Idem, Cinyphijsq; ferax Araris ſucceſſit ariſtis.
Gallus    Mant.Scit Rhenus, ſcit Gallus Arar.

A R A T O R.

Curuus    Verg.in Buc.Tempora quæ meſſor, quæ curuus arator haberet.
Robuſtus    Idem, Robuſtus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator.
Durus    Idẽ li.4.Geor. Quos durus arator obſeruãs, nidos implumes detraxit.
Sedulus    Colu.lib.6. Dum ſedulus arator vomere perſtringere ordinem ſtudet.
Infelix    Ouid.lib.7.Concidere infelix validos miratur arator.
Incuruus    Plin.lib.18.Arator niſi incuruus præuaricatur.
Doctus    Cæſar Germanicus, Nauita quid caueat, quid vitet doctus arator.
Diſcinctus    Mirandula, Vomere calloſis manibus diſcinctus arator.
Vigil    Mant.Tam vigil ad teneræ cultum telluris arator.
Pellitus    Propert.lib.4.Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator.
Ruſticanus    Cice.in oratione pro L.Flacco, Aratores ruſticani agros habent & Natura bonos, & diligentia culturaq; meliores.
Gnauus    Idẽ Act.4.in Verrẽ, Gnaui aratores agros latos ac fertiles deſererent.

A R A T R V M.

Depreſſum    Verg.lib.1.Georg.Depreſſo incipiat iam tunc mihi taurus aratro.
Flexum    Idem, Vomis & inflexi primum graue robur aratri.
Curuum    Idem, & curui formam accipit vlmus aratri.
Incuruum    Idem, Agricola incuruo terram molitus aratro.
Obliquum    Fauſtus, Atq; iterum obliquo proſciſſum eſt æquor aratro.
Durum    Hor.lib.1.Serm.Ille grauem duro terram qui vertit aratro.
Preſſum    Ouid.lib.5.Ingemere & terram preſſis proſcindere aratris.
Aduncum    Idem lib.2.Met.Quod adunci vulnera aratri Raſtrorumq; fero.
Vncum    Idem lib.5.Met.Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro.
Ruricola    Idem lib.4.Triſt.Tempore ruricolæ patiens fit taurus aratri.
Patiens    Idẽ lib.2.Eleg. Ergo quũ ſilices, quũ dens patientis aratri Depereant.
Terram renouans. Idem lib.4. Triſt. Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri.
Validum    Idem lib.3.Eleg.Nec valido quiſquam terram ſcindebat aratro.
Ruſticum    Idem lib.2.de Arte.Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit.
Impreſſum    Syll.lib.3.Et impreſſo tellurem vetere aratro.





Sordidum    Claud.Sordida Seranus flexit dictator aratra.
Pandum    Sidon.Exercet dentes, vel pando pronus aratro.
Rude    Barthol.Ne fortè rudi ſulcaret aratro.
Habile    Tibul.lib.1.Lucra petens, habili tauros adiungit aratro. Aratri inuentor fuit Oſyris. Mant. Tum frumenta Ceres nondum vulgarat, Oſyris Inuentor nondum campos ſcindebat aratro.

Oſyris aratri inuẽtor.

*A R A T V S.*

Aratus, & ſcrita ab eo.

*Aratus fuit poeta, Menecratis diſcipulus, qui ſcripſit Phænomena, hymnos in Pana, de moribus, epigrammata quædam in Antigoni vxorem, Epicedium in Cleombrotum epiſtolas, commẽtarios in Odyſſeam, & quædam alia. De hoc Ouid. Cum Sole & Luna ſemper Aratus erit. Cæſar Germanicus, Ab Ioue principium magno deduxit Aratus. Culpatur tamen à Quintiliano his verbis: Arati materia motu caret, vt in qua nulla varietas, nullus affectus, nulla perſona, totusq; in nominibus abſumitur. Sufficit tamen operi, cui ſe parem crediderit, vel æqualem.*

Doctus    Stat.lib.5.Syl.Doctique modos extendis Arati.
Sagax    Codrus.Non omninò ſagax ſcribenda reliquit Aratus.
Aſtriloquus    Mant.Et aſtriloqui ſtellas edoctus Arati.

*A R A X E S.*

*Araxes fluuius eſt Armeniæ, ortum habens à quodam monte, qui Abon, ſeu Aban dicitur. Labitur in mare Caſpium. Super hunc Alexander Magnus, & Auguſtus Cęſar pontes fecerunt.*

Barbarus    Lucan.lib.1.Sub iuga iam Seres, iam barbarus iſſet Araxes.
Armenius    Idem lib.7.Adiacet, Armeniumque bibit Romanus Araxem.
Gelidus    Lucan.lib.8.Non tibi quum primum gelidum tranſibis Araxem.
Mœdus    Hor.lib.2.Carm.Mœdumque flumen gentibus additum.
Ferus    Stat.lib.5.Syl. Accipiat, quantum ferus exultabit Araxes.
Vagus    Pont.Armeniæ tygris colit & vagus ambit Araxes.
Impacatus    Claud.Vos impacatus Araxes, Vos celer Euphrates timeat.
Scythicus    Idem, Annue ſic nobis, Scythicus famuletur Araxes.
Fluitans    Pont.Emiſere aditis, locus & fluitantis Araxi.
Niueus    Seneca, Qui bibit Gangem, niueum quoque frangit Araxem.
Rapidus    Mant.Edomuit rapidum non ſic Auguſtus Araxem.

A R B O R.

Syluestris    Verg.in Buc.Puero ſyluestri ex arbore lecta, Aurea mala decem miſi.
Tenera    Idem, Tenerisque meos incidere amores Arboribus.
Vmbroſa    Ouid.lib.4.de Ponto, Nam prius vmbroſa carituros arbore montes.
Reuirens    Vergilius de obitu Mecœnatis, Reddit arborib. florẽs reuirẽtib. æſtas.
Opaca    Ouid.lib.3.Triſt.Cingit & anguſtas arbor opaca comas.
Ferax    Cato, Et hoc ſi facies ad arbores feraces, hæ quoque meliores fient.
Prolixa    Varro, Videre fructuoſas ſegetes ac reſtibiles, & arbores prolixas.
Fructuoſa    Pallad.Præcipuè vbi arborum fructuoſarum ſylua ſuppetit.
Patula    Stat.lib.3.Syll.Frondibus & patula defendimus arbore ſoles.
Frugifera    Pont.Pomaque frugiferis ducit ab arboribus.
Plantaria    Colum.lib.6.Antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo.
Pomifera    Stat.lib.4.Syll.Pomiferasque meas ſuſpendit ab arbore vittas.
Fertilis    Stroz.pat.Nulla ferè aut grata eſt oculis, aut fertilis arbos.
Frondens    Colum.lib.10.Quum examen glomeratum in proximo frondentis arbuſculæ ramos conſederit.
Mitis    Idem lib.11.Mitis adoptatus curuetur frugibus arbos.
Fructifera    Fauſtus, Sicut fructifera numeroſus ab arbore ramus Naſcitur.
Caua    Pallad.Rutil.Si verò in cauæ arboris ramo fuerit.
Florens    Idem, Truncum arboris florentis alline.
Virens    Idem, Nam quæcunque virens alienis frondibus arbos.
Alta    Lucret.lib.2.Propter aquæ riuum, ſub ramis arboris altæ.

Ramoſa Idem lib. 5. Ramoſa tamen cum ventis pulſa vacillans Aeſtuat in ramos incumbens arboris arbor.
Foliata Apul. Et arbores quæ pomœrium abirent foliatas.
Procera Mirand. Quam quæ depectunt procera ex arbore Seres.
Aprica Ouid. lib. 4. Met. Hic color aprica pendentibus arbore pomis.
Odora Ouid. libr. 1. de Arte, Illius lachrymis, quas arbor fudit odora, Vngimur.
Fruticoſa Plin. lib. 15. Arbor ipſa fruticoſa, fructus anno matureſcit.
Verna Mart. lib. 11. Arbore quod verna luxurioſus ager.
Sublimis Pont. Et quæ ſublimis creſcens ſubit arbor in auras.
Flexilis Idem, Hinc manet accuruata, & palmite flexilis arbos.
Frondoſa Idem, Attica frondoſis ales in arboribus.
Alticoma à me dicitur, vt Pontanus alticomam vocat cypariſſum.
Fragrans Thomas Rad. Et in quib. reſideret, fragrantiſſimas ſuccederēt arbores.
Amœna Lactant. Plaudit queq; ſeis arbor amœna comis.
Fœcunda Stroz. pater, Nunc omnis frondibus arbos Luxuriat fœcunda nouis.
Luxurioſa Pamp. Arbor vt in pingui luxurioſa ſolo.
Fœta Aurel. Augurel. Præbebat ramis fœta incuruantibus arbos.
Ardua Mant. Scilicet in ſyluis arbor magis ardua fertur.
Viridis Fauſtus, vt nouus eſt viridi productus ab arbore ramus.
Rigida Mant. Sed lapidis aut rigida conuulſus ab arbore truncus.
Ambitioſa, quòd ramos circunquaq; extendat, & ſemper in altius nitatur. Architrenius, Coit vno quælibet arbor Ambitioſa ſinu.
Curuata Idem, Curuata recurſum Haud ſecus arbor habet.
Nobilis Campanus, Arbor vt in ſterili quamuis ſit nobilis agro.

A R B V S T V M.

Fructuoſum Colum. lib. 6. Qui voelt frequens & diſpoſitum arbuſtum paribus ſpacijs, fructuoſumq; habere.
Lætum Pallad. Rutil. Frequenter infuſus læta & fructuoſa reddit arbuſta.
Vmbrans Idem, Si vmbrantibus tegantur arbuſtis.

A R B V T V S.

Viridis Verg. in Buc. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.
Horrida Idem lib. 2. Georg. Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.
Frondens Idem lib. 3. Georg. Poſt hinc digreſſus, iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere. Carmē dactylicum.

A R C A.

Veſtiaria, à reponendis veſtibus. Bato, Arca veſtiariam vnam, armarium, promptuarium vnum.
Ferrata Iuuen. Saty. 11. Ignoret, quantum ferrata diſtet ab arca.
Aerata Idem Saty. 13. Aerata vultus in arca Friſcus.
Patula Idem Saty. 23. Quam patulæ vix ceperat angulus arcæ.

A R C A D E S.

Glandiphagi, quoniam ante repertas ſegetes, veſcebantur glandibus.
Profelini, velut nati ante lunam, quod à poetis fingitur propter antiquiſſimam eorum vetuſtatem. Stat. Aſtris, lunaq; priores Arcades.
Veteres Sen. Aut te ſtellifero deſpiciēs polo Sydus poſt veteres Arcades editū.
Antiqui Manil. Arcades antiqui, celebrataq; Caria fama.

A R C E S.

Aeriæ Verg. lib. 3. Aen. Protinus aerias Phæacum aſcendimus arces.
Vmbroſæ Ouid. lib. 1. Met. Impiger vmbroſa Parnaſi conſtitit arce.
Altæ Val. Flac. lib. 5. Qualiter ex alta quum Iuppiter arce coruſcat.
Conſpicuæ Claud. Mœnia conſpicuas quæ nunc attollitis arces.





Turrigeræ Stroz. pater, Turrigeræ ſurgunt arces. Adrianus Card. Turrigeraſque arces, rupeſq;, & inhoſpita ſaxa.
Validæ Quint. Imperia, & validæ bella Carthaginis arces.
Fortes Codrus, Poſt obitus, quorum forti concluſus in arce.
Duræ Pamphilus, Et duris duras tormentis rumpibus arces.
Munitæ Sabell. Munitas alijs comprehendunt montibus arces.
Armiſonæ Quintian. Armiſonas quanquam poſuit Carthaginis arces.

*A R C H I L O C H V S.*

Archilochus Iamborū repertor. Archilochi laus.

*Archylochus, poeta Parius, Iambici carminis inuentor, qui Lycamben ſocerum ad mortem impulit, propter repulſam quam paſſus fuerat in nuptijs filiæ eiuſdem. Vnde Horat. Archilochū proprio rabies armauit iambo. Quintil. his eum verbis commendat, Archilochus primus inter eos, qui iambos ſcripſere. Summa in eo vis elegantes ſanè vibranteſq; ſententiæ, plurimum ſanguinis atq; neruorum. Floruit ætate Romuli.*
Spartanus Sabel. Spartano inuenti dat fabula palmam Archilocho.
Obſcœnus Theodor. Idem quoq; Archilochum obſcœniſſimum poetam, celeberrimum vocauit.
Immortalis, Apollo apud eundem Theodoritum, Immortalis erit tibi filius, ò Teleſicles, Mortales inter celeberrimus vſq; futurus.
Parius, natus in Paro inſula. Vnde & Hor. Iābos ab eodē repertos, Parios vocat, dicens: Parios ego primus Iābos Oſtēdi Latio, numeros aīoſq; ſecutus Archilochi.

A R C H I M E D E S.

Archimedes ſphæræ repertor.

Syracuſius Claud. Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.

*A R C T O P H Y L A X.*

Arctophylac. mors. Lycaonis metamorphoſis.

*Arctophylax interpretatur cuſtos vrſæ, eo q̄ plauſtrū ſequitur, id eſt ſeptentriones. Alio modo vocatur Bootes & Arcturus. Is aūt fuit Arcas Iouis filius ex Calyſto, quē Lycaon, quum Iouem hoſpitio recepiſſet, infantem mēbratim lacerauit, & Ioui comedendum appoſuit. Quare animaduerſa, Iuppiter Lycaonem, incenſa prius eius domo, commutauit in lupum. Arcadem verò compactis membris ad vitam reduxit, & iam adultum, vnà cum Calyſto matre, aſtris intulit.*
Cuſtos vrſæ Ouid. lib. 1. Triſt. Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos vrſæ.
Glacialis Stat. lib. 1. Theb. Languet Hyperboreæ glacialis portitor vrſæ.
Tardus Seneca, Cuſtoſq; ſui tardus plauſtri, Iā non ſtabilis ruet Arctophylax.
Piger Sabell. Et piger Arctophylax, vixitq; immobilis arctos.
Triſtis Conrad. Cepheus, Arctophylaxve triſtis.
Rigens Idem, Sæuus Arctophylax frigoribus rigens.
Frigidus Mant. Frigidus Arctophylax ita Caſpia preſſerat arua.

*A R C T O S.*

*Arctos Græcè, Vrſa dicitur Latinè, quæ aliter Septentrio & polus arcticus dicitur. Eſt autem duplex: Maior, quæ alio nomine vocatur Helice: Minor, quæ Cynoſura. Vnde Ouid. libr. 4. Faſt. Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur Sydonijs, Helicen Graia carina notet. Poetæ fabulantur Calyſtò filiam Lycaonis regis Arcadie, quòd à Ioue fuiſſet compreſſa, mutatam à Iunone in vrſam, ac demum ab ipſo eodem Ioue in odium Iunonis ſublatam in cælum, & cum Arcade filio inter ſydera relatam.*
Gelida Verg. lib. 6. Aen. Inſuetum per iter gelidas enauit ad arctos.
Opaca Hor. lib. 2. Carm. Opacam porticus excipiebat arcton.
Mænalia, id eſt Arcadia, à Mænalo Arcadiæ monte. Sic autem dicitur propter Calyſton Arcadiam. Ouid. lib. 2. Faſt. Mænaliam tacitis ne leuet Arctos aquis. Sabellicus, Mænaliſve putet ſinuoſis flectibus arctos.
Parraſis, id eſt Arcadica, à Patraſia Arcadiæ ciuitate. Ouid. lib. 1. Triſt. Verſaq; ab axe ſuo Parraſis Arctos erat.
Glacialis Syll. lib. 1. At vbi ſe terris glaciali fudit ab arcto.
Strymonia, id eſt, Thracia: nam Thracia ſeptentrionalis eſt. Stat. lib. 3. Theb. Siue hoc Strymonia Boreas eiecit ab arcto.

Fremens  Idem lib.5.Theb.Dulcius Aedonias hyemes, arctumq; frementem.
Ventoſa  Idem lib.12.Tollit hyems animos,ventoſaq; ſibilat arctos.
Lycaonia,à Calyſto filia Lycaonis in arcton mutata.Claud.Inde Lycaonia paulatim expulſus ab arcto.
Frigens  Manilius,Proxima frigentes arctos Boreamq; rigentem.
Auſtrina  Idem,Circulus auſtrinas qui cingit & obſidet arctos.
Pruinoſa  Ruffus,Cana pruinoſas extendit colla ſub arctos.
Scythica,a Scythia quæ vergit in ſeptentrionem.Sidon. inquit,auitus age.Scythica nutrite ſub arcto.
Aetherea  Seneca,Aethereas prius perfundet arctos pontus.
Algens  Pont.Partim algentem feſtinat in arcton.
Boryſthenea,id eſt,Scythica,à Boryſthene Scytarum fluuio.Pamph. Quiq; Boryſthena ventus fuit improbus arcto.
Hyberna  Sabell.Humidus hybernam ſcopulos qui ſuſcipit arcton.
Boreetis,a Borea illinc ſtante Dionyſius per Priſcianum Latinus, Aſt aliæ Oceani. iuxta Boreetidis arctos.

*ARCVS.*

*Poetica huius dictionis epitheta ſumuntur ab his locis & regionibus, quarum habitatores, & incolæ periti fuerunt ſagittarij. Nam vt ſequentia paucis verbis exprimam, arcus dicitur Ithuræus,ab Ithuræis populis Syriæ: Armenius ab Armenijs: Cydonius,à Cydone vrbe Cretæ. Gortyniacus,à Gortyna: Dictæus,à Dictæ eiuſdem Cretæ vrbibus: Scythicus,à Scythis. Sarmaticus,à Samaritis: Geticus,à Getis: Achæmenius,id eſt, Perſicus, ab Achæmene rege Perſarum: Amazonius,ab Amazonibus: à Lycijs,Lycius,qui omnes vſu ſagittarum claruerunt.*

Ithuræus  Verg.lib.2.Georg.Ithuræus taxi torquentur in arcus. Lucan.li.6. Tūc & Ithuræi,Mœdiq; Arabesq; ſoluto Arcu turba minax.
Horriſonus  Vergil. de laboribus Herculis, Deijcit horriſono quinto Stymphalidas arcu.
Habilis  Idem lib.1. Aen. Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcū.
Flexus  Ouid.lib.2.Meta. Arma aſſueta capit,flexumq; à cornibus arcum.
Acer  Vergil. libr.7. Aut acres tendunt arcus, & lenta lacertis Spicula contorquent.
Lætifer  Idem lib.9.Sonat vna lætifer arcus.Lucan.libr.3. Non haſta viris, non lætifer archus.
Aureus  Verg.lib.11. Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida.
Armenius  Lucan.lib.8.Armenioſq; arcus Geticis intendite neruis.
Incertus  Idem,Nec per opacas Bella gerit tenebras incerto debilis arcu.
Minax  Hor.lib.3.Carm.Et arcus Oppoſitis floribus minaces.
Cydonius  Idem lib.4. Primusve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Claud. Scis quo more Cydon,qua dirigit arte ſagittas Armenius.
Fulgens  Hor.in Carm.ſæc. Augur & fulgente decorus arcu Phœbus.
Corneus  Ouid.lib.1.Met.Corneus hic arcus,ſi non foret aureus illi.
Lentus  Idem libr.2.Metamorph.Exuit hic numero pharetram, lentosque tetendit arcus.
Gortyniacus Idem lib.7.Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Patulus  Idem lib.8. Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus.
Sinuatus  Idem,Impoſuit neruo,ſinuatoq; expulit arcu.
Curuus  Idem lib.9.Nam clauam & curuos trans ripam miſerat arcus.
Scythicus  Claud.De ſpolijs Scythicos arcus,aut rapta Gelonis Cingula.
Sarmaticus  Ouid.lib.1.de Ponto,Moris an oblitus patrij, contendere diſcam Sarmaticos arcus.
Geticus  Idem lib.3.de Ponto,Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu.
Aduncus  Idem in Epiſt.Iam mihi prima dea eſt arcu præſignis adunco.

Sinuoſus



Sinuoſus  Idem lib.1.Eleg.Lunauitque genu ſinuoſum fortiter arcum.
Flexibilis  Idem lib.5.Eleg.Nobis flexibiles curuantur Apollinis arcus.
Sæuus  Idem lib.3.de Arte,Fœmina nec flammas,nec ſæuos excutit arcus.
Fatifer  Syll.lib.2.Namque vt fatiferos conuerti proſpicit arcus.Polit.Illi fatiferis militat arcubus.
Lycius  Idem Syll.lib.8.Lycios damnant haſtilibus arcus.
Achæmenius Idem lib.15.Et Achæmenio velocior arcu.Pont.Lætus Achæmenio conſedit Iuppiter arcu.
Iniquus  Stat.lib.1.Theb. Arcu crudelis iniquo Peſtifera arma iacit.
Trux  Idem lib.3.Syl.Pone truces arcus,agmenque immite pharetræ.
Teres  Idem lib.4.Theb.Nec tretes arcus,maculis nec diſcolor atris.
Gnoſiacus  Idem lib.6.Gnoſiacos arcus habet,& vaga tela Meneſteus.
Fugax  Idem lib.1.Syl. Pannoniusq. ferox, arcuq. horrenda fugaci Armenia.
Inſanus  Idem lib.2.Syll.Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus.
Tenſus  Idem lib.3.Syl.Tenſoque modos imitabitur arcu.
Dubius  Val.Flac.lib.1.Stat.procul intendens dubium pater anxius arcum.
Leuis  Idem lib.3.Leuis omnibus arcus,Et manicæ virides.
Strictus  Idem lib.5.Subligat,& ſtricto ſtat proximus armiger arcu.
Amazonius  Claud.Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcu Appetis.
Sonorus  Idem,Frenaque & immanes pharetras,arcusque ſonoros.
Curuatus  Idem,Excutit,& ſolui curuatos imperat arcus.
Mænalius,id eſt, Archadius.Idem,Mænalios arcus,venatricesque pharetras,
Cædis ſitiens Idem,Prodigia,& cædis ſitientem differat arcum.
Refugus  Idem,Torquebas refugum,Parthis mirantibus,arcum. Architr. Refugo vt reciprocat arcu.
Minans  Manil.Quot loca,& innumeras gentes,arcumque minantem.
Belliger  Cæſar Germanicus, Belligerum Titan etiam cum contigit arcum.
Sagittifer  Ruffus,Cumque ſagittiferi torret vapor aureus arcus.
Dulcineruis Mart.Cap.Arcusque dulcinerues aureo ligans ramali.
Tabificus  Pont.Sentitque deæ Zephiritidis arcum Tabificum.
Vulnificus  Mant.Vulnificos cæci vitare Cupidinis arcus.
Flexilis  Pamph.Arcus cornua flexilis ſiniſtra.
Inopinus  Polit.Victorem Atriden inopino vulnerat arcu.
Sonans  Stroz.filius,Tulerat pharetramque, arcumque ſonantem.
Stridolus  Conrad.Stridulos arcus, & abacta lento Spicula cornu.
Noxius  Quint.Arcum retende noxium.
Nitidus  Petrarcha,Nitido ſpectabilis arcu.
Thrax  Mant.Thracem enſem, Thraces arcus, Thracemque pharetram.
Pharetratus Idem, Atque pharetratos arcus,thoracas ahenos.
Dictæus  Pont.Dictæos arcus,migrantem ex axe Bootem.
Rigidus  Architr.Et rigidus lenteſcere cogitur arcus.
Incuruus  Brixius,Cœlumque incuruo circinat arcu.
Herculeus  Iuuen.Sat.13. Addit & Herculeos arcus,haſtamque Mineruæ.
Subdolus  Propert.lib.4.Subdolus & verſis increpat arcus equis. Diminutiuum eſt arculus.Hieron. Anger.Dormis ſæue puer,ſed non tuus arculus.

ARCVS COELESTIS.

Pictus  Verg.Multicolor picto per nubila deuolat arcu.
Pluuius  Horat.in Arte, Aut flumen Rhenum, aut pluuius deſcribitur arcus.
Nubilus  Lucret.lib.6.Tum color in nigris exiſtit nubilus arcus.
Imbrifer  Stat.lib.7.Theb.Sine Imbrifer arcus,Seu modo lana dedit nubes.
Cœleſtis  Suet.in Auguſto, Ad ſpeciem cœleſtis arcus,orbem ſolus ambit.
Purpureus  Propert.lib.3.Purpureus pluuias cur bibit arcus aquas.

A R-

## A R D O R.

Feruidus Lucret.lib.5. Et micet interdum flammai feruidus ardor.
Flammeus Idem, Quicquid id eſt, quacunque è cauſa flammeus ardor.
Turbidus Idem lib.6. At nimis eſt ingens incendi turbidus ardor.
Vulcanius Val.Flac.lib.4. Inde velut mixtis Vulcanius ardor arenis.
Anhelus Mart.Capel. Media verò flammis atque anhelis ardoribus torridata.
Igneus Pamphilus, Aſt illis igneus ardor ineſt.
Fulgidus Pont. Poſt vbi ſubſedere ignes & fulgidus ardor.
Radians Mant. Ignis & inſolitis radians ſplendoribus ardor.
Deuius Claud. Me timor impulerit, me deuius egerit ardor.
Syrius Verg.lib.10. Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor.
Noxius Mant. Seu ſuperum ſic ira velit, ſeu noxius ardor.
Rutilans Mant. Cum boue mactato rutilans ſuperincidit ardor.
Vorax Idem, Vorax etiam præcordia corripit ardor.
Auſtrinus Idem, Tendit in auſtrino terras ardore calentes.

## A R E A.

Plantata Vitru. Ergo cùm recipere non poſſet area plantata tantã multitudinẽ.
Strata Pont. Strataque arenoſis includitur area ſeptis.
Lata Ouid. in Epiſt. Et patet in curas area lata meas.
Patens Adrianus, Patens area propter ima fontis.
Plana Mant. Sæpe æquato plana area tergo.

## A R E N A.

Sterilis Verg.li.1.Georg. Hic ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.
Bibula Idem, Collectum humorem bibula deducit arena.
Fulua Ouid.lib.2.Met. Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis.
Flauens Verg.lib.3.Georg. Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas.
Spiſſa Idem in Battarum, Fluctibus, & ſpiſſa campos perfundit arena.
Fluminea Lucan.lib.1. Hunc ego fluminea deformis truncus arena.
Aequorea Idem lib.5. Fertur ad æquoreas, ac ſe proſternit, arenas.
Putris Idem lib.8. Totaque in Aethiopum putres ſoluaris arenas.
Littorea Idem lib.9. Primum littoreis miles laſſatur arenis.
Mobilis Idem, Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis.
Nuda Idem, Summa ducis virtus, quia nudus, fuſus arena Excubat.
Gracilis Columella, Et foſſus graciles imitatur arenas.
Fluuialis Idem, Seu quod quidam malunt fluuialem arenam.
Foſſitia Pallad.Rutil. Arenæ ergo foſſitiæ genera ſunt tria.
Foſſilis Idem, Sed ſi foſſilis arena non fuerit.
Numero Carens. Hor.lib.1.Carm. Te maris & terræ, numeroque carentis arenæ.
Marina Pallad.Rutil. Marina arena tardius ſiccatur.
Vaga Horat.lib.1.Carm. At tu nauta vagæ ne parce malignus arenæ.
Atrita Ouid.lib.2.Met Ibat & attritus verſabat riuus arenas.
Vda Idem lib.3.Met. Doque leues ſaltus, vdæque innitor arenæ.
Madida Idem lib.12. Madida reſupinus arena Calcitrat.
Peregrina Idem lib.13. Contingent fletus peregrinæque hauſtus arenæ.
Limoſa Idem lib.4.Triſt. Cantet & innitens limoſæ pronus arenæ.
Nitida Idem, Integer, & melior nitidis gladiator arenis.
Mollis Stat.lib.4.Syl. Et molles ſolidus premet agger arenas.
Ingeſta Syl.lib.10. Squallentem rumpens ingeſtæ toruus arenæ.
Carbunculoſa Plin.lib.31. Sabulum maſculinum & arena carbunculoſa.
Gelida Syl.lib.13. Aeſtuat & gelidam eructans cum murmure arenam.
Fluuiatica Vitruuius, Vtendum eſt autem, vbi non eſt arena foſſitia, fluuiatica.
Vndans Stat.lib.8.Theb. Ac viuis cumulos vndantis arenæ Aggerat.

Natans



Natans Idem lib.9. Turbidus imbre genas, & nube natantis arenæ.
Madens Martial.lib.10. O nemus, ò fontes, ſolidumq; madentis arenæ Littus.
Saxifera Val.Flac.lib.4. Saxiferæ ſurgat quibus imber arenæ.
Reflua Claud. Tethyos alternæ refluas calcauit arenas.
Patula Calphurn. Quæ patula iuuenis Deus edit arena.
Fluctuans Seneca, Et fluctuantes more turbati maris abiecit arenas.
Puluerea Conrad. Veſtris pulueris pares arenis.
Humens Mant. Semiſepulta inter cumulos humentis arenæ.
Piſcoſa Idem, Aequora piſcoſas latè ſtagnatia arenas.
Vitrea Idem, Labitur, & ſecum vitreas conuoluit arena.
Vilis Propert.lib.3. Pœtum ſponte tua vilis arena tegas.

## *A R E T H V S A.*

*Arethuſam poetæ dicunt filiã fuiſſe Nerei ex Doride, ab* Alpheo *fluui. Elidis adamatam, & à Diana in fontẽ eiuſdẽ nominis commutatam, dum ipſius Alphei ſtuprum, & uim effugere vellet. Fit inde Arethuſæus. Claud. Quas Arethuſæi latices, quas aduena nutrit Alpheus.*

Frigida Ouid.lib.4.Faſt. Frigida cœleſtum matres Arethuſa vocarat.
Arcadia Idem lib.3.Eleg. Virginis Arcadiæ certus adegit amor.
Velox Fauſt. Vt fluit & velox Siculis Arethuſa ſub vndis.
Quadruplex Mant. Romula ſeu virgo, ſeu quadruplex Arethuſa.

## A R G E N T V M.

Lentum Verg.lib.7. Aut leueis ocreas lento ducunt argento.
Purum Gell.lib.6. Quæſitum eſt, quid eſſet argentum purum putum.
Solidum Syllius lib.16. Par domum, ſolido argento cælata bipennis.
Liuens Sidon. Non tibi impolitam congeriem liuentis argenti.
Clarum Quint. Pocula clara Argento confecta micant.
Nitidum Bartholinus, Electro fulgebat opus, nitidoq; argento.
Album Pont. Et argento nitet at flos concolor albo.
Poſtulatum, dicitur argentum, quod ſæpius excoctum, puriſſimum eſt. Vnde Suet. ſcribit Neronem exegiſſe argentum poſtulatum, & aurum obryzum. Mart. li.7. Argenti tibi libra poſtulati.

## A G R I.

Abantæi, ab Abante Argiuorum rege Ouid.lib.15. Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.
Inachij, ab Inacho itidem Argiuorum rege, & Iſidis patre. Statius lib.1. Theb. Pallibus Inachiis qui deſuper imminet Argis.
Dites Val.Flac.lib.4. Da, quam modò ditibus Argis Campus alit.
Agamemnonij, ab Agamemnone duce, Menelai fratre. Bartholinus, Altum Agamemnoniis cœlum penetrauit ab Argis.

## A R G I L L A.

Tenuis Verg.lib.2.Georg. Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculus aruis.
Dulcis Col.lib.3. Sabulum quoque cui ſubeſt dulcis argilla, viti conuenit.
Vda Horat.lib.2.Epiſt. Argilla quiduis imitabitur vda.

## A R G A N T H O N.

Vetus Mant. Et vetus ille auri diues, ditiſſimum æui, Heſperiis quondam rex Arganthonius oris.
Belliger Syll.li.3. Arganthoniacos armat Carteia nepotes Rex proauis, fuit humani ditiſſimus æui, Ter denos decies emenſus belliger annos. Rex fuit Tarteſſiorum, qui annis trecentis vixit.

## *A R G O.*

*Argo dicitur fuiſſe prima nauium, dicta ab eiuſdem nominis artifice, de quo Val. Flac. ſic inquit, Ad char in Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppim iubet & demittere ferro Robora. Alij dictam volunt ab Argiuis, ſeu Græcis rem gibus, aut a Græca dictione argon,*

*quod*

*quod eſt uelox. Facta eſt aũt arboribus Dodonæ ſyluæ, quibus olim reddebantur oracula. Vnde & poetæ comminiſcuntur, & fingunt nauem ipſam fuiſſe uocalẽ, & loquaculam, beneficio Mineruæ, quæ eius inuentrix fuiſſe fertur. Seneca, Ipſaq; vocẽ prodidit Argo. Et Claudianus de uictoria Stiliconis contra Alaricũ, Licet omnia vates, In malus celebrata ferant, ipſamq; ſecandis Argois trabibus, iactent ſudaſſe Minerua, Nec nemoris tm̃ uixiſſe carentia ſenſu Robora, ſed cæſo toto Iouis arbore luco, Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces. Hac naue Heroes Theſſali Colchos profecti ſunt, ad rapiendum uellus aureum. Mant. Velleris fului ſpolio ſuperbus, Aequor Euxinum, gelidumq; Thetim, Theſſala primus rate nauigauit Fortis Iaſon.*

Rudis Luca.lib.1. Cum rudis Argo Miſcuit ignotas temerato littore gentes.

Pagaſæa a Pagaſa vrbe Theſſaliæ, Ouid.lib.8. Meta. Iamq; ſictum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant.

Tritonis, à Tritonide cui tribuitur inuentum nauis. Ouid. in Epiſt. Quid mihi cum Minyis, quid cum Tritonide pinu?

Pelias, i. Theſſala, a Pelio Theſſaliæ monte. Stat.lib.5. Theb. Pelias intacti latè ſubit hoſtia ponti. Ouid. in Epiſt. Heu mihi cur vnquam iuuenilibus acta lacertis Phryxeam petiit Pelias arbor ouem.

Magneſis, à Magneſia regione, Theſſaliæ coniuncta. Ouid. in Epiſt. Cur vnquã Colchi Magneſida vidimus Argo.

Theſſala Stat.lib.3. Theb. Semideos inter me Theſſala reges Duceret. Idem in Achil. Olim equidem Argoos pinus cum Theſſala reges Huc veheret.

Palladia, cauſam tam diximus. Val.Flac.lib.8. Sequiturque volantem Barbara Palladiam puppem ratis. Ouid. in Ibin, Quo præcipiẽte, columba. Eſt data Palladiæ præmia duxque rati.

Temeraria Stat.lib.2.Syl. Et puppem temerariam Mineruæ.

Theſſalica Val.Flac.lib.5. Aut Hinc Theſſalicam fortuna ratem.

Argoa, i. Argiua. Idem lib.7. Horruit Argoæ legio ratis.

Peliaca, eadem ratione, qua Pelias. Val.Flac.lib.8. Si modò Peliacæ non ſum, &c.

Audax Claud. Aequor armatum ſcopulis audax irrumperet Argo.

Ardua, Idem, Quod ſi ardua Typhim Nauis ob innocuæ meritum ſic gloria vexit.

Argiua Manil. Incipit Argiuamq; ratem per apluſtria ſumma. Catull. Cum lecti iuuenes Argiuæ robora puppis Auratam optantes Colchis auertere pellem.

Nobilis Manil. Tum nobilis Argo in cœlum ſubducta.

Ratis heroum Idem, Et ratis heroum, quæ nunc quoque nauigat aſtris.

Argolica Aratus per Cic. Argolicam retinet crebro cum limine nauem.

Iaſonia, ab Iaſone Argonautarum duce. Ruffus Puppis, Iaſoniæ depictaq; terga carinæ. Idem, Magnus Iaſoniam cauda canis extrahit Argo.

Magneſias eadẽ ratione, qua Magneſis. Pont. Appulerat Myſorũ agris Magneſias.

Aemonis, quia Theſſalia aliter vocatur Aemonia. Sabell. Aemonis vt quondã, famæ ſi credimus, Argo.

Pagaſeia Val.Flac.lib.1. Spargat & Aemonium Pagaſeia puppis alumnum. Mirand. Perlata in cœlum falſo Pagaſeia puppis.

Aemonia Ouid. Typhis in Aemonia puppe magiſter erat. Quint. Differit Aemoniam modulatis cantibus Argo.

Celebris Strozius fil. in ſequenti dictione.

Improba Seneca, Dedit illa graues improba pœnas.

*ARGONAVTAE.*

*Argonautæ dicuntur heroes illi, qui in Argo naui Colchos profecti ſunt ad rapiendum vellus aureum. Sunt qui dicant fuiſſe duos & quinquaginta numero, alij quatuor addunt. De his Ouid.lib.5. Meta. Vellera cum Minys nitido radiantia villo. Per mare non notum prima petiuere carina. Omnium præcipui fuerint Iaſon, Typhis, Caſtor, Pollux, Hercules, Theſeus, Orpheus, Nauplius, Mopſus, Zetes, Calais.*

Iaſonij Stroz. fil. Cedat Iaſoniis celebris cum heroibus Argo.

Aemonij



Aemonij Quintianus, Dicere & Aemonios nantes ſuper æquora nautas.

Argolici Idem, Heroas canit Argolicos per Phaſidos amnem.

Argo Stat. 1 Achil. Olim eq dẽ Argoos pin⁹ cũ Theſſala reges Hũc veheret.

Semidei Idem, Semideos reges, & iura in ſydera puppim.

Graij Ouid. in Epiſt. Turbaque Phaſiacam Graia bibiſtis aquam. Idem lib. 4. de ponto. Et quondam Graiis Phaſi petite viris.

Audaces Idem Ouid. in Epiſt. At ſemel in noſtras quoniam noua puppis arenas Venerat, audaces attuleratque viros.

Pelaſgi Idem, excipit hoſpitio iuuenes Aeæta Pelaſgos.

ARGOS.

Nobile. Lucan.lib.6. Vbi nobile quondam, Nunc ſuper Argos arant. Seneca, Argos nobilibus nobile ciuibus.

Aptum equis, quoniam claruit equorum præſtantia. Marul. Non Ithace, prænobile equis Argos alendis. Horat.lib.1. Car. Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycænas.

Achaium Seneca, Argos & ſuperis ſi quis Achaium.

Superbum Mant. Suppoſitam eſſe tuis oculis, Argosque ſuperbum.

Hippium, ab equorum multitudine. nam Hippos Græcè dicitur, equus Latinè.

ARGVMENTATIO.

Frauduleta Martian. Capella, Hanc igiẽ frauduleta ſemper argumẽtatione verſutã.

Contorta Quintian. Iuuenesque palam contorta rotantes Argumenta. Quintil. lib. 1. Inſtitutionum oratoriarum, Argumenta quæ intricata ſunt & ſophiſtica, quæſtiones vocat crocodilinas & ceratinas.

*ARGVS.*

*Argum Poetæ dicunt paſtorem fuiſſe centoculum, filium Ariſtoris, adhibitum à Iunone ad ſeruandam Io, filiam Inachi, quam Iupiter commutauerat in uaccam, interfectum demum à Mercurio, Iouis mandato, eiusq; oculos caudæ pauonis inditos à Iunone. Ouidius, Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, Inq; ſuis vicibus capiebant bina quietem, cætera ſeruabant, atq; in ſtatione manebant. Hieronymus Angerianus, Argus eram prudens, & habebam lumina centum, Centum ſed rapuit lumina Iuno mihi.*

Cuſtos virginis. Verg.lib.7. Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus.

Ariſtorides, filius Ariſtoris, Ouid.lib.1. Met. Donec Ariſtoridæ ſeruandum tradidit Argo. Quintianus, Rege noſtra peremptor Commoda Ariſtoridæ.

Stellatus Ouid. Talia dicenti ſtellatus ſubmouet Argus. Stat.libr.6. Theb. Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum.

Cuſtos Iunonius. Ouid. Voce nouæ captus cuſtos Iunonius artis. Idem libr. 1. Eleg. Dum nimium ſeruat cuſtos Iunonius Io, Ante ſuos annos occidit.

Centoculus Claud. de laudibus Stiliconis, Argum fama canit centeno lumine cinctum, Corporis excubijs vnam ſeruaſſe iuuencam.

Vigil Pont. Quid tibi vis, gelidos ſeruans vigil Arge liquores.

Vigilans Mant. Qui centum vigilantem oculis interfecit Argum.

*ARIA.*

*Fuit autem Romana mulier, quæ damnato Pæto marito, fodit corpus gladio, quem vulnere educens ipſi Pæto quærenti dedit.*

Caſta Martial.lib.1. Caſta ſuo gladium cùm traderet Aria Pœto, Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis.

*ARIADNA.*

*Ariadna fuit filia Minois regis Cretæ, cuius beneficio Theſeus euaſit Labyrinthum, qui tamen immemor beneficij & periurus, eam abductam poſtea relinquit, vt Iaſon Medeam. Vnde Ariadna ipſa in eiuſdem Theſei perfidiam ſic inuehitur: Siccine me patrijs abductam perfide ab oris, Perfide deſerto liquiſti in littore Theſeu: Hanc poſtea Bacchus in vxorem duxit: eiusq; coronam nouem ſtellis coronatam, quam acceperat à Venere, aſtris intulit. Vnde Phyllis apud*

Ouid.

*Ouid in Epiſt. de ea loquens, inquit, Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito, Inq; capiſtratis tygribus, alta ſedet. Hinc fit Ariadnæus. Catullus, Ex Ariadnæis aurea temporibus.*

Minois, à patre Minoe. Verg. in Battarum, Hæc quoque præterea notum Minoidis aſtrũ. Ouid. li. 8. Meta. Protinus Aegides, rapta Minoide Dia, Vela dedit. Tibull. li. 4. Sic cecinit pro te doctus Minoi Catullus. Catull. Quẽ procul ex alga Mœſtis Minois ocellis. Idẽ, Morte ferox Theſeus, qualem Minoidi luctum Obtulerat.

Gnoſis, ideſt, Cretenſis, à Gnoſo vrbe Cretæ. Ouid. in Epi. Et phœbus Daphnen, & Gnoſin Bacchus amauit. Idem li. 1. de Arte, Gnoſis ignotis amẽs errabat arenis.

Minoia — Calentius, Propeq; ſuo Aegidæ paſſa eſt Minoia virgo.

Creſſa — Stat. li. 5. Syl. Non talẽ Creſſa ſuperbũ Callida reuocauit Theſea filo.

Lucida — Stat. li. 2. Syl. Hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoſis, Illo Maia tholo.

Gnoſias — Ouid. li. 1. de Arte, Pone metum, Bacchi Gnoſias vxor eris.

Gnoſia — Tibull. li. 4. Gnoſia Theſææ quondam periuria linguæ Fleuiſti.

Syderea — Propert. lib. 3. Teſtis ſyderea torta corona deæ.

ARICIA.

Nemoralis — Martialis, Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. Lucanus lib. 6. Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

ARIES.

Corniger — Verg. Corniger in primis aries, & corniger alter Taurus.

Petulcus. Col. li. 8. Itaq; capri vel arietis petulci ſæuitiã, paſtores hac aſtutia repellunt.

Pugnax — Idem, Affirmat pugnacem arietem mitigari.

Trux — Ouid. lib. 4. Faſt. Cum mare trux aries cornu decertat.

Tortus — Manil. Vt leo, & arcitenens, arieſq; in cornua tortus.

Celer — Ruffus, Tunc celer ille aries longi qui limitis orbe.

Laniger — Idem, Nam qui a ſe laniger alto Cœlo aries tollit.

Perſultans — Ruffus, Et ſi perſultans aries laſciuius herbas Appetit.

Præceps — Seneca, Aries præceps ibat in vndas.

Bellator — Pont. Bellator cornuq; ferox defertur in hoſtem.

Nepheleius — Pont. Nepheleius vt ſe Exerit è pelago quadrupes.

Villoſus — Idem, Hic aries villoſus & hirtis Cornibus.

Petulans — Strozius fil. Plus ſolito petulans aries ſalit.

Lanicutis & reciprocornis, habens cutem lana opertam, & cornua reciprocã. Vocabula ſunt ficta à Laberio Mimographo.

ARIES MACHINA.

Ferreus — Ouid. li. 11. Ferreus olim. Quum laceras aries, baliſtaue concutit arces.

Durus — Syl. lib. 5. Duroq; reſoluere muros Ariete.

Præceps — Claud. Saxa rotet præceps aries.

Fortis — Pamphilus, Non aries fortis, nunc huic balearica plumbum.

Turrifragus, à frangendis turribus. Barthol. Turrifragis aries exemplo cornibus alta Saxa quatit.

*ARION.*

*Arion Methymnæus fuit citharœdus, & Poeta Lyricus, qui dum Lesbon patriam peteret, videretq; inſidias & coniurationem parari ſibi à ſocijs, quibus cũ nauigabat, propter opes quas ferebat ſecum, rapta cithara modulans in mare ſe coniecit. Cuius cantu inlectus Delphin, dorſo exceptum portauit ad litus, & exemit a periculo. Vnde Ouid. lib. 4. de Arte: Quamuis mutus erat, voci fuiſſe putatur Piſcis, Arioniæ fabula nota lyræ. Idem Ouid. lib. 2. Faſt. fabulam hanc multo prolixius docet, vt ſcripſimus in Officina.*

Methymnæus, ab vrbe Lesbi Methymna, quæ fuit eius patria. Mart. lib. 8. Si Methymnæo gauiſus Arione Delphin.

Vocalis — Ouid. 3. Faſt. Cynthia ſæpe tuis fertur vocalis Arion.

Apollineus — Strozius pat. Si quis Apollineum miratur Ariona quondam.

Citharœdus Mant. Carminibus reſonant montes, citharœdus Arion.

Doctus



Doctus — Fauſt. Cui Thebana chelys, doctus cui cedat Arion.

Dulcis — Idem, Seu dulcis Arion Mulſiſſet pandos tumidis delphinas in vndis.

ARION EQVVS.

Adraſtæus — Stat. lib. 1. Syluarum, Hunc & Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion.

Vocalis — Proper. lib. 2. Qualis & Adraſtis fuerit vocalis Arion, Triſtis ad Archemori funera victor equus.

*ARIMASPI.*

*Arimaſpi populi ſunt Scythiæ, in media fronte vnicum habentes oculum, aſſiduè cum gryphis præliantes.*

Gelidi — Mant. in Nicolao Tolentino, Maſſagetas, gelidoſq; Arimaſpos.

ARISTA.

Mollis — Verg. in Buc. Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Pinguis — Idem lib. 1. Georg. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Grauida — Ouid. lib. 3. Met. Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.

Aeſtiua — Verg. de 4. tempor. Et reget æſtiuis hirſutus campis ariſtis.

Tenera — Idem lib. 7. Aen. Nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

Cana — Ouid. lib. 3. Triſt. Tempus & in canas ſemen producit ariſtas.

Tenuis — Mant. Cortice ſub molli tenues generantur ariſtæ.

Flaua — Syl. lib. 8. Dum flauas bis tondet meſſor ariſtas.

Odora — Stat. lib. 5. Syl. Odoratas ne Arabs decerpſit ariſtas.

Gracilis — Ouid. in Epiſt. Vtque leuis Zephyro graciles vibrantur ariſtæ.

Fragilis — Calphurnius, Tangeret vt fragiles, ſed non curuaret ariſtas.

Fœcunda — Sidonius, Iam malè fœcundas in vertice fregit ariſtas.

Læta — Pont. Felices lætis ſegetes inſpicat ariſtis.

Frugifera — Sedulius, Viſcera frugiferas animans fœcundat ariſtas.

Opima — Petrarcha, Vellera nec pecudes, nec opimas campus ariſtas.

Cerealis, à Cerere dea frugũ. Mant. Nõ fuit ex auib9, nõ ex Cerealis ariſtæ Frugæ.

Rigida — Architrenius, Et rigidis ſpinæ vallantur ariſtis.

Ieiuna — Claud. Arida ieiunæ ſeges interlucet ariſtæ.

Flauens — Pont. Qualis flauentes Zephyrus permulcet ariſtas.

Cinyphia. Quoniam apud Cinyphen Libyæ fluuium magna eſt frumenti copia. Vnde Ouid. Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas.

*ARISTEVS.*

*Ariſteus fuit filius Apollinis & Cyneres filiæ Penei, qui primus vſum mellis inueniſſe dr.*

Cultor nemorũ. Verg. li. 1. Georgic. Neptune, & cultor nemorũ, cui pinguia Cææ.

Arcadius — Idem lib. 4. Georg. Tempus & Arcadij memoranda iuuenta magiſtri.

Procax — Quintian. Namq; ego Ariſtei fugerem cum caſtra procacis.

*ARISTIPPVS.*

*Ariſtippus Cirenenſis fuit philoſophus adiutor Socratis, qui inſtar Epicuri ſummum bonum poſuit in voluptate. Relicta patria profecturus in Græciam ad philoſophandum, ſeruis imperauit, vt aurum & argentum proijcerent, quod fortè ſuſpicaretur, diuitias impedimento eſſe bonis diſciplinis. Primus omnium Socraticorum mercede philoſophatus eſt. Meruit nomen regij canis, quòd adularetur Dionyſio, & ſequeretur quaqua verſum iret ille, ſaginandi ventris cauſa. Vnde Horat. Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus.*

Græcus — Horat. lib. 2. Serm. Quid ſimile iſti Græcus Ariſtippus.

Socraticus — Vitr. Ariſtippus Socraticus, naufragio eiectus, &c.

Lacedæmonius, Frontinus, Ariſtippus Lacedæmonius feſto die Tegeatarum, &c.

*ARISTOPHANES.*

*Ariſtophanes comicus fuit poeta, inuentor tetrametri, & octametri, in carpendis hominum vitijs liberrimus, & mordaciſſimus. Docuit fabulas quinquaginta quatuor. Socratis fuit æmulus. Tres habuit filios itidem comicos.*

Salſus — Pol. Quiq; leues nebulas Attææ effuderat vrbi Salſus Ariſtophanes.

Prægrandis

Prægrandis Perſius,Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles.

## *ARISTOTELES.*

*Ariſtoteles Philoſophorũ præcipuus,filius fuit Nicomachi medici,Platonis auditor,Stagiritanus patria,ſectæ Peripateticæ princeps,qui libros ſupra trecẽtos reliquit.Philippus,rex Macedonũ gratias immortales dijs egiſſe fertur,ꝙ ſibi natus eſſet filius Ariſtotelis ætate,ſub quo doctrina & moribus poſſet proficere.Nec falſus eſt uoto.Nã dũ per ætatẽ licuit, diſcipulũ habuit Alexandrũ Magnum,qui præceptorẽ ipſum tanti fecit,ut eiuſdẽ nomini patriã condiderit, eiq; multa hoĩum milia parere iuſſerit, ad ſcribendũ rerum naturaliũ libros. Idem Ariſtoteles fuit animo in literas adeò propenſo, ut pauculos Speuſippi libros tribus talentis Atticis ſibi comparauerit:Sunt qui dicant cũ inuidiſſe Platoni præceptori,eiusq; libros incendio dediſſe, quorum verbis aſſentiri nequeo. Nã hiſtoriæ tradunt, Ariſtotelẽ ipſum nomini Platonis aram conſtruxiſſe in templo,ſtatuamq; conſecraſſe,in qua ſcriptum erat.Hunc eſſe illum, quem probi oẽs merito debeant & imitari,& commendare. Vnde extant Criniti verſus in Parthenicis,Hæc eſt illa ara floribus redimita ſuaue olentibus, Quam gratus benemerenti ſtatuit diſcipulus ſeni.*

Peripateticus Varro, Ariſtoteles & Theophraſtus Peripatetici.
Stagirites Idem, Pythagoras Samius, & Ariſtoteles Stagirites.
Diuinus Pamphilus,Noſcit Ariſtotelis diuini dogmata.
Doctus Idem,Non Plato,non hoc vult doctus Ariſtoteles.
Stagiræus Mant.Hic magni ſophiæ autores,Stagiræus.
Anagnoſtes.Plato vocabat Ariſtotelem anagnoſtem,tanquam lector foret infatigabilis, & inexplebilis ſititor.

## A R M A.

Diſcordia Stat.lib.11.Ipſe odiis diſcordibus armis Aptemur.
Fulgentia Verg.lib.2.Aen.Ipſe vrbem repeto, & cingor fulgentibus armis.
Impia Idem lib.6.Quiq; arma ſecuti Impia.
Sæua Lucan.lib.3.Et ſæuis libertas vtitur armis.
Vulcania Verg.lib.8.Si bellum ingrueret,Vulcaniaq; arma per auras.
Radiantia Idem, Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.
Grauia Idem lib.10.Et prato grauia arma quieſcunt.
Picta Idem lib.11.Pulſant & pictis bellantur Amazones armis.
Furialia Lucan.lib.1.Non te furialibus armis Perſequor.
Inimica Idem lib.5.Inimica ſubegi Arma metu.
Nocitura Idem lib.7.Cladibus irruimus,nociturăq; poſcimus arma.
Funeſta Idem lib.10.Solue domum,remoue funeſta ſatellitis arma.
Triſtia Tibul.lib.1.Vulgi nec triſtia noſſem Arma.
Luctuoſa Hor.lib.3.Carm.Mœchus infeſtus ſibi luctuoſis Diſſidet armis.
Virilia Idem li.1.Epi.Adde,virilia quod ſpecioſus arma, Non eſt qui tractet.
Horrida Ouid.lib.1.Met.Sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma.
Crepitantia Idem,Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
Fera Idem lib.4.de Ponto, Vt fera plus valeant legibus arma facit.
Scelerata Idem lib.5.Met.Pugnat, & inceſſit,ſcelerataq; deuouet arma.
Feralia Lucan.lib.2.Nec tamen ò ſuperi licuit feralibus armis.
Valida Ouid.lib.6.Met.Iuſtitia,dubium eſt,validis ne potentior armis.
Pugnacia Idem li.1.Faſt. At quondam dum longa gerunt pugnacib. armis Bella.
Violenta Cantalycius,Impius amplecti violenta per arma parauit.
Rebellia Idem,Confiſus numero,pariterq; rebellibus armis.
Getica Ouid.lib.2.de Ponto,Geticis ſuccingar ab armis.
Infeſta Ouid.in Epiſt.Tindaris infeſtis fugitiua repoſcitur armis.
Cruenta Idem,Non ego cum Danais arma cruenta fero.
Dura Idem,Ipſa nouas veſtes,dura vir arma feret.
Potentia Idem lib.3.Eleg.Nos tibi blanda Venus,puerĭq; potentibus armis.
Calentia Syl.lib.4.Notum quid cæde calentibus armis.

Niuea



Niuea Idem lib.4.Hinc adit infelix niueis Varrenus in armis.
Rapida Idem lib.5.Interea rapidi aderit Seruilius armis.
Rabida Idem lib.7.His dictis,fractus furor, & rabida arma quierunt.
Trepidantia Idem lib.9.Cornipedum hinnitu, & multum trepidantibus armis.
Lethalia Idem Syl.lib.10.Lethalibus eripit armis.
Improba Idem lib.11.Nunc improba fœdere rupto Arma reponenda.
Iniqua Syl.lib.12.Obluctatus iniquis Defendendum armis.
Infelicia. Idem lib.15.Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.
Hoſtilia Idem,Ecce inter medios hoſtilia nuncius arma.
Peſtifera Stat.lib.1.Theb.Arcu crudelis iniquo,Peſtifera arma iacit.
Mœſta Idem lib.5.Theb.Armaq; mœſta virum, atq; infectos cædibus enſes.
Egregia Idem lib.8.Curuus & egregijs modò formidatus in armis.
Inſana Idem lib.10.Peior & inſanus Capaneus metuendus in armis.
Nitentia Idem Stat.lib.6.Theb.Læuaq; nitentia dono Arma ferens Tydeus.
Auida Idem lib.10.Non auida arma vocant,ipſa inſanire videtur.
Lucida Idem lib.11.Et lucida comunt Arma manu.
Rutilantia Idem, Armaq; ſanguineo ſcribit rutilantia gyro.
Nocentia Idem Stat.lib.1.Syl.Paulum arma nocentia Thebæ ponite.
Sonantia Claud.Nimirum thyaſis, & læta ſonantibus armis.
Aurata Mart.Capella, Auratis etiam flagrans ſplendebat in armis.
Graſſantia Calphurnius,Quæ domito procul hoſte,tamen graſſantibus armis.
Fatalia Idem,Induxit miſeris fatalia ciuibus arma.
Aſpera Politian.Quod ſi bella vocent,quis ad aſpera promptior arma.
Horrifera Codrus,Suadeat horriferis quàm te vigilare ſub armis.
Mauortia Idem,Quàm ſi Mauortia ſemper Arma eſſent populis.
Veſana Stroz.filius,Veſana deos tunc arma premebant.
Inuiſa Aldus,Inuiſa arma matribus.
Cælata Liuius,Pictiſq; & auro cælatis fulgens armis.
Refulgentia Idem,Vbi triarij conſurrexerunt integri refulgentibus armis.
Truculenta Pamphilus, Arma timens ſæui vi truculenta lupi.
Ferrea Idem,Ferrea Vulcani quam quatit arma faber.
Aerea Idem, Aerea ſcindebant enſibus arma ſuis.
Sanguinolenta.Idem, Arma qui fortis Getici ſanguinolenta dei.
Vltricia Sabellicus,Tot Danaas claſſes,vltriciaq; arma teneret.
Prænitida Conrad.Prænitidis ſequebatur armis.
Trepida Idem,Illorum trepidis dum Gallia perſonat armis.
Crudelia Mant.Et regnaret adhuc niſi tam crudelibus armis.
Præfulgentia Laberius,Nil ſtructæ acies armis præfulgentibus.
Lemnia Fauſt.Lemnia turmato quæ ſuggerit arma tonanti.
Hoſtica Idem,Velut hoſtica quondam Miles in arma furens.
Spumoſa Quint.Tu qui Treicium per arma Martem Spumoſa induis.
Bellica Mant.Vel ſuſcitet arma Bellica.
Fulgida Quint.Ecquis fulgidis pectus ſuum obtectus armis.
Horriſona Idem,Horriſonis micat aer Tot armis.
Atrocia Mant.Nam Macedum fugiens iras, & atrocia regum Arma.
Rigida Idem,Ocia deteſtans,rigidisq; exercuit armis.
Micantia Idem, Aliger inſignis gladio,atque micantibus armis.
Ahena Idem,Flumineum contorta ſonum per ahena ciebat Arma.
Victricia Brixius,Domitas armis victricibus vrbes.
Caſtrenſia Propert.lib.3.Hic ſatus ad pacem,hic caſtrenſibus vtilis armis.
Minabunda Crinit.Quum Gallica arma irruerent minabunda.
Pugnatoria Suet. in Calig. Idem cantor atq; ſaltator batuebat pugnatorijs armis.

F A R-

### ARMENIA.

Montuoſa Thomas Rad.Iberia venenifera, Armenia montuoſa.
Horrenda Stat.lib.1.Syl.Pannoniuſq; ferox, arcuq; horrenda fugaci Armenia.

### ARMENII.

Odorati, quoniam abundant herbis & alijs plantis odoriferis. Tibul. libr.1. Iactat odoratos vota per Armenios.

### ARMENTVM.

Bucerum Ouid.lib.6.Met.Lanigeroſq; greges armentaq; bucera pauit.
Validum Stroz.pater, Tunc valida in ſyluis reboant armenta.
Montanum Ouid.lib.1.de Arte, Quid tibi cum ſpeculo montana armenta petenti.
Toruum Stat.lib.1.Theb.Sic vbi delectos per torua armenta iuuencos.
Spumans Idem lib.6 Theb.Spumantiaq; ignis Accipit armenta.
Lanigerum Pont.Lanigerum armentum, truncoq; inuoluit alutam.
Diſcolor Polit. Ruminat ignotas armentum diſcolor herbas. Ab hac dictione fit adiectiuum armentalis. Vergil. libro 11. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino.

### ARMI.

Validi Stat.lib.9.Figitur & validos ſonipes Aetolus in armos.
Rigidi Claud.Vel qui rigidos vibrata per armos.
Hirti Stroz.filius, Sæpe reluctatur, ſæpe hirtos aſperat armos.

### ARNVS.

*Arnus fluuius Tuſciæ, defluens in mare Tyrrhenum.*

Præceps Marull.Raptoq; præceps Arnus ab aggere.
Ethruſcus Idem, Exul Ethruſci ſtreperem ſonanda Vallibus Arni.
Thuſcus Stroz.pater, Thuſcus at incolumen poſtquam me acceperit Arnus.
Nobilis Idem, Seruitio & populos nobilis Arne tuos.
Vitreus Pamph.Non vitreus gelidis quæ rigas Arnus aquis.
Frigidus Idem, Spargit fulmineis frigidus Arnus aquis.
Gelidus Idem, Et gelidi populos Arni.
Lucidus Sabel.Offert ſeſe oculis iamiam ſe lucidus Arnus.
Fluens Crinit.Acceſſit amnem laſſula Arni fluentis leniter.
Rapidus Cleoph.Quam rapidus celeri perfluit Arnus aqua.
Reſonans Mant.Vidit & ripam reſonantis Arni.

### ARIVS.

Arius fuit hereticus.
Infelix Sedul.Hæc eſt vera fides, hanc ſpreuit habere ſalutem Arius infelix.

### ARTEMISIA.

Inclyta Mant.Sic vata virago, Inclyta Mauſoli coniunx.

### ARPI.

Arpi vrbs Apuleiæ, à Diomede cōdita prius Argiripa dicta.
Aetoli Verg.lib.11.Atq; hic legatos Aetola ex vrbe remiſſos. Idem, Ille vrbē argiripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agri.

### ARTES.

Ingenuæ Ouid.lib.2.de Ponto, Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes.
Doctiſonæ Sidon. Dictiſonas ſpectare libentius artes.
Præclaræ Pont.Præclaræ vt artes, aut virtus rara.
Quæſtuoſæ Conrad.Qui quæſtuoſis voluitur artibus.
Egregiæ Mant.Egregias artes pariunt in pace togaq;.
Operoſæ Stat.lib.5.Syl.Nil famuli cœtus, nil ars operoſa medentum.
Doctæ Manil.Nec dum etiam doctas ſolertia fecerat artes.
Omnificæ Architr.Vincit, & omnificas Merlini conſulit artes.
Solertes Aratus, Solertem ipſam dedit fabricæ rationibus artem.
Inuentrices operum. Pamph.Vrbe quid ars operum inuentrix inuentaq; longo.
Decoræ Manil.Mundiciæ cultuſq; adſunt, arteſq; decoræ.

ARTI-



### ARTIFEX.

Doctus Stat.lib.4.Syl.Quanta experientia docti Artificis.
Clarus Stroz.pater, Clarorum artificum ſunt fabricata manu.
Peritus Augurel.Peritus omnis arte quauis artifex.
Manualis Theod.Manualium tamen artificum potentes minimè fuerunt.

### ARTVS.

Moribundi Lucr.lib.3.Qui nobis moribundos deſerit Artus.
Cynnamei Bapt.Pius, Cynnameos nimium lacerate pharetriger artus.
Inſtar cynnami redolentes.
Iuncei Augur.vt nolit tamen artus habere iunceos.
Hæc epitheta non ſunt perpetua.
Robuſti Quint.Congrua robuſtos proportio colligit artus.
Caduci Mãt.Memores eſtote caducos Hos art⁹, nō poſſe dies ſubſiſtere lōgos.
Fragiles Idem, Qui moror, hi fragiles artus in fruſtra ſecentur.
Molles & teretes inſtar iunci.
Pulchri Stat.in Achil.Et pulchros ferro perſtrinxerit artus.
Validi Idem, Ipſa quoq; & validos perferre modeſtius artus.
Roſei Muſæus in Leandro, His dictis, roſeos nudauit veſtibus artus.

### ARVSPEX.

Ab inuentorib. aruſpicij Ethruſcis.
Ethruſcus Vitruuius, Id autem Ethruſcis aruſpicibus.
Thuſcus Sidon.Quum rogo, biſſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex Portendit.
Venturi certus. Stroz.filius, Non aliena loquor, venturi certus aruſpex Hos dedit.
Armenius & Comagenus. Iuu.Sat.6.Armenius vel Comagenus aruſpex.
Comagena pars eſt Syriæ, in qua aruſpices claruerunt.

### ARVSPICIVM.

Perſicū, quia Perſę claruerūt aruſpicina diſciplina. Cat.Et diſcat Perſicū aruſpiciū.

### ARVNDO.

Tenera Verg.in Buc.Hic virides tenera prætexit arundine ripas.
Fluuialis Idem lib.2.Georg.Et ripis fluuialis arundo Cæditur.
Vmbroſa Idem in Opuſculis, Triclina vmbroſis frigida arundinibus.
Exilis Colum.lib.4.Exilemq; & humilem arundinem affert.
Paluſtris Plin.lib.19.Fit è paluſtri velut arundine.
Crinalis Claud.Vertice luxuriat crinalis arundo.
Glauca Polit.Iamq; tuis Ninci glauca ſub arundine ripis.
Gracilis Ouid.lib.1.Eleg.Vtq; leui Zephyro gracilis vibratur arundo.
Fluminea Mich.Anglicus, Has tibi fluminea modulatus arundine nugas.
Cerata Ouid.lib.11.Et leue cerata modulatur arundine carmen.
Tremula Idem ibidem, Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus.

### ARVNDO PRO IACVLO.

Spicata Mant.Nec mora ſpicata ſæuitur arundine.
Lethalis Verg.lib.4.Aen.Hæret lateri lethalis arundo.
Volans Idem lib.5.Aen.Namq; volans liquidis in nubibus arſit arundo.
Volucris Idem, Extremus volucri qui fixit arundine malum.
Gortynis Lucan.lib.6.Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo Tenditur.
A Gortyna vrbe Cretęque vſu ſagittarum claruit, ut reliquæ Cretenſes.
Tremula Ouid.lib.2.de Arte, Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces.
Pennata Syl.lib.2.Pennata ſaltus aſſuetus arundine Mopſus.
Penetrabilis Idem lib.7.Armigeri coſtæ penetrabilis hæſit arundo.
Stridens Idem lib.9.Interdum ſtridens per nubila fertur arundo.
Cydonæa Idem Syl.lib.10.Ecce Cydonea violatus arundine plantam.
A Cydone vrbe Cretæ.
Mauruſia Idem ibid.Loricæ interdum Mauruſia pendet arundo.
A Mauris peritis iaculatorib.
Dictæa Syl.li.13.Dictæa per auras Tranat, & in mediū perlabit vrbis arundo.
A Dicte vrbe Cretæ.
Acuta Mart.lib.10.Dotatæ vxori cor arundine fixit acuta.
Cydoniaca Stat.lib.14.Theb.Terga Cydoniaca Crytos arundine pulſat.
Scythica Seneca, Non arcus Scythica tenſus arundine.
A Scythis iaculandi peritis.
Parthica Mant.Nec Parthica tanto Agmine per cœli nubem ſe fundit arundo.
A Parthis quam et in fuga poſt tergum iaculantur optimè.
Leuis Barthol.Qualis Ithuræo cornu leuis exit arundo.


Hamata

Hamata Ouid.lib.5.Met. Inque cor hamata percuſſit arundine Ditem.
Celeris Architr.Nec placitam celeri deſigit arundine prædam.
Lydia Aeg.Maſ.Lydia Britannos quos tranſit arundo tapetas.

A R V I N A.

Pinguis Verg.lib.7.Aen.Et ſpicula lucida tergunt Aruina pingui.
Succulenta Apul.lib.10.Corium aruina ſucculenta mollieuram.

A R V V M.

Dulce Verg.in Buc.Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua.
Pingue Idem, Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis.
Dumoſum Idem lib.2.Geor.Tenuis vbi argilla, & dumoſis calculis aruis.
Hiulcum, id eſt, nimio calore diductū. Idē, Vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.
Frugiferum Lucan.lib.3.Vtraque frugiferis eſt inſula nobilis aruis.
Patulum Idem lib.4.Effuſam patulis aciem committeret aruis.
Pruinoſum Idem lib.6.Inque pruinoſo coluber diſtenditur aruo.
Fœcundum Manil.Et fœcunda ſuis ſubſiſtunt frugibus arua.
Limoſum Colū.li.2. Nā q̄ limoſa verſanť arua, toto anno deſinūt poſſe tractari.
Glareoſum Idem, Napus glareoſis ſabuloſiſque aruis meliereſcit.
Riguum Idem lib.11.Riguoque madeſcit luteus aruo.
Latum Ouid.lib.4.Met.Neve ſit errandum lato ſpaciantibus aruo.
Fœtum Idem lib.7.Fœto conſurgit in aruo. (creant.
Pomiferum Syl.li.4.Quosq; ſub Herculis taciturno flumine muris, Pomifera arua
Apertum Ouid.lib.3.de Ponto, Rata, ne hic felix in apertis eminet aruis.
Vaſtum Syl.lib.4.Ac vaſtis trepidatur in aruis.
Oliuiferum Ouid.lib.3.Faſt.Primus oliuiferis Romam deductus ab aruis.
Viniferum Syl.lib.7.Viniferis latè florebat Maſſicus aruis.
Vber Idem lib.15.Non portu, ceſſove ſitu, non dotibus arui Vberis.
Madidum Stat.lib.8.Theb. Et ſpumis madida arua reliquit.
Odoriferum Idem lib.1.Syl.Odoriferis Arabum quod doctus in aruis.
Fertile Seneca, Arui fertilis incolæ.
Cereale, à Cerere dea frugum. Pont.Inde tepent bruma fontes, Cerealiaq; arua. Sabellicus, Quid temulenta cohors Cerealibus incubat aruis.
Flauens Pont.Qua colles Baccho lætos flauentiaque arua Meſſibus.
Geniale, id eſt, lętū & voluptificum. Idē, Ocia nūc hortiq; iuuent, genialiaq; arua.
Chariteium, id eſt, gratum, à Charitibus. Pont. In manibus nemus auricomum, Chariteiaque arua.
Spacioſum Sabell.Diſſugiunt actæ ſpacioſa per arua cateruæ.
Roſidum Pont.Roſida Sebethos qua piger arua ſecat.
Campeſtre Sabell.Deſere ſed tumulos, campeſtriaque arua parumper.
Floridum Pont.Ludere me gelidi florida ad arua Padi.
Rurale Iuuencus, Aruis qui ſolitus ruralibus eſſe locuſtas.
Floreum Augurell.Et florea circum Arua ſonans ſcatebris.
Herbiferum Pallad.Soranus, Horridus herbiferis ſemper qui degit in aruis.
Florigenum Mich.Anglicus, En quàm florigenis viride cere cernitis aruis.
Spirans Caſtellus, Atque vireſcentes lauras, ſpirantiaque arua.
Florens Mant.Arua per effuſis properant florentia turmis.
Amœnum Idem, Verſus ad Inſubres, ad amœna ſub alpibus arua.
Virens Idem, Stare Valentinæ ſuper arua virentia terræ.
Ferax Idem, Regnat, & includit grauis arua feracia plumbi.
Aquoſum Idem, Proripient ſeſe per aquoſa volantes arua.
Scopuloſum Idem, Ipſe per arua vagum Pathmi ſcopuloſa Ioannem viſit,
Redolens Idem, Et abſorbent redolentia naribus arua.
Pictum Sidon.Picta peregrinos ignorant arua rigores.

Operoſum



Operoſum Ouid.lib.1.de Arte, Tempore qui ſolis operoſa colentibus arua.
Ramoſum Propert.Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis.
Beneolens Tibull.Poſſidet atq; metit quicquid beneolentibus aruis.
Opulentum Mant.Rogat arua doceri Tam claris opulenta bonis.
Puluerulentum. Idem, Non læderet arua Puluerulenta canis.

*A S C A N I V S.*

*Aſcanius filius fuit Aeneæ, ex Creuſa, dictus ab Aſcanio fluuio Phrygiæ. Hic Troia diruta profugus, cum patre venit in Italiā, vbi Albā condidit. Alio nomine vocatur Iulus & Ilus. Vnde Ver. At puer Aſcanius, cui nūc cognomē Iulo Additur, Ilus erat, dū res ſtetit Ilia regno.*
Regius Verg.lib.1.Aen.Regius accitu chari genitoris ad vrbem.
Aeneides Idem lib.9.Sit ſatis Aeneide telis impunè Numanum Oppetijſſe tuis. Ab Aenea patre.
Dardanius Idem lib.10.Dardanius caput ecce puer detectus honeſtum.
Dulcis Idem lib.1.Aen.pro dulci Aſcanio veniat.
Binominis Ouid.lib.14.Inde ſub Aſcanij ditione binominis Alba.

*A S C R A.*

*Aſcra fuit uicus Bœotiæ, in dextra Heliconis parte, Heſiodi patria, q ppea dictus eſt Aſcręus.*
Vetus Mant.Hic vbi vir factus, veterem tranſiuit in Aſcram.
Parnaſis Idem Mant. Tu ſapis, vt cuſtos ouium Parnaſidos. Aſcræ. A Parnaſo monte Bœotiæ.

A S I A.

Magna Stat.lib.1.Syl.Magnæq; iterata reuoluam Iura Aſiæ.
Potens Manil.Aſiamq; potentem, Et molles Arabas.
Diues Stroz.pater, Non Aſiæ cupiam diuitis imperium.

A S I L V S.

Aſper Verg.Eſt lucos Silari circa, illicibuſq; virentē Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo Romanū eſt, Oeſtrū Graij vertere vocantes, Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta. Vocatur etiā Tabanus.

*A S I N V S.*

*Aſinorum duo ſunt genera, unū ferum, quos vocant onagros, alterum manſuetum, ut ſunt hic omnes. E fero facilè fit manſuetus, è manſueto ferus nunquam. Viuit aſinus exiguo & qualicunque pabulo contentus, ut folijs, ſpinis, perticis, aut ſtramentorum faſce. Imprudentis cuſtdois negligentiam fortiſſimè ſuſtinet, plagarum & penuriæ tolerantiſſimus. Propter quæ tardius deficit, quàm ullum aliud armentum. Nam laboris & famis maximè patiens, raró morbis afficitur. In Bethica totaq; Libya terram proſcindit. Hoc animal vectandis omnifariam ſarcinis aptum. Plin. ait ſe uidiſſe in Byzantio, Africæ terram iuncto anui aſino, diſcindi. Quare quum molarum, & conficiendi frumenti ſolemnis ſit huius pecoris labor, dorſumq; omnimodis ſupponat oneribus, meritò unicuiq; ruri, velut inſtrumentum neceſſarium eſſe dicit Columella, qui utenſilia uehere in urbem, & portare collo vel dorſo commodè poteſt. Eſt nihilominus frigoris impatiens, propterea Ponthus & Scythia, quæ ſunt regiones frigidiſſimæ, nullum habent aſinum. Menſe tertio, tum mas, tum fæmina coire incipit. Vbi partus aſt ocyſſimus, ſed à trimatu legitimus. Eodem tempore dentes mittit priores, ſecundos autem ſexto menſe, atque etiam ternos quaternoſq; eodem, quos gnomones vocant. Fæminæ natura eſt, ut unum pariat, ſed nonnunquam etiam gemellos edit, eiuſdem quibus equa menſibus, & ſimili modo. Paritura lucem fugit, ac tenebras quærit, ne ab homine conſpiciatur. Vita utrique amplior annis triginta, & fæmina uiuacior eſt mare. Ambo gignunt ad annum trigeſimum. Per ignes ad fætus tendunt, quum tamen ſi riuus interſit minimus, contingere horreant, ita ut ſicco tramite eant ad potum, nec pontes tranſeant, fluuijs per raritatem plantarum tranſlucentibus. Dum ſitiunt, ſi immutentur aquæ, cogendi & exonerandi ſunt. Nec niſi ſpacioſa incubant laxitate. Varia nanque ſomnio uiſa concipiunt, ictu pedum crebrò calcitrant, qui niſi per inane emicuerit, repulſu durioris materię, claudidatem illicò affert. Ferulas amant, quæ cęteris iumentis pręſentaneo ſunt ueneno. Lampſaceni deo ſalaci & hortulano aſinum in ultionem & ludibrium mactare ſolebant, quod quum is deus Veſtæ dormientis pudicitię inſidiaretur, illa intempeſtiuo aſelli clamore fuiſſet excitata, & detecta inſidiatoris libido. Animalium pilos habentium ſolus aſinus pręter*

Duo aſinorum genera.
Aſinus laboris & famis patiēs.
Aſinus ruri neceſſarius.
Aſinorū vita.
Aſin⁹ deo hortulano immolatus.

 ter

*ter enim pediculos non nutrit. Ex corpore eius exanimato gignuntur ſcarabæi. Vno maximè labo rat morbo, quem malidã vocant. Quod vitium in capite oritur, facitq́; vt per nares pituita multa ruſſaq́; effluat, quæ ſi ad pulmonem defluat, moritur. Sed in capite non infert interitum. Aſinorum & aliorum iumentorum medici dicuntur veterinarij, & multo medici. Et medicina pecorum, veterinaria. Aſinos optimos Arcadia, & in Italia Reate mittunt. Cornutos ſola nutrit India. Ammonius Alexandrinus ſummus philoſophus, & præceptor Origenis, aſinũ ſapientiæ auditorem, rem quidẽ prodigioſam habuiſſe dicitur. Dioſcorides ait, Aſini iecur inaſſatum comitialibus prodeſſe, ſi ieiuni comederint, & vngularum eius cinerem, per dies multos binis coclearib. potum. Itidem comitiales adiuuare, & eiſdẽ oleo ſubactis ſtrumas diſcuti. Plinius ait, Oſſa aſini confracta & decocta contra leporis marini venenum dari, eiuſdem vrina circa canis ortũ maculas in facie tolli, & lactis aſinini potum, melle addito, facere ad auxilia dyſentericorum. Aſſerit & inter exempla reperiri, qui lac aſininũ bibendo, chiragra liberati ſint, & podagra. Tranquillus ſcribit, Poppeam Neronis vxorem lacte aſinæ cutis nitorem prouocaſſe. Quo apparet, nihil vſque adeò adiectum eſſe, quod non interdum aliqua in re proſit.*

Malida aſinorum morbus.

Medicinæ ex aſinis.

Tardus Verg. lib. I. Georg. Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli.

Onerarius & Clitellarius. Cato, Villicus habeat aſinos onerarios, clitellarios:

Plauſtrarius & molarius. Idẽ, Hẽat villicus aſinos plauſtrarios duos, molariũ vnum.

Arcadicus Colum. hic caput Arcadici nudum cute fertur aſelli.

Doſſuarius Cato, Aſellis doſſuarijs comportant ad mare oleum aut vinum.

Vilis Lud. Bigus, Ille viam oſtendit, vili qua vectus aſello eſt Rerũ opifex.

Piger Pallad. Rutil. Si velocis equæ pigro miſcetur aſello Ardor.

Iners Apol. Multos ego ſcio non modo aſinos inertes.

Pandus Ouid. lib. I. Faſt. Venerat & ſenior pando Silenus aſello.

Pandus apertus, & veluti incuruus.

Lentegradiẽs Ouid. lib. II. Met. Induiturq; aures lentegradientis aſelli.

Auritus Ouid. lib. I. de Arte, In caput aurito cecidit delapſus aſello.

Turpis Seneca, Te ſenior turpi ſequitur Silenus aſello.

Ignauus Pont. Quin etiam ignauos teſta cælauit aſellos.

Segnis Calent. Indulgere deo, ſegnis aſellus ero.

Horripilus Thomas Rad. Aſinus nares hians, labia pendulus, aures horripilus.

Inſulſus Mic. Anglicus, Sic magis inſulſo tribulus ſapit aſper aſello.

Rudens Fauſtus, Sed nequit inſanus rudentis clamor aſelli.

Mœnalius Fauſtus Mænala nil duces guſtant pecuaria cygnos.

Lentipes à me dicitur, vt ab Auſonio lentipes ſpondens.

Quadrupes Apul. Sumpto remedio de iumenti quadrupedis incuruo gradu, rurſum refectus in hominem.

ASOPVS.

Herboſus Nicol. Valla in Homel. libr. 4. At poſt herboſi venere Aſopidos vndas.
Alij ferè omnes dicunt Aſopus, & melius. Luc. lib. 6. Accipit Aſopus curſus.

*ASPARAGVS.*

*Aſparagus dici poteſt virgultum, ſeu herba in virgultam & caulem creſcens ab aſperitate. Alio nomine vocatur Corruda. Frequens eſt in Germania & Rauenna, autore Plin. Suetonius ait, Cæſarem Auguſtum ad exprimendam rei alicuius celeritatem, conſueſſe dicere, Celerius quàm aſparagi conantur.*

Montanus Iuuen. Sat. II. Montani aſparagi, poſito quos villica fuſo Legit.

Incultus Mart. Gratior incultis non erit aſparagis.

ASPECTVS.

Venuſtus Mant. Sic iſta venuſto Splendicat aſpectu.

Pulcher Idem, Color aſpectu iam lumina pulchro, Iam nares inuitat odor.

ASPERGO.

Pluuialis Mant. Mugit & irrorat pluuiali aſpergine cautes.

ASPERITAS.

Agreſtis Hor. lib. I. Epiſt. Aſperitas agreſtis, & inconcinna, grauiſq;





Denticulata Plin. lib. II. Natur. hiſt. Terreſtrium alijs denticulatæ aſperitatis.

*ASPIS.*

*Aſpis, ſerpens eſt, ad cuius morſum nullum planè eſt remedium, præterquàm ſi confeſtim partes contactæ amputentur. Hinc morſus aſpidis, figura prouerbiali, dicitur malum immedicabile. Nec ab vllo vincitur, præterquàm à muliere, quæ vel aſpectu, contactuq́; ſolo necat. Nunquam vagatur ſine compare. Quod ſi contigerit alteram interimi, protinus altera proſequitur interfectorem in medijs quoq; fori turbis agnitum, ictus ab hac ſerpente, intra quatuor horas emoritur. Color huic niger, quandoque cinereus, interdum fuluus. Bellum gerit internecinum cum Ichneumone. Cui quoniam ſe imparem uidit Ichneumon, multo ſe tergorat luto. Itaq; vbi ad certamen venitur, aſpis nihil poteſt arripere morſu, præter loricam terream. Quo fit, vt obliquo capite hoſtem ſpeculatus Ichneumon, eius fauces arripiat, monſtrumq́; exanimet. Lucan. lib. 4. Aſpidas vt Pharias cauda ſolertior hoſtis Ludit, & iratas incerta prouocat vmbra, Obliquuſque caput, vacuas ſerpentis in auras Effuſæ tuto comprẽdit guttura morſu, Lethiferam citra ſaniẽ. Tunc irrita peſtis. Exprimitur, fauceſq́; fluunt pereunte veneno. Aegyptij reuerentur aſpidẽ, & in delicijs vnà cum pueris educant, adeò manſuefactam vt menſis aſſiſtat, & vnà comedat pultem farinæ ex melle appoſitam. Eorundem reget in diademate aſpidis figuram portant, quod imperij firmitatem portendat. Aſpis quos percuſſerit, in mortiferum ſomnum redigit. Vnde ſomniculoſa & ſomnifera dicitur. Perrumpit omnes difficultates, permeat ſpacia, nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hebetes habet oculos, non in fronte, ſed in temporibus. Cleopatra Aegypti regina, mortuo Antonio marito, vbi intellexit ſe ab Auguſto in triumphum reſeruari, cauſa declinandæ eius ignominiæ, brachium aſpidi mordendum præbuit, Cæſare pſyllos veneficos, qui ſerpentis venenum è vulneribus hauſtu reuocarent, & exſuggerent, fruſtra admouente. Vnde Propertius, Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris, Et trahere occultum membra ſoporis iter. Cæterùm hanc aſpidi ſolertiam dedit natura, vt aduerſus magicas incãtationes & veneficia aures occludat. Vnde Pſalmographus: Sicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, quæ nõ exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.*

Aſpidis ſerpentis deſcriptio

Ichneumonis ſerpẽtis cum aſpide pugna.

Aſpis Aegyptiorũ regum inſigne.

Cleopatræ mors.

Pharia, id eſt, Aegyptia, nam frequens eſt in Aegypto, vt ſupra.

Sicca Lucan. lib. 9. Stabant in margine ſiccæ Aſpides.

Somnifera Idem lib. 8. Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit.

Lethifera Idem, Lethifera dubios explorant aſpide partus.

Somniculoſa Cinna apud Gellium lib. 9. Somniculoſam vt Pœnus aſpidem Pſyllus

Somnifica Mart. Capella, Neque me conſpiceret ſomnificam.

Tumeſcens Thomas Rad. Tumeſcentes ſomniferi contrahebant aſpides.

Formidabilis Mant. Amphiſibena biceps, & formidabilis ictu aſpis.

Quia demorſus eius ſomnũ adfert ictis, ſomnifica & ſomnifera dicunt.

ASSERES.

Querni Pallad. Rutil. Deinde vt aſſeres querni cum æſculeis non miſceantur.

Duri Mant. Vel aſſer Durus, & in nudam pallia dura cutem.

Cupreſſini Vitruuius, Aſſeres diſponantur inter ſe cupreſſini.

ASSYRIA.

Diues Tibull. Eoique Arabes, diues & Aſſyria.

*ASTYANAX.*

*Fuit autẽ Aſtyanax Hectoris & Andromachæ filius, quem Vlyſſes è faſtigio turris mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid ſupereſſet reliquiarum, quod excidium Troiæ, & populi ruinam aliquando vlciſceretur. Ouid. lib. 13. Mittitur Aſtyanax illis de turribus, vnde Pugnãtem pro ſe, proauitaq́; regna tuentem, Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat, Seneca, Præceps vt altis cecidit è muris puer, Fleuit Achiuum turba, quod fecit nephas.*

Hectoreus, Hectoris filius. Ouid. in Ibin, Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.

Paruus Verg. lib. 2. Aen. Paruumque manu Aſtyanacta trahebat.

ASTYDAMIA.

Ormenis Ouid Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Aſtydamia, filia Ormeni, quam patre prius expugnato, Hercules rapuit.

ASTRA.

Cœleſtia Verg. in Aetna, Hæc nobis magna affinis cœleſtibus aſtris.

Ignea Lucan.lib.1.Ignea pontum Aſtra petent.
Titania Vergilius li.6.Aeneidos,Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; aſtra.
Aurea Ouid.lib.7.Met.Aurea cum lana ſucceditis ignibus aſtra.
Radiantia Idem lib.9.Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.
Nitentia Idem lib.5.Faſt.obſtitit Orion,Latona nitentibus aſtris.
Lucida Idem lib.2.de Ponto,Lucida Pieria tendis in aſtra via.
Ardentia Syll.lib.1.Ardenti labefecit Syrius aſtro.
Præſaga Idem lib.8.Præſagis quo nullus amicior aſtris.
Lucentia Idem lib.12.Quæritur parum lucentibus aſtris.
Nitida Idem lib.1.Syl.Digna deæ ſedes,nitidis nec ſordet ab aſtris.
Nymboſa Idem lib.3.Syll.Iliacæ longe nymboſa ſororis Aſtra fugate, precor.
Pura Martial.lib.1.Puris leniter admouentur aſtris.
Rutilia Cæſar Germ. Phryxeum rutilo pecus irradiauerat aſtro.
Flagrantia Ruffus,Micat ille procul flagrantibus aſtris.
Flammigera Idem,Sic flammigero diſtinguitur aſtro.
Pulchra Idem,Pulchro Venus obtinet aſtro.
Micantia Mart.Cap.Spargentem referunt aſtra micantia.
Refuga Sidon.Tertia lux refugis Hyperiona fuderat aſtris.
Rorantia Pont.Et ſi nocturnam Phœben,rorantiaque aſtra.
Inſignia Idem,Inſignemque mannum,cibumque inſignibus aſtris.
Conſpicua Idem,Quæ ſurgit,quæ conſpicuis venerabilis aſtris.
Candentia Idem,Ergo vbi candenti ſeſe dea iunxerit aſtro.
Errantia Idem,Quos cœli miſcent ignes errantiaque aſtra.
Fixiuaga Thomas Rad.Cum fixiuagorum aſtrorum laqueato orbe.
Flammiferentia.Marull.Lumine flammiferentis aſtri.
Splendida Pamph.Splendida ſi rurſus Franciſcus ad aſtra rediret.
Sublimia Sabell.Seſe ſublimibus intulit aſtris.
Lucifera Pamphil. Denique luciferis quicquid ſubnaſcitur aſtris.
Radioſa Conrad.Proſperos feruent radioſa curſus Aſtra.
Empyrea Quintian.Iuppietr empyreis deſcenderet arduus aſtris.
Aetherea Pallad.Soran.Inclytus æthereis puer eſt hic miſſus ab aſtris.
Flammiuoma Mich.Ang.Quæ flammiuomis ſublimior aſtris.
Clara Mant.Dum vox claris incederet aſtris.
Fatalia Idem,Poſſidet imperium, & fatalia temperat aſtra.
Cæliuaga Idem,Nec morimur,nec cœliuagis ſubmittitur aſtris.
Tremula Idem,Illa volans,pulchrum tremulis caput inſerit aſtris.
Excellentia Idem,Eſt quidam gradus excellentia ad aſtra.
Decora Remaclus,Tollebant rutilas aſtra decora faces.
Noctiuaga Egnatius,Roſida noctiuagis aſtra labentibus Phœbe pulſa loco ceſſit.

ASTRAEA.

Aſtræa filia Iouis & Themidis, ob æquitatem ſuam Iuſtitia dicta eſt.

Exul terris Francus,Mortales exul terris Aſtræa reliquit.
Diuina & miſera.Idem,Ius lex, Aſtræa diuina,at proſtat in orbe Venalis miſera.
Profligata Idem,Profligata Aſtræa ſilet,atque exulat orbe.
Extincta Idem,Proh ſuperi extinctam rediuiuam reddite primum Arçam terriſque reſuſcitare ſepultam.
Cœlicola & maritata deo.Idem,Cœlicola & maritata dijs Aſtræa reuiſat.
Vltima cœleſtum.Ouid.Vltima cœleſtum tetras Aſtræa reliquit.

ASTVS.

Captioſus Apul.Aſtu captioſo corraſerant non paruas pecunias.
Solers Ouid.lib.4.Met.Id ſe ſolerti furtim dum tradidur aſtu.
Fallax Syllius lib.6.Non aſtus fallax,non præda,aliuſve Cupido.
Cæcus Idem lib.12.Lucanæ Graccus cæco circundatus aſtu.

Pauidus



Pauidus Val.Flac.lib.1.Quos aſtu rapuit pauido.
Acer Idem lib.2.Illum torua tuens,atque acri lubricus aſtu.
Calidus Seneca,Nectit pectore aſtus calidos.
Artificioſus Thom.Rad.Artificioſiſſimo aſtu,aſtutiſſimo commento.
Prudens Augurell.Bellica, & prudens ſuperarit aſtus.
Vafer Mant.Et vafro greſſum ſuſpenderat aſtu.
Lycaonius Mant.Atq; Lycaonio vulpes ſubtilior aſtu.
Verſutus Idem,In graue Martis opus verſuto callidus aſtu.
Timidus Stat.in Achill.Depoſitumq; ingens timido commiſſum aſtu.

A Lycaone rege Arcadiæ, q dolo interficiebat hoſpites.

ASTVTIA.

Attica Crinit.In quo facile Atticam aſtutiam,atque artem cognoſcas.

*ASYLVM.*

*Romulus,condita Roma,ad augendam populi frequentiā,condidit locū, ad quē confugiētes ſaluos eſſe uoluit, & immunes a ſupplicio,quicquid ſceleris commiſiſſent.* *vt de Lactantium.*

Infame Iuuen.Sat.8.Ab infami gentem deducis aſylo.
Tutum Cantal.Quo velut ad tutum confugerat hoſtis aſylum.

*ATALANTA ARCADICA.*

*Hæc Atalanta fuit Arcadica uirgo, & uenatrix, Iaſii filia, uel, ut alij malunt, Abantis regis Arginorum. Quæ conſeruandæ uirginitatis ſtudio, Dianæ ſe dedit comitem, ſub qua meruit in ſyluis, adeo ut uaſtiſſimum aprum interfecerit in Arcadia, unà cum Meleagro filio regis Oenei. cui poſtea nupſit, & ex eo ſuſcepit Pharthenopæum.*

A Nonacri Arcadiæ monte.

Nonacria Ouid.lib.8.Met.Sume mei ſpolium Nonacria iuris.
Mænalia Ouid.in Epiſt.Arſit & Oenides in Mænalia Atalanta.
Fugax Ouid.lib.3.Eleg.Talia Mimalion Atalante crura fugacis.
Nonacrina Idem lib.2.de Arte,Quid fuit aſperius Nonacrina Atalanta?
Calydoniaca Manil.Et Calydoniacam bellantem rupe puellam.
Meleagria Pont.Qualis in Aetolum campis Meleagria virgo.
Abantia Muſæus in Leandro,Nec Abantias auras præterit ipſa tuas.
Iaſis Propert.lib.1.Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

A Menalo Arcadiæ monte.

Mimaliõ, alio noīe Meleager, vel' Adoleſcēs Athalantā amore depereiens.

*ATALANTA.*

*Hæc poſterior filia fuit Schœne regis in Scyro inſula, quæ cum præſtaret pedū agilitate, curſu certabat in procos, ea lege, ut ei nuberet, a quo uinceretur. Puellæ forma captus Hippomenes adoleſcens, uenit in certamen, acceptis à Venere tribus malis aureis, quæ currens ſenſim proiecit in terram, ut his colligendis occupata uirgo, tardius attingeret metam, & uinceretur, ut uicta eſt. Itaque pacta conditione eidem nupſit. Ambo tandem mutati ſunt in leones quod in templo Cybeles, neglecta religione coiuiſſent. Fabulam hanc deſcribit Ouid. in fine 10. Meta.*

A Calidone Aetoliæ vrbe, & Meleagro amatore.

Schœnia Ouid.lib.10.Gaudeat an virgo magis his Schœneia dictis.
Schœnis Sidon.Pallens Hipponemes ad ima metæ, Tradit Schœnida.
Schœneis Ouid.in Epiſt.Vt tulit Hippomenes Schœneida præmia curſus.
Pernix Sidon.Emicuit pernix populo trepidante,virago.

Hippomenes.

A Schœno Atlantis patre, a quo Schœnos oppidum Bæotiæ.

*ATAX.*

*Fluuius eſt, ortum habens in montibus Pyreneis, & defluens in mare Tyrrhenum. De quo etiam Tibul.lib.1. Quem tremeret forti milite uictus Atax. Et Sidon. Atacem tonare cum ſuis oloribus. Hinc Atacinus Varro dictus eſt.*

Mitis Lucan.lib.1.Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinis.

*ATHAMAS.*

*Athamas rex Thebarum, qui furore correptus Learchum filium occidit pro leone. Quod uidens eiuſdem uxor Ino, Aufugit cum Melicerta altero filio, & in mare ſe coniecit. De Athamantis parricidio Ouid lib 4 Met. Deq; ſinu matris ridentem, & parua Learchum Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras More rotat fundæ, rigidoq; infantia ferro. Diſcutit ora ferox. Idem lib 6. Faſt. Hic agitur furijs Athamas ſub imagine falſa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Athamanthæus. Claud. Hæc Athamanthææ direxit ſpicula dextræ.*

Inſelix

Infelix Stat.lib.1.Theb.Cui ſumpſerit arcus Infelix Athamas.
Toruus Stat.lib.2.Syl.Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus.

*ATHENAE.*

Athenæ bonarũ artiũ inuentrices. Philoſophi, qui Athenis floruerũt.

*Athenæ ciuitas fuit totius Grecię clariſſima, inter Achaiã & Macedoniam, à Cecrope rege condita, cui Minerua nomen impoſuit, quã Græci Athenã vocant. Fuit aũt hæc vrbs omnium bonarum artiũ inuentrix, philoſophorũ & oratorum mater, & poetarũ alũna. Inde orta ſunt infinita prope cõmoda, ad uſum uitæ humanæ. Nã primi omniũ Athenienſes, lanificij, olei, uini, & agriculturæ uſum docuere. ibidẽ floruere, Socrates, Xenophon, Aeſchines, Crito, Glauco, Plato, Polemõ, Antiſthenes, Speuſippus, & Epicurus, Ariſtides, Themiſtocles, Hermippus, Iſocrates, Menãder, Pericles, Sophocles, Thucidides, & alij numero propè infiniti, magnę celebritatis uiri.*

Cecropiæ Verg.in Aetna, Cecropiæ varijs ſpectantur Athenæ Carminibus.
Erechthææ, ab Erechtheo rege. Idẽ i Cyri, Qualis Erechthęis olim portat Athenis.
Atticæ Col.li.7.Quod idẽ, Atticis Athenis, Cereris & Tripotlemi fert miniſten.
Claræ Ouid.lib.5.Met.Patria eſt claræ mihi, dicit, Athenæ.
Bonæ Hor.lib.2.Epiſt. Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ.

A Pallade, quę nomen vrbi impoſuit. A Pandione Athenarum rege.

Palladiæ Ouid.lib.7.Met.Palladiasque in eo non agnoſcendus Athenas.
Pandioniæ Idem lib.15. Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ?
Doctæ Idem in Epiſt. Atque aliquis doctas iam nunc eat, inquit, Athenas.
Fertiles Stat.lib.2.Syll.Quæ Tritonide fertiles Athenas.
Sublimes Claud.Sic malè ſublimes fregit Spartanus Athenas.
Actææ Auſon.Quem Rhodos, Actææ quem dilexiſtis Athenæ.
Illuſtres Gregor.Nazianzenus, Et illuſtres, Græcorum gloria, Athenæ.
Veteres Lucan.lib.5.Fama veteres laudantur Athenæ.
Gratiæ Quintian.Namque morabatur Graijs inſignis Athenis.
Celebres Mant.Extulit aduerſus celebres Lacedæmon Athenas.
Altiloquæ Quint.Et velut altiloquis per corda vagetur Athenis.
Antiquæ Manilius, Extulit antiquas per funera pacis Athenas.
Florentes Idem, In regnum florentes oris Athenæ.
Mopſopiæ Ouid in Epiſt.Reddita Mopſopia Tyndarus vrbe ſoror.

ATHENIENSES.

Tettix, Latinè cicada.

Athenienſes dicti ſunt Cranai, à Cranao rege, qui Cecropi ſucceſſit in regno.
Tettigophori, quaſi cicadiferi, à cicadis aureis, quas capillis implicabant.

*ATHESIS.*

*Atheſis fluuius eſt Italiæ, celeriter fluens, & cadens in Adriaticũ mare. De quo Mantuan. Hinc Atheſis ſyluis oneratus & abiete rauco, Impetè præcipitat cæſo vada conſcia Cimbro.*

Amœnus Verg.lib.9.Siue Padi ripis, Atheſim ſeu propter Amœnum.
Velox Claud.Et velox Atheſis, tarduſque meatu Mincius.
Cærulus Stroz.pater, Et turuas Atheſis cærulus auxit aquas.
Limpidus Pamphilus, Limpidus hanc Atheſis percurrens diuidit vrbem.
Vitreus Idem, Non Atheſis placido vitreus perlabitur amne.
Cruentus, propter bellum ibidem geſtum. Mant.Ferunt Atheſin per rura cruentum.
Fremens Claud.Quæcunque frementem permulcent Atheſim.

ATHLETA.

Lenis propter oleũ lubricus.

Lenis Iuuen.Sat.6.Lenibus athletis ac vaſa nouiſſima donat.
Acrochiriſtæ, qui ſummis inter ſe manibus depugnantes, nullo complexu hęrebãt.
Pyctes Gręcè dicitur, pugil Latinè.
Gymnicus, Athletarum nomine Gymnici omnes intelliguntur.
Diſcoboli dicebantur, qui diſcum in ſublime iaculabantur.
Haltici, qui ſaltus pernicitate contendebant.
Stadiodromi, qui ſtadium percurrebant.
Pentathli, qui quinque generibus certabant, luctu, pugilatu, curſu, ſaltu, pancratio.
Pancratiaſtæ, qui omni ope, omnibusq; quod aiunt, vnguiculis, connixi certabant.

Xyſtici,



Xyſtici, qui hyberno tempore certabant in porticu, quæ Xyſtos Græcè dicitur.
Ceromatici, luctaturi ceromate, ideſt, oleo cerato perfundebantur.

Vncti cerato dicti ſunt Cæromatiſtę.

*ATHOS.*

*Athos mons eſt altiſſimus inter Macedoniam, & Thraciam, quem Xerxes abſcidiſſe fertur, & uelis feciſſe peruium. Vnde à Iuuenale dicitur Velificatus. Clau. Seu te cana gelu Rhodope, ſeu remige Mœdos Sollicitatus Athos. Montem hunc leporibus abundare innuit carmen illud Ouidianum, Quod lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.*

Vaſtus Claud.Nil Rhodope, nil vaſtus Athos, nil profuit Hæmus.
Aemonius Seneca, Aemonius illas contulit peſtes Athos.
Præruptus Idem, Te præruptus Athos, te fera Caſpia.
Salebroſus Pamphil.Sed ſalebroſus Athos, glacie quoq; Caucaſus horrens.
Glacialis Claudian.Hunc armat glacialis Athos.
Velificatus Iuuent.Sat.10.Redditur olim Velificatus Athos.
Magnus Man.Et magnum ſalſis Athon abluit vndis.

*ATINA.*

*Atina vrbs fuit iuxta Pontinas paludes Campaniæ, teſte Seruio, quam Ptolomæus dicit fuiſſe Latinorum mediterraneam. Alia eodem nomine fuit vrbs mediterranea.*

Priſca Mart.Quo ciue priſca gloriatur Atina.
Potens Verg.lib.7.Tela noua vt Atina potens, Tiburq; ſuperbum.

ATLANTIDES.

Atlãtides filiæ Atlãtis ex Plicone mre, a qua Pleiades dũr relatæ in aſtra.

Eoæ, ideſt, orientales. Verg.lib.1.Georg Ante tibi Eoæ Atlantides abſconditur.
Vagantes Seneca, Paſſim vagantes exerunt Atlantides.
Dioneæ, quod menſe Maio, quo oriuntur, mortales indulgeant Veneri. Mant. Atq; Dionæas referans Atlantides.

*ATLAS.*

Atlãtis varia cõſideratio.

*Atlas mons eſt Mauritaniæ tantæ altitudinis, vt cacumen eius proſpici nequeat. Propterea poetæ fabulati ſunt eſſe Gigantẽ, qui ſuſtineat cœlũ humeris, alij aliunde fictã volunt fabulam. Aiunt.n. Atlantẽ fuiſſe regẽ Mauritaniæ, qui primus curſum ſolis, & lunæ, oĩumq; ſyderum rões perſpexerit. Ad quod alluſit Verg. Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata, docuit q̃ maximus Atlas. Montis incolæ vocabantur Atlantes, humani ritus oĩno degeneres. Nam neq; vllorum noĩum appellationem hñt, neque inſomnia viſunt, qualia cæteri mortales, nec ullo veſcuntur animante. Præterea ſolem Orientẽ. Occidentemq; dira imprecatione contuentur, ut agris ſuis exitialem. Mons ipſe multarũ rerum claret fertilitate Imprimis circa imas eius radices, variæ & incognitæ ſunt ſpecies arborũ, quarũ enodi nitore ſpectabilis eſt proceritas. Frondes cupreſſis ſimiles, tenuiq; lanugine opertæ, quibus addita arte, ueſtes bombici ſimiles confici põt. Frequentem habet citrum arborem, quæ precioſæ admodũ menſæ fiebant olim. De quibus Lucanus li 10. Dentibus hinc niueis ſectos Atlantide ſylua Impoſuere orbes. Abundat & fructibus omnium generum, ita ſponte ſubnaſcentibus, ut unquam ſatietas voluptatibus deſit.*

Atlantis fertilitas.

Durus Verg.lib.4.Aen.Et latera ardua cernit Atlantis duri.
Cœlifer Idẽ li.6.Vbi cœlifer Atlas Axen humero torquet ſtellis ardentib.aptũ.
Gelidus. Ouid.li.4.Met. Narrat Abantiades gelido ſub Atlante iacentẽ. Eſſe locũ.
Validus Idem lib.15.Validiq; humeris inſiſtere Atlantis.
Aſper Plin.lib.5.Et mediis hunc arenis in cœlum attolli prodiderunt aſperum, ſquallentem.
Ferreus Val.Flac.lib.5.Stat.ferreus Atlas.
Mauruſius Claud.Europæ, Libiæq; hoſtes Mauruſius Atlas.
Pœnus Ruffus, Pœnus Atlas ſubiit celſæ qui pondera molis.
Longæuus Idem, Fama vetus ſeptem memorat genitore creatas Longæuo.
Pinifer Auſon.Nec pinifer Atlas Amphitrionidem puerum.
Marmaricus, à Marmarica regione Africæ. Sidon. Marmaricus, quẽ vertice cõtinet Atlas.
Lybicus Stro.fil.Gorgone quid mirum, Lybicus ſi duruit Atlas.
Arduus Stat.lib.1.Theb.Procul arduus Atlas Horruit.

Pruinoſus

Pruinoſus Quintian. Quodq; pruinoſo carmen donetur Atlanti.
Occiduus Mant. Occiduus quam miſerat Atlas Littore de Lybico.
Precioſus Idē, Barbarā citrū precioſus Atlas, Ida funebrem peperit cupreſſum.
Olympifer Idem, Grande opus, & ſub quo ſuderet Olympifer Atlas.
Caſpius Cimbriacus, Atq; humeris cœlum qui ſuſtinet Atlas Caſpius.
Aſtrifer Stat. lib. 8. Theb. Aſtriferumq; domos Atlāta ſupernas Ferre laborātē.
Nubifer Barthol. Nec plus ſe nubifer Atlas Armabit.
Stellifer Idem, Nam poſtquā ſtellifer Atlas Suſtinuitq; Iouem.
Nemoroſus Mart. Capella, Atlas nemoroſus, fontib. ſcatēs, ſed rupibus infœcūdus.
Barbarus Architrenius, Non me mollis Arabs, non barbarus edidit Atlas.
Sublimis Iuuen. Sat. 11. Qui ſcit, quantum ſublimior Atlas.
Magnus Mant. Atq; Pyrenæos apices, Atlantaq; magnum.
Maurus Textor, Vis menſas? Mauri citrum tibi mittet Atlantis.

A T O M I.

Subtiles Lact. Sex ex atomis ſubtilibus & exiguis concreua eſſe tanta miracula.
Volitantes Idē, Vt & atomis ſuis locū faceret per infinitū, & inane volitantibus.

*A T R E V S.*

Atreus, & Thyeſtes. *Atreus, & Thyeſtes filij fuerunt Pelopis, in ſe inuicem adeò ſæui, vt Thyeſtes cum Europa fratris uxore concubuerit, & inceſtum hunc ægreferens Atreus, liberos proprios ei comedendos appoſuerit. Cuius facinoris horrore ſol retroceſſiſſe fertur, reuocato ad auroram curru. De Atrei parricidio Seneca, Tantalus prima hoſtia eſt. Tunc ille ad aras Phlyſtenē ſæuus trahit, adigitq; Fratri colla percuſſa amputat. Item apud eundem Senecā, Atreus ipſe ſic loquitur: Ferro uulnera impreſſo dedi, cecidi ad aras. Cæde uotiua focos Placaui & artus. Corpora exanima amputās, in parua carpſi fruſta, & hæc feruentibus. Demerſi ahenis, illa lentis ignibus Stillare iuſſi, Membra, neruosq; abſcidi Tiuentibus, graciliq; traiecto verumugire fibras uidi.*

Ab auo Tantaloq; pater fuit Pelopes.
Tantalides Ouid. lib. 2. Faſt. Tantalidæ fratres abſint, & Iaſonis vxor.
Crudus Idē li. 1. de Ponto, Non tibi Therodamas, crudusq; vocabitur Atreus.
Pelopeius Pelopis fil, Oui, in Epiſt, Quid quod auus idem nobis Pelopeius Atreus.
Ferus Seneca, Ferus ille & acer, nec potens mentis, truculentus Atreus.
Furens Idem, Quo poſtquam furens intrauit Atreus.
Dirus Idem, Sic dirus Atreus capita deuota impiæ Speculatur iræ.

*A T R I D AE.*

*Atridæ dñr Agamemnō, et Menelaus, Atrei filij, in Troiana expeditione Græcorū principes.*

Tumidi Stat. in Achil. Quod plaga Graiugenum tumidis coniurat Atridis.
Gemini Verg. Et gemini Atridæ Dolopumq; exercitus omnis.

A T R I A.

Aerata Ouid, lib. 6. Faſt. Vidimus ornatos ærata per atria.
Alta Vitr. Facienda ſunt veſtibula regalia, alta atria.
Ampla Codrus Vrceus, Quæ ſi conuiuias vocet ampla per atria diuos.
Pulchra Pamph. Atria Mygdonio marmore pulchra tegit.
Spacioſa Mant, Vix capitur ſurdum ſpacioſa per atria murmur.
Lata Idem, Lata ornari iubet atria Pluto.

*A T R O P O S.*

*Atropos Demogorgonis filia, uel Herebi & noctis, una eſt Parcarum, quas poetæ dicunt* *tiri uitam hominum fuſis & ſtaminibus, quæ ex ſua colonent, & deducunt.*

Ferrea Stat. lib. 4. Theb. Hos ferrea neuerat annos Atropos.
Dura Idem li. 5. Syl. O vtinam, quos dura mihi rapit Atropos annos.
Funeſta Quint. Adnutu funeſta tuo ſua ſtamina rumpit Atropos.

A T T E L L A.

Ciuitas Cāpaniæ.
Priſca Mant. Eſt locus Attellæ retinēs cognomina priſcæ, Siue Attella vetus.

*A T Y S.*

*Fuit Atys puer Phrygius, elegans forma, adamatus a Cybele, qui propter uitiatam Sangaridem*



*ridem Nympham furore correptus, putans domos ruere, tectū omne diffugit, & per ſumma Dyndimi montis Phrygię diſcurrens, arrepto cultro, ſeipſum excaſtrauit. Vnde Ouid. Hæ pereant as ſes, quæ nocuere mihi. Hæ pereant, dicebat adhuc, onus inguinis aufert, Nullaq; ſunt ſubitò ſigna relicta uiri. Catul. aliter ſcribens, tradit eum epota Galli fluminis Phrygię aqua, in illum furorem ex aquæ natura compulſum. Tandem elapſus è monte commutatus eſt in pinum arborem, quæ rei memoria, Cybele adhuc ſacra fingitur. Atys aliorum, quàm huius nomen corripitur. Ouid. lib. 5. Metam. Deplorauit* Atym.

Cybeleius Oui. lib. 10. Cybeleius Atys Exuit hac hominē, trūcoq; induruit illo.
Berecynthius. Perſius, Claudere ſic didicit verſum Berecynthius Atys.
Phryx Stat. li. 10. Sic Phryga terrificis genitrix Idea cruētū Elicuit ex Adytis.
Phrygius Seneca, Fecit, vt Phrygium lugeat Atym.
Semiuir, id eſt, emaſculatus. Pamphilus, Semiuirū fecit puerū Berecynthia mater.
Tener Catull. Tenerumque vidit Atym prope marmora Pelagi.
Celænæus Mart. li. 5. Et cōcubino mollior Celænæo. Sic dr̄ à Celęnis vrbe Phrygiæ.

*A V A R I T I A.*

*Auaritia, inquit Cicero, eſt opinatio vehemens de pecunia, quaſi valde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita. Cui ingenitum eſt hoc venenum, vt ſit inexplebilis, neque vlla rerum copia magis, quàm Belidum vrnæ ſaturetur. Immo verò, quo maior eſt & amplior fortunæ laxitas, quò rerum omnium vberior theſaurus, eò magis cœpit incendium, creſcitq; vbertate. Et quò voracius ſe ingurgitat, eò magis immoritur lucro, & cumulandis opibus intabeſcit. Omninò ſimilis hydropico, qui dum liberius indulget ſibi ad ſitim, creſcit quā repellere non poteſt, niſi cauſam morbi penitus excinderet venis.*

Acri. Gel. lib. 4. de Cornelio Ruffo loquens, Sed furax homo, atq; acri auaritia erat.
Profunda Claudianus, Quodcunque profunda Traxit auaritia.
Cupida Mart. li. 11. Cupidæ dicet auaritiæ.
Cruenta Claud. Vis nulla cruentam Caſtrat auaritiam.
Hians Bud. Nā vt hians auaritia, ingētia lucra cū ſumma deuorat voluptate.
Furens Lactantius, Non vt rabida & furens auaritia ſibi omnia vendicaret.
Sollicita Strozius pater, Sollicitæ quiſquis ſeruit auaritiæ.
Triſtis Pamphilus, Triſtis auaritiæ rabies, quæ colligit aurum.
Rabida Idem, Qui diues rabidam ſpernis auaritiam.
Turpis Idem, Auaritiæ crimen, iniqua Venus.
Fœda Palladius Soranus, Ex animo fœdam pellere auaritiam.
Vilis Cantalycius, Vilis auaritia, & nummi tam fœda cupido.
Inexpleta Sabellicus, Pergit inexpletæ pallor auaritiæ.
Scabra Archit. Morigerat vitijs, & pluſquam cætera, ſcabrā Limat auaritiā.

A V A R V S.

Cunctans Merg. im Aet. Cunctantes vorat ignis, & vndique torret auaros.
Vigil Claud. Et vigil elapſas quærit auarus opes.
Mendicus Archit. Inter opes mendicus opum.
Pauper Seneca, Et congeſto pauper in auro.

A V C E P S.

Callidus Ouid. lib. 11. Laqueis quos callidus abdidit auceps.
Verſutus Bud. Excipulas ab illo verſuto animarum aucupe concinnatas.
Pellax Politianus, Pellaci cantu deceptus ab aucupe.

A V C V P I V M.

Pluuioſum Propert. lib. 4. Faunus pluuioſo ſum Deus aucupio.

A V D A C I A.

Præſens Apul. Tum vxor egregia capit præſentem audaciam.
Valida Idem, Sed audacia valida reſiſtens ille.
Præceps Claudianus, Et timor & cæco præceps audacia vultu.
Pugnax Sedulus, Non erat illa feri pugnax audacia ponti.

Fera

| | |
|---|---|
| Fera | Iuuencus, Nec fera diſcipulis furandi audacia corpus. |
| Inſolens | Crinitus, Quo inſolentis audaciæ pœnas lueret. |
| Incauta | Mant. O ſtulta impietas, incauta audacia. |
| Ferox | Valerand. Varanius, Corporeæ ve ferox audacia molis. |
| Petulans | Claud Nulla meos traxit petulans audacia ſenſus. |
| Perdita | Iuuen. Sat. 3. Ingenium velox audacia perdita, ſermo Promptus. |
| Cæca | Mant. Nec cæca meas audacia vires Fallat. |

AVELLA.

Auella vrbs eſt Campaniæ abundans optimis nucibus, quæ dicuntur Auellanę.

| | |
|---|---|
| Maliſera | Verg. Et qui maliferæ deſpectant mœnia Auellæ. |

AVENA.

| | |
|---|---|
| Tenuis | Verg. in Buc. Syluestrem tenui muſam meditaris auena. |
| Sterilis | Idem, Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ. |
| Vana | Idem lib. 1. Georg. Expectata ſeges vanis eluſit auenis. |
| Gracilis | Plin. lib. 19. Tam gracili auena, tam non altè à terra tolli. |
| Leuis | Ouid. lib. 4. Faſt. Et leuis obſeſſo ſtabat auena ſolo. |
| Teres | Calphurn. Dicamus, teretique ſono modulemur auena. |
| Docilis | Idem, Me ſyluanus amat, dociles mihi donat auenas. |
| Hyblæa | Idem, Montibus Hyblæa modulamine carmen auena. |
| Iners, | Idem, Meſſis habet lolium, nec inertibus albet auenis. |
| Arguta | Pont. Et nymphæ arguta carmen modulentur auena. |
| Vda | Idem, Deuehere ipſum, vda referentem carmen auena. |
| Reſonans | Idem, Non puduit cantorem igitur reſonantis auenæ. |
| Altiſonans | Michael Angl. Scilicet altiſona cantandus paſtor auena. |

Septiforis, habẽs ſeptẽ foramina. Mãtuan. Sed iã ſeptiforem cãtu experiamur auenã.

Phœbæa Nemeſianus, Lætus Phœbæa dixiſti carmen auena.

| | |
|---|---|
| Bibula | Architren. Qua bibulis ſtomacho cibus inſpiratur auenis. |
| Perlucens | Tibul. lib. 3. Sed perlucenti cantus meditabar auena. |

*AVERNVS.*

*Auernus lacus eſt Campanię, propè Baias, vbi introitus ad inferos fuiſſe dicitur, ab à particula priuatiua, & ornos auis, quaſi ſine auibus, quoniam aues propter grauem halitum, ſuperuolãtes intereũt. Vnde Ver. li. 6. Aene. Spelũca alta fuit, uaſtoq; immanis hiatu Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris, Quã ſuper haud ullæ poterãt impunè uolãtes. Tẽdere iter pẽnis, talis ſeſe halitus atris Faucibus eructans, ſupera ad conuexa ferebat. Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernũ. Capitur plerunque pro ipſo inferorum loco, vt ſequentibus teſtimonijs patet.*

| | |
|---|---|
| Olens | Verg. lib. 6. Aen. Inde vbi venere ad fautes graue olentis Auerni. |
| Triſtis | Syll. lib. 11. Percuſſa fide, vel pelagi, vel triſtis Auerni. |
| Tartareus | Stat. lib. 5. Theb. Nunc quoque Tartareo multum diuiſus Auerno. |
| Niger | Idem, Et nigri pater indignatur Auerni. |
| Immitis | Idem lib. 4. Theb. Maius immiti quẽ iã deus ales Auerno Reddiderat. |
| Lugens | Idem lib. 7. Nos te lugenti puer inficiamur Auerno. |
| Silens | Idem lib. 12. Naturamque ducem, cœtuſque ſilentis Auerni. |
| Pallens | Idem lib. 5. Syl. Nil cantus, nil fila deis pallentis Auerni. |
| Piger | Idem ibid. Si chelyn Othryſiam pigro tranſmiſit Auerno. |
| Vacuus | Val. Flac. lib. 2. Fruſtra vacui ſcrutaris Auerni Chare vias. |
| Peſtifer | Claud. Tũc & peſtiferi pacatũ limen Auerni Innocuæ tranſiſtis aues |
| Pallidus | Seneca, Pallidi fauces Auerni, Voſque Tænarei lacus. |
| Rigidus | Politian. Quod trahat, & rigidi leges infringat Auerni. |
| Inuiſus | Marullus, Veſtrum, & inuiſi ſpacijs iniquis Reddere Auerni. |
| Stygius | Stroz. pat. Arſit & implacidus Stygij dominator Auerni. |
| Inexpletus | Sabell. Ceſſit inexpleti tandem poſſeſſor Auerni. |
| Teter | Mant. Traxit & in tetri foricis ſuperiuit Auerni. |
| Profundus | Conr. Sed deuorat nummos Auerno inſatiabilior profundo. |

Horribi



| | |
|---|---|
| Horribilis | Quint. Horribili propenſus clamor Auerno eſt. |
| Vaſtus | Idem, Non abſit, vaſti rabiem qui cantat Auerni. |
| Dirus | Idem, Iam ſemel Alcides dirum populatus Auernum. |
| Cæcus | Idem, Si crudelis amor, cæci ò regnator Auerni. |
| Styger | Mant. Interea Stygerem ſubter penetrauit Auernum. |
| Squalens | Idem, Ite animæ inſignes, domino ſqualentis Auerni. |
| Campanus | Idem Campano quales oriuntur Auerno. |
| Obſcurus | Idem, Agmina, quæ obſcuro genitor præfecit Auerno. |
| Luſtralis | Idem, Eia age, luſtralem læti aggrediamur Auernum. |
| Ardens | Idem, Iactat in oppoſitæ ardentem conuallis Auernum. |
| Rabidus | Remaclus, Libertas omnis rabido ſeceſſit Auerno. |
| Putris | Idem, Mirantur proceres, putris miratur Auernus. |
| Infernus | Cimbriacus, Et quondam inferni veneranda Auerni. |
| Vmbroſus | Clauſt. Lucidus vmbroſo miſcebitur axis Auerno. |
| Acherontæus | Ludouicus, Ille Acherontæo manes reuocaſſet Auerno. |

AVFIDVS.

| | |
|---|---|
| Violens | Horat. lib. 1. Carm. Dicat, qua violens obſtrepit Aufidus. |
| Sonans | Idem lib. 4. Longe ſonantem natus ad Aufidum. |
| Tauriformis | Idem Horat. lib. 4. Carm. Sic tauriformis voluitur Aurifidus. |

AVGVR.

| | |
|---|---|
| Peritus | Luca. lib. 8. Si cuncta, perito Augure, mens cœli noua ſigna notaſſet. |
| Prouidus | Ouid. lib. 12. At veri prouidus augur Theſtorides. |
| Fatidicus | Stat. lib. 4. Theb. Iamq; & fatidici mens expugnata fatiſcit Auguris. |
| Phœbeius | Idem lib. 6. Theb. Interius ductis Phœbeius augur habenis. |

AVGVRIVM.

| | |
|---|---|
| Fatidicum | Plin. lib. 15. Fatidico quidam, & memorabili augurio. |
| Fatale | Clau. Seſeq; ignara coronat, Augurium fatale thori. |
| Cæcum | Architr. Sed gloria cæcis Fidit in auguriis. |

AVGVSTINVS.

| | |
|---|---|
| Hipponenſis | Mant. Hic ſedem pater Hipponis Carthagine natus. |

AVGVSTVS.

| | |
|---|---|
| Belliger | Claud. Belliger Auguſtus trepidas laxauerat Alpes. |
| Pater patriæ | Horat. lib. 1. Carm. Hic ames dici pater atque princeps. |

AVI.

| | |
|---|---|
| Longæui | Ouid. lib. 3. Faſt. Regnaq; longæuo reſtituuntur auo. |
| Graues | Mart. lib. 7. Cuius priſca graues lingua reduxit auos. |
| Veteres | Polit. Baſſe licet, veterum monumenta reuoluat auorum. |
| Priſci | Stroz. filius, Cuius noua gloria priſcos Vincit auos. |
| Exangues | Pamphil. Non decet exangues Martius enſis auos. |
| Antiqui | Bartol. Antiquos imitaris auos, nunc tempora belli. |
| Auſteri | Fauſtus, Illa vel auſteris nuda placebit auis. |
| Vetuſti | Iuuen. Sat. 6. Vetuſtos porticibus diſponat auos. |
| Squallentes | Idem Sat. 8. Squallentes producit auos. |

AVIA.

| | |
|---|---|
| Latebroſa | Syll. lib. 12. Fraude ioci nota, latebroſa per ſaltus Euolat. |
| Frondoſa | Val. Flac. lib. 3. Et celerem frondoſa per auia ceruum Suſcitat. |
| Aſpera | Remacl. Aſpera ſoliuagis auia quærit agris. |
| Secreta | Stroz. pater, Te chorus Aonidum ſecreta per auia ductam. |
| Fruticoſa | Idem, Dumq; minus cautè fruticoſa per auia currit. |

AVIS.

| | |
|---|---|
| Canora | Verg. in Boc. Auia tum reſonant auibus virgulta canoris. |
| Garrula | Idem in Opuſculis, Aues canoros garrulæ fundunt ſonos. |

Arguta

Arguta Idem in obitu Mecœnatis, Sederat argutas garrulus inter aues.

Vaga Horat.lib.4.Cui rex deorum regnum in aues vagas permiſit.

Pennipotens Lucret.lib.5.Quadrupedum membris, & corpore pennipotentum.

Pauida Ouid.lib.1.Faſt.Quiq; rubro pauidas inguine terret aues.

Loquax Idem lib.3.Triſt.Indociliq; loquax gutture vernat auis.

Deuia Idem in Epiſt.Et cecinit mœſtum deuia carmen auis.

Aeria Idem lib.1.de Arte, Nec nos aeriæ voce mouemur auis.

Nubiuaga, à me dicitur vocabulo, quo vtitur Syl.lib.12.

Aligera Stat.lib.5.Theb.Ac velut aligeræ ſedem, fœtusq; parentis.

Querula Seneca, Hic aues querulæ fremunt.

Rapida Pont.Qui rapidas inſtiget aues, & vulturis vngues.

Altilis Idem, E cuius medio pendens auis altilis.

Mitis Idem, Fouet anxia nidum Mitis auis.

Cantichans Thomas Rad.Canticulantium auicularum ola clauderet.

Rapax Lactant.Lubricus aut ſerpens, aut auis vlla rapax.

Præpes Stroz.pater, Nec dubium, noui præpetis omen auis.

Pennigera Mirand.Pennigeriq; greges auium.

Criſtata Pacificus, Cantus Criſtatæ ſeruans, nocte vocabat auis.

Nidigena, à me dicitur, ea dictione qua vtitur Mantuanus.

Auriuaga Idem, Et genus auriuagum, volucres.

Verſicolor Fauſtus, Et liquido cantu verſicoloris auis.

Vagans Tibul.lib.1.Paſſimq; vagãtes Dulce ſonãt tenui gutture carmen aues.

Vocalis Theod.Videntur enim auibus illis eſſe perſimiles, quas vocales.

## A V L A.

Vacua Horat.lib.4.Et vacuam patefecit aulam.

Nitida Ouid.lib.11.Oderat hic vrbes, nitidaq; remotus ab aula.

Sublimis Seneca, Fraus ſublimi regnat in aula.

Venerabilis Pamph.Cæſaris excelſi venerabilis aula ſuperbit.

Magnifica Quint.Scalis celebrata decentibus, aulis Magnificis decorata.

Clara Claud.Stamine fatorum claram ſubrepſit in aulam.

Prædiues Idem, Sacraſq; fores prædiuitis aulæ.

Paludata Idem, Iure paludatæ iam curia militat aulæ.

## A V L AE A.

*Aulæa, dicuntur tapetes, quibus ornantur aulæ, reperta primum ab Attalo Aſiæ rege.*

Superba Verg.lib.1.Aen.Aulæis iam ſe regina ſuperbis.

Suſpenſa Horat.lib.2.Serm.Interea ſuſpenſa graues aulæa ruinas.

Attalica Propert.lib.2.Porticus aulæis nobilis Attalicis.

Babylonica Mart.lib.8.Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbe.

Variata Quint.Non tibi multiiugi deerunt aulæa coloris Materiis variata.

Pendentia Mant.Textus in aulæis circumpendentibus author.

Picta Idem, Picta tegant aulæa domos.

Sarrana Iuuen.Sat.10.Et pictæ Sarrana ferentem. Ex humeris aulæa togæ.

Purpurea Verg.lib.3.Georg.Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Barbara Mant.Barbara cur nitidos velant aulæa penates.

Pendula Idem, Pendula ſuſpendat paries aulæa.

## A V L I S.

*Aulis ciuitas eſt & portus Bœotiæ, in quo Græci oẽs ſub Agamemnone cõiurarunt de excidio Troiæ. Dido apud Verg.li.4.Aen.Non ego cũ Danais Troianã excidere gẽtẽ Aulide iuraui.*

Piſcoſa Oui.li.12.Met.Bœotaq; tellus Aulide piſcoſas puppes tenuiſſet ituras.

Euboica Idem lib.13.Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ.

Hecateia Stat.in Achill.Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis.

Cadmæa Mant.Cadmæam ſunt qui veniſſe putarint Aulida.

AVLON



## A V L O N.

Fertilis Martialis, Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon.

## A V R A.

Tepens Verg.lib.2.Georg.Parturit almus ager, zephyriq; tepentibus auris.

Volucris Idem in Culice. Orbus epops mœret volucres euectus in auras.

Diffuſa Idem, in Battarum, Et mea diffuſas rapiantur dicta per auras.

Aetherea Idem lib.6.Aeneid.Te ſuper æthereas errare licentius auras.

Spirans Idem lib.9.Aethere ſe mittit, ſpirantes dimouet auras.

Fluens Lucan.lib.8.Spirat de littore Coo Aura fluens.

Liquida Idem lib.9.Diſſipat, & liquidas ſe turbine ſoluit in auras.

Aprica Colum.Candidus aprica zephyrus relegauerat aura.

Tenuis Lucret.lib.1.At contra tenues expromunt aeris auras.

Gelida Idem lib.3.Et gelidas citius per viſcera concitat auras.

Frigida Idem, Eſt & frigida multa comes formidinis aura.

Aeriæ Idem lib.4.Aerijs quoniam vicinum tangitur auris.

Petulans Lucret.lib.7.Interdum perſciſſa furit petulantibus auris.

Leuis Ouid.lib.1.Met.Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.

Rapida Idem lib.3.Met.Inde ruunt alij rapida velocius aura.

Vaga Idem lib.8.Modo quis vaga mouerat aura.

Tenera Idem lib.5.Triſt.vt tenera noſtris cedente volatibus aura.

Tumens Idem lib.5.Triſt. Aſpice, vt auara tumens fumoſè thure coortos.

Cita Idem in Epiſt.Terraſq; cita ratis attigit aura.

Facilis Idem, Parce, precor, facilemq; moue moderatius auram.

Salubris Idem lib.3.de Arte, Lenibus impulſæ zephyris, auraq; ſalubri.

Mobilis Idem, Accipienda ſinu mobilis aura veni.

Stridens Cæſar Germ.Stridentes auras, niueus quas procreat Hæmus.

Glacians Val.Flac.lib.4 Hinc boreæ cedens glaciantibus auris.

Dulcis Idem lib.6.Crudelis, tandem dulces iam caſſus in auras.

Clariſona Cic.in Orat.Hunc à clariſonis auris aquilonis ad auſtrum.

Crepitans Ruffus, Murmura diſcurrunt pariter crepitantibus auris.

Fumida Mart.Capel.Fumida quid thuricremis aura paret ſauillis.

Vitrea Idem, Hanc tenet & vitreis circumuolabilis auris.

Humida Calphur.Humida nam dulces efficit aura cibos.

Nubifera Pont.Quantum nubiferas fuerat ſublatus ad auras.

Mutabilis Idem, Mutabilis aura hos manent.

Arguta Idem, Concinis, argutæq; fauent concentibus auræ.

Fluitans Idem, Ipſa autem luna imprimis fluitantibus auris.

Frigens Idem, Quàm primum zephyri, frigentem exciuerit auram.

Fluida Mirandula, Cretenſis ſenior fluidas nec finderet auras.

Caduca Conradus, Quumq; reliquerit Auras caducas.

Circunflua Mant.Vndaq; quam gremio circunflua ſuſtinet aura.

Borealis Idem, Commemorant vbi trans Tanaim borealibus auris.

Stridula Idem, Ex linguis fugiens ardentibus aura Stridula.

Lubrica Mant.Sicut in abductos penetrat quum lubrica folles Aura.

Spirabilis Barthol.Spirabilis aura Effugit ad ſuperos,

Sublimis Fauſtus, Sublimem aerijs feriebam ſaltibus auram.

Iucunda Catullus, Iucundis zephyri ſileſcit auris.

Fœcunda Idem, Aura pati flores tepidi fœcunda fauoni.

Furioſa Muſæus, Qua flabant venti furioſis acrius auris.

Zephyrea Hieronymus Anger.Cantabam in ſyluis, aura zephyrea calores.

## A V R E S.

Flaccidæ Colum. Aureſq; flaccidæ, & ceruix cum capite aggrauata.

Rimoſæ Horat.lib.2.Serm.Et quæ rimoſa benè deponuntur in aure.
Patulæ Idem lib.1.Epiſt.Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures.
Cauæ Ouid.lib.12.Penetratq; cauas vox omnis ad aures.
Auidæ Idem lib.3.Faſt.Nos ea vix auidam vulgi captata per aurē Vidimus.
Bibulæ Architr.Auribus hortatus bibulis hauſiſſe peritos.
Curuata Sidon.Erectis ſenſibus, auribusq; curuatis ambiebamus.
Tenellæ Thomas Rad.Tenellas Calipſy chiæ aures vulnerat.
Acutæ Polit.Demirans aures tacitus tendebat acutas.
Cupidæ Augurel.Haurire cupidis nunc licebit auribus.
Senſiles Quint.Auremq; ſurdis ſenſilem.
Vigiles Stat.in Achil.Aſpicit intentum, vigiliq; hæc aure trahentem.
Pronæ Polit.Doctores pleriq; pronis auribus acceperunt.
Flaccæ Mant.Flaccis piger auribus herbam Olfacit.

## A V R I C V L AE.

Molles Horat.lib.2.Serm.Gaudent præ nomine molles Auriculæ.
Teneræ Stroz.filius, Et lana, & teneris mollior auriculis.
Bibulæ Perſius, Ne quicquam populo bibulas donaueris aures.

## A V R I G A.

Indocilis Syll.lib.8.Auriga indocilis totas effundit habenas.
Properus Verg.lib.12.Circumſtant properi aurigæ.

## *A V R O R A.*

*Aurora, eſt ſplendor ille ſoli præuius, qui noctem diſcutit, & reducit diem. Poetæ dicunt Auroram filiam fuiſſe Titanis ex terra: quidam non Titanis filiam ſed uxorem & matrem ventorum. Eadem Cephalum & Tithonium fertur adamaſſe. Ouid.in Epiſt. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora, timebam. Stroz.fil. Supprime lora, precor, ſis à ſeniore marito, In tenero Cephali ſuſcipiare ſinu. Stroz.pat. Inuidiſſe deos perhibēt quum mollia cano Oſcula Tithono culta puella daret. Propert lib.2. At non Tithoni ſpernens aurora ſenectam, Deſertum Eoa paſſa iacere domi eſt. Illum ſæpè ſuis decedens fouit in vlnis, Quàm prius adiunctos ſedula lauit equos. item, Cum ſene non puduit talem dormire puellam, Et canæ totiens oſcula ferre comæ. Quoniam autē conſurgit ab oriente, ſæpenumero capitur pro populis orientalibus. Clau.de laudibus Stiliconis, Confluxit populus, totam pater vndiq; ſecum Mouerat Auroram. Ex Tithono filium ſuſcepit Memnonem, quem Achilles interfec t apud Troiam.*

Pallida Verg.lib.1.Georg.Vbi pallida ſurgit Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Roſida Idem de Ortu ſolis, Roſida puniceo Palantias exit amictu.
Palantias Ouid.lib.4.Faſt.Poſtera quum cœlo montis Palantias aſtris.
Tithonia Verg.lib.9.Te potuit lachrymis Tithonia flectere coniunx.
Aurea Idem de Ortu ſolis, Aurea fulgebat roſeis Aurora capillis.
Humida Idem, Memnonis vt genitrix infecerit humida cœlum.
Præuia Idem, præuia flammiferi curſus Aurora rubebat.
Fulgida Idem, Surgit ab Oceano Tithoni fulgida coniunx.
Lutea Verg.lib.7.Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.
Eos, à Græcis dicitur aurora. Luc.lib.9.Stabant ante fores populi, quos miſerat Eos.
Roſea Ouid.lib.3.de Arte, Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ.
Pudoricolor Næuius, vt eſt apud Gell. Rubentē aurorā, pudoricolorem appellauit.
Purpurea Ouid.lib.3.Met.Nubibus eſſe ſolet, aut purpuræ Auroræ.
Thaumantis Ouid.lib.11.Morphea qui peragat Thaumantidos edita ſomnus.
Leucothoe Ouid.lib.3.Faſt.Leucothoe Graijs, matuta vocabere noſtris.
Matuta Idem, Hac vbi luce ferunt Matutæ ſacra parenti.
Palantis Idem lib.6.Faſt.Palantide victus eadem.
Clara Stat.lib.6.Theb.Clara laboriferos cœlo Tithonia currus Extulerat.
Pallens Stat.lib.6.Theb.Vigileſq; deæ pallentis habenas.





Alma Idem lib.1.Syll. Nec ſi alma per auras Te potius prenſa veheret Tithonia biga.
Candida Tibull.lib.1.Luciferum roſeis candida portet equis.
Lucifera Mart.lib.11.Luciferæ pariter venit ad aſtra deæ.
Diues Claud.Diuitis Auroræ ſolum, ſortemq; paratam.
Fulgens Seneca, Iam vaga cœlo ſydera fulgens Aurora fugat.
Culta Stroz.pater, Oſcula Tithono culta puella daret.
Formoſa Idem, Oceaniq; Aurora thorum formoſa reliquit.
Pulchra Mant.Poſtremò quam pulchra ſuos Aurora colores Explicat.
Rubens Mant.Nondum manè rubens pulchros Aurora colores Indueret.
Rutilans Idem, & caſium rutilans Aurora acumen Luce colorabat crocea.
Alba Idē, Sed quū iā lucifer albæ Nuncius Auroræ claro ſe attolleret ortu.
Flaua Fauſtus, Inde vbi flaua rubet tenebris Aurora fugatis.
Rubicunda Mant.Rubicunda colorat Lactantes Aurora genas.
Vnigena Catull.Vnigena impellens nutantibus aera pennis.
Rubra Propert.lib.3.Quos Aurora ſuis rubra colorat equis.
Splendida Muſæus in Leandro, Splendida quæ nunquā ſurgens Aurora videbat.
Parens Memnonis. Ouid.lib.1.Eleg.Non illa parentum Memnonis in roſeis, &c.

## *A V R V M.*

*Plato ſuis legibus aurum & argentum ciuitate exegit, tanquam inuidioſam materiam, quæq; animos mortalium ad ſacrilegia perpetranda incitare poßet. Plinius ait, Aurum ad perniciem vitæ repertum. Odi ego aurum, inquit Plautus ſenex, Multa multis ſæpe ſuaſit perperam. Interrogatus Diogenes, cur aurum eſſet pallens? Quoniam, inquit, multos habet inſidiatores. Propert. lib.3. Auro pulſa fides, auro venalia iura. Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor, Propertio ſuccinit Apuleius, dicens, Nunc iudices ſententias ſuas precio nundinantur.*

Flauum Ver.lib.1.Aen. Aut vbi flauo Argentū Pariuſve lapis circundatū auro.
Fuluum Idem lib.7.Fuluum mandunt ſub dentibus aurum.
Regale Horat.in arte, Regali conſpectus in auro nuper & oſtro.
Coruſcans Apul. Et nunc aurum coruſcans in mellis leuem deprimitur vmbram.
Fulgens Idem, ad iſtum planè modum fulgente auro decoratum.
Monetale Idem, Auro monetali zonis refertis incincta.
Obryzum Mant.O lapis obryzo longè precioſior auro.
Micans Ouid.lib.9.Met. Clara micante auro, flammaſque imitante pyropo.
Nitidum Idem lib.9.Cornua cum ſpicis nitido flauentibus auro.
Fuſile Ouid.lib.11.Met.Fuſile per rictus aurum fluitare videres.
Clarum Ouid.lib.14.Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro.
Solidum Idem lib.3.Eleg.Eruimus terra ſolidum pro frugibus aurum.
Exitiale Stat.lib.4.Hoc aurum vati fata exitiale monebant.
Fatale Idem, Sic eriphilæos aurum fatale penates.
Lydum Stat.lib.5.Syl.Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro.
Nobile Idem lib.5.Syl.Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum.
Diues Tibull.lib.1.Tu mihi iurabas nullo te diuitis auri Pondere.
Gemmatum Mant.lib.5.Gemmatum Scythicis vt liceat ignibus aurum.
Rutilum Claud.Ditabat rutilo, quicquid Mida tangeret auro.
Purum Pont.Per ramos, purumque excoctis montibus aurum.
Fulgurans Thomas Rad. Argenti clari, fulgurantiſque auri ſupellex Extitit.
Cæcum, ab effectu. Marull. Aut cæci deſiderijs infamibus auri.
Radians Stroz.pater, Sed caue ne pictis radians laquearibus aurum.
Nitens Pamph. Auro fibula circuit nitente.
Precioſum Pallad.Soranus, Sed te ſola fides precioſo dignior auro.
Callaicum Mart.lib.4.Nec quæ Callaico limantur auro.
Dalmaticum Idem, Dalmaticum ſuperes aurum, Scythicoſque lapillos, Stat.lib.1.

Syl.Robora Dalmatico lucenti ſatiata metallo.
Terſum Mant.vt ſolet in vaſis terſo rutilantibus auro.
Rutilans Idẽ, Sicut Hyperboreis Rutilãs in vallibus aurum Murice cõſpicuus.
Illuſtre Remaclus, Aſſidet illuſtri mulier ſpectabilis auro.
Blandum Architrenius, Et quæ pallidior blando crocus induit auro.
Canalitium, aurũ dicitur in puteis effoſſum. Nã canales venarũ vagantur per ſaxa.
Inuidioſum Socrates apud Theod. Aurum & argentum vbique, & in ſacris locis.
Specioſum Textor, Illa tuum quamuis ſpecioſo pulchrius auro.

AVSONIA.

Italia, Italia ab Auſonio Vlyſſis [illegible] lio dicta à [illegible] nes Auſo- nij, Auſo- nides dicũ tur Itali.

Diues Syl.lib.4.Trahit vndique lectum diuitis Auſoniæ iuuenem.
Armipotens Stat.lib.3.Syl.Nobilis Auſoniæ celer armipotentis alumnus.
Superba Bapt.Egn. Scilicet hæc regnũ domitrix, vindexq; ſuperbæ Auſoniæ.

AVSONII.

Antiqui Verg.lib.11.O fortunatæ gentes, Saturnia regna, Antiqui Auſonij.

AVSPEX.

Prouidus Horat.lib.2.Carm.Ego quid timebo prouidus auſpex.

AVSPICIVM.

Vanum Propert.lib.1.Obſtupuit vano credulus auſpicio.

*AVSTER.*

Auſter pluuiarũ pincerna.

*Auſter uentus eſt meridionalis nebuloſus, & humectus, qui aliter dicitur Notus. Certum eſt, hunc ventum exitialem eſſe & morboſum. Propterea ſæpenumero flare ſolet in autumno. Beatus Hieronymus Auſtrum appellat, pincernam pluuiarum, quòd conciliator ſit pluuiæ Hippocrates ſcripſit. Auſtros hebetare auditum, caliginem obducere, corpora diffundere, ac pigriora facere, itemq; caput aggrauare. Auſter, inquit Galenus, natura calidus atque humidus eſt, vnde & caput opplet, & ſenſuum opificia madefacit, caputq; aggrauat.*

Humidus Claud.Meſſeque ferat nunc humidus auſter.
Frigidus Verg.lib.4.Georg. Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat auſter.
Nubilus Verg.in Aetna, Siue introſus agunt nubes, & nubibus auſter.
Pronus Verg.in Aetna, Haud aliter quàm cum prono iacuere ſub auſtro.
Furens Idem lib.2. Aen.In ſegetẽ veluti cum flãma furẽtibus auſtris Incidit.
Fallax Idem lib.5.Aeneam credam, quid enim fallacibus auſtris?
Turbidus Lucan.lib.1.Qualis cum turbidus auſter Reppulit à Lybicis, &c.

A Calabria flans.

Calaber Idem lib.5.Dalmatico Boreæ, Calabroq; obnoxius auſtro.
Rapidus Idem lib.6.Ioniumque furens, rapido cum tollitur auſtro.
Plumbeus Hor.lib.2.Serm.Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auſter.
Validus Idem lib.1.Epiſt.Nec ſi te validus iactauerit auſter in alto.
Pollens fulmine.Lucret.lib.5.Altitonans Vulturnus, & auſter fulmine pollens.
Pluuius Ruffus, Pluuios mox arguet auſtros.
Aquaticus Ouid.lib.2.de Pont.Exemploq; niuis, quam mollis aquaticus auſter.
Inſanus Ouid.lib.12.Dixit & inſani deiectam viribus auſtri.
Imbrifer Idem lib.13.Et quibus imbriferos verſa eſt Pachynus ad auſtros.
Fortis Ouid.lib.1.Triſt.Hæc precor euincat, propulſaque fortibus auſtris.
Præfrigidus Idem lib.4.de Punto, Et tepidus boreas, & ſit præfrigidus auſter.
Aeſtuoſus Plin.li.2.Grandines ſeptentrio importat, & corus, & auſter æſtuoſus.
Aeolius Syllius lib.1.Aeolijs candens auſtris & lampade Phœbi.
Stridens Idem lib.6.Sic tibi nigrantem torquens ſtridentibus auſtris.
Fumans Idem lib.12.Arua coquit nimium cancro fumantibus auſtris.
Inexorabilis Idem Syll.lib.16.Et notus, & boreas, & inexorabilis auſter.
Niger Stat.lib.5.Theb.Hinc Boreas, Euruſque illinc niger imbribus auſter.
Sæuus Idem lib.6.Cum pignora ſæuus Auſter, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.
Circumflans Idem lib.11.Circumflantibus auſtris, Alternus procumbit ager.





Vdus Stat.lib.1.Syl.Quas vdo Numidæ legunt ſub auſtro.
Humens Pont.Concipit humentes auſtros.
Lenis Val.Flac.lib.6.Lenibus alludit flabris leuis auſter.
Sonorus Claud.Taceat ſonorus auſter.
Madidus Idem, Quantum madidus tranſmiſerit auſter.
Torridus Sidon.Coxit quod torridus auſter Niliacum, Lybicumq; ſolum.
Luctificus Seneca, Non graui flatu tibi luctificus auſter.
Nebuloſus Idem, Non vbi hybernos nebuloſus imbre aduexit Auſter.
Madens Seneca, Auſtrum madentem ſiccat, & nymbos trahit.
Nymboſus Pont.Nymboſum tam ſæpe etiam delata ſub auſtrum,
Atrox Pont.Pelagoque atrox deſæuit & auſter.
Stridulus Pamph.Cum ſtridulus auſter Sæuit.
Præceps Sabell.Hic plaga præcipites qua torrida vergit ad auſtros.
Violentus Mirandula, Nec pluuijs auſter nimijs violentus inundat.
Calens Petrarcha, Arctoaſq; niues, auſtriq; calentis arenas.
Morbidus Idem, Nil ver dubium, nil morbidus auſter.
Noxius Mant.Diſce à Roma, ſi noxius auſter.
Africus Idem, Non Scythicus boreas illis, non Africus auſter.

A Mareotide Aegypti palude.

Mareoticus Idem, Hinc Mareoticus auſter, Caſpius hinc boreas.

A Garamantibus Africæ populis.

Garamas Idem, Littoraq; Heſperius Bethis Garamantibus auſtris Obijcit.
Libycus Idem, Barbara gens, Libyco quæ quondam erupit ab auſtro.
Procax Barthol.Carcere ab Aeolio, Boreamq; auſtroſq; procaces.
Nabathæus, à Nabathæa regione Arabiæ. Idem, Nabatheoſq; alligat auſtros.
Imbricus Plaut.Hic ſerenus Fauonius eſt, hic auſter imbricus.
Hybernus Tibul.lib.1.Aut gelidas hybernus aquas cum fuderit auſter.
Imbricitor Ennius, Concurrunt veluti venti, cum ſpiritus auſtri Imbricitor.
Proteruus Boetius, Illud proteruus Auſter totis viribus vrget.
Tepens Mant.Mittit ad Hetruſcos, auſtriq; tepentis ad axem.

AVSVS.

Fortis Syll.lib.3.En age, ſi quid ineſt animo par fortibus auſis.
Rapidus Idem lib.8.Exultat rapidis Nero non imitabilis auſis.
Præſtans Pont. Aſt alium inſignemq; animi, & præſtantibus auſis.
Stolidus Mant.Iam ſtolido temeraſſe auſu.
Nephandus Idem, Vt Phaetonta ferunt cecidiſſe nephandis auſibus.
Herculeus Idem, Herculeos excedere iudicat auſus.
Audax Idem, Obſtitit, & prius audaces compeſcuit auſus.
Validus Idem, Arma ferens tibi tam validis obſiſtere auſis.
Stupidus Architr.Flectit iter, ſtupidis, dubijſq; allabitur auſis.

A Diomede Græco in ſubeundis periculis audaciſſimo.

Diomedæus Claud.Et Diomedæis, tantum præclarior auſis.
Temerarius Teodor. Quod temerario quodã auſu ſeſe tempeſtatibus obiectarint.
Generoſus Muſæus in Leandro, Se traiecturum generoſo corporis auſu.
Grandis Mant.Viribus Alcidem referens & grandibus auſis.
Furialis Idem, Delectata viros furialibus incitat auſis.
Magnanimus Idem, Poſtea magnanimos auſus imitata parentum.
Proteruus Idem, Et temerè ciues immutare proteruis Auſibus.

AVTOLOLES.

Autololes Getuleæ populi.

Fugaces Claud.Repetunt deſerta fugaces Autololes.

AVTOLYCVS.

Fuit Autolycus Mercurij filius, qui proxima Parnaſo loca, furtis infeſtauit, Mart.li.8. Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Ingenioſus Ouid.11.Naſcitur Autolycus furtum ingenioſus ad omne.

AVTVMNVS.

Pampineus Verg.lib.2.Georg.Tibi pampineo grauidus autumno Floret ager.
Vinifer Idẽ de 4.tpib. anni, Vinifero autumno ſumma eſt tibi Bacco poteſtas.

Pomifer Idem, Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.
Grauidus Col.lib. 4. Vndiq; verſicoloribus pomis grauidus collat & autumnus.
Muſtulentus Apul. Cùm muſtulentus autumnus maturum colorem efflauerit.
Sordidus Ouid.lib.4.Faſt.Venerat Autumnus, calcatis ſordidus vuis.
Pallens Stat.lib.2.Syl. Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu.
Dis Idem lib.5.Syll. Ditemq; precatur Autumnum, & chartis gaudet redimita racemis.
Frugifer Ruſtus Feſt.Frugifer autumnus, ruet æthera concitus imber.
Frigidus Mant. Frigidus extremas autumnus in horrea fruges Miſerat.
Humidus Colum.Nec pluuium ſemper eſt ver, aut humidus autumnus.

## A X I S.

Verſatilis Vitr.Poſteriori aũt patre, tympano medio axis verſatilis eſt incluſus.
Sonorus Claud. Alteq; ſono ſtrident axe niues.
Feruidus Verg.lib.3.Georg.volat vi feruidus axis.

## A X O N E S.

Leues Lucan.lib.1.Et Bituri, longiſq; leues Axones in armis.

# B A B Y L O N.

Babylon triplex.

*TRiplicem fuiſſe Babylonem reperio, vnam Aſſiriam, aliam Libycam, tertiam Aegyptiam, quæ Nili Babylon vocata eſt. Herodotus ait, Aſſyriam conditã fuiſſe à Semiramide. Alij ſcriptores inſtauratam ſolum, factamq; duobus annorum milibus, priuſquàm regnaret Semiramis. Beroſus ſcribit eam à Saturno Beli patre fundatam fuiſſe, anno 131. poſt diluuium. Contrà Cælius Babylonem quendam ſapientiſſimum, Mœdi filium, eius autorem facit. Hac opinionum varietate relicta ſatis conſtat, Babylonem vrbem fuiſſe Meſopotamiæ, Chaldæorum metropolim, tantæ celebritatis, vt reliqua pars Meſopotamiæ, & Aſſyriæ, Babylonia ſit appellata. Fuit autem in uaſta planitie ſita, figura quadrata, circuitu trecenta & amplius ſtadia faciente. Vrbis conditor quicunq; fuerit, illud pro comperto eſt, à Semiramide inſtauratam fuiſſe, muriſq; bitumine ferruminatis decoratam, ducentos quidem pedes altis, quinquagenos latis, ita ut quadrigas inter ſe concurrentes, reciperent, turreſq; haberent trecentas, plures multo habituri, niſi aliqua ex parte paludes fuiſſent pro mœnibus. Cui tanto, tamq; portentoſo operi adhibita feruntur trecenta hominum milia.*

Amplitudo murorum Babylonis.

Superba Luc.lib.1.Cũq; ſuperba foret Babylon, ſpolianda trophæis Auſonijs.
Perſæa Luc.lib.6.Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretaq; Memphis.
Alta Idẽ li.4.Meta. vbi dr̃ altã Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.
Rebellis Quintian. Alta rebellis Sæpe fuit Babylon.
Potens Polit. Aut quæ ſic Babylonos texta potentis, Sollicita pingũtur acu.
Truculenta Pamph. Quid dubitas adhuc Babylon truculenta iacebit.
Semiramia Barthol.in Auſtriade, Inde Semiramiam ex alto Babylona recenſet.
Eximia Salm. Non huic Aegyptia Mẽphis, Non illi Babylon profuit eximia.
Antiqua Stat.lib.3.Syl.Bactra, ſacraſq; Antiquæ Babylonis opes.

Domita à Perſis.

A Perſis ſuperata ſæpius rebellis defecit.

Purpurata meretrix, ita dr̃ ab Hieronymo in Epiſtolis ſcribẽte: Cùm apud Babylonem verſarer, eſſemq; purpuratæ meretricis colonus. Epitheti ratio talis eſt. Cũ Xerxes Perſarũ rex Babylonios rebelles plerunq; probaſſet, parta aliqñ, vt prius victoria, inſtituit, & edicto cauit, ne in reliquum arma ferrent, ſed tibijs vterentur ſcorta alerent cauponæ indulgerent, & tunicis induerentur laxis, & fluẽtib. vt delicata illa mollitie omnium vires eneruarentur, fierentq; ſpadonibus fluxis euiratiores, vt eos hoc modo contineret in fide. Quod etiam Cyrus Lydis imperaſſe fertur. Alij dicunt Babylonicis mulieribus morem fuiſſe, cum hoſpitibus turpiter commiſceri, ad quos cum magno cultu purpuratæ commeabant, & fucatæ. Feruntq; pecuniam, quam ab ijſdem accepiſſent, ſacram Veneri fuiſſe.
Medamnis, à me dr̃, ꝙ media ſit inter duas amnes, Tygrim ſcilicet & Euphratem.

Portentoſa



Portentoſa Rad.Portẽtoſam Babylonẽ, Idumeã de vicino mõte Caſiu cõtuentẽ.
Magnifica Textor in Dialogis, Magnificę Babylonis opes, bimaréq. Corinthũ.

Portẽtoſa ab immani murorũ magnificentia.

## B A C C A.

Sylueſtris Idem lib.2.Georg.Et ſtrati baccis ſylueſtribus agri.
Sanguinea Idem, Sanguineiſque inculta rubent auiaria baccis.
Sicyonia Verg.lib.2.Georg.Venit hyens, teritur Sicyonia bacca trapetis.
Palladia Colu.Rutaque Palladiæ baccæ victura ſaporem.
Bicolor Ouid.lib.8.Met.Ponitur hic bicolor ſynceræ bacca Mineruæ.
Amara Ouid.lib.4.Met.Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris.
Turgens Nemeſianus, Nam dum Pallas amet turgentes ſanguine baccas.
Virens Stroz.fil.Membra hederæ folijs, baccaque ornare virenti.
Hederacea Corb.Non ſic vetuſtis bacca hederacea muris Adhæret.
Arborea Petrarcha, Paſcent nos auia baccis Arboreis.
Pinguis Mãt.Quid pingues oleæ baccas, quid munera dicã Matris Aethnææ?
Idumæa Verg.lib.3.Georg.Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Bacca fructus eſt oliuæ, palmæ, lauri, corni, myrti, & aliarũ id genus arborum.

A Sicyone vrbe Achaię oliuifera. Nã Palladi ſacra oliua.

Idumæa, abundans palmis.

## B A C C A G E M M A.

Conchea, ex conchis decerpta. Verg.in Culice, Conchea bacca maris.
Fulgens Pont.Collaque fulgentes variabant candida baccæ.
Gangetis Pont.Dona ferunt auro grauida, & Gangetide bacca.
Nitida Mirandula, Ludebant nitidæ per colla argentea baccæ.
Nereida Claud.Et varijs ſpirat Nereia bacca figuris.

A. Gange Indorum fluuio, in quo reperitur.

A Nereo Deo maris.

## *B A C C A R.*

*Baccar eſt herba radicis odoratæ, quæ à quibuſdam Nardum ruſticum appellatur. Odor eius cynamomo proximus. Ea auxiliatur contra ſerpentes, & capitis dolores, feruoreſq;. Valet item contra faſcinationes. Vnde Verg. in Buc. Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Inſeritur veſtibus gratia odoris, qui ſomnum gignit.*

Frondens Pont.Intinctumque croco, & frondenti baccare cinctum.
Viridis Fauſtus, Adde quod & viridi religatos baccare crines.

## *B A C C H AE.*

*Bacchæ, dicuntur Bacchi ſacerdotes & ſacrificæ, quæ eiuſdem ſacrificia noctu celebrant in Citherone, monte Bœotiæ. Alio nomine vocantur, Thyades, Mænades, Eleides, Mimallonides, Aedonides, Euthyades, Baſſarides, Triaterides, Aedoniæ, Thraciæ dicuntur Bacchæ, ab eiuſdẽ nominis monte, quod vinolenti ſunt Traces, & more Germanorum gloriam bibendo quærãt. Horat. Scyphis pugnare gratum eſt.*

Thebanæ Lucan.lib.5.Delphica Thebanæ referunt Triterica matres.
Cadmææ Seneca, Iam Cadmæis inclita Bacchis, Aſpra die dumeta rubent.
Mimalloniæ Mant.Vina Mimalloniæ vobis dant Cretica Bacchæ.
Ogygiæ, id eſt, Thebanæ, Bartholinus, Ogygiæ celebrant repetita triẽnia Bacchæ.
Sæuæ Prop.lib.3.Penthea non ſæuæ venantur in arbore Bacchæ.
Aedoniæ Hor.lib.2.Carm.Non ego ſanius bacchabor Aedonius.

A Cadmo regẽ & Mimalloniæ monte.

Ab Ogyge Thebarum rege.

## B A C C H V S.

Liber Verg.in Buc.Liber pampineas inuidit collibus vmbras.
Mitis Verg.li.1.Geor.Cui te lacte fauos, & miti dilue Baccho.
Lenæus Tibull.li.4.Odit Lenæus triſtia verba pater.
Odoratus Idem lib.4.Georg.Huius odorato radices incoque Baccho.
Mœonius Verg.lib.4.Georg.Cape Mœonij Carcheſia Bacchi.
Nocturnus, à ſacrificijs eius, quæ noctu fiebant. Idem, Nocturnique orgia Bacchi.
Nyctileus Grecè, i. Nocturnus Latinè. Ver. Venit Nyctileũ fugiẽs Cadmæis Agaue
Dulcis Verg.in Battarum, Dulci nanque tumet nondum viticula Baccho
Dator lætitiæ. Idem lib.1. Aen. Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
Nobilis Luc.lib.4. Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus.
Bromius Luc.lib.8.Et iuga tota vacant Bromio Nyſeia.

Macrob. ꝓbare cõtendit. Liberum patrem eundẽ eſſe cũ ſole, & Liberum dici, quod ſit vacuꝰ,

 Nyſius

Lenæus te ſte Donato, dr̃ Bacchus, q̃ le nit mẽtẽ. Huic contra dicit Seruiꝰ, deriuãs etymologiã à Grȩco verbo ληνου qđ ſignificat torcular, ſeu vas, ĩ quo exprimuntur vuȩ in muſtum.

Nyſius Colum. Quæq; tuas audax imitatur Nyſia vites.
Nyſęus Stat. lib. 4. Theb. Omnipotens Nyſæe pater.
Euchius, ab εὐχή, i. votum. Col. Sed iam maturis nos flagitat anxius vuis Euchius.
Echionius Paul. Rutil. primus Echionij palmes ſe iungere Bacchi nouit.
Thyrſiger Idem, Robora Thyrſigero platani concordia Baccho.
Semeleius Hor. li. 1. Car. Nec Semeleius Cum matre confundet Thyonæus prælia.
Thyoneus Val. Flac. li. 1. Biſtonas ad meritos cũ cornua ſæua Thyonęus Torſit.
Baſſareus Hor. lib. 1. Car. Non ego te candide Baſſareus inuitum quatiam.
Puer Semeles Idem, Thebanaq; iubet me Semeles puer.
Euhyus Idem lib. 2. Car. diſſipat Euhyus curas edaces.
Iocoſus Idem lib. 4. Inter iocoſi munera Liberi.
Inuerecũdus Idẽ in Epod. Vt inuerecũdus Feruidiore mero arcana prõpſerat loco.
Euan Luc. lib 1 Inde autumnus adit, graditur ſimul Euhyus Euan.
Armiger Apul. Ecce inquam Veneris hortatur, & armiger Liber.
Bis genitus Ouid. lib. 3. Met. Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi.
Generoſus Ouid. lib. 5. Metam. Poſtquam epulis functi generoſi munere Bacchi.
Semeleia proles. Ouid. lib. 5. Met. Delius in coruo, proles Semeleia capro.
Racemifer Ouid. lib. 15. Victa racemifero lynceas dedit India Baccho.
Corymbifer Ouid. lib. 1. Faſt. Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

A Nyſa vrbs Arabiæ, vbi educatus Bacchus.

Candidus Idem lib. 3. Faſt. Luciferis pueris candide Bacche tuis.
Ogygius Val. Flac. lib. 2. Ogygij quam nec Trieterica Bacchi Sacra.
Bicorniger Hor. Vt quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta Creditur.
Tener Idem lib. 3. Eleg. Ruricolæ Cereri teneroq; aſſurgite Baccho.
Aonius Ouid. lib. de Arte, Fertur vt Aonio concita Baccha deo.

Ab Echione rege Thebarũ, vbi colebatur.

Aemonius Ouid. lib. 2. de Rem. Ibat vt Aemonio referens Trieterica Baccho.
Marcidus Stat. lib. 4. Theb. Marcidus edomito bellum referebat ab Hæmo.
Inſanus Idem lib. 5. Theb. Inſano veluti Theumeſia Thyas Rapta deo.
Fulmineus Idem lib. 10. Ducite fulminei per vos cunabula Bachi.
Semeleius Idem lib. 1. Syl. Latous vatum pater, & Semelius Euan.
Alumnus Dirces Idem, Aut mitem Tegeæ, Dirceſve hortabor Alumnum.

A Græco verbo θύω. id eſt, ſacrifico.

Rotator Idem lib. 2. Syl. Et tu Baſſaridum rotator Euan.
Intonſus Tibull. Solis ęterna eſt Baccho, Phœbeque iuuenta Intonſis.
Viridis Mart. lib. 13. Laſciuum pecus, & viridi non vtile Baccho.

A Baſſare veſte qua ĩduti erãt ſacrifici.

Validus Val. Flac. lib. 1. Valido ſpumantia pocula Baccho Sollicitant.
Sacer Idem lib. 5. Ipſe graui patera ſacri libamina Bacchi.
Audax Idem, Inde ne audacem Bacchum, nec Perſea.
Sæuus Idem lib. 7. Sæuus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula Deſerit.

A Corymbis vuis hederarum quib. coronabatur Bacchus.

Dionyſius Bapt. Pius, Pariterque Iouem Dionyſius adire Non timuit.
Viticomus Ruffus, Et cum viticomo crinem tondere Lyæo.
Oſyris Auſonius, Ogygiæ me Bacchum vocant, Oſyrim Aegyptus putat.
Iuuenis Seneca. Et tu Thyrſigera liber ab India, Intonſa iuuenis perpetuum coma.
Nitidus Idem, Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi.

Ab Aonia i. Bœotia, & Armenia, i. theſſala, vbi colebãt.

Mollis Pont. Ante focum molli ſolatur frigora Baccho.
Benignus Idem, Neque feras curru Bacche benigne leui.
Ignigena Thom. Rad. Bacchus qui & Cromius, Lyæus, Ignigena, &c.
Martius Marullus, Aeuoe impotenti, Thyrſo grauis alme, Dionyſeç, Martiæ.
Imberbis Idem, Eſto iuuentę flore perpetuo nitens, imberbis annis omnibus.
Hederiger Idem, Comam diffuſam animis Aeolij hederigeram.

Ab Iſmaro monte Thraciæ, vbi colebatur.

Precioſus Stroz. pater, Haud aberit precioſi copia Bacchi.
Iſmarus Pamph. Sax. Tympanaque Iſmarij ſollicitare Dei.
Roſeus Idem, Cur roſeum pingunt iuuenem te Bacche.





Cadmeius Idem, Cadmeius vrbis Inuictis Bacchus gentibus anguigenæ.
Pampineus Idem, Brixa pampinei lætiſſima munere Bacchi.

A Cadmo Thebanorum rege.

Blandus Conrad. Blando mea dum calebant tempora Baccho.
Rubicundus Idem, Spumet & plenis rubicundis vuis.
Calens Idem, Bacchi calentis ſubminiſtrans pocula.
Vitifer Crinitus, Dicamus bone vitifer.
Bryſęus, à Bryſæo oppido Bœotiæ, Crinitus, Tu Bryſęus, Hyaliſus.
Lesbous Michael Angl. Sumite Lesboo ſpumantia cymbia Baccho.

A Lesbo inſula, vbi optimum vinum naſcitur.

Eleeus Idem, Tuque coloratis Eleeu metuendus ab Indis.

Eleeus piꝰ pater, ab ἔλεος miſericordia

Vuifer Idem, Corycides colitis nymphæ, tuque vuifer Euan.
Thyrſifer Mant. Feſtaque Thyrſifero celebrarit Græcia patri.
Vitiſator Idem, Vitiſatorque pater miti deluſus Iaccho.
Dircæus, i. Thebanus. Mant. Dircæo licet hæc gloria Baccho.
Belliger Idem, Belliger extremas duce me tulit arma per vrbes Bacchus.
Racemipotens. Calentius, Cuique racemipotens ſtat Deus ante fores.
Corniger Bartholinus, Vbi corniger Indo Bacchus campineis ornauit tempora vittis.
Taurominitanus. Idem, Taurominitani Irbauit pocula Bacchi.
Lætificus Priſcianus, Lætifico triſtis non miſcet pocula Baccho.
Spumans Fauſtus, Spumanti prodigia Baccho Cynnama commiſcens.
Lyæus Idem Fauſtus, Diffuſoque comes crine Lyæus erat.
Ebrius Architrenius, Aut Bacchus preſſa vomit ebrius vua.
Peruigil Seneca, Baccoque nox ducenda peruigil datur.
Brumus, ab eiuſdem feſtis, quæ Romani Brumalia vocabant.
Agenoreus Stat. in Achil. Lucus Agenorei ſublimis ad orgia Bacchi.
Effœminatus Theod. Cyr. Bacchum quoque mollibus ac ſolutis membris.
Semiuir Idem, Hunc quoque diuinitate dignati eſtis, quãquam mollem, ſemiuirum.
Sebadius. Nam Thraces Bacchum magnifica religione celebrant, quem Sebadium vocant.
Taurophagus, quod dithyramborum poetis in victoria daretur bos.
Philœnus, id eſt, amator vini, quod vino indulgeret largius.
Morychus, à Græco verbo μορύσσειν, i. polluere.
Milichius, à milichis, i. ficis, qui ficum ab eo inuentam opinantur.

Siculi in vindemijs faciẽ Bacchi muſto tingebãt, & ficis.

## B A C V L V S.

Nodoſus Pont. Nodoſo incumbens baculo, & ſtans imperat.
Teres Mant. Laſſa cutis tereti mala ſuſtentata bacillo.
Accliuis Michael Angl. Baculoque volutat Accliui innixus.
Agreſtis Ouid. lib. 15. Eſſe ſolet, baculumque tenens agreſte ſiniſtra.
Acernus Mant. Continuit greſſum, baculoque innixus acerno.

## B A I AE.

*Baiæ ciuitas Campaniæ, à Baio Vlyſsis filio nomen ſortita. Vbi ſunt aquæ calidæ, de quibus Pontanus duobus libris, quos Baias inſcripſit, latiſſime agit.*

Liquidæ Hor. lib. 3. Car. Seu liquidæ placuere Baiæ.
Amœnę Idem lib. 1. Epiſt. Nullus in orbe ſinus Baijs perlucet amœnis.
Tepentes. Syl. libr. 12. Docet ille tepentes, Vnde ferant nomen Baiæ, comitemque dediſſe.
Calentes. Sidon. Calentes & nunc Baiæ, & ſcabris cauernatim ructata pumicibus aqua.
Salaces Pont. Salaces refuge Marine Baias.
Fælices Idem, Felices Charitæo amante Baię.
Molles Idem, Quin molles iubeas valere Baias.

Vaporiferæ Stat.lib.3.Syl.Sine vaporiferas, blandiſſima littora, Baias.
Aeſtuantes Idem lib.4.Syll.Et æſtuantes ſeptem montibus admouere Baias.
Deſides Idem, Non tamen portu retinent amœno Deſides Baiæ.

Piſcis genus.

BALAENA.

Britannica. Iuuen.Sat.10.Quanto delphinis balæna Britannica maior.

BALISTA.

Torta Lucan.lib.2.Tortaq; per tenebras validis baliſta lacertis.
Phocais Syl.lib.1.Phocais effundit vaſtos baliſta molares.
Ferrea Quint.Non ſatis in mortem fuerat baliſta rotalis Ferrea.

BALNEVM.

Tenebroſum Mart.lib.1.Redde lupi nobis, tenebroſaq; balena Grylli.
Dulce Pont.Quæ dulcia modo Balnea petiſtis.
Venuſtum Idem, Dulces balneolæ, venuſtulæq;.
Mulcens Thomas Rad.Quid mulcentia balnæa, vaporoſos fontes.
Sudans Quint.Balnea ſi calidis quæras ſudantia thermis.

*BALSAMVM.*

*Balſamum arbuſcula eſt aromatica, cuius lignum xylobalſabum, ſuccus opobalſamum dicitur. Plin.lib.12.Omnibus, inquit, odoribus præfertur balſamum, uni terrarum Iudææ conceſſum. Producitur & in valle Syriæ, arbore mali Punici magnitudine, ramis multis, folio rutæ ſimili, candido, tamen & perpetuo uirente, fructu ſimili terebintho. Hæc arbor ſuſtinet ſe ſine adminiculis. Trima iam fructifera eſt, proceritatem habet duorum cubitorum. Vnguentum balſamum viris conuenire ſcribit Martial, quum Aſſyria unguenta magis deceant mulieres. Sic autem ait, Balſama me capiunt, hæc ſunt unguenta uirorum, Delicias Nini uos redolete nurus. A balſamo adiectiuum balſameus. Lactan.de Phænice, Vnguine balſameo, myrrhaq;, & thure ſoluto Condidit.*

Sudans Verg.li.2.Georg.Quid tibi odorato referam ſudantia ligno Balſama?
Geniale Apul.Et geniali balſamo guttatim excuſſo conſpergebant plateas.
Spirans Claud.Spirent irriguæ ſpirantia balſama venæ.
Odorum Stroz.fil.Sponteq; odora tui ſudabunt balſama campi.
Luxurioſum Pamph.Saxus, Balſama quo nobis luxurioſa fluant.
Mite Cor.Gallus, Mitia odorifero diſtillant balſama ligno.
Fragrans Architrenius, Super fragrantia morum, Balſama delimat.
Sacrum Idem, Lachryma felix, noſtræ ſacra balſamus aræ.
Redolens Bernard.Dum reparasq; toros, redolentia balſama ſparge.

BALTHEVS.

Sutilis, ideſt, compactilis & conſutus. Verg.li.12.Tegitur qua ſutilis aluo Baltheus.
Pictilis Apul.Plenis argenteis, & pictilibus baltheis exornata.
Cærulus Val.Flac.lib.1.Qua cærulus ambit Baltheus.
Aſper Idem lib.5.Quem baltheus aſper Subligat.
Pendulus Sidon.Apoll.Penduli ex humero balthei.
Auratus Seneca, Aurato religans illa baltheo.
Signifer Pont.Inde manent infixa locis, quæ baltheus ambit Signifer.
Diſcolor Thom.Rad.vbi diſcolor ille Baltheus.

BARATHRVM.

Immane Verg.lib.8.Superq; immane barathrum Cernitur.
Imum Colum.Et imum Concutiens barathrum lētæas terruit vndas.
Tartareum Stat.lib.1.Theb.Da tartarei regina Barathri.
Cæcum Idem lib.5.Syl.Cæco gemeret mors clauſa Barathro Longius.
Abruptum Catullus, Aeſtus in abruptum detulerat barathrum.
Infernum Val.Flac.lib.2.Inferni qualis ſub nocte barathri Accubat.
Ferale Claud.Iam quæcunque latent ferali monſtra barathro.
Stygium, à Styge inferorum palude. Marulus, Mergere nos Stygio barathro.

Præceps



Præceps Mant.Fitq; ingens domus vmbrarum, præcepsq; barathrum.
Tetrum Mirandula, Innumera tetri metuunt quem monſtra barathri.
Irremeabile Lodouicus, Nec Venus in barathrum trahet irremeabile Lethes.
Nigrum Cleophilus, Ventum erat ad nigri ſqualentia tecta barathri.
Ferum Quint.Alios barathrum mergit abſorptos ferum.
Palodoſum Michael. Angel.Dura paludoſo reddentes iura barathro.
Squallens Mant.Vt fuit incluſus tandem ſquallente barathro.
Opacum Idem, Mergat opes, barathroq; nefas abſcondet opaco.
Caligans Idem, In tenebris lateat ſub caligante barathro.
Triſte Idem, Intrat ad humentes vmbras, & triſte barathrum.
Horrendum Bartholinus, Arbiter, horrendiq; Hecate regina Barathri.
Latum Augurell.Præcipites latum in barathrum quandoq; ferantur.
Voraginoſum Textor, Intrauit barathri voraginoſi Squallentes tenebras.

BARBA.

Prolixa Ver.in Buc.Hirſutumq; ſupercilium, prolixaq; barba.
Impexa Idem lib.3.Georg.Stiriaq; impexis induruit horrida barbis.
Mœſta Luc.lib.2.Paſſus erat mœſtamq; genis inſcribere barbam.
Mollis Lucret.lib.5.Et pariter mollem malis dimittere barbam.
Hirſuta Ouid.lib.13.Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam.
Propexa Idem lib.1.Faſt.Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.
Hiſpida Syll.lib.13.Stant aures, ſummoq; cadit barba hiſpida mento.
Aſpera Calphurnius, Quibus aſpera mento Barba iacet.
Hirta Sidon.Barba concauis hirta temporibus.
Fœda Seneca, Quàm fœda iacet barba, præſtetur fides.
Horrida Stroz.pat.Pectoris indicium licet horrida barba ſeueri Præbeat.
Fruticans Conrad.Squallido vultu, & fruticante barba.
Comans Mant.Corpora & ardentes oculos, barbamq; comantem.
Rigida Idem, Dentibus ora putes, rigidaq; horreſcere barba.

BARBARIA.

Inhumana Ouid.lib.3.Triſt.Inter inhumanæ nomina barbariæ.
Ferina Idem lib.5.Omnia barbariæ loca ſunt, vocisq; ferinæ.
Diſſona Claud.Quæ diſſona ritu Barbaries.
Furens Marullus, Virtus furentem barbariem vince.
Horrida Conrad.Dum fugit horrida morum Barbaries.
Cruda Quint.Cruda vbi barbaries & barbarus infremit horror.
Fera Cantalycius, Sed fera barbaries caſtris perculſa relictis.
Atrox Bapt.Pius, Horrida ruſticitas, feritas inamabilis, atrox Barbaries.
Scelerata Mant.Nihil illæſum ſcelerata reliquit Barbaries.
Aſpera Idem, Penitusq; euulſa receſſit Aſpera Barbaries.
Immanis Cic.Vobis adiutoribus, iſti immani atque intolerandæ barbariæ reſiſtemus.

BARBITOS.

Inſtrumētū eſt muſicum, ab Alcæo poeta Lesbio Lyrico.

Lesboa Horat.lib.1.Carm.Lesboum refugit tendere Barbiton.
Facilis Claud.Terpſicore facilem laſciuo pollice mouit Barbiton.
Multiformis Mart.Capella, Quæ multiforme ſcitis cire Barbiton.
Querula Polit.Ad querulam docto Barbiton ore canit.
Venuſina Idem, Vt Venuſina tibi barbitos aſtupeat.
Multichordis. Marul.Barbiton in breue multichordem.
Canora Conrad.Te vocat & canora barbito.
Niuea Idem, Quæ tu mox niuea pangere Barbito.
Mollis Idem, Barbito molli cecini frequenter.
Aeolia, à Sopho lyrica. Augurell.Expreſſa Aeolia carmina barbito.

Ab Horatio venuſino Lyrico.

Aurea

Aurea Crinitus; Aptabam fidibus barbiton aureum.
Aonia Idem, Aſſume Aonium Boſphore barbiton.
Dulcis Quint. Dulcia Strymonij vicerunt barbita vatis.
Sonora Pallad. Soran. Barbiton quæ iam poſuit ſonoram.
Arguta Fauſt. Siue fides tetricas, argutaq; barbita pulſet.
Lesbia Mant. Seu Lesbia pulſas Barbita.

B A R C E.

Barce vrbs Lydiæ.

Arida Diſſidet occiduis quod Gadibus arida Barce.

B A R D O C V C V L L V S.

Lingonicus Mart. li. 1. Vilis contaminat vnco Vrbica Tyrianthina bardocu cullus.

B A R I V M.

Bariū oppidum Italiæ.

Piſcoſum Horat. Sat. 5. Bari mœnia piſcoſi, de hinc gratia limphis.

B A R R H V S.

Barrhus dicitur elephas, a ſonitu.

Marmaricus Sidon, Roſtris marmarici dedere barrhi.
Vaſtus Stroz. filius, Acrius exultans vaſtos in prælia barrhos.
Lybicus Bapt. Pius, Ille cutem Lybici per ſordida vulnera barrhi.
Niger Horat. Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barrhis.

*B A S I L I S C V S.*

*Eſt baſiliſcus ſerpens, candida in capite macula, uelut diademate quodam ornatus acutiſſimum habet caput, os rude, oculos & colorem ad nigredinem vergentes. Palmum non excedit, ſolo tamen halitu ſerpentem quamlibet magnum ſuffocat, tanta eſt ueneni acuitate. Eum ſiquis uel baculo attigerit, paulò poſt moritur. Sibilo omnes fugat ſerpentes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, ſed celſus, & erectus in medio incedens. Necat frutices, rumpit ſaxa, non cōtactas modo uerum & afflatas exurit herbas. Huic tamen exitio eſt muſtelarum virus. Eius cauernis illatum hominem ſi inſpiciat, ſolo intuitu perimit. Habitat in ſolitudinibus Africæ. De baſiliſco Lucan. li. 9. ſic inquit: Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes, Ante uenena nocens, latè ſibi ſubmouet omne Vulgus, & in uacua regnat baſiliſcus arena. Mant. Natus in ardenti Lybiæ baſiliſcus arena, Vulnerat aſpectu, luminibusq; necat.*

Fnnereus Pamphilus Saxus, Funereus Libyca veluti baſiliſcus arena.

B A S I V M.

Blandum Bapt. Pius, Mox amor, vt matri baſia blanda feret.
Luctans Mart. lib. 4. Merſusq; vadis lactantia carpſi Baſia.
Laſciuum Idem lib. 11. Te ſpectante dat nobis laſciua miniſter Baſia.
Aureolum Pont. Aureolumq; dedit dux mea baſioum.
Mordens Polit. Mordente preſſa baſio.
Dulce Codrus Vrceus, Corneli, tibi dat cantanti dulcia Clio Baſia.
Lætum Calent. Inter ſollicitas baſia læta manus.
Mite Corn. Gallus, Dat columbatim mitia baſia.
Noxium Polit. Fuge tu, ſunt noxia baſia, in ipſis. Multa venena labris.
Poſcinummium. Apul. lib. 10. Tunc exoſculata preſſule, non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretriciū poſcinummia, vel aduectorum negotinūmia.
Preſſum Mart. Baſia da nobis Diadumene preſſa. Quot? inquit.

B A S S A R I D E S.

Entheæ, ideſt, diuinæ, & Deo plenæ: ſunt enim, vt iam diximus, ſacerdotes Bacchi, Sidon. Rotat Enthea thyrſum Baſſaris.
Tremulæ Idem, Et tremulas in furore feſto ire Baſſaridas.
Vagæ Quint. Exagitante mero, vaga Baſſaris inflat hiatu.

B A T A V I.

Truces Lucan. lib. 1. Vangiones, Batauiq; truces.
Auricomi Syll. lib. 3. Iam puer auricomo perſomidate Batauo.
Feroces Bapt. Egn. Contra autem fortem Phryſium, Batauumq; ferocem.
Indomiti Barth. Littora & indomitos Rheno claudente Batauos.

BA-



*B A T H Y L L V S.*

*Fuit bathyllus puer admodum ſpecioſus, Anacreontis poetæ delicium, vt prius diximus. Ioan. Spinellus Mutinenſis, Nunc hic quem Samium dicunt arſiſſe Bathyllum, Viciſſet Lyrici Teia Muſa ſenis.*

Samius, ex Samo inſula. Horat. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo.

B A V C I S.

Pannutia, ideſt, vilibus pannis induta. Perſius Sat. 4. Dum nec deterius ſapiat Pannutia Baucis.

B E L G AE.

Armiferi Stroz. fil. Vt latium armiferos Belgas animaret in orbem.
Audaces Bapt. Egn. Audaces Belgas, & torto crine Sicambrum.
Pugnaces Mant. Tibi pugnaces gens aſpera Belgæ.
Crudi Idem, Atque obſcœna Venus crudiq; ferocia Belgæ.

*B E L I D E S.*

*Danaus Beli filius, filias habuit 50. quæ totidem Aegiſthi filiis nupſerunt. Factaq; ſimul coniuratione, omnes maritos vna nocte occiderunt, præter Hypermeſtram, quæ Lynceo viro pepercit. Propter quod flagitium, perforatis vrnis aquas apud inferos æternū hauriunt. De his Ouid. li. 4. Met. Moliriq; ſuis lethum patruelibus auſæ, Aſſiduè repetunt, quas perdunt Belides, vndas. Idē in Ibin, Quæq; gerunt humeris perituras Belides vndas, Exulis Aegyſthi, turba cruenta nurus. Tibul. lib. 1. Et Danai proles Veneris quæ numina læſit, In caua lethæas dolia portat aquas. Pamph. Sax. Et nunq̄ captas captabunt Belides vndas, Turba maritali pernicioſa nece.*

Danai puellæ. Horat. lib. 3. Carm. Dum grato Danai puellas carmine mulces.
Impiæ Idem, Impiæ ſponſos potuere duro Perdere ferro.
Sceleſtæ Idem, Socerum, & ſceleſtas falle ſorores.
Danaides, Danai filiæ. Seneca, Vrnasq; fruſtra Danaides plenas ferunt.
Miſeræ Cleophil. Luduntur miſeræ perituris Belides vndis.
Iniquæ Fauſt. Præbuit infandæ Belis iniqua neci.
Cruentæ Seneca, Nunc nunc cruentæ regis Aegyſthi nurus.

*B E L L A R I A.*

*Bellaria dicuntur cibi ſecundæ menſæ, qui apponuntur ad irritandam gulam. Vocantur à Grecis tragemata & pemmata, authore Gellio. lib. 13. Noctium Atticarum.*

Mellita Varr. apud Gell. Bellaria ea maximè ſunt mellita, quæ mellita non ſunt.
Adorea Stat. lib. 1. Syl. Iam bellaria adorea pluebant.
Attica bellaria, olim prouerbio fecerunt locum Plato apud Eraſm. Damnas & Attica bellaria, quæ videntur ad lauticias pertinere.
Epecla, dicebantur quæ poſt æclon, ideſt cœnam dabantur.

B E L L A T O R.

Fortis Vegetius, Qui & plures & fortes habuerit bellatores.
Eximius Plaut. in Bacch. Armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus.

B E L L O N A.

Bellona, dea belli, ſoror, & auriga Martis, multa gaudens ſtrage.

Turens Sabell. Diſcurrit Bellona furens, cui terror eunti It comes.
Tartarea Syll. lib. 5. Stridit tartareæ nigro ſub pectore diuæ.
Haſtata Stat lib. 2. Theb. Haſtataq; pugnæ Implicuit Bellona tubas.
Atra Idē li. 7. Regit atra iugales Sanguinea Bellona manu, longaq; fatigat.
Mauortia Val. Flac. lib. 2. Signumq; dedit Mauortia coniunx.
Vindex Claud. Scilicet in dubio vindex Bellona perpendit.
Implacabilis Idem, Tunc implacabile numen, Bellonam alloquitur.
Impia Calphurn. Dabit impia iunctas Poſt tergum Bellona manus.
Ardens Sidon. Thalamiq; refringit Plus ardens Bellona faces.
Triſtis Seneca, Sequitur triſtis ſanguinolenta Bellona manu.
Ferox Stroz. pater, Stat iuxta bellona ferox, terrorq; pauorq;.

Inferna

Inferna Augurell.Siue inferna virum cœtus Bellona fatiget.
Atrox Crinit.Atrox ſanguineam ſuſtulit Aegida Bellona.
Fera Quint.Vel fera me exagitet diro Bellona flagello.
Sęua Mant.Sæuaque depoſitis Bellona quieuerat armis.
Truculenta Idem,Bellona ſuopte Ingenio ſemperq; grauis, truculenta, minaxq;.
Criſtata Idem,Et Martis Bellona ſoror criſtata.
Fremens Idem,Ecce iterum Bellona fremens grauat Aegida pectus.
Turbida Remaclus,Nec bellona regit turbida Martis equos.
Aſpera Cantalycius, Aſpra ſuos toties vbi iam Bellona cruores Sparſerat.
Horrenda Barth.Triſtique horrenda flagello Deſæuit Bellona animis.
Sanguinea Brixius,Sanguinea excurrit Bellona vtrumque per agmen.
Sordida Claud.Bellonã alloquitur, quæ ſanguine ſordida veſtẽ Illyricis, &c.

## *BELLEROPHON.*

Bellorophõtis pudicitia.

*Bellerophon filius fuit Glaucis regis Corinthiorum, qui quum à Stenobœa, uxore Prœti Arginorum regis efflictim adamaretur, nullis tamen precibus induci potuit, ut cum ea ſtuprum committeret. Itaque dolore repulſæ indignata illa, adoleſcentem quamuis innocẽtem viro accuſauit, qui tamen eundem domi voluit interſici: ſed litteras ad Iobatem ſocerum dedit, quibus interſiciendi Bellerophontis negotium dabat. Iobates in vltionem criminis Bellerophontem ipſum ad ſuperandam Chimeram miſit, vt prætextu memorabilis pugnæ interiret. Sed longè aliter contigit. Superato enim monſtro, laudem retulit ampliſſimam.*

Caſtus Hor.lib.3.Car.Falſis impulerit criminibus nimis Caſto Bellerophõti.
Tetricus Ouid.lib.2.Triſt. Nam quid de tetrico referam domitore Chimeræ?
Iſthmiacus Mant.Iſthmiaco iuueni præda Chimera fuit.
Proles Glauci Mant.Nec adeſt Glauci certiſſima proles.

## BELLVM.

Triſte Verg.lib.7.Aen.En perfecta tibi bello diſcordia triſti.
Funeſtum Idem in Battarum,Miles vt accipiat funeſti præmia belli.
Horridum Idem lib.6.Aeneid.Bella horrida bella, Et Tibrim multo ſpumantẽ.
Mortiferum Idem,Mortiferumque aduerſo in limine belli.
Lachrymabile.Idem lib.7.Siue Getis inferre manum lachrymabile bellum.
Crudele Idem lib.11.Graditur bellum ad crudele Camilla.
Durum Luc. libr.5. Partem tibi Gallia noſtri Eripuit, partem duris Hiſpania bellis.
Dirum Verg.lib.11.Dirum execrantur bellum, Turnique Hymenæos.
Diſcors Ouid.lib.9.Diſcordia Thebę Bella mouent.
Exitiale Syl.lib.11.Arma reponenda, & bellum exitiale cauendum.
Nefandum Vergil.lib.12.Hoc caput, ò ciues, hæc belli ſumma nefandi.
Infandum Claud.infandis iterum terras accendere bellis.
Impium Lucan.lib.1.Impiaque in medio peraguntur bella ſenatu.
Flagrans Mant.Emerſura breui flagrantia bella per orbem.
Ferale Lucan.lib.7.Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen, Exilijt.
Fugax Idem lib.8.Pugna leuis, bellumque fugax, turmæque vagantes.
Immane Idem lib.9.Erexit montes, bellumque immane deorum.
Sæuum Idem lib.10.Temerè omnia ſæui Inſtrumenta rapit belli.
Lachrymoſum.Horat.lib 1.Carm.Hic bellum lachrymoſum in Perſas. &c.
Lugubre Idem lib.2.Car.Quis gurges, aut quæ flumina lugubris Ignara belli?
Acutum Idem lib.3.Carm. Et curæ ſagaces Expediunt per acuta bella.
Funebre Horat.lib.1.Epiſt.Ira truces inimicitiàs, & funebre bellum.
Ardens Suet.in Iulio Cæſare, Præmia flagitantes ardente tunc Africa bello.
Infauſtum Ouid.lib.14.Bella infauſta gerunt, multumque ab vtraque cruoris.
Aſperum Ouid.lib.2.Faſt.Laſſabant agiles aſpera bella viros.
Ferum Mart.lib.10 Pieria caneret quum fera bella tuba.





Martium Ouid.lib.3.Faſt.Finierant lachrymis Martia bella ſuis.
Irrequietum Ouid.lib.2.Triſt.Bellaq; cum multis irrequieta geris.
Miſerabile Idem in Epiſt.Sed timeo, quoties ſubiit miſerabile bellum.
Ferreum Idem ibidem, Ferrea ſanguinea bella mouere manu.
Forte Ouid.lib.1.de Remedio, Fortia Mæonio gaudent pede bella referri.
Acre Idem in Ibin, Et pede quo debent acria bella geri.
Atrum Syll.lib.3. Atro inuoluens bello Italiam.
Feruidum Idem li.8. Augebat curis lentendo feruida bella.
Furibundum Idem lib.4.Ceu bella leones Inter ſe furibunda mouent.
Furens Verg.lib.7.Obnixim quum bella furentia torquent.
Furiale Idem li.8.Impleuit terras voce, & furialia bella.
Rediuiuum Idem lib.10.Vmbræ ne Auſonie rediuiua in bella retractant.
Turbatum Idem lib.11.Cecinit fatale cruenti Turbati ſignum belli.
Rapax Idem ibidem, In patria liceat non exhaurire rapacis Impenſis belli.
Rapidum Idem lib.15.Pellæaq; littora bello Perfundit rapido.
Perfidum Stat.lib.10.Theb.Conſilia & monitus quum perfida bella vetarent.
Inteſtinum. Saluſt.Huic ab adoleſcentia bella inteſtina, cædes, rapinæ, diſcordia ciuilis grata.
Hoſtile Front.Sicq;, à domeſticis finibus hoſtile tranſtulit bellum.
Efferum Stat.lib.3.Theb.Quod ſi bella effera, Graios Ferre vetas.
Sanguineum Idem lib.5. Theb. Sanguinei mixtum ceu fontibus ignem Hauſiſſent belli.
Fluitans Idem lib.6.Theb.Talis eram campo belli fluitantis imago.
Trux Idem in Achil.Veſtras peruenit ad aures Fama trucis belli.
Luctiferum vocaui bellum, eadẽ forma, qua luctifer annus dicitur à Val.Flac.li.3.
Acerbum Val.Flac.lib.6.Argon.Aut belli quantum iam reſtat acerbi.
Flebile Claud.Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi.
Latrans Idem, Deficiunt ſepti latrantibus vndique bellis.
Rabidum Idem, Mirantur rabidis hoſtem ſuccumbere bellis.
Geticum Claud.Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
Barbaricum Idem, Barbarico Romana dedit diſcordia bello.
Refugum, quaſi rediuiuum.Sidon.Conſilia, & refugo laxauit mœnia bello.
Nefarium Cic.pro Milone, Cn.Pompeio nefarium bellum indixerat.
Miſerum Cic.pro Deiotaro, Ad eũ igitur rex Deiotarus venit hoc miſero, &c.
Pernicioſum Cic.Tibi certè confitendum eſt cauſam pernicioſiſſimi belli, &c.
Luctuoſum Idem, Sic huius luctuoſiſſimi belli ſementẽ fuiſti.
Periculoſum Idem in 9.Philip. Vt in bellis periculoſis obirent homines legationis.
Sacrilegium Cic.act.in Ver. Bellum ſacrilegiũ, impiumq; ſemper habuit indictũ.
Inexpiabile Liuius, Ex quibus pro certo habeat patres, bello inexpiabili, ſe, &c.
Peſtiferum Cic.lib.4. Epiſt.Et abſens agnoſcebam, quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cauendo ſententia.
Turbulentum Cic.lib.1.de Diuin.Conſul nunciauit à dubio ſalutis augurio, turbulentum bellum.
Cruentum Seneca, Cruento cecidit in bello pater, cecidere fratres.
Ferro cinctum Idem, Et cincta ferro bella in extremo abdita.
Violentum Lucan.lib.6.Quod non vlla queat violenti macchina belli.
Inſanum Marull.Ductantem rigidos inſana in bella maniplos.
Sceleratum Idem, Hinc verſum fas atque nefas, ſcelerataque bella Inuaſere.
Sæuiens Lactant.Nulla pax, nulla concordia, publicè belli ſæuientibus.
Auidum Maphæus Vegius, Diſcedens voluiſti auidis te credere bellis.
Lethale Pamph. Quum miſcet bellum lethale furens, Intrepidus turmas trahit.

Truculentum Idem, Quiſquis bella timet noſtris truculenta ſub annis.
Funereum Idem, At quum funereis opus eſt incumbere bellis.
Bellicum Sabell. Neve Sabine tibi bellica bella moræ.
Rigidum Mirand. Nam qui iam legibus vrbes Fundarunt, rigido ſtatuerũt mœnia bello.
Audax Crini. Graui torquere lacerto Spicula, & audaci fortes concurrere bello.
Ferox Fr. Philelph. Prodeat in medium, tractetq; ferocia ſæui Bella fori.
Fremebundum Idem, Quæ bella tuis fremebunda triumphis.
Cruorifluum, cruore & ſanguine ſtagnans qua dictione vſus eſt Salmoneus.
Armiſonans, à me dicitur dictione, qua vſus eſt Quintianus in Cleopoli.
Mauortium, à Marte bellorum Deo. Mant. Seu qui mauortia bella Geſſere, inſpicias.
Sanguine ſtagnans. Idem, Europam & multo ſtagnantia ſanguine bella.
Atrox Idem, Poſtquam bellum atrox, quod iam bis quatuor ante Secula ſuſceptum, à proauis veniat.
Exangue Idem, Et faciles myrtos, exanguis præmia belli.
Proſanum Idem, Quæ fata proſanis Accipiant bellis.
Formidabile. Idem, Vidimus illius quàm formidabile bellum, Scimus.
Animoſum Idem, Quum vehit Hiſpanas animoſa in bella phalanges.
Lethiferum Cantal. Dum tam lethiferis opponere pectora bellis Magna parant.
Præformidabile. Barthol. Alternæ præformidabile cædis Bellum animo voluens.
Creperum, id eſt, dubium Lucret. lib. 5. Exę quata q ue ſunt creperi certamina belli.
Anceps Lucret. lib. 6. Ancipiti quoniam bello turbatur vtrinque.
Horrendum Verg. de Vino & Venere, Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello.
Graue Idem, Et Laphithas bello perdis Iacche graui.
Importunum Idem lib. 11. Bellum importunum ciues, cum gente deorũ Inuictisq;.
Terribile Polit. Dulcia terribili mutans pſalteria bello.
Furioſum Mant. Poſtquàm bella furens amnis furioſa diremit.

BELVA.

Sæua Horat. lib. 1. Carm. Liber, & ſæuis inimica virgo Beluis.
Fera Syl. lib. 10. Qua ſonipes, qua belligero fera belua dente.
Immanis Claud. Immanis medium vectaret belua portum.
Frendens Sidon. Frendens quum belua ferrum Ferret. Hic eſt Parœmion figura.
Atrox Pont. Rurſum ante oculos ſeſe obijcit atrox Belua.
Ferox Idem, Cornuq; ferox exultat adunco Belua.

Primã ſtultè corripit cõtra Vergil.

BENACHVS.

Vorticoſus Polit. Quem vorticoſi turbat vnda Benaci.
Piſcoſus Petrar. Carmina piſcoſo referens accepta Benaco.
Sonans Idem, Qui ſaxa ſonanti Benaco prætenta tenent.

BENIGNITAS.

Clemens Mart. Capel. Clementi benignitate largita eſt.
Grata Liuius, Et benignitatem per ſe gratam comitate adiuuabat.
Mitis Augurell. Quæ mitis hæc benignitas.

BERENICIS.

Vndoſa Syl. lib. 3. Adſuit vndoſa cretus Berenicide miles.

*BERYLLVS.*

*Sunt autem berylli gemmæ peculiares Indiæ, quæ poliuntur ſexangula figura artificum ingeniis, quoniam hebeſcunt, niſi colo repercuſſu angulorum excitetur. Aliter politi non haberent eundem vulgorem. Probatiſſimi ſunt, qui viriditatem puri maris imitantur. Inæquales ergo Iuuenalis vocat, propter angulos. De Beryllo Propert. lib. 4. Et ſolitũ digito beryllon adegerat ignis. Prudentius primã corripuit, dicens, Hinc ſibi ſapphirum ſociauerat, inde beryllum.*



Glaucus Priſc. Berylli gemmas glauci, hiridumq; adamanta.
Inæqualis Iuu. Sat. 5. Heliadum cruſtas & inæquales beryllos.

BERYTHVS.

Grata Priſc. Antequãq; Tyrũ Beryti & mœnia gratæ. Fuit vrbs Phœniciæ.

BESTIA.

Trux Apul. lib. 5. Quæ trucis beſtiæ nuptijs deſtinatum eſſe declamauit.
Dira Idem lib. 8. Dirarum beſtiarum repigratur impetus.
Terribilis Sidon. Reformidabant catuli tuis beſtijs appropinquare terribilibus?
Fera Liuius, Feras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas.
Noxia Pont. Quis noxias aut beſtias aut impetum.
Impura Thomas Rad. Impura beſtia perfidiſſima lupula.

BETA.

Candida Colum. Deprimitur folio, viricis pede candida beta
Fatua, i. falſi ſaporis expers. Mart. lib. 13. Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.
Tenera Catull. Languidior tenera cui pendens Sicula beta.
Plebeia Perſius Sat. 3. Putre quod haud deceat plebeia radere beta.

*BETHIS.*

*Bethis, fluuius eſt, qui ex agro Tarraconenſi demiſſus, mediam Hiſpaniam perfluit, mox mari propinquus, lacum efficit magnum, ac demum occidentalem intrat Oceanum. Ab hoc regio Bethica vocata eſt. In eo tingebatur olim lanæ pulchro colore. Vnde Mart. Bethis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.*

Heſperius Luc. li. 3. Thetimq; fugacẽ Qui ferit Heſperiꝰ poſt oĩa flumina Bethis.
Vmbroſus Syll. lib. 3. Palladio Bethis ornatus cornua ramo.
Tarteſiacus Mart. lib. 8. Tarteſiacus ſtabuli nutritor Iberi Bethis.
Iberus Cimbriacus, Flumina diuitiorq; Tagus, vel Bethis Iberus.
Placidus Mart. lib. 9. Qua diues placidum Corduba Bethin amat.

Heſperia minor dr̃ Hiſpania.
A Tarteſo vrbe Hiſpaniæ.

BETHVLIA.

Montana Mant. Non te fœmineo montana Bethulia ſexu.

BIAS.

Prienæus Sidon. Prieneæ Bia quod plus tibi turba malorum.

*BIBLIS.*

*Biblis, Meleti fuit filia & Cyanes, quæ cum fratrem Caunum miſerè deperiret, eiuſq; concubitum non poſſet aſſequi, laqueo ſpiritum intercepit. Ouid. Biblida quid referã, vetitoq; fratris amore Arſit, & eſt laqueo fortiter vltra nephas. Calent. Biblidaq; inſano præbentẽ pectus amori Idem. Quas non per terras, quæ non per littora Biblis, Teq; tuamq; gemens, Caune, ſecuta fugã eſt. Poetæ fabulantur, eam beneficio Naiadum, in fontem poſt aſſiduas mutatã lachrymas, cum aliquandiu à fratre neglectam ſeſe indoluiſſet. Fabulam hanc deſcribit Ouid. lib. 9. Metamor.*

Phœbeia Ouid. lib. 9. Sic lachrymis conſumpta ſuis Phœbeia Biblis.
Inceſta Mant. Biblidaq; inceſtam curas, & vulnera Thysbes.
Sororia Architr. Gratior ipſa ſibi, Biblisq; ſororia fratri Gaudia mentitur.
Miletis Mileti filia. Ouid. libr. 9. Tum verò mœſtam tota Miletida mente Defeciſſe ferunt.

BIBLVS.

Fluminea Luc. li. 3. Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.
Niliaca Mich. Angl. Niliacis quamuis contexere biblis.
Pharia, id eſt, Aegyptia. Idem, Dicta deæ Pharijs properaui infigere biblis.
Paluſtris Guil. Caſtel. Sit ſalebroſa domus, bibloq; intexta paluſtri.

Biblus dr̃ iũcus, ſeu ſcirpus, cuius tenuiſſimis fiſſuris plim chartę cõficiebant.

BIDENTAL.

Triſte Horat. in Arte. An triſte bidental Mouerit inceſtes.
Euitandum Perſius Sat. 2. Triſte faces lucis, euitandumq; bidental.

BIDENTES.

Lenigeræ Verg.lib.7.Centum lanigeras mactabat ritè bidentes.

Mites Remachlus, Dæduntur mites populo plaudente bidentes.

Ciuitas Hiſpaniæ, vnde Martialis ortus.

BIGA.

Cita Catul.Non Rhœſi niuiæ, citæq; bigæ.

Rapida Mant.Luna ſequens rapida ſolis veſtigia biga.

BILBILIS.

Mordax Iacobus Albus, Seq; nouo mordax epigrammate Bilbilis effert.

BILIS.

Difficilis Hor.lib.1.Carm.Feruens difficili bile tumet iecur.

Splendida Idem li.2.Carm.Hanc furiam, hunc aliud, iuſſit quod ſplendida bilis.

Amara Homerus apud Gell.Coquit illum bilis amara.

Acris Perſius Sat.2.Namq; eſt ſcabioſus, & acri Bile tumet.

Vitrea, id eſt, lucida, Perſius Sat.3.Turgeſcit vitrea bilis,

Commota Idem Sat.4.Ergo vbi commota feruet plebecula bile.

Maſcula Perſius Sat.5.Calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit.

Ardeſcens Thomas Rad.Quæ ardeſcente bile paululum incenſa.

Flaua Mant.Flaua bile tument, ideò rapiuntur in iram.

Nigra Codrus Vrceus, Pituitaq; & flaua bile, nigraq;.

Sicca Idem, Et ſicca & calida eſt bilis, quæ flaua.

Cærula, à praſino & ſub viridi colore. Idem, Flauos crines dat cærula bilis.

Duplex in hoc carmine erratū.

Horrida Pamph.Saxus, Non inflans humor pectus non horrida bilis.

Iniqua Idem, Non modulis citharæ bilem preſſiſſet iniquam.

Atra Crinit.Eurylochum tradunt miris modis atra bile vexatum fuiſſe.

Perurens Fr.Philelphus, Quæ tibi pituitæ glacies, biliq; perurens.

Crocea Idem, Non croceam fortaſſe febris coquit arida bilem.

Ferdida Idem, Hinc fit pituita exurens, hinc feruida bilis Aeſtuat.

Ferox Idem, Et riſus, bilisq; ferox & ſomnus & ortus.

Rapida Idem, Hinc igitur bilem rapidam, ſtomachumq; tenere Perge tuum.

Feruens Quint.Oculis retortis, bile feruenti tumens.

Cærulea Mant.Præcordia bile Cærulea infecit.

Acerba Idem, Bilem nil æquat acerbam.

Ardens Idem, Non ſecus hæc rabies, ardenti percita bile.

Flammata Val.Varan.Talia flammata mouerunt bile puellam.

Acuta Fauſt.Dum væſana fames bilem ſimularet acutam.

Pallida Plin.lib.28.Eadem viridis morbum viſcerum pallida bilis.

Mala Plautus in Merc.Mala bilis cruciat me, atq; exagitat.

Iuxta Thermodontē fluuium, ab Amazonibus inuenta.

Irata Architr.Lædit & irata bili, quocunq; rotatur.

Iracunda Textor, Bilis inhumani foror iracunda furoris.

Væſana Bapt.Pius, Oraq; væſana bile temenda pati.

BIPENNIS.

Valida Verg.lib.4.Georg.Et validam in vites molire bipennem.

Sæua Ouid.lib.3.Deterrere nefas, ſæuamq; inhibere bipennem.

Thermodontiaca.Ouid.lib.12.Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni.

Biſontes, aīalia ſūt magna iubarū prolixitate, peculiaria ſyluis Germaniæ.

Dura Horat.lib.4.Duris vt ilex tonſa bipennibus.

Fulgens Syll.lib.4.Stabat fulgentem portans in bella bipennem.

Aerata Idem lib.5.Corripit æratam iam dudum in bella bipennem.

Tartarea Claud.Tartarea furias debellauiſſe bipenni.

Violenta Pont.Huic caput auulſum collo violenta bipennis Auferet.

Fera Pamp.Immites gladios, feras bipennes.

BISONTES.

Turpes Mart.lib.1.Turpes eſſeda quod trahunt biſontes.

Villoſi



Villoſi Seneca, Tibi villoſi biſontes, latisque feri cornibus vri.

BITHYNIA.

Diues Manil.lib.4.Cappadocum, Armeniæque iugis Bithynia diues.

BITHVMEN.

Nigrum Verg.lib.3.Geor.Syllamq; helleboroſq; graues, nigrumq; bitumen.

Semiramis bitumine muros cōſtruxit Babylonicos.

Pingue Idem in Aetna, Pingue bitumen adeſt.

Tenax Ouid.lib.9.Vtve tenax grauida manat tellure bitumen.

Liquidum Plin. lib.31. Prima denſatio Babyloniæ in bitumen liquidū cogitur.

Lentum Calphurn.Argenti coquito, lentumque bitumen aheno.

Semiramium Barthol, Ille Semiramio calefacta bitumine tela.

BLANDIMENTVM.

Pernicioſum Mant. Nō ad muliebria natū Blādimenta, leui tā pernicioſa iuuentæ.

Noxium Idem, Muliebria cur non Blandimenta fugis, tantum tibi noxia?

BLANDITIAE.

Molles Ouid.lib.2.de Artè, Blanditias molles, aureſque iuuantia verba.

Muliebres Liu. Blanditijs muliebribus perpulit eū ad proditionē cuſtodiæ loci.

Argutæ Propert.lib.1.Arguta referens carmina blanditia.

Floridæ Sidon.Apol.Prædicat illas ſanctas & floridas blanditias.

Doloſæ Idem, Sed nec te doloſas blanditias.

Flagitioſæ Cic.Act.4.in Verr.Tantum eius ſermo inquinatiſſimus, & blanditiæ flagitioſæ valuerunt.

Leues Marullus, Ite procul luſus, blanditiæque leues.

Teneræ Pont.Nec teneras tibi blanditias, nec carmina bella Ingeminat.

Procaces Idem, Dicas blanditias procaciores.

Vxoriæ Thom. Rad. Et ſi vxorijs lenire blandicijs, certè ſeruilibus precibus propitiare ſtuduit.

Blandæ Idem, Et cum dicto blandis blāditijs mœſtitudinē vterq; diſſimulat.

Dulces Conrad.Dulces blanditiæ tuæ, mellitæque tui cordis ineptiæ, mentē leuant.

Ab Elyſio voluptatis cāpo.

Elyſiæ Augurell. Non hoc Elyſiæ blanditiæ volunt.

Falſæ Fr.Phi.Quid magis incautū fuerit, quam fidere falſis Blanditijs Fortuna tuis?

Fallaces Idem, Fallacibus actus blanditijs, nimium tecum ſentire videtur.

Viroſæ Salmon.Ocia viroſis illita blanditijs.

Cupidineæ Idem, Plena cupidinea carmina blanditia.

Mellitæ & Sireneæ. Textor, Mellitas Veneris, Sireneaſque caueto blanditias.

Lenes Augurell. Aut quid lenibus accipimur blanditijs gratæ dominæ.

*BLATTA.*

*Blatta vermiculus eſt, libros & veſtes erodens. Capitur etiam pro vermiculo bombyce, cuius textu veſtes ſericæ conficiuntur, item pro purpura. Sidonius: Pontus caſtorea, blattam Tyrus, æra Corinthus. Qua ratione ſenatus Blattifer ab eodem dicitur.*

Lucifuga Verg.lib.4.Georg.Lucifugis congeſta cubilia blattis.

Sordida Mart.lib.13.Aut inopem metuat ſordida blatta famem.

Trux Idem lib.14.Admittam tineas truceſque blattas.

Pallida Idem, Pallida blatta latet, depreſſaque lumine vultus.

Infeſta Fauſt.Excutio infeſtas ſpiſſo cum puluere blattas.

Informes Idem, Informes paſcentia carmina blattas.

BLENAE.

Populi ſine capite, habentes faciem in pectore.

Feri Claud.de Nilo, Errat per Meroen, Blenaſq; feros, atramq; Syenem.

*BOA.*

*Serpens eſt qui alitur lactis bubuli ſucco. Excreſcit plerunque in tantam magnitudinem, vt diuo Claudio principe, occiſa ſit in Vaticano, quæ ſolidum infantem geſtaſſet in aluo.*

Flexilis Mant.Picta cutem Scytale, turpi boa flexilis aluo.

H 2 BOA-

BOATVS.

Horrificus Mant. Claſſica, & horrifico montes ſonuere boatu.
Territremus Idem, Iam accenſa boatu Machina territremo longè intonat.

*BOCCHVS.*

*Fuit is rex Mauritaniæ, cui ſucceſſit Iuba, qui ſuperatus à Iulio Cæſare, mortē ſibi cōſciuit.*
Antiquus Claud. in 4. conſul. Honorij, Et antiqui penetralia dura Bocchi.

BOETIVS.

Numeroſus Mant. Et tu numeroſe Boeti, Qui ſeruare doces vocum interualla.

BOEBEIS.

Oſſæa Luc. lib. 7. Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſanguis.

*BOHEMI.*

*Bohemi populi ſunt Germaniæ, propè Albim fluuium habitantes, à quo dicuntur Albicolæ.*
Sæui Stroz. pater, Te duce Pannonij ſæuos fregere Bohemos.
Acres Idem, Te Geta, te Dacus tremuere, acerq; Bohemus.
Albicolæ Barthol. An ſolum Albicolis tutari ſceptra Bohemis.

Boij Galliæ Ciſalpinæ populi inter Padum & Trebiā ſiti, nūc Boiarij Bauari.

BOII POPVLI.

Truces Mant. Tunc Celtæ, Boijq; truces ex Alpibus altis.

BOMBVS.

Mamillones Bacchi ſacerdotes magno clamore Bacchanalia celebrabant.

Grauis Thom. Rad. Qui bombis grauibus permiſcens tinnitus acutos.
Mimalloneus, Perſius Sat. 1. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.
Rauciſonus Catull. Multi rauciſonos efflabant cornua bombos.
Terrens Mart. Cap. Læua ſonorum bombis terrentibus ſuſtinens tympanum.
Diſſultans Idem, Nubis fragore colliſo, bombis diſſultantibus, fracta diceres crepitare tonitrua.
Horriſonus Polit. Iamq; aurem horriſono rumpunt fera claſſica bombo.
Somnifer Idem, Dædala ſomniferos peragunt examina bombos.
Terrificus Mirandula, Machina terrifico quam fulminat ænea bombo.
Reſonans Lud. Bigus, In tua, neſcio, cur reſonantes carmina bombos Elicias.
Inornatus Quint. Cœpit inornato producere murmura bombo.
Horrificus Mant. Et horrifico ſimulante tonitrua bombo.
Tumidus Muſæus, Auderet tumidos ventorum flamine bombos.
Raucus Mant. Pars tonat, & raucis iacit ærea fulmina bombis.

*BOMBYX.*

Apud Orōtem fluuium, itē in Arabia Felice & Aſſyria reperit laudatiſſima.

*Bombyx dicit pōt ſubtiliſſima tela, quam eiuſdē nominis conficiunt vermes in India, aranearum more. Hinc veſtes bombycinæ. Iuuenalis, Cuius Delicias, & panniculus bombycinus vrit.*
Orontea Salmonius, Alter Orontea radiat bombyce decorus.
Arabia Propert. lib. 2. Nec ſi quæ Arabia radiat bombyce puella.
Aſſyria Plin. Laudat bombycem Aſſyriam, quā viri fœminis ceſſerunt.

BONA DEA.

A cuius ſacris viri arcebantur.

Fœminea Propert. lib. 4. Fœmineæ loca clauſa deæ, fonteſq; piandos.

BONITAS.

Tranquilla Architr. Indulget veniam bonitas tranquilla maternam.

BONONIA ITALIAE.

Potens Mant. Qua magna poteſq; Imperat Aemilio vicina Bononia Rheno.
Felſinea Idem in Alphonſo, Felſinea tamen vrbe ſenex donatus adibat.

BONVM.

Volucre Crinitus, Heu heu, quàm volucri decipimur bono.
Fluidum Rodulphus, Cuncta iacent, fluidis, nunc age, fide bonis.
Blandum Glareanus, Et nimium blandis abſtinuiſſe bonis.
Fragile Seneca, Quis ſapiens bono confidat fragili?
Fugax Boetius, Crede fortunis hominum caducis, Bonis crede fugacibus.
Diues Mant. Et tam diuitibus mens erat aucta bonis.

Opulens



Opulens Idem, Hominemq; opulentibus auctum Fortunæq; animæq; bonis.

*BOOTES.*

Qui adeò iunctus eſt polo, vt nunquā totus occidat, & tardiꝰ voluat vnde & piger & tardus epitheto drā à populis ſeptētrionalib.

*Bootes ſignum eſt proximum plauſtro, i. Maiori arcto, quam multi plauſtro ſimilem eſſe dixerunt, à figura ſtellarum. Vnde & Septentrio appellatur à ſeptem ſtellis. Hos ſignum aliter vocatur Arctophylax, id eſt, Vrſæ cuſtos. Manilius, A tergo venit Arctophylax, idemq; Bootes.*
Piger Iuuen. Sat. 5. Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.
Tardus Claud. Aedonias hyemes, & tardi flabra Bootę.
Hyperboreus, Mart. lib. 3. Sydus Hyperborei ſolitus laſſare Bootæ.
Arctous Val. Flac. lib. 2. Enſis & arctous niteat qua luce Bootes.
Nigrans Pont. Dictæos arcus, nigrantem ex axe Bootem.
Gelidus Mant. Non decet ad gelidum veſtigia ferre Bootem.
Serus Propert. lib. 3. Cur ſerus verſare boues, & plauſtra Bootes.
Rigidus Conrad. Hic vbi ſeruat rigidus Bootes Plauſtra.
Lycaonius Gn. Getulicus. Sicca Lycaonius reſupinat plauſtra Bootes.

A filia Lycaonisquā Iupiter retulit inter ſidera.

Glacialis Bartholinus, Tollitur atq; vrget glacialis plauſtra Bootes.
Ferus Quintianus, Et tarda feri qui plauſtra Bootæ Edoceat.

BORYSTENIDAE.

Populi Scythiæ, propè fluuium Boryſthenē.

Hyberni Propert. lib. 2. Gloria ad hybernos lata Boryſtenidas.

BOREAS.

Trux Ouid. lib. 3. Triſt. Cumq; truci borea Mænalis vrſa videt.
Thrax Verg. in Battarum, Thracis cum boreæ ſpirent immania vires.

Idē, Thraciꝰ ab Acdone monte Thraciæ.

Frigidus Idem de Glacie, Frigidus vt boreas obſtupefecit aquas.
Aedonus Verg. Ac velut Aedoni boreæ cum ſpiritus alto Inſonat Aegæo.
Alpinus Verg. lib. 4. Aen. Alpini boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc.
Thracius Luc. lib. 1. Quātus piniferæ boreas cū Thracius Oſſæ Rupib. incubuit.
Gelidus Idem lib. 5. Occurrit gelidus boreas, pelaguſq; retundit.
Sæuus Colum. Aliger & ſæuus boreas curuſq; reſoluat.
Nubifugus Col. Nectā nubifugo borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu.
Sudificus Homer. apud Gell. Sudificuſq; boreas, mala plurima voluens.
Horrifer Ouid. lib. 1. Met. Scythiam, ſeptemq; triones Horrifer inuaſit boreas.
Præceps Idem lib. 2. Met. Ita fertur, vt acta Præcipiti pinus borea.
Threicius Idem lib. 2. de Arte, Nā modo Threicio Borea, modo currimus Euro.
Othryſius Syll. lib. 7. Othryſius boreas, & Syrtim tollere pollens Africus.

Ab Othryſijs Thraciæ populis.

Aemonius Syl. lib. 10. Aemonio borea, pennaq; citatior ibat.

Ex Aemonia ſpirās.

Rapidus Idem li. 14. Cū rapidū hauriret Boreā, & cornib. oēs Colligeret flatus.
Aſper Stat. lib. 1. Theb. Sicco quos aſper hiatu Perſolidat boreas.
Scythicus, flans è Scythia. Stat. lib. 5. Theb. Illis in Scythicum boream iter.
Niger Stat. lib. 8. Dum Libyæ boreas Italos niger attulit imbres.
Hybernus Idem lib. 5. Syl. Quid boreas hybernus agat.
Crudelis Propert. lib. 2. Crudelem & boream rapta Orithya negauit.
Grauis Claud. Cum grauis armatur boreas, glacieq; niuali Hiſpidus.
Cæruleus Val. Flac. lib. 7. Nix & cærulei boreæ ferus abſtulit horror.

Mare reddens cæruleū glauciq; coloris.

Rigens Manilius, Proxima frigentes arctos, boreamq; rigentem.
Acer Ruffus Feſtus, Deſuper acri Surrigitur boreæ.
Rigidus Idem, Aut boreæ rigidi iaculetur luminis igne.
Sarmaticus Seneca, Quas cū Sarmaticus tpe frigido, In ſummis boreas cōpoſuit iugis.

Flās à Sarmatis Aquilōis populis.

Inſanus Idem, Duros excipiunt nothos, Inſani boreæ minas.
Arctous Seneca, Arctoi boreæ diſſipat impetus.
Siccus Idem, Et ſiccus boreas ferit.
Algens Pont. Hoc quoq; poſt boream algentem, atq; rigentia flabra.
Penetrabilis Idem, Flectere ſub gelidum boreæ penetrabilis orbem.
Niualis Idem, Afflatus caue Threicios, boreamq; niualem.

H 3 Immanis

Immanis Idem, Auferat inducto boreas immanis hiatu.
Sæuiens Liuius, Ibi paucos dies ſæuiente borea retenti.
Stridulus Pamphilus Saxus, Cum boreas Scythica ſtridulus arte furit.
Ferus Idem, Ecce ferus boreas anima quatit alta furenti.
Volucer Sabell. Ad boream rurſus volucrem, gelidoſq; triones.
Violentus Idē Boreas incēdia miſcet, Flāmarūq; æſtus tollit violentus ad auras.
Immitis Idem, Concidat immitis boreas, vacuumq; relinquat.
Ferox Idem, Quouſq; ferox boreas agitat.
Minax Conradus, Non minax vaſtum boreas per æquor.
Ater Franciſcus Philelphus, Nec nimijs boreæ deſperet fluctibus atri.
Efferus Salmonius, Efferus Othryſia boreas ſæuibat ab arcto.
Sythonius Mich. Anglicus, Nec ſera Sythonij miteſcere flabra tyranni. A Sythone monte Thraciæ niuoſo.
Furens Mant. Pomaq; Cidippes, Orythiamq; furenti Sublatam borea.
Niuoſus Idem, Nec metuunt pluuias hyemes, boreamq; niuoſum.
Inſultans Idem, Reſonant borea inſultante rudentes.
Procelloſus Idem, Atq; procelloſus boreas & nubifer Eurus.
Stridens Idem, Cum ſtridens boreas niue candidat alpes.
Caſpius Mant. Hinc Mareoticus auſter, Caſpius hinc boreas.
Nymboſus Idem, Quas boreas nymboſus agit, vel turbine rauco Africus.
Turbidus Idem, Turbidus hyberno boreas voluebat ab axe.
Sonorus Idem, Sæpe ratem contra fluctus, boreamq; ſonorum.
Horriſonus Cantalycius, Quam non horriſoni boreæ, non imbrifer auſter.
Arcticus Barthol. Boreas velut arcticus inter Et ſaxa & ſyluas.
Frigens Fauſtus, Frigentem ad boream dural, zephyrumq; tepentem.
Perflans Pont. Poſt borea perflante, ſola concreta.
Serenificus, ſerenum reddens aerem.
Atrox Politia. Cæcis an terga cauernis Subdat atrox boreas.
Brumans Architr. Filia Caſtalij veris marcentia fata Sub borea brumāte gemit.
Scoparius Beatus Hier. Aquilonem ſcoparium ſeu ſcopam viarum appellauit. Quia ceu ſcopa oia cōplanet, viam ſtan do cōſternet, cōuertat, & purget.
Acerbus Muſæus, Iamq; faciem infidam boreas extinſit acerbus.

B O S.

Validus Tibul. lib. 2. Fortis arat valido ruſticus arua boue.
Arator Sueto. in Flauio Veſpaſiano, Bos arator diſcuſſo iugo tricliniū irrupit.
Ruricola Ouid. lib. 5. Met. Ruricolaſq; boues letho dedit.
Minax Idem lib. 13. Cornuq; minaces Diuulſere boues.
Opimus Idem li. 4. de Ponto, Albave opimorum colla ferire boum.
Æripes Idem in Epiſt. Narrat & æripides Martis araſſe boues.
Ferus Idem, Vt dura ferorum Inſolito premeres vomere colla boum.
Tardus Polit. Tardos luna boues, annoſas Delia ceruas.
Toruus Barthol. Hac vri, toruiq; boues, & monſtra ferarum.
Corniger Pamph. Saxus, Huius lanigeras, cornigeroſq; boues.
Agreſtis Conrad. Mox boues corpus tuleſant agreſtes.
Cornupeta Mant. Obuoluens taurum, cornupetamve bouem.
Durus Palladius Soranus, Et pecus, & duros ducite tu ba boues.
Bucerius Michael Anglicus, Buceriæq; boues ſetigeriq; ſues.
Armoſus Mant. Reddit, & armoſo diuidit arua boue.
Tumidus Calent. Nunc currum, & tumidos ſuſtinet vnda boues.
Hirſutus Idem, Dum furit, hirſutos credit arare boues.
Agricola Piſcian. Agricolaſq; boues paluſtris dormitare ſonoris.
Trux Propert. lib. 3. Vinxerunt Dircen ſub trucis ora bouis.

*B O S P H O R V S.*

*Boſphorus, eſt anguſtus maris meatus, iuxta Byzantium, per quem Pontus in Propontidē defluit, dictus à tranſitu Iouis in boue deformati. Hic dicitur Thracius, alter eſt in introitu Mæotidos paludis, per quem Mæotis palus in Pontem defluit. Hic appellatur Cimmerius à Cimmerijs populis ſeptentrionalibus, qui eam partem incolunt.*



Iners Luc. lib. 5. Sic ſtat iners Scythicas aſtringens Boſphorus vndas.
Thrax Sabellicus, Helleſpontiacæ fauces, Thrax Boſphorus.
Refluus Mirandula, Duxiſſet contra refluus quoq; Boſphorus vndas.
Thracius Mant. Thracius Euxinis quæ Boſphorus æſtuat vndis.
Threicius Priſcian. Threicius ſequitur poſt Boſphorus oſtia Ponti.
Cimmerius Idem, Cimmerium torrens per Boſphorum.

B O T R V S.

Tener Architrenius, Caſtigata ſedet, teneroq; rotundula botro.
Nectareus Mant. Spoliantur aprici Nectareis colles botris.

B O V I L L AE.

Suburbanæ Ouid. in Faſt. Orta ſuburbanis quædam fuit Anna Bouillis. Bouillæ, teſte Plinio, oppidū in Latio haud procul à Roma vnde Suburbanæ dicit.

B R A C C AE.

Viles Textor, Hac ſaltem faciet viles ſibi Gallia braccas.
Laxæ Ouid. Pellibus, & laxis arcent mala frigora braccis.

B R A C H I V M.

Candidum Pontanus, Candida fluminei mirantur brachia cygni.
Lacteum Calentius, Lacteaq; in vitrea brachia iactat aqua.
Candens Bap. Pius, Candentia ſubdit brachia, lacteolis & premit ora genis.
Fulgens Idem, Inijce mi collo fulgentia brachia chloris.
Lene Catull. Lenia ſubſternens robuſto brachia collo.
Forte Stat. in Achi. Submittitq; graues humeros, & fortia laxat brachia.

*B R A C H M A N E S.*

*Fuerunt autem Indorum ſapientes, qui dicebant præſentem vitam eſſe veluti conceptum vitalem, mortem verò, egreſſum ad veram vitam. Item mundum habere tempus initiale, tendereq; ad interitum. Deum vniuerſorum opificem, per cuncta meare. In philoſophiæ communione vxores non admittebant. Abſtinebant ab omni carnis cibo. Subdiales agebant. Et veritatem præcipuè amplexabantur. Lineis vtebantur amiculis.*
Indi Theod. Cyrenſis, Brachmanas quoq; valde ſuſpiciunt, Indos genere.

B R A G A D A.

Turbidus Syl. lib. 5. Turbidus arentes lento pede ſulcat arenas Bragada.
Cinyphius Stat. lib. 4. Syl. Qualis Cinyphius, tacente ripa, Pœnos Bragada ſerpit inter agros.
Cinyphis & Bragada, fluuij ſūt Libyæ. Apud hūc fluuiū Regulus ſerpentē 120. pedum interfecit.

*B R E N N V S.*

*Fuit Brennus Gallorum Senonum dux potentiſſimus, qui cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, Romam cepit & Romanam ſuperbiam retudit. Ad extremum tamen Apollinis Delphici templum ingreſſus, prædæ cauſa, ira numinis ſe interfecit.*
Sacrilegus Proper. lib. 3. Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum.
Magnanimus Textor, Bellica magnanimi virtus & gloria Brenni, Fulmineos inflat Senonas.

B R E V I T A S.

Laconica Auſ. Sed neq; ille cōcinnius eloquet, q ſe Laconica breuitate collegit.
Celer Mant. At celeri breuitate Capis facundia venit.
Lacones ſuccincta breuitate vſi.

*B R I A R E V S.*

*Briareus, filius Terræ, Gigantum maximus, cui poetæ centum brachia fuiſſe dicunt. Claud. Quæ brachia centum, Quis Briareus, alijs numero creſcente lacertis, Tot ſimul obiectis poſſet confligere rebus.*
Centumgeminus Verg. lib. 6. Aen. Et centumgeminus Briareus, & belua Lernæ.
Immenſus Stat. lib. 2. Theb. Armatum immenſus Briareus ſtetit æthera contra.
Vaſtus Seneca, Quo vaſtus Briareus, quo tumidus Gyges.

Sæuus Codrus, Cæumque, Enceladumque trucem, Briareaque ſæuum.
Centimanus Hor.libr.2.Car.Nec ſi reſurgat centimanus Gigas, Diuellet vnquam.

B R Y S E I S.

*Bryſeis fuit puella ab Achille rapta, ex Lyrneſſo regia Minetis, & ſupra modum adamata. Mantuan. Aeſtuat, amiſſa Bryſeide, magnus Achilles, Languet, & Argolicis ferre recuſat opē.*

Troia Calentius, Troiaque in caſtris ſegnem Bryſeis Achillem Detinuit.
Serua Hor.li.3.Car. Pri⁹ iſolētē Serua Bryſeis niueo colore Mouit Achillē.
Formoſa Propert.lib.2. Omnia formoſam propter Bryſeida paſſus.
Lyrneſſis Ouid.lib.4.Triſt.Fertur, & abducta Lyrneſſide, triſtis Achilles.

B R I T A N N I.

Flaui Luca.lib.3. Nobilis & flauis ſequeretur mixta Britannis.
Caledonij Idem lib.7.Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Feri Horat.lib.3.Car.Viſam Britannos, hoſpitibus feros.
Remoti Idem lib.4.Te beluoſus, qui remotis obſtrepit Oceanus Britannis.
Aequorei Ouid.lib.15.Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos.
Virides Idem li.2.Eleg. Sed Scythiam, Cilicaſque feros virideſq; Britannos.
Contenti Iuue.Sat.2.Orchadas, ac minima contentos nocte Britannos.
Cærulei Mart.lib.11.Claudia cæruleis quum ſit Ruffina Britannis.
Picti Idem lib.14.Barbara de pictis veni Baſcanda Britannis.
Extremi Claud.Extremos vltra volitat gens ſi qua Britannos.
Pugnaces Marullus, Aduſque pugnaces Britannos.
Gelidi Idem. Gadibus Seras gelidiſque donas Bactra Britannis.
Audaces Stroz.fil.Fundere, & audaces fremitu inſtigare Britannos.
Semoti Pamph.Saxus, Qua ſua ſemotus regna Britannus habet.
Occidui Quint.Indica ab occiduis ſacer vſque ad regna Britannis.
Duri Idem, Contigit à duris patriam acceptare Brittannis.
Extremi Petrarcha, Horridaque extremis vox eſt audita Britannis.
Neptunicolæ.Mant. Vltima ad hybernos, Neptunicolaſque Britannos.
Sepoſiti Andreas Ammonius, Sed quis ſepoſitos tibi ſuaſit adire Britannos.
Arctoi Architrenius. Optat vt arctois infuſum manna Britannis.
Fortes Ammonius, Qui regit innata fortes grauitate Britannos.
Auriferi Idem, Auriferoſque alto, quos terrĳtat vnda Britannos.
Horribiles Catul.Horribiles & vlti moxque Britannos.

B R I T A N N I A.

Vnus Lucretius primam huius dictionis producit Britannia.

Seua Claud.Thracibus occiduis hunc ſæua Britannia fudit.
Dira Idem, Credite nunc omnes quas dira Britannia gentes.
Ignara luporum. Thom.Radinus, Blandarum nutrix ouium, luporum ignara vorācium Britannia.
Generoſa Quint.Vertice concedat generoſa Britannia palmam.
Diues Cimbriacus, Oceani patris, diueſq; Britannia ſolis.
Flaua Architr.Quem flaua Britannia regem Iactat.
Diducta Claud.Paruit, & noſtro diducta Britannia mundo.
Picta Claud.Inde Caledonio velata Britannia monſtro, Ferro picta genas.

B R I T A N N I C V S.

*Hunc Britannicū. Claudius ſuſcepit ex Meſſalina, quem primò Germanicum, mox Britānicū appellauit. Eundē ſuis manibus paruulū geſtans, militibus pro cōcione, & plebi per ſpectacula aſſiduè commendabat. Fuit nihilominus inter cęnandum parato à locuſta veneno ſublatus.*

Nympha Dianæ comes.

Generoſus Iuuen.Sat.6. Oſtenditque tuum generoſe Britannice ventrem.

B R I T O M A R T I S.

Phocæa Verg.in Ciri, Vnde alij fugiſſe ferunt & numina Phocæ.

Vrbs Ciſalpinæ Galliæ.

B R I X I A.

Diues Mant. Qua diues ab alto Vertice ſubiectos ſpeculatos Brixia campos.





Animoſa Idem, Brixia magnorum genitrix animoſa virorum.

B R O N T E S.

Olens Mant.Et fauce cloacam Semper olens Brontes.

B R V M A.

*Bruma à breuitate dierum dicitur, ſignificatq; non tam frigus, quàm ipſam temporis breuitatem, Fit autem in capricorno. Propterea antiqui portas ſolis vocarunt, cancrum, & capricornū, q; in cancro fiat ſolſtitium, in Capricorno bruma, ſeu breuiſſimus dies. Apuleius, Annus, inquit, ad hybernas Capricorni bruinas deflexerat. Plin. ſcribit, Democritum dicere ſolitum, talem hyemem ſemper futuram, quales fuerint brumæ dies. Cic.lib.2.de Diuinat.ait: Brumali die muſculorum iecuſcula augeri, pulegium aridum floreſcere, inflatas rumpi veſiculas, & ſemina malorum, quæ in his mediis incluſa ſunt, in contrarias partes ſe uertere.*

Intractabilis Verg.li.1.Georg. Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Frigida Idem lib.2.Aen.Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat.
Riphæa Colum.Poſt vbi Riphææ torpentia frigora brumæ.

Riphæa, a Riphæis montibus Scythiæ, vltra quos iacet ora perpetuis demerſa nebulis, & niuib. aſſiduis obſeſſa.

Iners Manil.Parte ex aduerſa brumam capricornus inertem. Per minimas.
Gelida Mart.lib.10.Quando breuis gelidæ miſſa eſt toga tempore brumæ.
Cana Stat.lib.4.Theb.Nec enim tibi cana reportat Bruma niues.
Pallida Idem lib.7.Theb.Qualis cum pallida cedit Bruma renidentes.
Nymboſa Idem lib.1.Syl.Auia nymboſa reuocabunt littora bruma.
Hyberna Propert.lib.1.O vtinam hybernæ duplicentur tempora brumæ.
Impotens Mart.lib.1.At quū Decēber canus, & bruma impotēs Aquilone rauco (mugiet.
Madens Idem lib.10.Illi December longus, & madens bruma.
Stridens Claud.Brumave Riphæo ſtridens Aquilone retardat.
Albens Ruff.Feſtus, Pellitur, albenti quum canent tempora bruma.
Rigida Seneca, Aut rigida quum iam bruma diſcuſſit decus.
Sæua Idem, Et ſæua totas bruma decuſſit comas.

Impotens, valde potens, & vehemens, vbi Inauget.

Horrida Pont.Obliquat ſeſe in Libyen vnde horrida bruma Aduentat.
Glacialis Balbus, Sub Ioue nudus ago glacialis frigora brumæ.
Algida Augurell.Amice bruma quum propinquat algida.
Rigens Mant.Audierant brumæq; niuis ſubiecta rigenti.
Intolerabilis Idem, Cœperat vrentem brumæ intolerabilis æſtum.
Candida Idem, Tunc candida bruma per Alpes Hybernat.
Decembralis Idem, Ipſe Decembrales brumas, & frigora Iani In rudibus pannis.
Iniqua Idem, Non nymboſam hyemem, nec iniqua frigora brumæ.
Alba Remaclus, Brumaq; deſertum coxerat alba ſolum.
Frondiflua Boet.Tu frondifluæ frigore brumæ Stringis lucem, breuiore mora.

B V B O.

*Bubo, auis eſt feralis, debilis ad uolatum, in cauernis locisq; deſertis commorans. Nec tu volitat ſolus. Deſerta incolit, deſolataq; & inaceſſa loca. Non habet cantum vocalem, ſed gemitū. Propterea viſus in vrbibus, ſuſpicionem affert, & portentum futuri mali. Quum Capitolium intraſſet, Sexto Papellio Iſtro & L. Pediano coſſ. vrbs luſtrata eſt. Plumæ ſunt ei, velut aeres. Eius pedes vſti cum pulpagine, auxiliantur contra ſerpentes. Cor impoſitum ſiniſtræ mammæ mulieris dormientis efficit, ut omnia ſecreta pronunciet. Aiunt præterea ferentes ipſum in pugnam, fortiores fieri. Item ſanguine pulli bubonis criſpari capillum. Cinis oculorum eius, collyrio mixtus, claritatem oculis facere promittitur. Ex officina.*

Bubonis conſideratio.

Bubonis cordis mirum.

Siniſter Luc.lib.5.Et lætæ furantur aues bubone ſiniſtro.
Trepidus Idem lib.6.Quod trepidus bubo, quod ſtryx nocturna queruntur.
Fœdus Oui.li.5.Met.Fœdaq; fit volucris, vēturi nuncia luctus, Ignauus bubo.
Profanus Idem lib.6.Met. Tectoq; profanus incubuit bubo.
Funereus Idem lib.10.Funereus bubo lethali carmine fecit.
Stygius Idem lib.15.Triſtia mille locis Stygius dedit omnia bubo.
Raucus Idem lib.1.Eleg.Illa dedit turpes raucis bubonibus vmbra.

Damna canens. Stat. Nocturnæque gemunt ſtryges, & feralia bubo Damnā canens.

Infeſtus Claud. Arripit, infeſtoque iubet bubone moueri.

Solicanus Hoc epithetum buboni tribuo, vt maximè conueniens.

Dirus Calphurn. vocalem ſuperet ſi dirus aedona bubo.

Luctifer Seneca, Hic vultur, illic luctifer bubo gemit.

Mœſtus Idem, Mœſtique cor bubonis & raucæ ſtrygis.

Nocticanus, à me dicitur, vocabulo quo vſus eſt Angelus Politianus.

Ater Quint. Vultur & infandæ ſtryges, omnia; taxus, & ater Bubo.

Feralis Fauſt. Omnia feralis triſtia bubo dedit.

B V B V L C V S.

Ignauus Theocr. Quæ multo ignauum miſeræ inuenere bubulcum.

Durus Petrar. Intereunt iumenta, boues, durique bubulci.

Vigil Fauſt. Vigilem decet eſſe bubulcum.

Tardus Verg. Venit & vpilio, tardi venere bubulci.

B V C C A.

Tumida Perſius Sat. 5. Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Tumefacta Fauſt. Omnia proijciunt tumefactas grandia buccas.

Rubens Mant. Buccaſque inflare rubentes Incipiens.

Turgens Idem, Tollere turgentes buccas, & grandia verba.

Tumens Idem, Gutture prælargo, bucciſque tumentibus hauri.

B V C C I N A.

Rauca Verg. lib. 1. Bello dat ſignum rauca cruentum Buccina.

Inflata Var. Vidiſti ad buccinā inflatā apros, & capros cōuenire ad pabulum.

Caua Ouid. lib. 1. Met. Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latum.

Hoſtilis Claud. Nulla per Aonios hoſtilis buccina campos.

Strepens Sidon. Apoll. Tandem murmure buccinæ ſtrepentis.

Canora Marull. Ni canoræ Buccinæ obiectu patrem Triton obūbraſſet citus.

Tartarea Sabell. Concuſſit buccina nuper Tartarea antiquum Latium.

Sonax Thom. Rad. Qui ſonaci buccina, tortilique in latum.

Scabra Architr. Buccina ſcabra modos, veterum ſacra tympana ſacris.

Turmalis Claud. Excitet infeſtos turmalis buccina ſomnos.

B V F O.

Ventroſus Fauſt. Nec niſi ventroſis vulſæ bufonibus aures.

B V L B V S.

*Bulbus, herba eſt pruritum & Venerem excitans. Caulem & folium habet lilio ſimillimæ. Romanis dicitur allium agreſte. Alij allium marinum vocant. Plinius ait, Bulbos ſponte naſci, & copioſiſſimè in Balearibus, Ebuſoq; inſulis, ac per Hiſpanias. Poſt hos in Africa nati maximè laudantur. Sed & in Prœneſtinis campis ſpontè naſcuntur, ac ſine modo Remorum aruis. Vim habent contrariam fulguri, vt ficus arbor, & hyænæ pellis.*

Candidus Oui. li. 2. de Art. Cādidus Alcothoe qui mittitur vrbe Pelaſga Bulbus.

Salax, ab excitanda Venere. Mart. lib. 3. Sed nihil erucæ faciunt, bulbique ſalaces.

Megaricus Cato bulbos vocat Megaricos, vbi optimi naſcuntur.

Megaris Barth. Lochienſis, Erucam, Megareſque Venus Cithareia bulbos.

B V L L A.

Cærulea Plin. Niſi quod hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Vitrea Calphur. Alternas vitreas lateralis cingula bullas.

Turgida Fauſt. Turgida quàm pluuiæ bulla liqueſcit aquæ.

Caduca Fauſt. Quum ſis momento bulla caduca breui.

B V S T V M.

Horrificum Lucret. lib. 3. At nos horrifico cinefactum te propè buſto.

Cauum Ouid. lib. 3. Eleg. Mors grauis à templis in caua buſta trahet.

Inhonorum Syll. lib. 14. Illaudatam animam, tumulos, inhonoraque buſta.

Triſte



Triſte Pont. De lachrymis lachrymæ triſtia buſta rigant.

Saxeum Stroz. pat. Struxerunt niuea ſaxea buſta manu.

Illætabile Mant. Nec minus eſt mirum, quod ad illætabile buſtum.

Tenebroſum Idem, Ad cryptas Calliſte tuas, tenebroſaq; buſta.

Miſerabile, Idem, Herculis occurrit furor, & miſerabile buſtum.

Gelidum Stat. lib. 5. Syll. Certè ſeiungere matrem iam gelidis nequeo buſtis.

Odoriferum Ganguinus, Exanimem buſto condit odorifero.

B V S Y R I S.

Buſyris rex fuit Aegypti, crudeliſſimus, qui quos hoſpitio ſuſceperat, ſolebat interficere. Ad extremū tamē interfect⁹ eſt ab Hercule, ui eaſdem parabat inſidias.

Illaudatus Verg. Aut illaudati neſcit Buſyridis aras.

Triſtis Oui. Sæuiorē triſti Buſyride, ſæuior illo, Qui falſum lēto torruit igne.

Mareoticus Stat. lib. 4. Syll. Quem tulerit ſæuæ Mareoticus arbiter aræ.

Cruentus Augurell. Hoc facto minor eſt Buſyridis ara cruenti.

Ferus Seneca, Non Buſyridis Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.

Dirus Codrus, Creuit Buſyris dirus, creuere bimembres.

Durus Mant. Nec ipſe Phallaris, aut duri miles Buſyridis auſit.

Niliacus Mant. Sanguine perſuaſit placari numina fuſo.

B V T Y R V M.

Acidum Sidon. Infundens acido comam butyro.

Laſciuum Conrad. Taure laſciuum butyrum, datoq; Lactea dona.

Retractum Architr. Additur agreſti butyrum ſub lance retractum.

Molle Bapt. Egn. Molliq; ſubacta butyro.

B V X V S.

*Buxus, arbor eſt tonſilis & ſemper virens, viſcum producens, & ſemen, quod carthegon dicitur. Ea fiunt multiforatiles tibiæ. Vnde pro ipſo inſtrumento nonnunquam accipitur, ut ſequentibus patebit teſtimoniis. Fiunt ea & laudatiſſimi pectines, & unguentariæ pixides.*

Fragilis Mant. lib. 1. Sed fragiles buxos, & opacas palmitis vmbras.

Criſpata Claud. Fluctuat hinc denſo criſpata cacumine buxus.

Multifora Tunc capietur pro tibia. Seneca, Tibi multifora tibia buxo.

Frondens Pont. Indue & intextum buxo frondente galerum.

Criſtata Stroz. pat. Quam iuuat egregio criſtatas ordine buxos.

Tibicina Idem, Nec tibicinæ ceſſant modulamina buxi.

Conſtrepens Conrad. Neq; in templis tuba conſtrepenti Perſonat buxo.

Berecynthia, frequens in Berecyntho. Mant. Poſt citrū laudat acer, berecynthia buxus.

Pallens Mart. lib. 12. Et non recenti pallidus magis buxo.

Flaua Fauſtus, Flauaq; perpetuo buxus honore viret.

Caua Propert. lib. 4. Iactabat truncas ad caua buxa manus.

Iſmenia Stat. in Achill. Thyaſis Iſmenia buxus Signa dedit.

Tonſilis Mant. Berecynthia buxus. In precio quia crine virens & tonſile lignū.

B V X E T V M.

Tonſile Mart. lib. 3. Viduaq; platano, tonſiliq; buxeto.

B Y R S A.

*Quum Iarbas Getulorum rex vellet expellere Didonem ex Libya, illa callidè emit tantum ſoli, quātum teneri poßet bubulo corio. Verum corium in tenuiſſimas corrigias ſectum tetendit, occupauitq; ſtadia 22. Propterea Carthago, quam condidit, ex eius facti nomine dicta eſt Byrſa, quæ dictio Græca lingua, corium ſignificat. Verg. lib. 1. Aen. Mercatiq; ſolum, facti de nomine Byrſam, Taurino quantum poßent circundare tergo.*

Tyria Syll. lib. 2. Quis procul à Tyria dominos depellere Byrſa.

Punica, à Pœnis populis Africæ. Auſon. Byzantina licet, vel Punica Byrſa fuiſti.

Potens Sabell. Sed ſic Byrſa potens, paruis ſic Martia Roma Exorta auſpiciis.

Sidonia Mant. Sub iuga Sidoniæ collum incuruantia Byrſæ.

Barbarica Idem, Littora barbaricæ procul vſq; ad mœnia Byrſæ.

Libycæ Idem, Et tandem Libycæ ſubiit vaga littora Byrſæ.

Elyſeæ

Elyſæa  Sidon.Perfida Elyſææ crudeſcunt claſſica Byrſæ.
Torrida  Idem, Torrida Tuniſcos infert mihi Byrſa furores.

*B Y S S V S.*

*Byſſus, genus eſt lini ſubtiliſſimi, quo precioſiſſimæ fiunt ueſtes, quæ baſſinæ appellantur. Præcipuus in Iudæa naſcitur, Ioſepho teſtes, ſecundus in Elide, Græciæ ciuitate, colore inferior Iudaico, ſed tenuitate præſtantior.*

Tenui,  Apul.lib.11.Multicolor, byſſo tenui pertexta.
Canens  Guill.Caſtell.Idem & canenti byſſo, cœniſq; ſuperbus.
Candens  Mant.Sub byſſo candente, crucem fumante volebat Thure coli.
Albens  Idem, Longa ſub albenti velabat purpura byſſo.

B Y Z E R E S.

Vagi  Val.Flac.lib.5.Byzereſq; vagi, Philitæaq; nomine dicta Littora.

## C A B A L L V S.

Piger  Horat.lib.1.Epiſt.Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.
Volucer  Reuchlin.in Sergio, Lanigero equo, & caballo volucri inſidens.

C A C H I N N V S. *La risa.*

Dulcis  Lucret.lib.5.Tum ioca, tum ſermo, tum dulces eſſe cachinni.
Licentioſus  Apul.Licentioſis cachinnis effunditur.
Petulans  Polit.Cum ſplene & petulantibus cachinnis.
Tremulus  Balbus, Iam tremulos naſo criſpante cachinnos Tollis.
Argutus  Pont.Ludit & argutis reſonant vada ſalſa cachinnis.
Lætus  Idem, Lætis inter ſtrepit vnda cachinnis.
Tener  Idem, Sæpe ſinum, dulceſq;, iocos, teneroſq; cachinnos.
Molliculus  Idem, Riſu & molliculis decens cachinnis.
Subſannans  Thomas Rad.Nares torquens ſubſannanti cachinno deriſit.
Mordax  Stroz.pater, Mordaces torquet contracta nare cachinnos.
Ignauus  Quint.Et ignauis negat vt non viſa cachinnis.
Mordens  Idem, Et qui mordente cachino Aſſilit.
Rigidus  Iuuen.Sat.10.Sed facilis cuius rigidi cenſura cachinni.

C A C V M E N.

Vmbroſum  Verg.in Buc.Tantum inter denſas vmbroſa cacumina fagos.
Celſum  Lucan.lib.5.Quàm celſa cacumina peſſum Tellus victa dedit.
Montanum  Ouid.lib.1.Met.Pulſabamq; noui montana cacumina fluctus.
Sublime  Idem, Abſtrahit ipſe procul montis ſublime cacumen.
Acutum  Idem lib.1.de Arte, Non ego per præceps, & acuta cacumina vadam.
Frondoſum  Syll.lib.3.At Pyrenæi frondoſa cacumina montis.
Nimboſum  Idem lib.4.Scandunt prærupti nimboſa cacumina ſaxi.
Procerum  Idem lib.6.At nemus arrectæ, & procera cacumina ſaltus.
Saxoſum  Idem lib.13.Cilicis Tauri ſaxoſa cacumina viſet.
Ventoſum  Stat.lib.3.Theb.Imber, & hybernæ ventoſa cacumina lunæ.
Viridans  Pont.Vallibus & viridante cacumine Caucaſus ingens.
Arduum  Thomas Rad.Ardui cacuminis ſalebritate petroſa.
Nemoroſum  Mant.Aequora & inculti nemoroſa cacumina montes.
Altum  Verg.lib.2.Georg.Perq; alta cacumina regnat.
Aerium  Catull.Aerium niuei montis liquere cacumen.
Montoſum  Mich.Angl.Qualiter alpini montoſa cacumina dorſi.
Ramoſum  Mant.Amittunt ramoſa cacumina frondem.

*C A C V S.*

*Cacus, Vulcani fuit filius, qui in Auentino monte boues & armenta ſuffurabatur, quæ ne ſit veſtigijs, cauda trahebat in ſuam ſpeluncam, ne furtum agnoſceretur. Hunc Hercules dedit morti. Propert.lib.4.Sed non infido manſerunt hoſpite caco Incolumes; furto polluit ille locum. Incola Cacus erat, metuendo ruptor ab antro, Per tria partitos qui dabat ora ſonos. Hic ne certa forent manifeſtæ ſigna rapinæ; Auerſos cauda traxit in antra boues. Nec ſine teſte Deo, furem ſonuere iuuenci, Furis & implacidas diruit ira fores. Mænalio iacuit fuſtis tria tempora ramo Cacus, & Alcides, ſic ait, ite boues. Mant.lib.5. Syluarumq; tremor, tacitaq; qui fraude ſolebat Ducere non recta Cacus in antra boues. Galen. Cacus erat, teneros ſolitus vincire iuuencos; Et trahere auerſos in ſua tecta boues. Hunc cacum poetæ fabulantur fuiſſe tricipitem, & ore flammas vomuiſſe.*



Semihomo  Verg.lib.8.Vaſto ſummata receſſu Semihominis Caci facies.
Semifer  Idem, Villoſaq; ſetis Pectora ſemiferi.
Flammigena  Sidon.Collaq; flammigenæ diſrumpens fumida furis.
Ferox  Liuius, Paſtor, accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus.
Rapax  Saxus, Caciq; rapacis tempora nodoſæ concuſſit robore clauæ.
Immanis  Mant.Furem immanem, Oculis flammas, atque ore vomentem.
Ferus  Ouid.in Ibin, Quàm ferus ipſe ſuo periit mactatus in antro, Proditus incluſæ Cacus ab ore bouis.
Raptor  Mant.Raptor Auentinos macularat ſanguine colles.

C A D A V E R.

Informe  Verg.lib.8.Pedibuſq; informe cadauer Protrahitur.
Mœſtum  Lucan.lib.6.Scira dedit mœſtum fletu manante cadauer.
Tetrum  Lucret.lib.2.In nares hominum cum terra cadauera torrent.
Rancens  Idem lib.3.Vnde cadauere rancenti iam viuere vermes.
Rancidum  Idem lib.6.Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu.
Turpe  Ouid.in Ibin, Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Deforme  Syl.lib.2.Deforme alitibus liquere cadauer Iberis.
Exanimum  Bapt.Pius, Cinnama in exanimum funde cadauer amor.
Rogale  Sidon.Illa ſordidior, atque deformior eſt cadauere rogali.
Cineroſum  Thom.Rad.Sepulchris exibant & cineroſa cadauera.
Putridum  Idem, Putridorum amice cadauerum tradidit.
Miſerandum  Codrus, Inter Romanæ miſeranda cadauera gentis.
Fœdum  Stroz.fil.Fœdoq; cadauere piſci Iam pudet.
Odioſum  Sabell.Puniceoq; fugax odioſa cadauera voluens.
Gelidum  Sedul.Conſpicit efferri iuuenem, gelidumq; cadauer.
Cruentum  Cleoph.Nulla cadaueribus tabeſcunt arma cruentis.
Putre  Mant.Proijcit in dulces putre cadauer aquas.
Frigens  Ganguinus, Ita animam capiat frigens à morte cadauer.
Funeſtum  Fauſtus, En poſita infauſto cadauera curru.
Vile  Glarean.Quàm ſi perpetuum, vile cadauer opus.
Flebile  Marull.Quàm te cadauer flebile aſpicio miſer.

C A D M V S.

Agenorides  Ouid.lib.1.de Ponto, Liquet Agenorides Sidonia mœnia Cadmus.
Agenore natus. Idem lib.3.Met.Quæ mora ſit ſocijs, miratur Agenore natus.
Sidonius, quoniam regnauit apud Sidonem. Idem, Hos operis habuit comites &c.
Hyantius, ab Hyantijs Bœotiæ populis. Idem, Participes operis compellat, &c.
Exul  Idem lib.3. Faſt.Cadmus in Aonia conſtitit exul humo.
Gener draconum. Idem in Ibin, Vt fuit Oethæo quondam, generoq; draconum.
Vetus  Stat.lib.3.Theb.Sed nec veteris cum regia Cadmi.
Dirus  Idem, Aoniam & diri ſaciare noualia Cadmi.
Trux  Idem lib.30.Populumq; trucis defigere Cadmi.
Aonius  Idē li.12.Crebrior, Aonij quàm quæ de ſanguine Cadmi Nuda venit.

C A D V R C I.

Fortes  Mant.Auerni, Meldiq; ſimul, forteſq; Cadurci.

C A D V S.

Picatus, Pice vnctus. Verg. Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato.
Chius, ab epitheto vini. Horat. lib. 3. Carm. Quo Chium precio cadum mercemur.
Fragilis Ouid. lib. 8. Met. fragileſq; cadi, ciatiq; lebetes.
Fumoſus Idem lib. 5. Faſt. Promit fumoſo condita vina cado.
Niger Mart. lib. 1. Et nigros Maſſilia cella cados.
Rubeus Idem lib. 5. Flauaq; de rubeo promere mella cado.
Tortus Idem lib. 9. Nos bibimus torti pulla venena cadi.
Vetulus Idem lib. 13. Exigua vetulos mittit ab vrbe cados.
Ilignus, factus ilice arbore. Stroz. filius, Molliaq; ilignis vina repoſta cadis.
Spumans Mant. Vina ferunt Cyprus, cadis ſpumantibus.
Rubens Mant. lib. 1. Vina rubens fundit non peregrina cadus.
Mygdonius, id eſt, Falernus. Mant. Cado vndantem dextera Falerno Eleuat.
Cebalius Ang. Maſſ. Purpura in cebalio hic ſaturata cado.

C AE D E S.

Sæua Verg. lib. 12. Terribilis ſæuam nullo diſcrimine cædem Suſcitat.
Impia Horat. lib. 3. O quiſquis volet impias Cædes, & rabiem tollere ciuicam.
Dira Ouid. lib. 2. Met. Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Furialis Idem lib. 6. Sic vt erat ſparſis furiali cæde capillis.
Acris Idem lib. 10. Sed enim deuoratus ab acri Cæde lupus.
Sanguinea Idem lib. 4. Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem.
Fera Idem lib. 4. Triſt. Plena fores cædis, plena cruoris erant.
Dura Syll. lib. 4. Sola Apœnini reſidens in vertice, duras Expectat cædes.
Miſeranda Idem lib. 6. Brutius ingenti miſerandæ cædis aceruo.
Acerba Stat. lib. 6. Theb. Primitias egomet lachrymarum & cædis acerbæ.
Feralis Claud. Renouet ferales Allia cædes.
Lethifera Idem, Qualis lethifera populatus cæde Gelonus.
Infauſta Sidon. Religioſum putant cædis infauſtæ perpetratores.
Cruenta Seneca, Manus cruenta cæde & hoſtili expia.
Funeſta Idem, Maculate ſuperos cæde funeſta Deos.
Effera Idem, Placare quem non potuit à cæde effera.
Pallida Pont. Inſidiæq; & pallida tabe cruenta cædes.
Violenta Idem, Et cadit infelix violenta cæde peremptus.
Improba Marull. Sed improba in cæde perſtabat.
Inſana Idem, Cladibus, inſanaq; hominum increſcere cæde.
Atrox Liuius, Atrox cædes poſt ſedatum prælium fuit.
Horrifica Crinit. Inter mille cadentium cædes horrificas virum.
Miſera Idem, Infecit miſeris cædibus Auſones.
Infanda Bapt. Egn. O vtinam infandas cædes, deſertaq; cultu Oppida.
Rubens Mant. Riuumq; implere rubenti Cæde.
Cruda Valerandus, Cruda virum cædes effuſi fluminis inſtar.
Horrida Barthol. Tantum horrida cædes Augetur.
Turpis Mant. Læta cruentabat turpi conuiuia cæde.
Purpurea Idem, Et cæde rubentem Purpurea.

C OE L V M.

Polycletæum Stat. lib. 2. Syl. Aut Polycletæo iuſſum eſt quod viuere cœlo. — A Polycleto, &
Laboriferum Idem lib. 4. Laboriferi viuant quæ marmora cœli. — Phidia, &
Phidiacum Mart. lib. 10. Donet Phidiaci toreuma cœli. — Mentore,
Ferreum Sidon. Talem fecerunt ferrea cœla deam. — celebrib[9]
Mentoreum Quint. Quot Mentoreo caua pocula cœlo. — ſtatuariis.

C AE P A.

Rubens Verg. in Moreto, Cæpa rubens, ſectiq; famem domat area porri.





Lachrymoſa Colum. Atq; oleris pulli radix, lachrymoſaq; cæpa.
Sordida, quod grauiolentem reddat anhelitum. Sidon. Cui non allia, ſordidæq; cæpe.
Mœſta Ennius lib. 4. Sab. Neq; triſte quæritat ſinapi, neq; cæpe mœſtum.
Aſcalonia Col. Pompeiam vel Aſcaloniam cæpam eligito, & componito, &c.
Tunicata Perſius Sat. 4. Tunicatum cum ſale mordens cæpe.

C E R A.

Pinguis Verg. lib. 2. Geor. Idæaſq; pices, & pingues vnguine ceras.
Liquida Lucan. lib. 3. Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia ceræ.
Flaua Ouid. lib. 3. Met. Sed vt intabeſcere flauæ Igne leui ceræ.
Odorata Idem lib. 8. Mollit odoratas pennarum vincula ceras.
Flauens Idem, Pocula quæ caua ſunt flauentibus illita ceris.
Hymettia Idem lib. 10. Vt Hymettia ſole cera remolleſcit. — Hymettus, Atticæ mons, optimi mellis copia abundans.
Phœnicea Idem lib. 3. Eleg. Sagax vt Phœniceæ defixit nomina ceræ.
Dulcis Syll. lib. 2. Ad dulces ceras, & odori verticis antra.
Cecropia Idem lib. 14. Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.
Laborata Stat. lib. 10. Laboratasq; premunt ad pectora ceras.
Attica Textor, Blanda tibi ceruix fragrat, quod & Attica ceræ.
Tenuis Val. Flac. lib. 1. Et vt tenues ſubiere latentia ceræ.
Mollis Idem, Vel pice, vel molli concludere vulnera cera.
Diues Sidon. cum diuite cera pingues.
Mantois, id eſt, Mantuana. Pont. Electro felix, felix Mantoide cera.
Sexangula, à ſexangulis fauorum. Polit. Ceraq; nectareas ducat ſexangula ceras.
Hyblæa Idem, Gaudebat calamos Hyblæis iungere ceris. — Ab Hybla mõte Siciliæ, apib. abundãte.
Multifora, à multis foraminib. Idem, Candida multiforæ ſolidat fundamina ceræ.
Tenella Lud. Bigus, Durat vt ahenis cera tenella focis.
Liquens Mant. Ceras ardore liquentes Soluit.
Dulichia, id eſt, Græca. Bapt. Pius, Vel mihi Dulichia velentur tempora cera.
Fragilis Iuuen. Sat. 12. Accipiunt fragili ſimulachra nitentia cera.
Tenax Verg. lib. 3. Georg. Deinde tenaces Suſpendunt ceras.

C E R O M A.

Fœmineum, quoniam mulieroſi ſunt, & parum viri, qui delectantur vnguentis. Iuuen. Sat. 6. Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma.
Lentum Mart. lib. 4. Seu lentum ceroma teris, trepidumve trigona.

C AE S A R.

Troianus Verg. lib. 1. Aen. Naſcitur à pulchra Troianus origine Cæſar.
Acer Lucan. lib. 1. Acer & indomitus, quò ſpeſq; quoq; ira vocaſſet.
Cruentus Idem lib. 9. Hinc ſuper Aematiæ campos, & ſigna cruenti Cæſaris.
Heſperius Idem lib. 10. Nec nos deterreat auſis Heſperij fortuna ducis.
Latius, à Latio, ſeu Italia. Idẽ, Dũ parat in vacuas Martẽ trãsferre carinas Dux Latius.
Egregius Horat. lib. 1. Carm. Laudes egregij Cæſaris, & tuas.
Inuictus Stat. lib. 4. Syll. Ille vt inuicti rapidum ſecutus Cæſaris fulmen.
Ferox Claud. Poſtquam iura ferox in ſe communia Cæſar Tranſtulit.
Magnanimus Cleoph. Gallica magnanimus non diſſipat agmina Cæſar.
Armiſonus Quint. Cæſare ab armiſono clemens ſperare ſalutem.
Tarpeius Remaclus, Vectigal potuit Tarpeio Cæſare dignum.
Cinædus Catull. Cinæde Romule, hæc videbis, & feres?
Prædicator Suet. Bithynia quicquid, & prædicator Cæſar vnquam habuit.
Superbus Mant. Et Cæſaris arma ſuperbi Inuaſere lares patrios.

C AE S A R I E S.

Nitida Verg. lib. 4. Georg. Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla.
Rutila Auſon. Cæſariem rutilam per candida colla refundis.
Refuga Sidon. Cæſaries refuga criſpatur.

Radioſa Th.Rad.Depexa capitis nitidi radioſa cæſarie.
Pendula Idem, Diſtantibus humeris, pendula cæſarie verberatus.
Roſida Conrad. An non pudebit roſidam cæſariem Ridere conſum barbari.
Fluitans Valerandus, Fluitans cui pendet ab armis cæſaries.
Candida Budinus, Candida cæſaries nigro mutata colore.
Aurea Corn.Gallus, Aurea cæſaries, demiſſaq; lactea ceruix.
Genialis Apul.lib.5.Met.Videt capitis aurei genialem cæſariem.
Flauicoma Augurel.Flauicomam oſtentans Delia Cæſariem.
Pulchra Codrus, Cui pulchram gratia compſit cæſariem.
Intonſa Claud.Dubiam lanuginis vmbram Cæſaries intonſa tegit.
Flaua Iuue.Sat.13.Cærula quis ſtupuit Germani lumina flauam Cæſariem?
Berenicæa Catull.Idem me ille Conon cœleſti munere vidit, Et Berenicæam vertice cæſariem.

*C Æ S T V S.*

*Cæſtus, claua habens pilas plumbeas, loris bubulis appẽſas, hoc olim digladiabãtur veteres.*

Crudus Verg.lib.3.Geor.Curſibus & crudo decertet Græcia cæſtu.
Validus Claud.Valido quamuis decernere cæſtu Horruit.
Percalidus Crin.Tu reddis Veneris percallidum bonæ Suaui cæſton amaraco.
Durus Calent.Hic iuuenes duris armati cæſtibus ibant.
Grauidus Idem, Stabat Eryx grauido perfractus tempora cæſtu.
Acriſonus Bart.Protinus ærisoni toluntur in æthera cæſtus.
Pictus Hieron.Ang.Sed pictus eburno Cæſtus adeſt collo.

C A I E T A.

Dardanis Mart.lib.10.Non blanda Circe, Dardaniſve Caieta.
Aeneia Verg.Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dediſti.
Dardana Sabell.Dirave Leſtrigonum cædes, non Dardana nutrix.

C A L A M V S.

Agreſtis Verg.in Buc.Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.
Niloticus Apul.Papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami inſcriptam.
Paluſter Ouid.lib.1.Met.Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres.
Leuis Idem lib.7.Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Mollis Plin.lib.18.Octona genicula habet molli calamo.
Gracilis Manil.Et graciles calamos, & neruis inſita verba.
Loquax Stroz.fil.Calamoſq; repone loquaces.
Tenuis Pont.Nunc age dum tenues calami, mea dulcis arundo.
Argutus Stroz.pater, Arguto didicit calamo depellere curas.
Dulciloquus Quint.Dulciloquos inflat calamos prudentia ſanctæ.
Fragilis Calent.Vt fragiles calamos verberat aura leuis.
Sonorus Fauſt.Hic docuit calamos labris inflare ſonoros.
Canorus Mich.Angl.Primuſq; inflare canoros Pan doctus calamos.

*C A L A T H V S.*

*Calathus, vas eſt vimineum, in quo mulieres ſuos fuſos, & penſa reponunt aut violas. Vnde Verg. de Camilla, Non illa colo calathiſve Mineruæ Fœmineas aſſueta manus. Idem in Buc. Tibi lilia plenis. Ecce ferunt Nymphæ calathis. Capitur etiam pro calice vinario, apto ad ſacrificia. Verg. Vina nouum fundam calathis aruiſia nectar.*

Vimineus Pont.Pro fuſo, calathoq;, & vimineis calathiſcis.
Raſilis Ouid.in Epiſt.Raſilibus calathis impoſuiſſe manum.
Vimine textus. Claud.Nunc vimine textos. Ridẽtes calathos folijs agreſtib. implet.
Capax Sidon.Calathi ferant capaces.
Textilis Stroz.fil.Textilis à dextra calathus dependet.
Iners. Nam virum dedecet fœmineis artibus exerceri, idq; molliciem arguit. Marul.Verſari in calathis fœminam inertibus.





Virgatus Catull.Vellera virgathi cuſtodibant calathiſci.
Eburnus Mant.Additus in calatho violis amaranthus eburno.
Colurnus Idem, Adria de calatho promebat fragra colurno.
Fœmineus Idem, Fœmineos inter calathos & penſa latebat.
Prægnans Textor, Nec fero prægnantem calathum Icariotide tela.

C A L C A R.

Sæuum Stat.lib.11.Et ſæuis calcaribus vrgent Immeritos.
Aeratum Cleoph.Doctus equi ſodere æratis calcaribus armos.

*C A L C H A S.*

*Calchas fuit augur, Theſtoris filius, qui tpe belli Troiani Græcis oracula reddidit. Idẽ prædixerat, Græcos omnes, Troia diruta, in patriã ſoſpites redituros, quod ſecus accidit. Nam multi apud Caphareum Eubœæ naufragium fecerunt. De Calchante Ouid.lib.2.de Arte. Quãtus erat Calchas extis, Telamonius armis. Cic.lib.1.de Diuin. Alia aũt ſubito tpe coniectura explicantur, vt apud Hom. Calchas, qui ex paſſerum numero, annos belli Troiani auguratus eſt. Ferunt hunc Calchantem cum Amphilocho, Ampharai filio ab expeditione Troiana redeuntẽ, ad Apollinis Clarij lucũ diuertiſſe, repertoq; ibidem Mopſo, quædam propoſuiſſe. Quæ cũ ille ſoluiſſet, aiunt Calchantem animi ægritudine perijſſe. Quæſtio ab Heſiode talis memoratur. Mirabor ſanè poteris ſi dicere ficus, Quot numero hæc caprificus habet, perparua licet ſit, Mille quidem decies modius menſura ſuperq; Vna ſit, hanc nullo poteris comprendere pacto. Dixit, & inuentus numerus, menſuraq; certa eſt, Continuo mortis Calchanti ſomnus obortus. Pherecides ſcribit, Calchantem ſue oblata interrogaſſe, quot porculos geſtaret, Mopſum verò reſpondiſſe, tres, atque ex his vnam fæminam, quem vbi vera locutum patuit, illum ægritudine intabuiſſe.*

Augur Seneca, Augur hoc Calchas canit.
Theſtorides, Theſtoris filius. Stat.in Achil.Omniũ Phœbi, tripodumq; oblite tuorum Theſtoride. Idem, intrantemq; deum primo pallore fatetur Theſtorides.
Verus Idem, Et verum Calchanta precantur.
Vates Ver. Hic Ithacus vatẽ magno Calchãta tumultu Protrahit in medios.
Prouidus Ouid.lib.12. At veri prouidus augur Theſtorides, vincemus, ait.

C A L C E I.

Sicyonij Cic.lib.1.de Orat. Vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer.

*Sicyon vrbs fuit in Achaia, non procul à Corintho, in qua molles calcei, & muliebres fieri ſolebant. Vnde & aluta vocatur Sicyonia.*

C A L I G O.

Picea Verg.lib.2.Georg.Ad cœlum picea craſſus caligine nubem.
Obſcura Idem in Aethna, Illinc obſcura ſemper caligine nubes.
Cæca Idem lib.3.Aen.Treis adeò incertos cæca caligine ſoles.
Atra Idem lib.9.Quis globus, ò ciues, caligine voluitur atra.
Craſſa Lucret.lib.6.Et craſſa voluit caligine fumum.
Terribilis Idem, Mox vbi terribili terras caligine texit.
Nubila Apul. Ipſi ſoli nubilã caliginẽ, & perpetuas tenebras comminantem.
Vaporoſa Idem, Fumoſis tenebris vaporoſæ caliginis palpebra adæſi.
Illuna Idem, Tenebris illunæ caliginis impeditus.
Nubiloſa Idem, Cœlum autem nubiloſa caligine diſiecta.
Pœnalis Idem, Ad aliam pœnalem euigila caliginem.
Spiſſa Ouid.lib.7.Met.Principio cœlum ſpiſſa caligine terras Preſſit.
Opaca Idem lib.10. Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca.
Fumida Plin.lib.2.Propter vapores fumidam exhalare caliginem.
Nigrans Syll.lib.4.Nigranti piceus ſenſim caligine vertex.
Obſtruſa Manil.Erutaq; obſtruſa penitus caligine fata.
Furua Auſon.Quas inter medias furuæ caliginis vmbram.
Fumoſa Pont.Et auras caligo fumoſa agitans.
Tenebroſa Thom.Rad.Tenebroſa ſuſcitata caligo.

Gelida. Idem, Gelida obdurante caligine.

Nigra Augurell. Hos etenim veſtros nigra caligine vultus.

Tetra Barth. Supraq; ingens caligine tetra.

Turpis. Quint. Caligo turpis occupet pectus tuum.

Somnifera Mant. Exit enim de ſomniferæ caliginis vmbris.

Stygia Val. Var. Aſperſere tibi Stygia caligine frontem.

Præfurua. Bart. Præfurua replens caligine muros.

## C A L I X.

Perſpicuus. Mart. lib. 4. Prodat perſpicuus ne duo vina calix.

Fœcundus. Hor. lib. 1. Epiſt. Fœcundi calices quem non fecere diſertum.

Auratus. Propert. lib. 2. Sumet & aurato mollius in calice.

Gemmatus Mart. Gemmatum Scythicis vt luceat ignibus aurum.

Amplus. Apul. Ampli calices, variæ quidem gratiæ.

Surrentinus, à Surrẽtino Cãpaniæ vrbe, & opere figulino & calicũ nobilitate clara.

Cauus. Mant. Caliceſq; rotundo Ore cauos.

Ventroſus. Idem, Porrige ventroſum calicem crateribus hoſpes Grandibus ad vitæ pocula ſancta veni.

## C A L L I D I T A S.

Fraudulenta Gell. lib. 8. Hæc eorum fraudulenta calliditas tam eſſe turpis, &c.

Proterua. Mant. Sed calliditate proterua, Principib. regniſq; graues inducere caſus.

Verſuta Fauſtus, Nullum quippe nephas, quod non verſuta tyranni Caliditas finxiſſe queat.

## *C A L L I M A C H V S.*

*Callimachus poeta fuit Cyrenæus, Batti filius, diſcipulus Hermocratis, qui vixit apud Ptolemæum Philadelphum, in honore præcipuo, fuitq; bibliothecæ regiæ præfectus.*

Clarius, à Claro inſula. Ouid. lib. 1. Triſt. Nec tantũ Clario Lyde eſt dilecta poetæ.

Battiades, à Battho patre. Catullus, Hæc expreſſa tibi carmina Battiadæ.

## C A L O R.

Aeſtiuus. Pont. Et feſſa æſtiuo membra calore leuat.

Feruidus. Horat. lib. 3. Car. Si neq; feruidis Pars incluſa caloribus.

Feruens. Apul. Quod olim diffuſum fuerat in omnibus dolijs feruenti calore.

Validus. Ruffus, Cedunt valido penetrata calori.

Vrens. Pont. Feruere & vrentem interius cohibere calorem.

Torrens. Idem, Vltima torrenti ſemper ſitit vſta calore.

Ardens Idem, ſenſerunt hominum ardenti concocta calore.

Aetnæus. Idem, Vſſit & Aetnæus pectora adæſa calor.

Vitalis. Lactant. Aeris in ſpiritu, ignis in calore vitali.

Ignitus. Mapphæus, Et velut ignitum teſtudo euerſa calorem.

Viuificus. Mirandula, Viuificum ſed quæ perferre calorem Poſſunt.

Flammans. Conrad. Atq; flammantem nimium calorem.

Aridus. Lucret. lib. 4. Vrere ne poſſit calor amplius aridus artus.

Rapidus. Pius, Vt valeam rapido ſupereſſe calori.

## C A L P E.

Calpe columna Herculis Tarteſia dr̃ à Tarteſo vrbe Hiſpaniæ, pꝑe quã eſt Calpe.

Herculea Syl. lib. 9. Cum ſæuior æthere, Calpen Herculeam ferit.

Tarteſia Auſon. Condiderat iam ſolis equos Tarteſia Calpe.

Occidua. Sidon. Et occiduam texere cadauera Calpen.

Ibera Seneca, Aut Mauram premens Ibera Calpe littus.

Mauruſia Pont. Obſtupuit gemuitq; ſimul Mauruſia Calpe.

Heſperia Stroz. fil. Præter Achum Heſperiæ genitum ſub vertice Calpes.

Excelſa Mant. Qua ſubit excelſam Tethys interflua Calpen.

Ardua Idem, Anguſtaq; freti fauces premit ardua Calpe.

Alta Idem, Vbi cernit altam Iulia Calpen.





## *C A L T A.*

*Calta genus eſt violæ flãmei coloris, huius folia olent, non flores. Author Plin. lib. 21. cap. 6.*

Luteola, à colore luteo, i. ſubrubro. Ver. 1 Buc. Mollia luteola pingit vaccinia calta.

Flammeola Politian. Nec iam flammeolæ conniuent lumina caltæ.

Florens Pont. Cingit quæ ad collum caltæ florentis honorem.

Vſta Pius, Caltaq; ſylueſtres ſi tegit vſta roſas.

Rubens Mãt. Calta rubẽs, hiacinthus adhuc, antiqua doloris in folijs monumẽtă gerens.

## *C A L Y D O N.*

*Calydon ciuitas eſt Aetoliæ, regina Oenei patris Meleagri, propè quam Meleager ipſe vaſtiſſimum aprum cum Atlanta interfecit.*

Meleagræa Lucan. li. 6. Et Meleagræam maculatus ſanguine Neſſi Euenos, &c.

Monſtrifera Stat. lib. 1. Theb. Monſtriferæ Calidonis opes, Acheloiaq; arua.

Aetolus Mart. lib. 9. Miſimus Aetola de Calidone putes.

Impia Stroz. fil. Impia ne aires Calidon ſciat vna Dianæ.

Pulchra Verg. lib. 11. Coniugium optatum & pulchram Calydona viderem.

## *C A L Y P S O.*

*Calypſo, Oceani & Tethyos filia, regnauit in Ogygia inſula, vbi & naufragum Vlyſſem excepit hoſpitio. Vnde Ouid. Ah, quoties illum doluit properare Calypſo, Remigioq; aptas eſſe negauit aquas. Propert. lib. 1. At nõ ſic Ithaci digreſſu nota Calypſo: Deſertis olim fleuerat æquoribus. Multos illa dies, incomptis mœſta capillis. Sederat, iniuſto multa locuta ſalo. Idem lib. 2. Sic à Dutychio, iuuene eſt eluſa Calypſo: Vidit amatorem pandere vela ſuum. Claudianus facit eam filiam Alcinoi, de laudibus Serenæ ita ſcribens, Non talem triuiæ confert laudator Homerus, Alcinoo genitam, quæ dum per littora veſtes Explicat, & famulas exercet læta choreas, Auratam iaculata pilam, poſt naufraga ſomni Ocia progreſſum folijs expauit Vlyſſem.*

Aequorea, quoniam nonnulli dicunt eam Oceani filiam. Ouid. lib. 4. de Ponto, An graue, ſex annis pulchram fouiſſe Calypſo, Aequoreamq; fuit.

Aequorea, id eſt Oceani filia, vel vt alij volũt Atlãtis filia.

Atlantis Tibull. lib. 4. Non amor, & fœcunda Atlantidos arua Calypſus.

Famoſa Mant. Auſone quem profugo peperit famoſa Calypſo.

Atlantias Verg. in Priapeis, Hic legimus Circen, Atlantiademq; Calypſo.

## C A L I S T O.

Nonacrina, i. Arcadica à loco Arcadiæ.

Nonacrina Ouid. li. 2. Met. Dũ redit, itq; frequens, in virgine Nonacrina Hæſit.

Lycaonia, Lycaonis filia. Idem, Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis.

Tegæa, à Tegeo oppido Arcadiæ. Ouid. lib. 2. Faſt. Hic, ait, in ſylua virgo Tegeæa, lauemur.

Lycaonis Idem, Cui dea, Virgineos periura Lycaoni cœtus Deſere.

Parrhaſia, à Parrhaſia Arcadiæ populis. Ouid. lib. 2. Triſt. Parrhaſiæ delido virginis axe præmor.

## C A M A R I N A.

Camerina, Palus peſtilens, iuxta oppidũ eiuſdẽ nominis.

Pigra Claud. Quas pigra vado Camarina paluſtri Nutrit.

## C A M E L V S.

Hirtus Mirandula, Tergora caprarum, atq; hirti tegumenta cameli.

Deformis Iuuencus, Deformis poterunt immania membra cameli.

## C A M E R A.

Pendens Mant. Et ſuper inductos cameris pendentibus artus.

Repanda Valerandus Varanius, Tum cellis imbelle genus, cameriſq; repandis.

Eburna Propert. lib. 3. Nec camera auratas inter eburna trabes.

## *C A M I L L A.*

*Camilla fuit regina Volſcorum, quam Metabus pater, in medijs ſyluarum latebris, ferino pauit lacte. Ea demum prouectior facta ferinis amicta pellibus, fondas cœpit circum agere, complicare arcus, ſagittas torquere, ceruos & capreas laſſare curſu. Cui virtuti adiecit ſtudiũ virginitatis Orto demum inter Turnum & Aeneam bello, Rutilis adhæſit, fuitq; ductrix copiarũ. Quam eius virtutem Vergilius in fine ſeptimi deſcribit.*

Priuernia,à Priuerno Campaniæ ciuitate,vbi nata.Pont.Qualis Priuernia virgo.
Fortis Stroz.pater,Magnanimum Thamyrim,ſortem propone camillam.
Volſca Mant.Compar,& Harpalicen referens,Volſcamq; Camillam.
Bellatrix Hoc epithetum iam citatum eſt.

### *CAMILLVS.*

*Furius Camillus magnam gloriam virtute bellica ſibi comparauit.Faliſcos obſedit,Veios decenna'i obſidione domuit,Gallos Senones Roma pepulit,eiſq; vexilla Romanorum extorſit.Vnde aſſertor,id eſt,patriæ libertatis vindex dicitur à Martiale.*

Fortis Pamph.Ecce tibi rapiet pro forti ſigna Camillo.
Ferus Quint.Proſpice geſta feri repetentis ſigna Camilli.
Magnus Proper.lib.3.Crede mihi,magnoſq; æquabunt iſta Camillos Indicia.
Fatalis Gallis.Claud.Scipiadas,Gallisq; genus fatale,Camillos.
Aſſertor Mart.lib.1.Qui loquitur Curios,aſſertoresq; Camillos.

### CAMINVS.

Fumifer Lucan.lib.7.Aponus terris vbi fumifer exit,
Auidus Stat.lib.3.Theb.Iam falces auidis & aratra caminis.
Calidus Manil.Quod ferrum calidi ſoluant,atq; æra camini.
Arcuatilis Sidon.Quod arcuatili camino ſæpe ignis aīatus pulla fuligine infecit.
Furens Seneca,Et qui furentes ſemper Aetnæis iugis Verſat caminos.
Terrificus Pont.Inſula terrificis Aetnæ celebrata caminis.
Horriſonus Polit.Lambit in horriſonis in noxia flamma caminis.
Flammifer Pamp.Nam quem flammiferis ignem vomit Aetna caminis.
Rutilus Lud.Big.Strauiſſe,aut rutilis vaſtanda dediſſe caminis.
Ignitus Augurellus,Camino ineſſe ſæpe nec pati ignito.
Metallificus Mant.Ilua metallificis ſemper fumoſa caminis.
Ardens Iuu.Sat.14.Incude aſſidua,ſemperq; ardente camino.
Flagrans Mant.Lamina Cyclopum excoquitur flagrante camino.
Igniuomus Cantalycius,Inſulaq; igniuomis finxit Liparæa caminis.
Lambens Bap.Pius,Semper anhelantem lambentibus aſtra caminis.

### CAMOENAE.

Dulces Hor.lib.1.Epiſt.Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ.
Diuæ Næuius,Flerunt diuæ Camœnæ Næuium poetam.
Aoniæ Ouid.lib.4.Faſt.Talibus Aoniæ facunda voce Camœnæ.
Caſtaliæ Auſon.Paule Camœnarum celeberrime Caſtaliarum.
Cecropiæ Idem,Cecropiæ commune decus,Latiæq; Camœnæ.
Vocales Sene.Ille vocali genitus Camœna.
Atticæ Pont.Quibus Atticæ Rorarunt Veneres ſuas.
Multiloquæ Marull.Multiloquæ fidicen Camœnæ.
Sacræ Codrus,Et ſacras totus redolens Camœnas.
Pieriæ Ternaq; Pierijs reſonant hic plecta Camœnis.
Diuinæ Conrad.Pelle diuinas regiones Camœnas.
Doctæ Idem,Sæpe quæ doctis lateant Camœnis.
Ingenuæ Idem,Quicunq; ingenuas colunt Camœnas.
Aeternæ Idem,Iter æternas medius Camœnas.
Actææ Augurell.Cuius Actææ facili feruntur Ore Camœnæ.
Lapidæ Balbus,Sæpe mihi dicis lapidas mi Balbe Camœnas.
Italicæ Quint.Italicis ſed Thuſcus vterq; Camœnis.
Mæoniæ Pallad.Soran.Sed tua Mæonijs ſemper domus alta Camœnis.
Argutę Salm.Sic bonus argutis luſit Baptiſta Camœnis.

### CAMPANIA.

Diues Syll.lib.8.Iam verò quos diues opum,quos diues auorum Campania.
Prouida Iuuen.Sat.10.Prouida Pompeio dederat Campania febres.

CAM-



### CAMPVS.

Fertilis Verg.lib.2.Georg.Quiſq; frequens herbis,& fertilis vbere campus.
Pinguis Hor.lib.1.Epiſt.Non pingues Aſiæ campi,colleſq; morantur.
Virides Stat.lib.12.Virides grauis vngula campos Mutat.
Patens Verg.lib.4.Georg.Ergo vbi ver nactæ ſudum,campoſq; patentes.
Gramineus Ouid.lib.3.Faſt.Altera gramineo ſpectabis equilia campo.
Iacens Lucan.lib.4.Vrebant montana niues,campoſq; iacentes.
Apertus Ouid.lib.5.Triſt.Nec frondes ſyluis,nec aperto gramina campo.
Frondens Luc.lib.6.Vngula frondentem decuſſit cornea campum.
Planus Idem,Conſpicit in planos hoſtem deſcendere campos.
Latus Idem lib.7.Obit latis proiecta cadauera campis.
Frumentarius Cato,Sexto campus frumentarius,ſeptimo ſylua cædua.
Herbidus Sabell.Herbidus & tota campus deſeruiat ora.
Vber Col.Qui vberem campū in ſingula iugera tritici obſerere præcipiunt.
Vliginoſus Col.Igitur vliginoſi campi proſcindi debent,poſt Idus menſis Aprilis.
Lætus Idem,Iam lætis & herbidis campis.
Apricus,ſoli expoſit⁹. Hor.in Arte,Gaudet eq̄s, canibuſq; & aprici gramine cāpi.
Herboſus Idem lib.3.Carm.Ludit herboſo pecus omne campo.
Virens Lucr.lib.1.Frondiferaſq; domos auium,campoſq; virentes.
Felix Ouid.lib.5.Faſt.Cloris eram nymphæ campi felicis.
Lapideus Plin.21.Thymis quidem nunc etiā lapideos campos refertos ſcimus.
Paluſter Idem lib.4.Naſcuntur in paluſtribus campis.
Humidus Idē lib.15.Reperitur in Pōto, cāpis pinguib.humidiſq; guſtus amari.
Patulus Syl.lib.6.Et ſtagnante vado patulos inuoluere campos.
Arenoſus Idem,Lentus arenoſo ſpumabat Bragada campo.
Vdus Idem lib.8.Interiorq; per vdos Alba ſedet campos.
Veſtitus gramine.Claud.Itur in æterno veſtitos gramine campos.
Florens Stroz.pater,Florentes campos riguus perlabitur amnis.
Paludoſus Pont.Quamve paludoſis tellus alit humida campis.
Amœnus Pamph.Ad gelidos fontes,ad amœni iugera campi.
Puluereus Polit.Tum ſola puluerei pingueſcunt arida campi.
Aquoſus Mant.Preſſas valles ſpeculatus aquoſos Vidit adhuc campos.
Frugifer Sabell.Hinc qua frugiferos ambit celer Addua campos.
Vitifer Idem,& qua vitiferos mitis liquentia campos Irrigat.
Perfluus Conrad.Perfluus puris vbi campus vndis.
Opimus Quintian.Tellus campis vernat opimis.
Halans Guil.Caſtell.Hallantes campos,& amœna vireta piorum.
Amplus Mant.Aſpicit,hos inter populos campo æſtuat amplo.
Floriger Idem,Aſpera florigeris redolens Academia campis.
Dulcis Idem,O decor,ò campi dulces,ò gloria cœli.
Præpinguis Cantal.Præpingues vbere campos.
Spacioſus Cimbriacus,Quamuis ſpacioſi iugera Campi Currimus.
Vernans Gualt.in Alex.Hic vbi vernantes cereali gramine campos.
Ferax Fauſt.Paſcua iamdudum campo meliora feraci.
Rigidus Tibull.lib.4.Seu me finget equum rigidos percurrere campos.
Luteus Mant.Nec luteis veſtigia ponere campis Erubuit.

### CANABIS.

Torta Perſ.Saty.5.Tibi torta canabe fulto Cœna ſit in tranſtro.Hic tortam canabem accipit pro tela,& mantili craſſiore,quæ fit ex canabe.

### CANALIS.

Plumbeus Colum.Aut aqua replentur,aut cibo plumbei canalis.
Anguſtus Apul.lib.6.Anguſti canalis operto contecti tramite.

I 3 Flexuoſus

Flexuoſus  Idem lib.9.Propellor ad incurua ſpacia flexuoſi canalis.
Irriguus  Calphurn.Nam potes irriguis mutare canalibus hortos.
Patulus  Sidon.Et cadit in montem, patuliſq; canalibus actas.
Cauus  Pont.Et properare cauis operoſa canalibus vnda.
Occultus  Idem,Ruit acta repente canalibus vnda Occultis.
Riguus  Mich. Angl.Vel riguis virides recreare canalibus hortos.
Multifidus  Mant.Hic quoq; multifidis diuiſa canalibus vnda.
Ilignus,factus ilice arbore.Verg.li.3.Geor.Currẽtem ilignis portare canalib.vndã.

C A N C E R.

*Cancer genus eſt piſcis, & ſignum cœleſte, quod ſol percurrit menſe Iunio, quum iam vehementiſſimus eſt calor. Mediocris etiam iudicij lector facilè diſcernet, quando pro piſce, quando pro ſidere capietur. Dicimus etiam Carcinos pro cancer. Luca. Par geminis Chiron, & idem quod carcinos ardens.*

Rubens  Verg.lib.4.Georg.Neve rubentes Vre foco cancros.
Calens  Idem de ſignis,Zetus & Amphion,cancriq; figura calentis.
Aduſtus  Idem,Taurus,item gemini, ſequitur quos cancer aduſtus.
Torrens  Lucan.lib.8.Nam quis ad aduſtam cancro torrente Syenen.
Calidus  Idem lib.10.Calidi tetigit quum brachia cancri.
Ardens  Idem,Auſus in ardentem ripas attollere cancrum.
Lærnæus  Col.Hauſerit & terris Lærnæi brachia cancri.
Pluuialis  Pallad.Rut.Si pluuiales cancros,vel marinos in aqua tegas.
Curuans brachia. Ouid.libr.2.Metamorph.Scorpion atque aliter curuantem brachia cancrum.

A Lærna palude in qua fuit hydra ſerpens, cum cãcro q̃dam cõe habens.

Littoreus  Idem lib.10.Concaua littorei feruebant brachia cancri.
Octipes  Idem lib.1.Faſt.Octipedis fruſtra quæruntur brachia cancri.
Fluuiatilis  Plin.lib.19.Aduerſus erucas, & cancrum fluuiatilem.
Aeſtifer  Syll.lib.1.Aeſtifero Libyæ torquetur ſubdita cancro.
Rapidus  Stat.lib.4.Theb.Solet & rapidi ſub lumine cancri Semper.
Scopuloſus  Manil.Scopuloſus in vndis Cancer.
Cæruleus  Ruffus,Quantum à cæruleo diſtat cancro Capricornus.
Feruens  Sene.Si qua ferueñti ſubiecta cãcro. Hic eſt diæreſis ĩ dictione ſubiecta.
Aeſtiuus  Pont.Aeſtiui tam ſæpe præmens caua tergora cancri.
Teſtudineus.Idem,Si teſtudineus moueat ſub brachia cancer.
Tardigradus.Polit.Ore lapillos Tardigradus prendit cancer.
Ferus  Conra.Nec ferus cancer,metuenda iniquis Mors.
Aequoreus  Mant.Quum præmit æquorei ſol humida brachia cancri.
Humens  Idem,Ipſa ſub humenti modò fert veſtigia cancro.
Rubicundus Idem,Et vſurpans rubicundi inſignia cancri.
Obſcœnus  Calent.Obſcœnus graditur non recto limite cancer.
Multipes  Fauſt.Seu rubra multipedis ſerpentia brachia cancri.
Feruidus  Idem,Feruidus extendit quum torrida brachia cancer.
Inflammans Idem,Inflammans pectora cancer habet.
Multipes  Crinit. Animaduerterunt in opaco reptãtem beſtiolam multipedem.

CANCER MORBVS.

Immedicabile.Ouid.li.2.Met. Vtq; malũ latè ſolet immedicabile cancer Serpere.

Morbus eſt, naſcẽs in oib. ferè corporis partib. ſed maximè in mãmis mulierum, quæ naturali menſtruo nõ purgãtur. Aliter dr̃ Carcinoma ſeu Carcinus.

C A N D A V I A.

Deuia  Luca.lib.6.Deuia qua vaſtos aperit Candauia ſaltus.

C A N D O R.

Niualis  Verg.lib.3.Aen.Tondentes latè campum candore niuali.
Albus  Apul.lib.11.Nunc albo candore lucida.
Purus  Fauſtus,Quis purum indigna candorem labe notauit.
Niueus  Ouid.lib.3.Met.Et in niueo mixtum candore ruborem.

Conſpi-



Conſpicuus Plin.libr.15.Gallinã conſpicui candoris ſedenti aquila ex alto abicit.
Argenteus  Pont.Nitet in medijs argenteus vndis Candor.
Lacteus  Mart.Lacteus apparet mixtus cum ſanguine candor.
Igneus  Idem,Igneus apparet per prima crepuſcula candor.
Ingenuus  Theod.Vt diuinæ ſcripturæ candorem ingenuum oſtendamus.

C A N I.

Sordentes  Stat.lib.7.Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis.
Moroſi  Stroz.filius,Moroſis nondum ſquallent tibi tempora canis.
Turpes  Calent.Me quoq; cum domina turpes in vertice cani.
Niuei  Corn.Gall.At mea iam niuei circundant tempora cani.
Albi  Ideò albi ſunt cani,inquit Macrobius, quia colorem humoris quo nutriuntur, imitantur.
Gelidi  Mant.Tota tremis,gelidi valeant cana tempori cani.
Honorati  Ouid.lib.8.Inter honoratos medio de vertice.

Cato dictionẽ hãc protulit ĩ maſculino genere dicẽs, Vulnera putrida cãcroſque purgabit,

C A N I C I E S.

Moroſa  Horat.lib.1.Donec virenti canicies abeſt Moroſa.
Sordida  Stat.lib.11.Veteri ſtat ſordida tabo Vtraq; canicies.
Sancta  Idem libr.3.Syll.Leniter implicitos vultus, ſanctamque parentis Caniciem.
Lucida  Claud.Placidus Nereus & lucida Phorci Canicies.
Priſca  Idem,Priſcamq; reſumunt Caniciem leges.
Turpis  Marull.Turpem caniciem pati.
Alba  Pont.Et ſcidit albam caniciem.
Niuea  Idem,Proq; coma niueam ſurgere caniciem.
Candens  Thomas Rad.Vir aſſidebat candenti canicie lucidus.
Inculta  Verg.lib.6.Quæ plurima mento canicies inculta iacet.
Veneranda  Sabell.Canicies veneranda genis,prolixaq; barba.
Squallens  Guill.Caſtellus, Squallentem tollere mento Caniciem propera.
Arida  Horat.Arida pallente laſciuos amores canicie.
Rara  Apul.Interſperſum rara canicie.
Frigida  Mant.Frigida canicies capiti fluit.

C A N I C V L A.

*Canicula ſignũ eſt cœleſte, in cuius exortu Solis uapores incendũtur, feruent maria, fluctuãt in cellis uina, mouentur ſtagna. Et canes toto eo ſpatio maxime in rabiem aguntur.*

Aeſtifera  Verg.lib.2.Georg.Hoc vbi hiulca ſiti findit canis æſtifer arua.
Sitiens  Coll.Oceani ſitiens quum iam canis hauſerit vndas.
Flagrans  Horat.lib.3.Carm.Te flagrantis atrox hora caniculæ.
Icaria  Claud.lib.2.Eleg.Et micet Icarij ſtella proterua canis.
Sicca  Stroz.fil.Torquet & exhauſtas quum ſicca canicula fauces.
Aeſtiua  Sabell.Nec canis æſtiui metuens turbabitur aſtro.
Ignicomans Ruffus,Primiq; pedes canis ignicomantis.
Maleſana  Codrus,Iuuit peſtiferum maleſana canicula fatum.
Feruida  Stroz.pater,Et canis exurit ſitientes feruidus agros.
Sitibunda  Mant.Quum caput attollit ſitibunda canicula.
Ignea  Idem,Et minus ardentes vrit canis ignea terras.
Morboſa  Idem,Morboſamq; canem & coruum cratera tenentem.
Calorifica  Idem, Atque calorificæ morbida ſigna canis.
Erigoneia  Bapt.Pius,Dum premit Aetnæo canis Erigoneius æſtu.
Inſana  Perſius Sat.3.Siccas inſana canicula meſſes Iamdudum coquit.
Damnoſa  Idem,Scire erat in voto,damnoſa canicula quantum Raderes.

C A N I S.

*Fidem hominum propè excedunt, quæ de canibus ſcribuntur. Nec abeſſet ſuſpicio mendacij,*

 niſi

Plinij verba de fidelitate canum.

*niſi ea virorum illuſtrium confirmarentur teſtimonijs. Plinius in primis, Fideliſſimi inquit, ante omnia homini canes & equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus, confectumq́; plagis, à corpore non receßiſſe, volucres, & feras abigentem, ab alio, in Epiro, agnitum in conuentu percuſſorem domini, laniatu, & latratu adactum, vt cogeretur fateri ſcelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliantes contra reſiſtentes. Propter bella Colophonij, itemq́; Caſtabaleuſes cohortes canum habuere. Hæ primæ in acie dimicabant, nunquàm detrectantes. Hæc erant fideliſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga. Scribit idem, canes defendiſſe Cimbros, cæſis dominis, eorum plauſtris impoſitis. Canem item, Iaſone Lycio interfecto, cibum capere noluiſſe, inediaq́; fuiſſe conſumptum. Alium quoque accenſo regis Lyſimachi rogo, ſe iniecisse. Celebratur & Pyrrhus Gelonis tyranni canis, alius item, qui Conſyngem reginam, propter liberiorem, cum marito Nicomede Bithyniæ rege, ac laſciuiorem iocum interfecerit. Volcatium è ſuburbano quum adueſperaſceret redeuntem, canis à graſſatore defendit, alius Celium ſenatorem, Placentiæ ab armis oppreſſum, qui non prius, quam cane interfecto, ſit vulneratus.*

Obſcœnus Verg. lib. 1. Georg, Obſcœniq́; canes, importunæq́; volucres.

Ab Amyclis ciuitate Laconiæ vbi canes optimi. Quin & moloſſia, & Epirus partes ſũt Laconiæ.

Amyclæus Idem lib. 3. Georg. Armaq́;, Amyclæumq́; canem, Creſſamq́;, &c.

Moloſſus Horat. lib. 2. Serm. Simul domus alta Moloſſis perſonuit canibus.

Rabidus Ouid. lib. 2. de Arte, Fulmineo rabidos dum rotat ore canes.

Lacon & Epiroticus. Varro, Itaq́; à regionibus, inquit, appellantur Lacones, Epirotici, Salamantini.

Pulicoſus Plinius, Ad pulicoſæ canis remedia ſume cyminum tritum, pari pondere cum veratro.

Vigil Ouid. li. 4. Faſt. Tenebriſq́; teguntur, Oĩa, iã vigiles conticuere canes.

Acer Horat. Quam canis acer, vbi lateat ſus.

Venaticus Mant. Violat ſicut cenatica damam Venatura canis.

Rabioſus Horat. lib. 2. Epiſt. Hac rabioſa fugit canis, hac luculenta ruit ſus.

Leuiſomnus Lucr. lib. 5. Et leuiſomna canum fido cum pectore corda.

Sæuiens & Aedituus. Gell. lib. 7. Sæuientes æditu oſq́; eius templi ſæpe demiratos eſſe canes.

Immanis Apul. lib. 9. Canes paſtoricios, villaticos feros atq́; immanes.

Formidabilis. Idem, Canis prægrandis, trijugo & ſatis amplo capite præditus, immanis & formidabilis.

Horrendus Idem, Oſſulæ cibo opita canis horrendi rabie.

Paſtoricius Apul. Et de ore paſtoricij canis virens exiluit ranula.

Villaticus, villæ cuſtos.

Ferus Ouid. lib. 13. Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum.

Infeſtus Idem lib. 2. de Ponto, Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.

Celer Idem lib. 2. Faſt. Fulmineo celeres diſſipat ore canes.

Dianius, Dianæ ſacer. Idem lib. 5. Faſt. Exagitant & lar, & turba Diania fures.

Damnoſus Idem lib. 2. de Arte, Damnoſi, facito, ſtent tibi ſæpe canes.

Citus Idem in Epiſt. Sæpe cito egi per iuga ſumma canes.

Auidus Idem in Ibin, Et ſcindent auidi perfida corda canes.

Mænalius, id eſt, Arcadius. Ouid. lib. 1. de Arte, Mænalius lepori det ſua terga canis.

Sagax Vegetius, Vt ſagaciſſimos canes in turribus nutriant.

Lethifer Stat. lib. 6. Theb. Medio linus intertextus acantho, Lethiferiq́; canis.

Audax Propert. lib. 2. Et audaces ipſi mouere canes.

Vocalis Idem lib. 4. Nec mora, vocales occupat enſe canes.

Armillatus Propert. lib. 4. Atq́; armillatos, colla Moloſſa, canes.

Immitis Mart. Capella, Et lepus immitti contulit ora cani.

Atrox Pont. Sæuiat in te atroxq́; canis rabieſq́; leonis.

Triſtificus Idem, Triſtificum flectens in mea vota canem:

Horriſonus Idem Pont. hæc ait, horriſoni conticuere canes.





Lymphaticus Thom. Rad. Lymphatici ſpuma canis, cerui ſerpente paſti medulla.

Auritus Idem, Cohortati canes venatici auriti illi & horricomes.

Odoriſequus Liuius Andr. Dirige odoriſequos ad certa cubilia canes.

Vocifer Conrad. Tũc capreas & oues cum canib. vociferis ſuis luctari pauidas.

Hirſutus Lud. Bigus, Hirſutis te ſocias canibus.

Properus Adr. Card. Dum certant properi canes natare.

Amarus Quint. Viuentes nec adhuc canibus lacerantur amaris.

Fidus Stat. li. 2. Syl. Fidoſq́; canes fleuere Moloſſi, Et volucres habuere rogũ.

Raucus Petrar. Non rauci ſiluere canes.

Mordax Plautus in Bach. Meus eſt iſtic clàm mordax canis.

Odorus Fauſt. Ingentiq́; canes clamore inſtigat odoros.

Fidelis Horat. lib. 1. Carm. Seu viſa eſt catulis cerua fidelibus.

Salamantinus. Hoc epithetum iam probatum eſt.

Moloſſici & Incommodeſtici, ab inferendis incommodis. Plautus, Quando rure redierunt Moloſſici, odioſiq́; & multum incommodeſtici.

Pernix Syll. lib. 3. Seu pernix quum denſa vagis latratibus implet.

Vmber Idẽ, Venator dumeta Lacon, aut exigit Vmber, Nare ſagax è calle feras.

Vmber ex Vmbria Italiæ regione.

Rapidus Bapt. Pius, Sedula turba canes rapidi ſua terga ſequuntur.

## CANISTRVM.

Patulum Ouid. lib. 8. Prunaq́;, & in patulis redolentia mala caniſtris.

Latum Idem lib. 2. Faſt. Stat puer & manibus lata caniſtra tenet.

Grauidum Pont. Præcedit grauidis bis ſeptem onerata caniſtris.

Vimineum Idem, Atq́; hinc vimineis onerarat lecta caniſtris.

Purum Syll. lib. 7. Donec opes feſtas, puris nunc corna caniſtris Compoſuit.

## CANNA.

Paluſtris Lucan. lib. 5 Sed ſterili iunco, cannaq́; intexta paluſtri.

Viridis Quint. Virides habet alta paluſtres, Quæq́; palus cannas.

Craſſa Ouid. lib. 6. Faſt. Nil præter ſalices, craſſaq́; canna fuit.

Arguta Syll. lib. 7. Arguta reuocans ad roſida paſcua canna.

Leuis Sidon. Vel ſerica fila Per cannas torſiſſe leues.

Marull. Deq́; paludigenis ſurgebat curia cannis.

Stridula Stroz. pater, Stridula ſeptenis canna foraminibus.

Tremula Ouid. lib. 6. Met. Ara vetus ſtabat, tremulis circundata cannis.

Longa Idem lib. 8. Viminaq́; & longæ parua ſub arundine cannæ.

## CANNAE.

Cannæ, vicus fuit in Apulia Romanorum clade memorabilis.

Celebres Sidon. ad Fabium, Cannas celebres, Varrone fugato.

Graues Idem, Poſtponat Trebiam, graueſq́; Cannas.

Cruentæ Guill. Caſtell. Nulla cruentatas fœdabunt ſpicula Cannas.

Spumantes Fauſtus, Stant quoq́; Romano ſpumantes ſanguine Cannæ.

Ferales Idem, Non ita ferales impleſſent funera Cannas.

Inſignes Mant. Vltus & inſignes Romano ſanguine Cannas.

## CANOPVS.

Canopus quid & vnde.

*Canopus, fuit oppidum in Aegypto, ſic appellatum à Canopo gubernatore nauis Menelai, illic aſpidis ictu defuncto, inquit Sulpitius Inde Nili oſtium, quod propinquum eſt, vocatur Canopicum, veteres dicebant Canobus. Vnde Canobita vt nunc Canopita dicimus, Quintiliano teſte. Catullus, Grata Canobitis incola littoribus. Dicitur autem Pellæus, ab Alexandro Pellæo conditus Peluſiacus, ideſt, Aegyptius, a Peluſio Aegypti ciuitate, vel oſtio Nili. Therapnæus, a Therapne, vrbe Laconiæ.*

Pellæus Verg. lib. 4. Georg. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi.

Peluſiacus Lucan. lib. 5. Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi.

Amyclæus Syll. lib. 11. Memphis Amyclæo paſſim laſciua Canopo.

Therapnæus. Stat. lib. 3. Syll. Curua Therapnæi laſciuiat ora Canopi.

Inceſtus, propter libidinem Cleopatræ. Propert. Scilicet inceſti meretrix laſciua Canopi.
Pharius, à Pharo Aegypti inſula. Sidon. Dum venit à Phario dotalis turba Canopo.
Iſiacus Mant. Incolit Iſiaco contermina rura Canopo.
Spartanus Priſc. in Geogr. Dionyſij, Atque locum nouit Spartano fama Canopo.
Famoſus Iuuen. Sat. 15. Barbara famoſo non cedit turba Canapo.
Argiuus Mant. Senſit & argiuo tellus vicina Canopo.
Lagæus Daniel Ceretes Brix. Vos quoq; Lagæi colitis qui rura Canopi.

## CANTHARVS.

Ligneus Thomas, Setinum & Falernum, cantharo ligneo incluſum.
Spumans Codrus, Cui dat potum Bacchus pater De ſpumanti cantharo.
Faginus Stroz. pater, Hinc faginus illi Cantharus effundit glocitanti pocula collo.
Turgidus Fauſt. Nec preſſis turgidus vuis Cantharus abfuerit.
Dulcifer Plaud. in Pſeud. Manu candida cantharum dulciferum propinare.

## CANTVS.

Orphæus Lucan. lib. 9. Cerberus Orphæo leniuit ſibila cantu.
Tremulus Horat. lib. 4. Et cantu tremulo pota Cupidinem Lentum ſollicitas.
Apollineus Ouid. lib. 11. Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus.
Argutus Syll. lib. 4. Argutos inter volucrum certamina cantus.
Tener Claud. Ipſa domum mulcens tenero Proſerpina cantu.
Melicus Mart. Capella, Et melicos cantus, melica grata tulit.
Doctiloquus. Bapt. Pius, Inuida doctiloquo premis & molimina cantu.
Reſonus Pont. Reſono nemora auia cantu.
Lætus Idem, inde domum latè comitatus fiſtula cantu.
Dulcis Idem, An ne ea Melpomene eſt, dulci dea cognita cantu.
Ambroſius, dulcis inſtar Ambroſiæ. Polit. Ambroſio mulcens pia numina cantu.
Mellifluus Codr, Mellifluo ſapiens cantu illuſtrauit Homerus.
Sonorus Stroz. pater, Vt rudis ad molles choreas, cantusq; ſonoros.
Feſtiuus Idem, Feſtiuis feriunt cantibus aſtra tubæ.
Dulciſonus Pamph. Modulamina cantus Dulciſoni.
Canorus Lud. Big. Ad cantus volat ocyus canoros.
Doctus Crinit. Doctis leuare cantibus.
Amœnus Quint. Vincitur & Thamyras, cantu qui victus amœno.
Pierius, ab epitheto Muſarum. Idem, Enthea Pierios ſpirant cita pectora cantu.
Lepidus Idem, Lepido plaudit cum tibia cantu.
Blandiſonus. Idem, Blandiſoni fretus mulcedine cantus.
Concinnus Mich. Anglicus, Qua tibi concinnos per mille foramina cantus.
Multiſonus Mant. Ruraq; multiſono cantu mulcebat Aedon.
Sonans Idem, Cœlituum cantus Oſihana ſonantes.
Acutus Idem, Clarius & cantu latè reſonabat acuto.
Hymniſonus. Idem, Hymniſono cantu nocturna ſilentia rumpit.
Dulciſonans. Idem, Frondibus & cantu dulciſonante nemus.
Sireneus, a Sirenibus. Corn. Gall. Hanc Sireneis ſtupefactus cantibus æquas.
Doctus Bapt. Pius, Et doctis citharæ cantibus intonat.
Mæonius Stat. in Achill. Quanquàm acta viri, multum inclyta cantu Mæonio.
Saltidicus Mant. Vocauit Pinguibus a menſis iuuenes ad compita, cantu Saltidico.
Altiſonus Idem Mant. Ipſe quoque altiſono tollatur ad æthera cantu.
Harmonicus. Oct. Mich. Sabinus, Hic iacet Harmonici dulcis modulatio cantus.





## *CAPANEVS.*

*Capaneus, maritus Euadnes, in bello Thebano fulmine percuſſus eſt. Quod ideò fingunt poetæ, quoniam quum ſcalis admotis muros vellet conſcendere, iactu lapidum ab inimicis oppreſſus eſt, Ouid. lib. 3. de Ponto. Notior eſt factus Capaneus fulminis ictu. Pont. Capaneus vt turribus altis, Igne Iouis ruit, atque vſtus deſcendit ad umbras.*
Argolicus Stat. lib. 6. Theb. Conſtitit immanis cerni, immanisq; tueri Argolicus Capaneus.
Turbidus Idem lib. 7. Turbidus aeria Capaneus occurrit in haſta.
Magnanimus. Idem lib. 9. Preſſitq; dolorem Magnanimus Capaneus.
Ferus Idem lib. 10. Ferus Actora magno Enſe grauat Capaneus.
Temerarius. Ouid. lib. 4. Triſt. Cum cecidit Capaneus ſubitò temerarius ictu.

## CAPENA.

Madida Iuuen. Sat. 3. Subſtitit ad veteres arcus, madidamq; Capenam.

## CAPER.

Vir gregis Verg. in Buc. Vir gregis ipſe caper deerrauerat.
Libidinoſus. Horat. Libidinoſus immolabitur caper.
Bicornis Ouid. lib. 5. Aut direpta bicornis Terga capri.
Setiger Syl. lib. 4. Humerosq; tegunt velamina capræ Setigeri.
Bifrons Pont. Vir gregis, bifrons caper.
Hirſutus Thom. Rad. Hirſutus erat ſuperne caper.
Barbiger Conrad. Barbigeri premit aſtra capri.
Toruus Idem, Dum petit toruum breuiore Phœbus Limite caprum.
Corniger Theocr. Siue caprum Pan cornigerum, tranſuerſa tuentem.
Laſciuus Idem, Hiſpida laſciui grauius tibi tergora capri.
Acer Quint. Cum ſe caper acer in hoſtem Cornibus intortis effert.
Olidus Mant. Et ſcuticis olidi tractis de tergore capri.
Fœdus Idem, Perq; domos remanens fœdi veſtigia capri.

## *CAPHAREVS.*

*Caphareus, mons eſt Eubœæ altiſſimus, Helleſpontũ uerſus, importuoſus & formidoloſus pp ſcopulorum frequentiã, & crebros undarũ uortices. Hic Nauplius rex Eubœæ mortẽ filij Palamedis, Vlyſſis dolo interfecti, vltus eſt. Nã cũ Græci Troia redirent, Nauplius facẽ in uertice montis poſuit, vt locus fidem portus faceret: Quò cum ueniſſent, multi naufragium fecerunt.*
Vltor Verg. lib. 11. Sidus & euboicæ cautes, vltroq; Caphareus.
Importunus Ouid. lib. 14. Quos communis hyems, importunusq; Caphareus.
Durus Idem li. 2. de Pont. Non tibi Caſſandrus pater eſt, durus ve Caphareus.
Euboicus Pamph. Credit Euboicus cæca ſub nocte Caphareus.
Altus Stat. lib. 7. Theb. Non humiles Egas, altumq; Capharea dixi.
Procelloſus Sidon. Fortè procelloſi remeans ex arce Capharei.
Fallax Seneca, Vbi ſaxa rapidis clauſa vorticibus tegit Fallax Caphareus
Dirus Pont. Illos Euboicæ cautes, dirusq; Caphareus.
Scopuloſus Pamph. Omnia non frangit ſcopuloſus lingua Caphareus.
Triſtis Barthol. Euboico in Ponto triſtisq; ad ſaxa Capharei.

## CAPILLI.

Formoſi Verg. in Cyri, Formoſos circum virgo morerere capillos.
Roſei Idem de Ortu ſolis, Aurea fulgebat roſeis aurora capillis.
Compti Idem lib. 10. Sanguine turpantem comptos de more capillos.
Refugi Lucan. lib. 10. Refugosq; gerens à fronte capillos.
Nitidi Horat. lib. 1. Epiſt. Quem tenues decuere togæ, nitidiq; capilli.
Molles Idem in Arte, Et molles imitabitur ære capillos.
Odorati Idem lib. 2. Faſt. Ibat odoratis humeros perfuſa capillis.
Flaui Idem, Forma placet, niueusq; color, flauiq; capilli.
Rorantes Idem lib. 4. Faſt. Littore ſiccabat rorantes rore capillos.

Crocei Idem lib.2.Eleg.Placuit croceis aurora capillis.
Tenues Idem lib.3.Eleg.Flaua Ceres tenues ſpicis redimita capillos.
Purpurei Idem lib.1.de Arte,Filia purpureos Nyſo furata capillos.
Adornati Idem de Medic.faciei,Vultis adornatos poſitu variare capillos.
Dulces Mart.li.9.Conſilium formæ ſpeculum,dulcesq́; capillos.
Teneri Sidon.Lambebant teneros incendia blanda capillos.
Pexi Pont.Hinc choreæ cantusq́; placent,pexusq́; capillus.
Refulgentes Idem,Ipſa refulgentes auro interplexa capillos.
Rutili Idem,Dixere ac rutilo Martem exultare capillo.
Vdi Idem,Ipſa vdos ſiccabam ſole capillos.
Ornati Idem,Subit ornatis Elegia capillis.
Myrrhei Idem,Vrebat coma myrrheus capillus.
Effuſi Idem,Effuſumq́; vagæ legis capillum.
Niuei Polit.Atque oculos canis,atque manus,niueosq́; capillos.
Ambroſij Idem,Hoc flore Ambroſios incingitur ora capillos.
Aurati Idem,Præterea auratos,poſito ſquallore capillos.
Aureoli Idem,Aureoli vt ludunt per lactea colla capilli.
Tortuli Idem,Miratur modo tortulos capillos.
Intonſi Pamph.Qui ſolet intonſos ſertis ornare capillos.
Redolentes Quint.Parte poli,Ambroſiam Phœbus redolente capillo.
Cynnamei Bapt.Pius,Marcida cynnameis ceciderunt ſerta capillis.
Flauicomi Textor,Tunc & flauicomis radiantia tergora villis.
Puellares Iuuen.Sat.15.Ora puellares faciunt incerta capilli.
Berenicæi dici poſſunt eadem ratione, qua prius cæſariem vocauimus Betnicæan.
Ventilantes Adr.Card.Ventilantibus aureis capillis.
Longi Tibul.lib.1.Tunc mihi qualis eris,longos turbata capillos.
Conſpicui Hier.Ang.Cælia conſpicuos ornarat flore capillos.

*Cæterum Parthis & Indis magna erat cura circa cultū capillorū,quos odoriferis perfundebant unguentis,ut ēt Græci.Vnde Horat.Cum quo morantem ſæpe diē mero Fregi,coronatus nitentes Malobathro Sirio capillo.Idem,Puer quis ex aula,capillis ad cyathum ſtatuetur unctis. Cum Philippus Macedo. vidiſſe iudicem quendam barbam & capillos inficientem, è ueſtigio amouit hominem,dicens, Qui in pilis infidus eſt,qualem in n gotijs remur futurum.*

CAPISTRVM.

Nodoſum Petrarcha,Carpe iter,hac qua nodoſis impexa capiſtris.
Durum Mant.Vertit honeſtatem,duro ſcelus auſa capiſtro.
Ferratum Verg.lib.3.Georg.Ferratis præfigunt ora capiſtris.

CAPITOLIVM.

Altum Verg.lib.7.Ille triumphata Capitolia ad alta Cotintho.
Aureum Ouid.lib.6.Faſt.Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo.
Celſum Syll.lib.17.Et ante ducem Capitolia celſa petebas.
Iulium Stat.lib.1.Syll.At laterum paſſus hinc Iulia templa tuentur.
Auratum Quint.Noſtro æuo inuenies an Capitolium auratum.
Romanum Mant.Cum Romana ferox circum Capitolia Gallus.

CAPRA.

Laſciua Verg.in Buc.Florentem cityſum ſequitur laſciua capella.
Sima Idem,Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.
Hirta Idem lib.3.Georg.Lanigeros agitare greges,hirtasq́; capellas.
Rorans lacte Idem in Culice,Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ.
Villoſa Idem in Moreto,Liberat & cinctus villoſæ tegmine capræ.
Olida Catull.Qua tibi fertur Valle ſub alarum trux habitare caper.
Barbigera Lucret.lib.5.Barbigeras oleaſter eo iuuat vſque capellas.
Gracilis Ouid.lib.1.Met.Et modo quo graciles gramen carpſere capellæ.

Amans



Amans ſaxa Idem in Epiſt.Qui nec ouis placidæ, nec amantis ſaxa capellæ.
Hirſuta Iuuen.Sat.5.Diſcit ab hirſuta iaculum torquere capella.
Sylueſtris Mant.Hiſpida ſylueſtres tibi dant velamina capræ.
Tegeatis,ideſt, Arcadia.Syll.lib.13.Dextera laſciuit cæſa Tegeatide capra.
Querula Mart.lib.7.Et fœtum querulæ rudem capellæ.
Sequax Auſon.Alituum,pecudumq́; genus,capræq́; ſequaces.
Intonſa Pont.Queis vel intonſæ inuideant capellæ.
Cinyphia,Cinyphis fluuius,in cuius ripa grandes capræ,vnde Pont.Hircos Cinyphes vocat.
Timida Pacificus,Vtq́; lupo timidæ properant ad ouile capellæ.
Cupida Petrarcha,Hunc etiam cupidæ metuunt perferre capellæ.
Dumiuaga Idem,Quæ modò dumiuagis fuerant anguſta capellis.
Frondipeta Idem,Et qui frondipetas nemoroſo monte capellas.
Pauida Mant.Dicitur & pluuias Hyades,pauidamq́; capellam.
Olenia Ouid.lib.5.Faſt.Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ.
Repens Fauſt.Inuia non medius repentes ſaxa capellas.
Petulca Glareanus,Sæpeq́; halatū capra petulca ſuo.
Tondens Apul.Proximè ripam, vago paſſu laſciuiunt, comam fluuij tondentes capellæ.
Virgultiuaga.Hoc epithetum a me fictum eſt,eadem ratione,qua Petrar. dixit dumiuaga.
Vaga Verg.in Culice,Et iam compellente vagæ paſtore capellæ.

CAPREAE.

Sequaces Verg.lib.2.Georg.Sylueſtres aſſiduè,capreæq́; ſequaces.
Laſciuæ Horat.lib.3.Carm.Laſciuæ ſimilem ludere capreæ.
Fugaces Ouid.lib.1.Met.Ante niſi in damis,capreisq́; fugacibus vſus.
Imbelles Idem lib.5.Faſt.Imbelles capreæ,ſollicitusq́; lepus.
Celeres Marullus,Interdum & celeres per iuga capreas.
Sylueſtres Mant.Paſcere ſylueſtres capreas, & magna ferarum Agmina.

CAPRICORNVS.

Tropicus Verg.in Opuſc.Quantaq́; mox tropico ſe porrigit in capricorno.
Aquoſus Idem,Semiuir arcupotens ſubit & capricornus aquoſus.
Rigens Manil.Scorpion ingreditur,qui te capricorne rigentem.
Gelidus Cæſar Germ.Diuerſasq́; ſecat metas gelidi capricorni.
Hirſutus Ruffus, Aſtat & hirſuti caudam pulcher capricorni.
Setoſus Idem,Hiſpida ſetoſi marcet ſpecies capricorni.
Corniger Idem,Cum rota cornigeri ſydus pepulit capricorni.
Auritus Idem & ſuper auritum Ponto ſurgit capricornum.
Imbrifer Idem,Diuidit imbriferi corpus medium capricorni.
Horrendus Pont.Te verò horrendum,cauda cornuq́; minacem.
Frigidus Conr.Dum frigido ſub capricorno Nulla dies oritur.
Atrox Idem, Quas capricornus atrox & aquarius algido rigore Denudat.

CAPRONAE.

Fluidæ Bap.Pius,Si crimen crinisq́; globos,fluuidasq́; capronas. Capronæ dicuntur comæ antependulæ,quaſi a capitæ pronæ.Aliter vocantur Antiæ.

CAPSA.

Anguſta Iuuen.Sat.10.Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

CAPVA.

Sublimis Syll.lib.17.Mœnia ſublimis Capuæ de culmine muri.
Opima Sidon.Non ſic Barchæus opimam Annibal ad Capuam periit.
Diues Verg.li.2.Georg.Talē diues erar Capua; & vicina Veſæuo Oraiugo.

CAPV-

### CAPVLVS.

Aureus Pont.Et capulo inſignis radiabat acinacis aureo.
Eburnus Claud.Concutiensq; comam, capuloq; accliuis eburno.

### CAPVT.

Rutilum Martianus Capella, Quod rutilum circum caput geſtabat.
Auricomum Pont.Præradiat caput auricomum, roſeusq; per auras It decor.
Honeſtum Stroz.pater, At procera caput ceruix fulcibat honeſtum.
Nitidum Tibul.lib.1.Nec nitidum tarda compſerit arte caput.
Ambroſium Bapt.Pius, Cinnameos crines, ambroſiumq; caput.
Purum Ouid.lib.3.de Arte, Longa probat facies capitis diſcrimina puri.
Flauum Verg.lib.4.Georg.Summa flauum caput extulit vnda.
Roſeum Textor, Et roſeum pubens occulit herba caput.

### CARBASA.

Fluxa Lucan.lib.3.Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.
Vaga Ruffus, Iam ſolue memor vaga carbaſa malo.
Spumantia Quint.Et rapido ſpumantia carbaſa Ponto.
Caua Mant.Annixi erecto tendunt caua carbaſa malo.
Alba Propert.Exhibuit viuos carbaſus alba focos.

### CARBVNCVLVS.

Igniuomus Thom.Rad.Statuta carbunculis igniuomis, emittens illuſtre iubar.
Flammiuomus.Idem, Electorum flammiuomis recepit carbunculus.
Præfulgens Crinit.Eidemq; binos præfulgentes carbunculos ſub ipſa fronte collocaſſe.
Radians Idem, In fuluo radians carbunculus auro.

### CARCER.

Cæcus Verg.lib.6.Aen.Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco.
Sollicitus Ouid.li.1.Eleg.Sollicito carcere dignus eras.
Squallidus Idem, Squallidus orba fide pectora carcer habet.
Mœſtus Idem ad Liuiam, Carnifici in mœſto carcere dandus eram.
Piceus Syll.lib.15.Sic vbi proſiluit piceo de carcere præceps.
Tenebroſus Clau.Elicit oppreſſas tenebroſo in carcere leges.
Squallore repletus.Idem, Procerum ſquallore repletus Carcer.
Durus Manil.Carceris & duri cuſtos.
Teter Pont.Confectumq; prius ſquallore, & carcere tetro.
Hoſtilis Idem, Et prædas agitantem hoſtili carcere damnat.
Iners Marull.Nam ſimul ac tenebris, & incerti carcere clauſi.
Latebroſus Stroz.pat.Tum rapidos fratres latebroſo carcere clauſos.
Anguſtus Stroz.fil.Totq; vides clauſos anguſto carcere piſces.
Sæuus Pamph.Sed hanc ſæuo carcere traxit auem.
Horriſonus Idem, Aeolus horriſono ventos & carcere claudit.
Rigidus Lud.Big.Mitteris in rigidi latebroſum carceris antrum.
Ferox Sedul.Inq; feroci Carcere conſtricti.
Solidus Pacificus, Et ſolidus claudet carcer vtrumq; reum.
Profundus Quint.Ruptumq; profundi Carceris arbitrium.
Ingratus Idem, Reſera tui cordis ingratos carceres.
Infauſtus Idem, Eripis infauſto tenebrarum a carcere mentem.
Profanus Idem, Me Tartara nigra prophanis Carceribus retinent.
Obſcurus Rodolphus, Carceris obſcuri vincula ſæua tenent.
Mœrens Guill.Caſt.Collaq; mœrenti carcere vinctus erit.
Opacus Mant.Sub opaci carceris vmbram Miſſus.
Cauus Idem, Qualiſq; cauo ſub carcere plena.
Vmbroſus Idem, Carceris vmbroſi nigro ſub fornice.





Odióſus Remaclus, Aduocat immanes odioſi carceris vmbras.
Inuiſus Idem, Tu potes inuiſi detrudere carceris æſtus.
Ferratus Fauſtus, Vitam infelicem ferrato in carcere plorat.
Robuſtus Plautus, Vos ambo in robuſto carcere vt pereatis.
Squallens Fauſtus, Sicut ſqualenti longus de carcere pædor.
Horrendus Idem, Iam premit horrendo furibundos carcere ventos.
Abſtruſus Mant.Fauces deſcendit in altas Carceris abſtruſi.
Niger Iuuen.Sat.14.Et nigri patietur carceris vncum.

### CARDO.

Ferratus Quint.Viderunt clauſos ferrato cardine poſtes.
Vagus Conrad.Et quæ cardinibus ſe moueat vagis.
Durus Idem, Stant duro cardine poſtes.
Aeratus Idem, Non procul ærato monſtrabat cardine poſtes.
Stridens Mant.Erumpit verſis ſtridenti cardine portis.
Solidus Idem, Ianua cardinibus ſolidis innixa.

### CARDVVS.

Agreſtis Col.Quamuis poſſit & agreſtis cardui flore conduci.
Aſper Theor.Et carduus aſper, Omnib.in terris, tenues his porrigit eſcas.
Segnis, i.inutilis.Verg.lib.1.Georg.Segniſq; horreret in aruis Carduus.

### CARYCA.

Rugoſa Ouid.Quid vult palma ſibi, rugoſaq; caryca, dixi.

### *CAREX.*

*Herba eſt duriſſima, aſparagi ſimilis. Hinc caroctum, locus caricibus plenus. Mant. Dum vado ad ventrem poſt hæc carecta leuandum. Vergilius, Tu poſt carecta latebas.*

Acuta Verg.Et carice paſtus acuta.

### CARIES.

Senilis Mant.Sic multa ſenili Iam carie corroſa docent noſtratia templa.
Rodens Fauſtus, Illaq; rodenti carie rimoſa fatiſcit.
Veternoſa Mant.Fronde veternoſam cariem traxere.

### CARCHESIVM.

Aſperum Carcheſia ſignis Aſpera conuiuas hilarant.

### CARIA.

Celebrata Manil.Arcades antiqui, celebrataq; Caria fama.

### CARINA.

Curua Verg.lib.1.Georg.Iam ſibi tum curuis malè temperat vnda carinis.
Panda Idem lib.2.Georg.Agricolæ & pandas ratibus poſuere carinas.
Inflexa Idem in Culice, Signa dabat prius inflexis ſuperata carinis.
Celeris Idem, Celerem nunc paſſa carinam.
Vncta Idem lib.4.Aen.Frondenteſq; ferunt remos, natat vncta carina.
Longa Idem li.4.Aen.Et longæ ſulcant vada ſalſa carinæ.
Turrigera Lucan.li.3.Et iam turrigeram Bruti comitata carinam.
Caua Lucan.li.3.Caua texit pelagus nautaſq; carina.
Trepida Idem li.8.Lapſa manus rapitur, trepida fugiente carina.
Picta Ouid.li.3.Met.Meq; iubent pictæ dare vela carinæ.
Incurua Idem lib.13.Ibat & incuruæ fumabant tranſtra carinæ.
Velifera Idem li.15.Hunc vbi veliferam nautæ aduertere carinam.
Audax Stat.lib.3.Syll.Si quibus audaces amor eſt ſeruare carinas.
Profuga Syll.li.1.Inq; oculis profugæ Martem exercere carinæ.
Volucris Idem li.3.Donec iter liquidum volucri rapiente carina
Aerata Idem lib.11.Aeratas iuſſu texamus mille carinas.
Miſera Idem lib.14.Par contra pelago miſeris fortuna carinis.
Dubia Stat.lib.4.Theb.Et dubiis vitata Malæa carinis.

Bellatrix Idem lib.7.Fragmina portarum,bellatricesq; carinæ.
Vaga Idem lib.2.Syl.Inde vagis omen felix Euplæa carinis.
Cita Val.Flac.lib.5.Teq; cita penitus condunt Erythnia carinæ.
Incauta Ruffus,Incautas percellant flabra carinas.
Leuis Pamph.Saxus,Huc,illuc veluti leuis carina.
Fragilis Idem,Fragili credis tu Marce carinæ.
Veliuola Sabellicus,Veliuolæ roſtrum quæ non imitata carinæ eſt.
Tempeſtifera Michael Angl.Quæ tempeſtiferæ moderabitur aura carinæ.

## CARMEN.

Dulce Antipater Sidonius,Dulcia Mnemoſine demirans carmina Sapphus.
Nobile Verg.in Aetna,Hanc auget nobile carmen.
Mæonium,ideſt,Homericum.Hor.lib.1.Car.Victor Mæonij carminis alitæ.
Gratum Idem lib.3.Dum grato Danai puellas carmine mulces.
Operoſum Idem lib.4.Operoſaq; paruus Carmina fingo.
Amabile Idem lib.1.Epiſt.Seu condis amabile carmen.
Suauiloquens.Luc.li.1.Volui tibi ſuauiloquenti Carmine Pierio rationem, &c.
Phœbeum.Quoniam Apollo Deus eſt poetarum. Idem lib.3.Phœbeaq; Dædala chordis Carmina.
Lene Idem lib.5.Ante fuit multo,quàm lenia carmina cantu.
Conſolabile Gell.lib.1.Et canere carmen caſus illius conſolabile.
Venuſtum Pamphilus,Venuſtum,compactum,lepidum,breue, & ſonorũ carmẽ.
Vocale Ouid.lib.12.Carmine vocali clarus,citharaq; Philemon.
Molle Idem lib.2.Triſt.Sic ego delicias & mollia carmina feci.
Sublime Idem lib.3.Eleg.Non ego contulerim ſublimia carmina noſtris.
Tenerum Idem, Aut tenerum dotes carmen habere putat.
Vigilatum Idem lib.2.de Arte,Vigilatum carmen in ipſas.
Caſtalium,a muſarum epitheto.Syll.lib.11.Pectora Caſtalio frangebant carmine.
Blandum Stat.lib.7.Theb.Vidi egomet blanda inter carmina turpes.
Doctum Stat.lib.1.Syl.Nam docta per orbem Carmina, qui iuuenes, quæ non didicere puellæ.
Iocoſum Martialis lib.1.Lex hæc carminibus data eſt iocoſis.
Bellum Idem lib.2.Hiſtorias bellas,carmina bella facis.
Facetum Idem lib.7.Dabis hoc facetum carmen,imbuam aures.
Viuidum Idem lib.12.Verſus,& breue,viuidumq; carmen.
Fatidicum Claud.Quid carmine poſcat Fatidico.
Honorum Quint.Italia,Italia,ex te te naſcetur honoro Carmine Quintianus.
Threicium Ab Orpheo.Martianus Capella,Mouit Threicium ſonare carmen.
Melicum Idem,Nec melicum retinens modulatur tibia carmen.
Modulabile Calphurnius,Hyblea modulabile carmen auena.
Aureum Nemeſianus,Sunt aurea carmina Phœbo.
Canorum Idẽ,Sed nec reſonare canorũ Fiſtula quid fuerat, nec vult cõtexere carmen.
Excultum Pont.Excultum dum ſedula carmen Concinis.
Seuerum Idem,Carminibus vacem ſeueris.
Cultum Marullus,Et cultus ſequeris carminis arbitros.
Amicum Idem, Aut amico carmine mollit.
Blandiſonum Politian.In pœnam traxit carmine blandiſono.
Nectareum, inſtar nectaris dulce. Codrus, Nectareum forſan carmen miratus Apollo.
Compoſitum Idem,Carmen compoſitum,& nullo pede tradita verba.
Celebre Stroz.pat.Cuius tam celebri carmine notus amor.
Præclarum Idem,Exprimit ille tuas præclaro carmine laudes.
Garrulum Idem,Garrula ſed quid in has labuntur carmina nugas?

Lætifi-



Lætificum Stroz.filius,Lætificum nautæ carmen ouantis ago.
Sonorum Pamph.Cycni carmine quum canit ſonoro.
Lepidum Augurel.Lene,deductum, lepidumq; carmen.
Expolitum Conrad.Quas ſacer vatum calor expolito Carmine promit.
Libidinoſum Sidon.Nec te carmina per libidinoſa Notum naſo tenet.
Lesbiacum, à Sappho Lesbia. Crinit. Mentem Lesbiaco carmine molliter Solari libuit.
Lesbium Idem,Nec te carmine Lesbio Sabina exuperat fides.
Altiſonum Fauſtus,Cuderis altiſoni dictos quum carminis orſus.
Ingenioſum Cleophilus,Ingenioſa vides Peligni carmina vatis.
Quærulum Bap.Pius,Dulcia,nec deſunt querulo cum carmine plectra.
Aonium,Muſis ſacrum.Idem,Geſtit & Aonio pariter ſi carmine gaudet.
Limatum Quint.Si tenues quæras elegos,limata Tibulli Carmina.
Mellitum Mich.Angl.Pæana canorum Carmine mellito referens.
Feſtiuum Fauſtus,Saltantes ducunt choreas,feſtiuaq; dicunt Carmina.
Grandiſonum Idem,Grandiſono altiloqui pro carmine ſuppleat oris.
Deductum, pro tenui & ſubtili. Vergil. Paſcere oportet oues, deductum dicere carmen.
Scenicum Mant.Mollia pangentes & ſcenica carmina Muſæ.

## CARMEN pro incantamento.

Aeæum, ab epitheto Circes.Oui.li.1.Eleg.Illa magas artes, Aeæaq; carmina nouit.
Theſſalum Stroz.fil.Theſſala deducunt inuitam carmina lunam.
Colchicum Hor.Herbasq; quas Colchos & Iberia mittit venenorum ferax.
Circæum,à Circe venefica.Mant.Philtra veneficijs,Circæaq; carmina.
Theſſalicum Idem,O mira potentia cantus Theſſalici.
Citeinum Propert.Poſſe Citeinis ducere carminibus.

## CARMENTIS.

*Carmentis, vates fuit Arcadica, mater Euandri. Prius vocabatur Nicoſtrata, verum vbi carminibus dare cœpit reſponſa, Carmentis vocata eſt. Martianus Capella, Carmentis in Arcadia, ab effuſo per vaticinia carmine, dicta.*

Arcadia Ouid.lib.1.Faſt.Arcadiæ ſacrum pontificale deæ.
Docta Idem,Iamq; ratem doctæ monitum Carmentis,ad amnem Egerat.
Parrhaſia.Nam Arcadia dicta eſt Parrhaſia.Idem, Fiet Parrhaſiæ ſacra relata deæ.
Tegeæa Idem,Binaq; nunc pariter Tegeææ ſacra parenti.
Mœnalis Idem,Siue fugæ comites,Mænali diua,tuæ.
Fatiloqua Liuius,Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris,quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum,miratæ hæ gentes fuerant.
Veridica Idem, Te mihi mater, veridica,interpres deum auctorum cęleſtium.
Euandria Syll.lib.13.Aſpice Carmentis greſſus Euandria mater.
Fatidica Vergil. Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis honorem Vatis fatidicæ.

## CARNIFEX.

Cruentus Verg.Torquet viſcera carnifex cruentus.
Crudelis Pacificus,Crudeli iugulum tradere carnifici.
Miſer Mart.lib.2.Et miſeri meruit tædia carnificis.
Turbulentus Sidon.Et laqueum per oras turbulenti carnificis horreſcens.

## CARO.

Coctibilis Plin.lib.16.Glans fagea ſuem hilarẽ facit, carnem coctibilem ac leuẽ.
Rubra Sidon.Carnes rubras albis abdominibus extendunt.
Mortalis Lactant.Id eſt,in terra, & in carne mortali.
Fragilis Idem,Indutus ſum enim carne fragili & imbecilla.
Rebellis Lud.Big.Tartareas contra turmas,carnemq; rebellem.

K Infirma

Infirma Quint. Nam promptiore ſpiritu, infirma eſt caro.
Aegra Mant. Aegra caro prodeſt animo, defuncta reuixit.
Seditioſa Idem, Nec fieret menti ſeditioſa caro.
Vilis Idem, Ingerat hæc nobis vilis & ægra caro.
Languida Idem, Languida, ſegnis, & ſemper proxima morti.

CARPENTVM.

Volucre Iuuen. Sat. 6. Volucri carpento rapitur celer Damaſippus.

CARRAE.

Carræ, vrbs Aſſyriæ, thure abundas.

Aſſyriæ Lucan. lib. 1. Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.
Thurilegæ Barth. Qua male thurilegas vidit gens Martia Carras.

CARTHAGINENSES.

Duri Crinitus, Punici & Carthaginenſes duri, audaces, improbi.

CARTHAGO.

Condita, à Didone quæ genꝰ ab Agenore traxit.

Lybica Verg. in Battharũ, Mœnia quos rapidos Lybicæ Carthaginis horrent.
Vrbs Agenoris. Idem, Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem.
Tyria, à Tyrijs & Sidonijs condita. Idem, Tyriam qui adueneris vrbem.
Sidonia Idem, Ad vrbem Sidoniam puer ire parat.
Alta Idem lib. 4. Aen. Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas.
Magna Lucan. lib. 4. Inter ſemirutas magnæ Carthaginis arces.
Impia Hor. lib. 4. Non incendia Carthaginis impiæ.
Ferox Syll. lib. 1. Patiturq; ferox Oenotria iura Carthago.
Perfida Idem lib. 13. Cur perfida & vrbi Altera Carthago.
Acerba Idem lib. 17. Ne tollat acerba hoc Carthago decus.
Tumida Claud. Flebile cum tumida bellum Carthagine geſſi.
Byrſica Sid. Spernis Elyſeæ byrſica tecta domus.
Aemula Romæ. Claud. Vrbs etiam magnæ quæ dicitur æmula Romæ.
Antiqua Mant. Pœnus ab antiqua veniens Carthagine quondam.
Superba Lau. Lippius, Sum ficus Libyæ, per me Carthago ſuperba corruit.

CARYSTOS.

Saxoſa Stat. lib. 7. Non ego Abantiadas, non te ſaxoſa Caryſte.
Vndoſa Idem lib. 1. Syl. Non huc admiſſæ Thaſos aut vndoſa Caryſtos.
Ferax Prius citatum eſt ex Seneca.
Lapidoſa Pamph. Illius ſub corde riget lapidoſa Caryſtos.
Argiua Sabellicus, Littore luna ſecat, ſecuitq; Argiua Caryſtos.
Graia Idem, Iam Graia Caryſtos Sicanio diues meditatur dona ſepulchro.
Titana Idem, Sublimeſq; ornet poſtes Titana Caryſtos.

CASA.

Humilis Verg. in Buc. Atq; humiles habitare caſas, & figere ceruos.
Contecta ſtramine. Ouid. lib. 5. Met. Contectam ſtramine vidi Forte caſam.
Parua Idem lib. 3. Faſt. Et pudet in paruis nomen habere caſis.
Frondea Idem lib. 4. Faſt. Sunt quibus è ramis frondea facta caſa eſt.
Exigua Idem, Surge, nec exiguæ deſpice tecta caſæ.
Inſons Idem lib. 2. Eleg. Et cremat inſontes hoſtica turba caſas.
Straminea Propert. lib. 2. Straminea poſſet dux habitare caſa.
Immunda Idem, Captus & immunda ſæpe latere caſa.

Scythæ & Getæ caſas habẽt ductiles, & paluſtris ſuper poſitas.

Putris Idem lib. 4. Putris odorato luxerat igne caſa.
Scythica Mart. lib. 10. Et poteram Scythicas hoſpes amare caſas.
Anguſta Claud. Et caſa pugnaces Curios anguſta tegebat.
Sordida Seneca, Lapſaq; ſordidæ fient templa caſæ.
Tenuis Pont. Nec puduit tenues accubuiſſe caſas.
Rureſtris Thomas Rad. Et ſicut rureſtres caſulæ, parua gurguſtiola, &c.
Viridis Polit. Captamus viridi tectus vterq; caſa.

Lutea



Lutea Stroz. pater, Et luteam ſolida ſtruxerit arte caſam.
Vilis Stroz. filius, Pauiſti vilis ſtramine tecta caſæ.
Rudis Idem, Et peregrina rudi caſtra fauore caſa.
Columbifera Sabell. Ecce columbiferas caſulas noua flamma capeſſit.
Frigida Conrad. Frigidas felix caſulas ſubintras.
Ruralis Bebelius, Rurales aluere caſæ.
Lucifuga Fr. Phil. Lucifugas habitare caſas.
Curta Salmon. Cœleſteſq; habuit tunc caſa curta choros.
Turpis Petrarcha, Quid refugis turpeſq; caſa?
Pauper Mant. Præſertim in laceris, pauperibus caſis.
Multiforis, habens multa foramina. Idem, Hoſpitiũ pallens, multiforemq; caſam.
Agreſtis Idem, Mœnia, & agreſtis culta per arua caſæ.
Caricea, carice tecta. Idem, Cariceæ ſuccede caſæ, dum præterit æſtus.
Sylueſtris Idem, Sylueſtreſq; caſas, æquoreaſq; domos.
Secura Fauſt. Securas quicunq; caſas, & ruris amœni Vernantes cõtẽnit agros.
Exilis Idem, Parua ſed exilis tecta colenda caſæ.
Lacera Vide in epitheto Pauper.
Modica Bap. Pius, Flectimus ad modicæ tecta beata caſæ.
Lignea Theodoritus, Qui ligneam caſulam ſibi ſtruat.

CASEVS.

Pinguis Verg. in Buc. Pinguis & ingratæ premeretur caſeus vrbi.
Ouilis Cato, Inde facito ſolum tenue caſei ouilis.
Mollis Col. Et caſeus mollis vehementer expreſſus.
Dulcis Idem, Nam vbi dulcem caſeum dimiſeris.
Candidus Ouid. lib. 4. Faſt. Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ.
Niueus Calphurn. Per totum niueus premitur mihi caſeus annum.
Vænalis Idem, Deſtruat vt niueos vænalis caſeus agnos.
Rutilans Quint. Caſeus hic rutilans ſapidiſſimus.
Preſſus Fauſt. Preſſus & anguſto caſeus orbe fluet.
Molliculus Plaut. Meum cor, mea coloſtra, meus molliculus caſeus.
Toloſas Mart. lib. 12. Nec quadra deerat caſei Toloſatis.

*CASSANDRA.*

*Caſſandra, Priami filia, quum Apollini copiam ſui corporis promiſiſſet, ab eodem vates facta eſt. Quum autem non ſtaret promiſſis, iratus Deus, fecit ut eiuſdem vaticinijs non adhiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helenæ raptu infortunia. Verg. lib. 2. Aen. Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris Ora, Dei iuſſu, non vnquam credita Teucris. Mirandula, Et patriæ repetes celebrem Caſſandra ruinam.*

Priameia Verg. lib. 2. Aen. Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus.
Phœbas Ouid. lib. 2. Triſt. Teq; Mycenæo Phœbas amata duci.
Iliaca Sidon. Phœbados Iliacæ raptum ſatis vltra pudorem.
Phrygia Seneca, Amore Phrygiæ vatis incenſus furit.
Effrena Idem, Effrena Phœbas entheas laurus quatit.
Ilia Propert. lib. 3. Neq; enim Ilia quondam verax Caſſandra.
Pergamea Idem lib. 4. Aut ſi Pergameæ ſero rata carmine vatis.

CASSES.

Doloſi Remaclus, Iam tricæ periere meæ, caſſeſq; doloſi.
Laxi Verg. lib. 4. Georg. Laxos in foribus ſuſpendit aranea caſſes.
Arcti Perſius, Ne trepidare velis, atque arctos rodere caſſes.

CASIA.

Mitis Lactant. de Phœnice, Non caſiæ mitis, nec olentis vimen acanthi.
Olens Verg. de obitu Mecœnatis, Hic tibi corycium, caſias hic donat olẽtes.
Rubens Marull. Et mixtas caſiæ roſas rubentes.

Florens  Stroz.pat.Florentes caſias,immortalemq́;.
Halans  Bap.Pius,Pro violis,caſiisq́; halantibus oſcula carpam.

## CASSIOPE.

*Caſſiope fuit Cephei Aethiopum regis vxor, quæ quum formæ præſtantia multum excelleret, auſa eſt ſe conferre Nymphis, Itaque indignatæ illæ, filiam eius Andromeden marino alligarunt ſcopulo, ut deuoraretur a belua. Poetæ dicunt Caſſiopen inter aſtra relatam fuiſſe.*

Aſtrigera  Claud.Qua micat aſtrigera ſenior cum coniuge Cepheus.
Infortunata Ruffus,Infortunatam ſpectabis Caſſiopeam.
Radioſa  Conrad.Et Cephei radioſa coniunx Caſſiopea.
Fulgens  Mant.Solis equos ſupra fungentem Caſſiopeam.

## CASSIS.

Aurea  Verg.lib.11.Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati Caſſida.
Fulua  Ouid.lib.2.Fulua iubis caſſis,nec onus,caua parma,ſiniſtræ.
Criſtata  Syll.lib.1.Inſurgens gladio criſtatæ caſſidis æra.
Aërea  Idem lib.3.Non ærea caſſis,Nec lorica riget ferro.
Auricoma  Idem lib.4.Quatit aura comantes Caſſideis auricomæ criſtas.
Minax  Stat.lib.4.Theb.Quum te claudere minaci Caſſide.
Aurata  Idem lib.6.Sic ait,atque ambos aurata caſſide ditat.
Nitida  Idem lib.8.Nitidæ nec caſſidis altam Compſit, adornauitq́; comam.
Torua  Idem,Quippe apicem toruæ Gradiuus habebat Caſſidis.
Martia  Val.Flac.lib.3.Non Martia Caſſis,Eumenidumq́; comæ.
Infeſta  Idem lib.7.Vidit & infeſta vibrantes caſſide terras.
Hirſuta  Claud.ſtat caſſis vtrique Sydereis hirſuta iubis.
Oblata  Thom.Rad.Stellarum apicibus inſignium oblatas caſſides.
Caua  Polit.Attritusq́; caua mutatur caſſide vomis.
Ferrea  Pamph.Nam nil ſcuta valent,nil ferrea caſſis.
Ahena  Mant.Proripiunt tecti ſcutis, & caſſide ahena.
Aerata  Barthol.Vibrat & ærata defendit caſſide crines.
Cælata  Iuuen.Sat.11.Vt phaleris gauderet equus,cælataq́; caſſis.

## CASTANEA.

Mollis  Verg.in Buc.Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis.
Hirſuta  Idem,Stant & iuniperi & caſtaneæ hirſutæ.
Trux  Pallad.Rutil.Caſtaneamq́; trucem depulſis cogit Echinis.

## CASTITAS.

Pura  Apul.lib.8.Sacerdotum puriſſimam laudantes caſtimoniam.
Illibata  Lactãtius, Sed ne illæ quidẽ virgines illibatã caſtitatẽ ſeruare potuerũt.

## CASTOR.

*Caſtor fuit filius Lædæ, à Ioue compreſſæ, in forma Cygni, frater Pollucis & Helenæ, Hi duo fratrer vocantur Tyndaride, quoniam credebantur filij Tyndari. Poſt mortem ambo relati ſunt in numerum deorum. Horum cum alter, Caſtor mortalis eſſet alter immortalis, Pollux immortalitatem cum fratre diuiſit. Quod ideo fingitur, quoniam duo ſunt ſydera, quorum altero occidente, alterum protinus incipit apparere. Ea præcipuè inuocantur à nautis.*

Lædæus,Lædæ filius.Ouid.lib.3.Faſt.Hæc ſunt Lædæis templa dicata deis.
Amyclæus  Stat.lib.7.Vidit Amyclæos,facinus concurrere fratres.
Oebalides  Stat.lib.5.Theb.Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ gemini.
Therapnæus Stat.lib.7.Igne Therapnæi fugerunt carbaſa fratres.
Oebalius  Stat.lib.3.Syll.Oebalij fratres.pontusq́; polusq́; ſerenus.
Tyndareus  Val.Flac.lib.1.Fratresq́; petiuit Tyndareos.
Lacon  Claud.Naufragia Lædæi ſuſtentant vela Lacones.
Bonus frenis Polit.Vtq́; bonum frenis Caſtore frater amet.
Tyndarides Stroz.fil.Sic in Amyclæa quum ſeſe exercent arena Tyndarides.
Cygnigena Mich.Angel.Nectam Cygnigenis Oebalis ora deis.





## CASTRA.

Horrida  Verg.in Buc.Perq́; niues alium,perq́; horrida caſtra ſecuta eſt.
Hoſtilia  Lucan.lib.4.Semianimes in caſtra trahens hoſtilia turmas.
Turrita  Idem lib.6.Turritaq́; ſummis Diſponite caſtella iugis.
Acerba  Syll.lib.9.Verum à caſtris elapſus acerbis.
Nephanda  Stat.lib.4.Syl.Caſtris mœrens eſſe nephandis.
Martia  Pont.Nunquid dura nimis tibi Martia caſtra videntur.
Fulgida  Clau.Strictis quẽ fulgida telis Inter laurigeros aluerũt caſtra triũphos.
Hoſtica  Pont.Nunc hoſtica caſtra Explorent.
Sæua  Pamph.Pulſus adeſt armis,caſtraq́; ſæua fugat.
Opulenta  Verg.lib.8.Aen.Opulentaq́; regnis Iungere caſtra.

## CASVS.

Dubius  Catull.Gnate,ego quem in dubios cogor dimittere caſus.
Anceps  Mant.Continuo ancipiti regem cura anxia caſu.
Repentinus  Idem,Olim tam ſplendida caſu Stella repentino.
Ambiguus  Idem,Vota per ambiguos hominem rapientia caſus.

## CATASTA.

Cataſtæ, locus vbi ſerui venales proſtãtes, ingenti ſtrepitu garriebãt.

Barbarica  Stat.lib.2.Syl.Non te barbaricæ verſabat turba cataſtæ.
Auara  Mart.lib.6.Non te plebe domus,nec auaræ verna cataſtæ.
Arcana  Idem lib.9.Sed quos arcanæ ſeruant tabulata cataſtæ.
Iners  Mant.Compedibusq́; ſuis, & inerti oppreſſa cataſta.
Rigida  Perſius,Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta.
Barbara  Tibull.Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.
Cappadox  Mart.Nec de Cappadocis eques cataſtis.

## CATARACTA.

Præceps  Luc.lib.10.Excepere tuos & præcipites cataractæ.

## CATEIA.

Panda  Syl.lib.4.Panda manus eſt armata cateia.
Teutonica  Barth.Feruida Teutonicis properate in bella cateijs.
Vulnifica  Idem,Vulnificas iacit hic Teutiſco more cateias.
Celer  Mant.Celeresq́; cateias Barbarus aduerſos Gallus iaculatur in hoſtes.

## CATENA.

Teres  Lucan.lib.3.Aſt alias manicæq́; ligant,teretesq́; catenæ.
Grauis  Idem lib.6.Qua torta graues lorica catenas Opponit.
Sæua  Horat.lib.3.Me pater ſæuis oneret catenis.
Nexa  Ouid.lib.7.Met.Obliquantem oculos,nexis adamante catenis.
Dura  Bap.Pius,Compedibus vinxit dura & mea colla catena.
Arcta  Syll.lib.2.Arctis poſt terga catenis.
Ferrea  Iulius Cæſar, Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ.
Lemniaca  Mart.lib.5.Parce pater,ſi Lemniacis laſciua catenis.
Aerata  Val.Varan.Mittitur æratis illic ſeruanda catenis.
Sæua  Claud.Et ſæuis Proſerpina vincta catenis.
Ferrata  Idem,Barbara ferratis innectunt terga catenis.
Adamãtea,inſtar adamantis dura.Manil. Atq; adamãteis diſcordia vincta catenis.
Famula  Claud.Speraſti famulas imponere poſſe catenas.
Solida  Marull.Dum ſtet opus ſolida catena.
Stabilis  Idem,Complexus ſtabili per mutua vincla catena.
Nodoſa  Pamph.Solue nodoſa miſerum catena.
Aerea  Lud.Bidus,Me deuinxeris ærea catena.
Adamantina Crinit.Nectit catenam fati adamantinam.
Ferruginea  Mant.Vincula ab Aſſyrijs,ferrugineasq́; catenas.
Stridens  Idem,Qui procedens ſtridente catena.

Valida  Tibull.lib.4.Sed potius valida teneamur, vterq; catena.
Improba  Boetius, Quos fallax ligat improbis catenis.

CATERVA.

Florens ære  Verg.lib.7.Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas.
Fulgens ære  Idem lib.8.Pulueream nubem, & fulgentes ære cateruas.
Spumans cæde. Luc.lib.7. Proſpectare nefas ſpumantes cæde cateruas.
Enſifera  Stat.lib.8.Thebaid.Martis & enſiferas inter potes ire cateruas.
Audax  Idem lib.5.Audaces rubuit mirata cateruas.
Hoſtilis  Idem, Rebar & hoſtiles huc aduenisse cateruas.
Armifera  Stat.lib.5.Syll.Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas.
Vaga  Sidon.Rene tumens, Scythiæq; vagis equitare cateruis.
Inſana  Idem, Inſanis equitaſſe cum cateruis.
Aerata  Mich.Ang.Agmina & æratas diſſueto vmbone cateruas.
Multiſona  Stat.lib.8.Sæuaq; multiſonas exercet pœna cateruas.

CATILLI.

Anienicolæ, habitantes propè Anienem.Syll.lib.4.Anienicolæq; Catilli.

CATILINA.

Minax  Lucan.lib.6.Abruptis Catilina minax, fractiſq; catenis.
Sæuus  Idem lib.7.Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures.

CATINVM.

Fictile  Cato, Catinum fictile oleo vngito.
Anguſtum  Hor.lib.2.Serm.Anguſtoq; vagos piſces vrgere catino.
Thuſcum  Iuuen.Sat.11.Ponebant igitur Thuſco ferrata catino.
Fragrans  Adr.Card.Drias catinum fragrantem ambroſa gerit Dianæ.

CATO.

Inuictus  Lucan.lib.9.Sedit & inuicti poſuit ſe mente Catonis.
Durus  Idem, Et mala, vel duri lachrymas motura Catonis.
Intonſus  Horat.lib.2.Carm.Præſcriptum & intonſi Catonis.
Grauis  Stat.lib.2.Syl.Libertate grauem pia Catonem.
Seuerus  Mart.lib.1.Cur in theatrum Cato ſeuere veniſti.
Conſummatus.Idem, Quod magni Thraſeæ, conſummatiq; Catonis.
Pugnax  Sidon.Pugnaces ego pauper laudo Catones.
Rigidus  Mart.lib.10.Tunc me vel rigidi legant Catones.
Tetricus  Sidon.Rugato Cato tetricus labello.
Doctus  Polit.Mitto Hortenſi doctiq; Catonis.
Triſtis  Quint.Marius acer, & triſtis Cato.
Honorus  Idem, Si conſuluiſſet honorus Parthiſioſq; Cato.
Sanctus  Mant. Id Numa cœlicolum cultor ſanctiq; Catones.
Moratus  Glareanus, Moratuſq; alto cum Cicerone Cato.

*CATVLLVS.*

*Quint.Val.Catullus natus eſt Veronæ, Terentij Varronis ætate. Scripſit de paſſere ſuæ Leſbiæ. Celebrauit nuptias Mallij. Amauit Iſithillam & Clodiam, quam ficto nomine Leſbiam vocabat. Opus ſuum diuiſit in Lyricos, Elegiacos & Epigrammata. Elegiam de coma Berenices ex Callimacho Poeta conuertit in numeros Latinos. Præterea quæ habemus, ſcripſit etiam amatorium carmen de incantamentis, & carmen Ithyphallicum. Cæſarem, Mamurram, & Nouium Strumam ſuis verſibus inſectatus eſt Romæ anno ætatis circiter trigeſimo.*

Laſciuus  Ouid.2.Triſt.Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe Catullo Fœmina.
Doctus  Idem lib.3.Eleg.Tempora cum clauo docte Catulle tuo.
Tener  Mart.lib.7.Non quales teneri plorauit amica Catulli.
Facundus  Idem lib.5.Faſt.Nec te facundi ſcena Catulli Detineat.
Argutus  Idem lib.6.Faſt.Nolo quod arguto dedit exorata Catullo Leſbia.
Suauis  Mart.Cap.Hoc et Catullus non inſuauis quidem poeta commemorat.

Nitidus



Nitidus  Pont.Illic nos nitidi manet aurea muſa Catulli.
Mollis  Stroz.pater, Hic comes accedit caluus, molliſq; Catullus.
Doctiloquus Pamph.In mea doctiloqui ſocius pete mu a Catulli.
Tenuis  Mart.lib.10.Nec ſua plus debet tenui Verona Catullo.

CATVLVS.

Lactans  Colum.Sanguine lactantis catuli placatur & extis.
Sagax  Manil.Venandi tribuit catulos nutrire ſagaces.
Mordax  Augurell.Præcipites tanquam catulis mordacibus actos.

*CAVCASVS.*

*Caucaſus, mons eſt Scythiæ altiſſimus & multis ſcopulis frequens. Herodotus ait, eſſe altiſſimum montium. Riget perpetuis niuibus. Abundat arboribus, herbis veneficis, & vulturibus.*

Horrens  Verg.lib.4.Aen.Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.
Inhoſpitalis  Hor.lib.1.Carm.Siue facturus per inhoſpitalem Caucaſum.
Ingens  Val.Flac.lib.5.Conſonet ingens Caucaſus.
Niualis  Claud.Tu ſi niualis per iuga Caucaſi.
Multifidus  Thomas Rad.Caſpios patricidas, Caucaſum multifidum.
Frigidus  Pamph.Frigidus humatos Caucaſus atq; rubos.
Aſper  Theocrit.Aut Athos immenſus, vel duris cautibus aſper Caucaſus.

CAVDA.

Setoſa, Piloſa, Colum.lib.7.Caudis longiſſimis, ſetoſis, piloſiſq; ſit equus.

CAVEA.

Reſonans  Claud.Qualis reſonantibus olim exoritur caueis.
Obſcura  Lud.bigus, Sub obſcuris occule te caueis.

CAVERNA.

Tecta  Verg.in Aetna, Vut occulta fluunt nectis adoperta cauernis.
Curua  Idem lib.3.Aeneid.Curuiſq; immugiit Aetna cauernis.
Vmbroſa  Idem lib.8.Regia & vmbroſæ penitus patuere cauernæ.
Caua  Lucan.lib.3.Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas.
Cæca  Idem lib.5.Dignatur cæcas incluſum habitare cauernas.
Vaſta  Idem, Vaſtiſq; adducta cauernis Hæſit.
Exeſa  Idem lib.9.Clauderet exæſis hauſtum ſcopuloſa cauernis.
Effoſſa  Suet.Per anguſtias effoſſæ cauernæ receptus.
Ima  Ouid.lib.5.Met.Præbet iter, ſubterq; imas oblata cauernas.
Abrupta  Pont.Parte alia ſonat abruptis ſpecus atra cauernis.
Furua  Pamph.Furta de furuis ſaliunt cauernis.
Secreta  Mant.Secretiſq; diu latuere cauernis.
Vmbrifera  Barth.Fulmina ad vmbriferas Vogeſi redicre cauernas.
Infoſſa  Fauſt.Aeſtiua infoſſis condens frumenta cauernis.
Colubrifera Idem, Tota colubriferis penetralia plena cauernis.
Clauſa  Verg.in Aetna, Clauſis reſonare cauernis.
Foſſa  Fauſt.Aeſtiua in foſſis condens frumenta cauernis.

CAVLES.

Patuli  Verg.in Opuſcul.Caulibus & patulis teretes colludere guttas.
Teneri  Horat.lib.1.Serm.Qui teneros caules alieni fregerit horti.
Protocomi, qui habent prima & tenerrima folia.Colum.Sed iam protocomos tempus decidere caules.
Turgentes  Plin.lib.12.Caules prædulci liquore turgentes.
Virentes  Conrad.Caule uirentes, atq; olerum comas.
Paluſtres  Quint.Infantes quum paſcat caule paluſtri.

*CAVNVS.*

*Caunus filius fuit Mileti, filij Apollinis ex Cyane Nympha, filia Meandri, nephando amore à ſorore ſua Biblide adamatus, vt prius diximus.*

K 4  Apolineus

Apollineus Ouid.lib.9.Biblis Apollinei correptà cupidine fratris.
Mæandrius Idem, Attonitus ſubita iuuenis Mæandrius ira.

C A V P O.

Bibulus Mant. Vnde honor & bibulis & ſpes cauponibus ampla.

*C A V S I D I C V S.*

*Cauſidicus, dicitur Vulturius ab Apuleio, quod eis conceſſum ſit media ciuitate, ut medicis impune occidere, ita ipſis latrocinari, præuaricari, reos prodere, vendere, aduocatione & ſanguinaria rapacitate excarnificare quoſuis. Vnde Mant. Numorum aucupiũ docti, legumq; tyrãni, Aere patrocinium vendunt producere cauſas. Et lites pendere diu, uindemia quædam eſt.*

Raucus Mart.lib.4.Exercet raucos tertia cauſidicos.
Latrator Mant. Cauſidici latratores, rabulæq; forenſes.
Nummiuorus a me dicitur, uocabulo a Conrado ficto, ubi ait, Fraudes ſerens gutture nummiuoro.
Vulturius Apul. Cauſidicos & oratores forenſes togatos, nominauit vulturios.

*C A V T E S.*

*Cautes dicitur Marpeſia, a Marpeſo monte ſilice duriore, in Paro inſula Deucalionæa, a Deucalione & Pyrrha, qui iactis tergum lapidibus (qui protinus animati ſunt) humanum genus reparaſſe dicuntur. Siphyleia, a Siphylo, vbi Niobe mutata eſt in lapidem.*

Dura Verg.lib.4.Aen.Sed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus.
Marpeſia Idem, lib.6.Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.
Cruda Lucan.lib.3.Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
Deucalionæa, à Deucalione & Pyrrha. Colum. Deucalionææ cautes peperere.
Solida Ouid.lib.12.Inde velut muro, ſolidaq; à caute repulſa eſt.
Siphyleia Polit. Ipſa etiam lachrymas Siphyleia fundere cautes.
Spinoſa Pont. Vellentem rubros ſpinoſæ cautis echinos.
Aſpera Stroz. pater, Ipſa immota tamen perſtat velut aſpera cautes.
Saxoſa Pamph. Saxoſis duxi cautibus exanimem.
Rigida Idem, Qui cupit aut marmor, rigidas aut quærere cautes.
Gelida Idem, Non opus eſt cæſto gelidas quid tingere cautes.
Scabra Mant. Tremunt ſcabræ cautes, & flumina tandem.
Rigens Hier. Ang. Rigentes Diua ſed hæc cautes, & cremat ore fretum.

*C A Y C V S.*

*Caycus fluuius eſt Myſiæ, à Teuthrania Troiadis parte defluens. In eius ripa frequentes feruntur eſſe Cygni, vt apud Cayſtrum.*

Gelidus Lucan.lib.3.Myſiaq; & gelido tellus perfuſa Cayco:
Theatrantæus. Ouid.lib.2.Met. Peneuſq; ſenex, Theutrantæuſq; Caycus.
Dulciſonus Barthol. At quum dulciſoni per littora curua Cayci.
Myſus Verg.lib.4.Georg. Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caycus.

C A Y C I.

Crinigeri Lucan.lib.1.Et vos crinigeros bellis arcete Caycos.

C A Y P H A S.

Turbidus Quint. Cayphæ ſuperbam turbidi intrarunt domum.

C A Y S T E R.

Oloriger Propert.lib.3.Si quave olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri.
Olorinus Barthol. Purpureuſq; Halyacmon, olorinuſq; Cayſter.
Mollis Bap. Pius, Qualis in Apidani ripis, molliſve Cayſtri.

*C E D R V S.*

*Cedrus, arbor eſt procera, nec tamen oneroſa. Folia habet cupreſsinis ferè ſimilia, lignum iucundi odoris, & tineis imperuium & infeſtum. Propterea opus dignum cedro dicimus, quod laudabile eſt, & ab iniuria blattarum tinearumq; maximè conſeruandum.*

Odorata Verg.lib.3.Georg. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum.
Olens Idem lib.11.Robora nec cuneis, nec olentem ſcindere cedrum.

Enodis



Enodis Claud. At magis enodes properat proſternere cedros.
Aeterna Thomas Rad. Aeterna cedrus, æternior iuniperus.
Libanitis Pont. Carmeliaq; apices, quin & Libanitida cedrum.
Libana Sedud. Semper habens frondes, & tanquam Libana Cedrus.
Feralis Barthol. Triſti feralem lampade cedrum.

C E L AE N AE.

Altæ Ouid.lib.4.Faſt. Inter ait viridem Cybelen, altaſq; Celænas.
Illuſtres Stat. Noſſet & illuſtres Satyro & pendente, Celænas.
Phrygiæ Ant. Paltron. Vrbinas, Cui Pæan, Phrygias neſcis an ſtulte Celænas.

C E L E N O.

Ieiuna Claud. Quem non ieiuna Celeno Vinceret.
Dira Verg.lib.3.Aen. Quas dira Celeno, Harpiæq; colunt aliæ.

C E L T AE.

Vaniloqui Syll.lib.8.Vaniloquum Celtæ genus ac mutabile mentis.

C E L T I B E R I A.

Cuniculoſa Catull. Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

C E M E N T V M.

Molle Vitru. Non enim quæ ſunt è molli cemento. ſubtili facie venuſtatis.
Sructile Mart.lib.9.Non ſilice duro, ſtructilive cemento.

*C E N E V S.*

*Ceneus, inquit Perſius, fuit uirgo, quæ a Neptuno, pro ſtupri precio, meruit ſexus mutationẽ. Verg.lib.6.Aen. Et iuuenis quondam, nunc fœmina Ceneus, Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram. Fuit etiam innumerabilis, pugnauitq; pro Centauris & Lapithis.*

Pellæus Ouid.lib.12.Nudaq; Pellæi iuuenis ferit ora Sariſſa.
Elateius Idem, Idq; cruentatus Ceneus Elateius ictu.
Validus Idem, Forte trabem nactus, validum coniecit in hoſtem.
Magnus Stat. in Achill. Nec magnum ambigui fregerunt Cenea ſexus.
Perrhæbus Ouid.lib.12.Corpore non læſo Perrhæbum Theſeia vidi.

C E N O M A N I.

Acres Mant. Cenomani acres, & non ignobile ſemen, Euganei veteres.

C E N S O R.

Rigidus Ouid.lib.2.de Arte, Conſule, quæ rigidus munera cenſor habet.
Tetricus Mart.lib.12.Nudorum tetricus cenſor & aſper erat.
Seuerus Stroz. pater, Nouit enim iudex hominum, & cenſorq; ſeuerus.
Triſtis Pacificus, Hæc legat & triſtis cenſor, caſtuſq; ſacerdos.

C E N S V R A.

Faſtuoſa Mart. Cap. Vides igitur, vtriq; fœminæ quàm inſit faſtuoſa cenſura.
Triſtis Stroz. pat. Sit procul hinc triſtis rugæ cenſura ſeueræ.

C E N T A V R E A.

Graueolentia. Verg.lib.4.Georg. Cecropiumq; thymum, & graueolẽtia cẽtaurea.
Theſſala Lucan. Et panacea potens, & Theſſala centaurea.
Chironia, a Chirone Theſſalo. Mant. Mandragoræ ſemen, Chironea centaurea.

*C E N T A V R I.*

*Ixion Phlegyæ filius, ut fabulantur poetæ. Centauros genuit ex Nube, qui finguntur fuiſſe humana facie, & equino tergo, quòd primi omnium equitauerint. Vnde bimembres ſemiferi, & aliis id genus epithetis appellantur. Bellum geſſerunt in Lapithas. Victi ſunt ab Hercule. Aliter uocantur Hippocentauri. De his claudianus, Nec plus nubigenas duplex natura biformes Cognatis aptauit equis.*

Furentes Verg.lib.2.Georg. ille furentes Centauros letho domuit.
Biformes Idem de ſignis, Centauruſq; biformis adeſt pelagique puella.
Minaces Idem, Centauruſq; minax arcu, & Neptunia proles.
Nubigenæ Idem lib.7.Ceu duo nubigenæ cum vertice montis ab alto Deſcendũt (centauri.

Bimembres

Bimembres Claud.Non ipſi poterunt æquare bimembres.
Ixionidæ Luca.lib.6. Illic ſemiferos Ixionidas Centauros Fœta.
Semiferi Sta.li.9. Semifer aeria talis Centaurus ab Oſſa.
Sæui Ouid.lib. 12. Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum.
Ixionenati Idem, Nec nos matre dea, nec nos Ixione natos.
Seminiares Idem, Nos ſeminari ſuperamur ab hoſte.
Truces Stat.lib.6.Theb.Centauros habet arte truces.
Oſſæi, ab Oſſa Theſaliæ monte. Idem lib.12. Nec oſſæi bello cecidere bimembres.
Feroces Ruffus, Claudamq; feroci Centauro inclinat.
Superbi Bœotius, Ille Centauros domuit ſuperbos.

*CEPHALVS.*

*Cephalus filius fuit Aeoli, qui Procrim uxorẽ ſuã, filiã Erechthei regis interfecit, dũ illa furtim maritũ in ſyluas ſecuta eſſet, vt experiretur, an alterã adamaret ille fœminã. Fuit uenator magni noĩs. Vñ Oui. in Epi. Clarus erat Cephalus ſyluis, multæq; p̃ herbã Conciderãt, illo percutiẽte, feræ. Adamatus ẽ ab Aurora. Oui. in Epi. Hũc nõ pro Cephalo raperes Aurora timebã.*

Proles Cyllenia. Ouid.li.3.de Arte, Ecce redit Cephalus, p̃les Cyllenia ſyluis.
Aeolides Augurell. Nec vnquam corde Procim Aeolides Cephalus remouebat.
Actæus Fauſt.Ibat ad Actæi conſcia furta proci.

CEPHEVS.

Cepheus rex fuit Antiopũ pater Andromedes, quẽ poetæ fabulãt ĩ aſtra relatum.

Aequoreus Manil. Aequorei iuuenis dextra de parte reſurgit.
Iaſides, iaſi filius. Cæſar Germ. Iaſides etiam cœlum cum coniuge Cepheus.
Impius Pont.Nec te impie Cepheu mouit amor.
Stellatus Cic.lib.5.Quæſt.Tuſcul.Nec ſtellatus Cepheus cum vxore.

CEPHISVS.

Impiger Lucan.li.3. Quos impigere ambit Fatidica Cephiſus aqua.

CERASVS.

Dulcis Propter.lib.4.Hic dulces ceraſos, hic antumnalia prune.

CERASTES.

Libycus Lucan.lib.6. Aut viuentis adhuc Libica membrana Ceraſtæ.
Vagus Idem lib.9. Ammodites, ſpinaq; vagi torquente Ceraſtæ.
Anhelans Stat.lib.4.Theb.Ora & anhelantes tuto Phlegethonte Ceraſtas.
Crinalis Idem lib.11.Crinalem attollit longo ſtridore Ceraſtem.

*CERAVNIA.*

*Montes ſunt Epiri, ſeparantes Ionium mare ab Adriatico. Infeſtantur crebro fulmine, quod cera vnos Græcè dicitur.*

Violenta Ouid.lib.2.Eleg.Et quibus emineant violenta Ceraunia ſaxis.
Alta Marull.Quum ſtent alta Ceraunia.
Scopuloſa Pamph.Deſeruere viri ſcopuloſa Ceraunia fortes.
Prærupta Mant.Eſt locus Italiæ prærupta Ceraunia contra.
Excelſa Priſcian.Quum tollunt montes excelſa Ceraunia.
Ignea Claud.Sub antris Ignea fulmineis legere Ceraunia Nymphæ.

CERBERVS.

Inhians Verg.lib.4.Gerg.Tenuitq; inhians tria Cerberus ora.
Ingens Idem lib.6. Aen. Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat horrendo.
Ianitor Orci Idem lib.8.Te Stygij tremuere lacus, te ianitor Orci.
Immanis Hor.lib.3.Carm.Ceſſit Immanis tibi blandenti Ianitor aulæ.
Hians Apul.Iam faucibus ipſis hiantis Cerberi ructabat.
Meduſæus Ouid.lib.10.Terna Meduſæi vincirem guttura monſtri.
Vipereus Idem lib.3.Eleg.Et tria vipereo fecimus ora cani.
Tergeminus Idem lib.3.de Arte, Tartareoſq; lacus, tergeminumq; canem.

Inſomnis



Inſomnis Syll.lib.2.Perſonat inſomnis lachrymoſæ ianitor aulæ.
Impauidus Stat.lib.6.Theb.Non illum ianitor atræ Impauidus Lethes.
Malus Idem lib.7.Tergeminoſq; mali cuſtodis hiatu.
Triſtis Idem lib.8.Fugiat nec triſtis in antrum Cerberus.
Aſper Idem lib.5.Syl.Nullo ſonet aſper ianitor ore.
Tartareus Verg.lib.6.Tartareum ille manu cuſtodem in vincula petiuit.
Turbidus Claud.Nec turbidus orci Ianitor æquabat.
Triceps Pont.Quos triceps cuſtos procul allatratu arcet ab amne.
Ater Seneca, Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.
Peruigil Idem, Cuſtos opaci peruigil regni, canis.
Stygius Idem, Canisq; diras Stygius obſeruet fores.
Infernus Idem, Manes loquuntur, ſonuit infernus canis.
Triformis Idem, Non me triformis ſole conſpecto canis.
Inquietus Idem, Herculem & regnum canis inquieti.
Terrificus Pont.Eumenidumq; angues, terrificumq; canem.
Cuſtos Polit.Ille quoque vmbrarum cuſtos, ille horror Auerni Cerberus.
Impius Stroz.pater, Nec triplici latrans impius ore canis.
Plutonius Stroz.fil.Corripit obiectam cuſtos Plutonius offam.
Vorax Idem, Inſontemq; vorax pandet tria Cerberus ora.
Trilinguis. Pamph. Quæ ructat canis horrido ſub antro Orci, tergeminus, triceps, trilinguis.
Trifaux Idem, Ter manes pia, ter canem trifaucem.
Auernalis Idem, Auernalis ſemine nata canis.
Horridus Sabell.Horridus immenſi trepidet quem ianitor Orci.
Cruentus Conrad.Velut cruenta Tartara Cerberus.
Inferus Idem, Nec canis inferus, triforme monſtrum.
Latrator Mant.Cerberus hinc latrator abeſt.
Horrificus Fauſtus, Horrificus triplici me canis ore petat.
Sæuus Glar.Mulceret fauces Cerbere ſæue tuas.
Atrox Bapt.Pius, Quem nec Iouis ira, nec atrox Cerberus, aut Stygio diſtrahet amne ratis.
Triplex Glar.Non terret Phlegethon, non canis ille triplex.
Niger Tibull.lib.1.Nunc niger in porta ſerpentum Cerberus ore Stridens.
Audax Idem, Non ſeges eſt infra, non vinca culta, ſed audax Cerberus.
Improbus Propert.lib.4.Cerberus & nullas hodie petat improbus vmbras.
Horribilis Bapt.Plautius, Oreq; multiplici Cerberus horribilis.

CERCOPES.

Populi fuerunt in ſimias à Ioue commutati.

Doloſi Ouid.lib.14.Cercopum exorſus, gentiſq; admiſſa doloſæ.

CERCYON.

Infandus Stat.lib.12.Theb. Non trucibus monſtris Scynin, infandumq; dediſti Cercyona.

CEREBRVM.

Molle Ouid.lib.12.Perq; cauas nares, oculos, aureſq; cerebrum Molle fluit.
Calidum Pamph.Tempora contundens calido perfixa cerebro.

CERES.

Ceres filia fuit Saturni, & Opis. Cereris ſacra, & eiꝰ ſacerdotes.

Flaua Verg.lib.1.Georg.Flaua Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo.
Eleuſina, ab Eleuſi oppido Atticæ. Idẽ, Tardaq; Eleuſinæ matris violẽtia plauſtra.
Munda Idem in Opuſculis, Eſt hic munda Ceres, eſt amor, eſt Bromius.
Falcifera Idem de 4. temporib. Falciferamq; deam meſſes remorantur in æſtus.
Lagiſera Idem lib.4.Aen.Legiferæ Cereti, Phœboq;, patriq; Lyæo.
Puluerulenta. Lucret.lib.5.Puluerulenta Ceres, & eteſia flagra Aquilonum.
Frugum genitrix. Ouid.lib.5.Met.Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores.

Pia

Pia Ouid.lib.12.Feſta piæ Cereri celebrabant annua matres.

Tædifera Idem lib.3.Faſt.Quos cum tædifera nunc habet illa dea.

Ruricolę Idem lib.3.Eleg.Ruricolæ teneroq; aſſurgite Baccho.

Munifica Idem, de dea munificam gentes vbicunq; loquuntur.

Potens frugum.Idem Diua potens frugum, ſyluis errabat in altis.

Ab Eluio oppido. Eluina Iuuen.Sat 3.Me quoq; ad Eluinam Cererem, veſtramq; Dianam.

Aetenæa Claud.Aetnææ Cereri proles optata virebat Vnica.

Ennæa Pius,Hic Ennææ legit florea ſerta deæ.

Actæa,quod Athenis coleretur.Stat.lib.4.Syl.Tuq; Actæa Ceres, curſu cui ſemper anhelo.

Fœcunda Manil.Quod fœcunda Ceres, quod Bacchus vtrumq;.

Spicifera Idem,Spiciferæ eſt virgo Cereris,fabricataq; libra.

Alumna terrarum.Mart.Capella,Cum his grata Ceres,alumnaq; terrarum.

Cincta ſpicis Bapt.Pius,Pan capripes,ſpicis tempora cincta Ceres.

Sicula Sidonius.Hic cererem Siculam Pharius comitatur Oſyris.

Frugifera Seneca, Ego hoc ſolum,frugifera quo ſurgit Ceres,premo.

Annoſa Pont.Horreaq; annoſæ cereris.

Triticea Idem,Et ſua triticeæ ſerta parare deę.

A Catana vrbæ Siciliæ. Catanenſis Lactant. De Cerere Catenenſi, vel Aetnenſi, quarum alteri tanta fuit religio.

Flauens Maphæus,menſiſq; reponit Flauentem Cererem.

Culta Pamph.Et cultæ cereris ſpargere ſemen humo.

Celenæa, à Celenis oppido Phrygiæ,vbi colebatur.

Sicana Michaël Angl. Ergo Sicana Ceres, trinquetra venerabilis ora.

Teſmophora Mant.Teſmophoræ natam flores in ſerta legentem.

Spicata Idem, Iam ſpicata Ceres, iam cogitat hordea meſſor.

Paleis Armata. Architren.Et paleis armata Ceres.

Cupida Idem, Nec cupidæ venit Cereris genus auctius æuum.

Herbifera Mant.Non vetuit violare domum, thalamoſq; ſororis herbiferæ.

## CERTAMEN.

Funeſtum Verg.in Culice,Nec funeſta tenet validæ certamina claſſis.

Martium Hor.lib.4.Car.Spectandus in certamine Martio.

Trepidum Idem lib.1.Epiſt.Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.

Aſperum Ouid.lib.4.Triſt.Aſpera militiæ iuuenis certamina fugi.

Alacre Syl.lib.1.Annibalem voce atq; alacri certamine poſcit.

Anhelum Idem lib.2.Spirantem credas certamina anhela mouere.

Miſerandum Idem lib.5.Hæc inter miſeranda virum certamina.

Auidum Idem lib.12.Et minitans auida ad certamina fertur.

Luctuoſum Veget.Sed maiore oppugnãtiũ ſanguine exercent luctuoſa certamina.

Miſerabile Stat.lib.3.The.Quiſq; ſuas auidi ad lachrymas, miſerabile currunt Certamen.

Validum Idem lib.6.Theb.Valida ad certamina tardos Molitur greſſus.

Durum Claud.Iam quiſquis duro cecidit certamine.

Bellicum Bud.Sed etiam ad certamen bellicum,vſumq; hominum aptè atq; habiles erant.

Acerbum Maphæus,Sicut acerba duo quando in certamina tauri Concurrunt.

Atrox Mant.Et certamen atrox multo cum ſanguine ſurgit.

Anceps Liuius,Quæ vna fecerat anceps certamen.

Tumultuariũ.Idem,Multi tumultuario certamine ſtupefacti fugam arripuerunt.

Acre Sabellicus,Sublatamq; acri repetit certamine palmam.

Sæuum Fauſtus,Sæua inter duri quid agat certamina Martis.

Impium Claudianus,Impia vicini cernit certamina campi.

Animoſum



Animoſum Mant.Differt & hæc animoſa tuis certamina.

## CERVA.

Aeripes Verg.lib.6.Fixerit æripedem ceruam licet.

Timida Ouid.lib.5.Triſt.Vtq; tamen timidæ nactuam veſtigia ceruæ.

Territa Idem lib.2.de Ponto,Quæ fugit infeſtos territa cerua canes.

Annoſa Politianus,Tardos luna boues, annoſas Delia ceruas.

Cornigera Codrus,Quæ ſibi cornigeras gaudet ſubiungere ceruas.

Fugax Strozius filius,Iaculoq; fugacem Sternit humi ceruam.

Viuax Sabell.Non caper hic Baccho,viuax non cerua Dianæ.

Syluicultrix Catul.Vbi cerua ſyluicultrix,vbi aper memoriuagus.

Vetus Varius de morte,Si veteris potuit ceruæ comprendere luſtra.

Celer Catullus,Flammea præuertet celeris veſtigia ceruæ.

## CERVIX.

Lactea Corn.Gallus, Aurea cæſaries,demiſſaq; lactea ceruix.

Eburnea Ouid.in epiſt.Hoc faciunt flaui crines,& eburnea ceruix.

Argentea Pont.Marmoreum femur, & ceruix argentea.

Eburna Stroz.pat.Gratia formoſi ſubit oris,eburnaq; ceruix.

Candida Iuuen.Sat.10.Præbenda eſt gladio pulchra hæc & candida ceruix.

Nitens Fauſt.Ceruice nitenti Aurea dat crepitus.

Niuea Claud.Sub iuga ceruices niueas Hymenæus adegit.

Ambroſia Muſæus, Ambroſiam verò ceruicem amplexus ematæ.

Læuis Propert.lib.3.Læuis odorato ceruix manabit oliuo.

Mollicutis Muſæus,Mollicutem pulchræ ceruicem ac membra puellæ.

Blanda Textor,Blanda tibi ceruix fragrat,quod & Attica cæra.

## CERVVS.

Leuis Verg.in Buc.Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.

Viuax Idem,Et ramoſa mycon viuacis cornua cerui.

Imbellis Idem lib.3.Georg.Quumq; imbelles dant prælia cerui.

Fugas Idem,Timidi damæ,ceruiq; fugaces.

Pauens Idem de obitu Mecœnatis, Viuaceſque magis ceruos decet eſſe pauentes.

Alipes Idem, Alipedem ceruum ter vincit coruus.

Aeripes Idem,de laborib.Herculis, Aeripedis quarto tulit aurea cornua cerui.

Velox Idem lib.5.Aen.Veloces iaculo ceruos,curſuq; fatigat.

Quadrupes Idem lib.7.Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.

Pauidus Lucan.lib.4.Sic dum pauidos formidine ceruos Claudat.

Corniger Lucret.lib.3.Cornigeri incurſum cerui tremeretq; per auras.

Volucer Homer.apud Gell.Et nunc geſtit apro,nunc ceruo diua volucri.

Trepidus Ouid.lib.3.Met.Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos.

Celer Stat.lib.6.Theb Non aliter celeres Hircana per auia cerui.

Volucripes,à me dicitur,vt ab Auſonio tribrachus.

Celeripes Eſt enim vocabulum Auſonij ſcribentis,Celeripes compendij.

Vagus Idem Auſonius, An cum fratre vagos dumeta per auia ceruos.

Timidus Seneca,Poſcunt timidi prælia cerui.

Annoſus Conradus, Annoſum ſuperans ſed illa ceruum.

Agilis Idem,Quæ feræ atroces,agileſq; cerui.

Fugitiuus Crinitus,Ceruos olim vocari conſueuiſſe fugitiuos,teſtatur Sex.Pompeius.

Velocipes,à me dicitur,vt opis à Bartholino in Auſtriade,opim.

## CESPES.

Viridis Verg.in Culice,Gramineam viridi foderet de ceſpite terram.

Gramineus Idem lib.11.Gramineo domum Triuiæ de ceſpite vellit.

Tenet

Tener Ouid.in Epiſt.Tenero ceſpite terra viret.
Odorus Sidon.Pars ceſpite in viridi,ſed floribus odoro conſederamus.
Gelidus Idem,Succinctos gelido libantem ceſpite ſomnos.
Agreſtis Mant.Tunc erat agreſti ſimplex ſub ceſpitæ uita.
Odoratus Bap.Pius,Gratus odorato ceſpite manat odor.
Mollis Idem,Inuitat gemalis odor de ceſpite molli.
Humilis Mant.Purpureos humili carpunt de ceſpite flores.

CETE

*Eſt cetus piſcis maximus in Atlātico mari. Plinius lib.32.ſcribit,Cetos ſexcentorum pedum longitudinis,& trecentorum latiludinis, intraſſe in flumen Arabiæ.Sunt enim tantæ magnitudinis,vt ſi aquis ſupernatent,inſulæ videantur.Dicimus etiam cete in neutro genere.*
Graneia Sabellicus,Te volucres piſceſq; orant,te gradia cete.
Horrida Pont.Enſe canes,enſe & lauros,enſe horrida cece.
Immania Brixius,Corpora non audent immania tollere cete.
Scopuloſa Stat.in Achill.Armigeri tritones eunt,ſcopuloſaq; cete.

CETRA.

Pugnax Luc.lib.7.Illic pugnaces commouit Iberia cetras.

CEYX.

*Ceyx maritus fuit Alcyones,rex Tracynæ vrbis Theſſaliæ, qui ad oraculum nauigans naufragium fecit,poſtea in auem mutatus,vt fingunt poetæ. Seneca,Licet Alcyones Ceyca ſuum Fletu leniter plangente ſonent. Eo mortuo,Alcyone quoque ſe ſubmerſit.*
Trahcynius Ouid.lib.11.Hunc cōtra placido Trachynius ore Talibus alloquitur.
Oethæus Idem Ouid.Violentaq; ſumere tella Rex iubet Oethæus.

CHAEREMON

Stoicus Mart.Quod nimium laudas Chæremon Stoice mortem.

CHALCIS.

Euboica Luc.lib.5. Calcidos Euboicæ vana ſpe rapte parabas. Mant. Chalcidis Euboicæ tellus.
Vndoſa Sabell.Dalmaticumq; latus,Chalciſq; vndoſa reſedit.

CHALYBS.

Vulnificus Verg.lib.8.Vulnificuſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Candens Syll.lib.1.Non ignes,candenſq; chalybs,non verbera paſſi.
Durus Idem lib.2.Hæc ære,& duri chalybis perfecta metallo.
Letifer Val.Flac.lib.6.Et horrida nexu Letiferæra chalybs.
Strictus Seneca,Non ſtrictus domuit chalybs.
Noricus Bap.Pius,Noricus aut tenero ſtat tibi corde chalybs.

CHAON.

Troianus Verg.lib.3.Aen.Progeniemq; omnem Ttroiano à Chaone duxit.

CHAOS.

Auidum Luc.lib.6.Et chaos innumeros auidum conſumere mundos.
Aetuſtum Fauſtus,Atq; chaos metuens iterum natura vetuſtum.
Antiquum Ouid.lib.2.Met.In chaos antiquum confudimur.
Inane Idem lib.4.Faſt.Poſſidet alter aquas,alter inane chaos.
Cimmerium,à Cimmeriis populis.Stat.lib.3.Syll.Cimmeriumq; chaos.
Triſte Idem,Triſte chaos,mœſtiſq; ſitus patiere ſepulchris.
Horrendum.Val.Flac.lib.2.Horrendum chaos oſtendens,pœnaſq; barathri.
Profundum.Idem lib.7. Qualeſve profundum per chaos occurrunt.
Durum Claud.Iam durum flexura chaos.
Vmbriferum.Ruffus.Quum per chaos vmbriferum vis flammea peruaſit.
Deforme Seneca,Hominesq; premat deforme chaos.
Atrum Idem,Et atrum rebus induci chaos.
Informe Conrad.Informe mundi quo chaos formam induit.

Obſcu-



Obſcurum Mant.Per chaos obſcurum noſtri Plutonis ad vmbras.
Voraginoſum.Quint.voraginoſo protegi ſi fas chao.
Tetrum Idem,Antequàm tetrum chaos fieret.
Horrificum Idem,Horrificum chaos gentem rebellem faucibus apertis voret.
Nigrum Idem,Vbi tenebris conſitis nigrum chaos.
Vmbroſum Idem,O chaus vmbroſum,ò ferrugine operta vorago.
Longæuum Idem,Longæuumq; chaos finiuit ab alto.
Inſcrutabile Idem,Tartareum penetrat chaos inſcrutabile noctem.
Terrificum Idem,Terrificumq; chaos nobis abſconderit aſtra.
Omnigenum.Glarean.Sine pace relabitur orbis in chaos omnigenum.
Cæcum Bapt.Pius, Deficit,& cæcum mens timet ægra chaos.
Vetus Mant.Conctaq; de ueteri cerneret orta chao.

CHARITAS.

Prodiga Mant.Venit,& inuidiæ charitas inimica,ſuarum Prodiga opum.
Diuina Pictorius,Sed tantummodo poſco vulnerari diuina mea corda.

CHARITES.

Dulces Pont.Nymphæ adſunt, & adeſt dulcis Charis.
Blandæ Crinitus,Et blandes Charites refert.
Cultæ Pont.Venite cultæ cantant dum Charites.
Lætæ Idem,Lætæ dum Charites canunt ſub vmbra.
Decentes Marull.Et paſſis Charites comis decentes.
Gratæ Crint.Et grata luſitat Charis.

CHARON.

Portitor Verg.lib.6.Aen.Portitor ille Charon,hi quos vehit vnda ſepulti.
Horrendos Idem,Portitor has horrendus aquas,& flumine ſeruat Terribili ſqualore Charon.
Squallidus Ouid.lib.10.Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit.
Auarus Idem ad Liuiam,Omnes expectat auarus portitor.
Pallidus Stat.lib.8. Theb.Vmbriferæq; fremit ſulcator pallidus vndæ.
Senex Claud.Impexoſq; ſenex velauit arundine crines Portitor.
Horridus Sene.Et aſpectu horridus,Pauidoſq; manes ſquallidus geſtat ſenex.
Dirus Idem,Cedente turba dirus exclamat Charon.
Durus Idem,Fulmina ſeruat durus ſenior nauita Charon.
Stygius Pont.Et canis,& Stigij lurida cimba ſenis.
Lethæus Pamphil.Et maculans petijt lethæi tranſtra Charontis.
Triſtis Sabell.Prorſus & infernæ nauita triſtis aquæ.
Tenebrans ora.Quintianus,Portitor vtq; Charon vidit, fuſcata tenebrans Ora ſupercilio.
Ater Petrarcha, Aterq; paludis Nauita Tartareæ.
Teter Iuue.Sat.3.Iam ſedet in ripa,tetrumq; nouitius horret Porth mea.

CHARYBDIS.

*Carybdis periculū eſt marinum in Sicilia,propè Taurominitanū littus,quod crebris aquarū vorticibus infremere,aſſiduiſq; fluctuum concurſibus rapta abſorbere dr. Ouid.lib.4.de Ponto, Nec potes infectis conferre charybdin Achæis,Ter licet epotet,ter vomat illa fretum.*
Metuenda Verg.in Culice,Metuenda charybdis,Pallenteſq; lacus.
Implacata Idem lib.3.Aen.Dextrum Scylla latus, læuum implacata charybdis.
Vaſta Idem lib.7. Quid Syrtes, aut Scylla mihi,quid vaſta charybdis Profuit.
Atra Lucan.lib.1.Atra charybdis Sanguineum fundo torſit mare.
Taurominitana.Idem lib.4.Taurominitanam vincunt feruore charybdin.
Inimica Ouid.lib.7.Dicuntur montes,ratibuſq; inimica charybdis.
Agitata Idem lib.8.Armeniæ ve triges,auſtroq; agitata charybdis.

Irrequieta

Irrequieta Idem lib.13.Scylla latus dextrum,læuum irrequieta Charybdis.

Auida Idem lib.13.Auidamq; Charybdim Euicere rates.

Zanclæa,à Zancle vrbe Siciliæ,cui propinqua eſt.Ouid.lib.4.Faſt. Effugit ad Syrtes,& te Zanclæa Charybdis.

Panchæa,ad Panchaiā vergēs.Idē li.4.Triſt.Vel me Panchęa Charybdis.Deuoret.

Torta Sabinus,Fregit non tumidis torta Charybdis aquis.

Dira Mich. Angl. Per rapidas Syrtis fauces,diramve Charybdim.

Sæua Crinit.Profuit ſæuæ rabiem Charybdis.

Torua Stat.lib.1.Syl.Num torua Charybdis Fluctuet.

Rapax Seneca,Quod rapax hauſit,remouit Charybdis.

Oblatrans Pont.Ac paruo diſtincta freto,oblatrante Charybdi.

Humida Idem,Cæruleo flauas humida rore comas.

Sicula Sabell.Non Siculam patitur ſpectare Charybdim.

Minax Crinitus,Non Scylla,non Charybdis hactenus minax.

Concaua Mant.Concaua non tantum maris abſorbere Charybdis Dicitur.

Impacata Architr.Sic impacata Charybdis me ſorbet.

Trux Bapt.Pius,Curua trucem potius ſulcet mea cymba Charybdim.

CHARTA.

Docta,Laborioſe.Catull.Omne æuum tribus explicare chartis, Doctis Iupiter & laborioſis.

Diuina Mant.Conſilium fuit & diuinas voluere chartas.

CHASMA.

Hians Mant.Et hiantia campis Chaſmata proſciſſis.

CHELYDRVS.

Meduſæus,à Meduſa,cuius capilli facti ſunt anguinei.Syll.li.8.Inde Meduſæis terram exundaſſe chelydris.

Fumiuomus Pamph. O quæ fumiuomos geris chelydros.

Fumoſus Mant.Sed ſimul oſſa vorans clades fumoſa,chelydrus.

Rigidus Bartholinus,Sæua Iouis proles, rigidiſq; armata chelydris.

Sinuoſus Fauſtus,Innumeri orbata ſinuoſi è fronte chelydri.

Maculoſus Verg.lib.3.Georg. Atq; notis longam maculoſus grandibus aluum.

CHELIDONIA.

Purpurea Col.lib.11.Purpureæq; chelidoniæ, pingueſq; mariſcæ.

CHELYS.

Odryſia Stat.lib.5.Syll.Si chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit auerno.

Aurata Mart.Capella,Deinde barbito,aurataq; chely,ac fidibus perſonat.

Pindarica Idem,Et ſcis Pindaricam chelyn referre.

Latoia,ab Epitheto Apollinis.Idem,Faueantq; Muſæ, & chelys Latoia.

Arionia,ab Arione. Idem, Sed nec Arioniam marmora ſurda chelyn.

Horriſona Bapt.Pius,Organa & horriſonæ Gygia fila chelys.

Thracia,ab Orpheo.Sidon.Perſonet hic Mario Thracia vate cheys.

Canora Seneca,Leni canoram verberans plectro chelyn.

Threicia Idem,Tangens Threiciam chelyn.

Aonis,ab epitheto Muſarum.Pont.Aonis infelix iterat chelys æmula cantu.

Eburna Idem,Hæc canit aurato pectine eburna chelys.

Getica,ab Orpheo Getico.Polit.Poſt Geticam ſuperare chelyn.

Incurua Idem,Et chelyn incuruam,atq; incuruam ſuſtinet harpen.

Multiloqua Marull.Dignum prome chely multiloqua ſonum.

Sonora Stroz.fil.Ille vbi prima chelys diſtendit fila ſonoræ.

Pieria,à Muſis Pierijs.Sabell.Huc ſedulus vltro Pieriam contendo chelym.

Culta Idem,Sed cultam Coſmice tendam chelym.

Dircæa Mirand.Conciniuit Dircæa chelys defenſa per ignes.

Aurea



Aurea Quint.Flectitur ad feſtas tandem chelys aurea laudes.

Fatiloqua Crinitus,Pæan reſumpſit fatiloquam chelyn.

Dulciloqua Idem,Pridem ſepoſui dulciloquam chelyn.

Tenera Idem,Mox teneram chelyn myrto ſub viridi depoſui.

Illuſtris Idem,Illuſtrem repetis chelyn.

Docta Idem,Doctas ſollicitas chelyn.

Caua Cleophilus,Pulſabatq; cauam dextera docta chelym.

Lesboa Idem,Lesboam dulci quæ mouet arte chelym.

Blandiſona Quint.Et in blandi onæ chelys murmura plaudunt.

Orphæa Idem,Si tua mens eſt Orphæam ſentire chelym.

Tremula Guill.Caſt.Atq; mouet tremulam palma tenella chelym.

Arguta Fauſt.Argutam nunc tango chelym.

Phœbæa Architr. Ad digitum Phœbæa chelys.

Aonia,à Muſarum epitheto.Bap.Pius,Carmen,& Aoniæ dulcia fila chelys.

Apollinea Idem,Mulcet Apollinea ſydere celſa chely.

Blanda Glar.Diſſiluit mea blanda chelys.

Altiſona Henr.Boger.Germ.Tractantem altiſonam voce manuq; chelym.

Dulciſona M.Anto.Cremonenſis,Dulciſonam ſecum iuſſit habere chelym.

Pſalmographi.Heſſus Pſal.10.Muſica Pſalmographi gloria noſtra chelys.

CHERVCAE.

Immanſueti Claud.Quæq; domant Scynthos,immanſuetoſq; Cherucas.

*CHIMAERA.*

*Chimæra mons eſt Lyciæ,leonibus & ſerpentibus inhabitabilis,flāmas quoq; in modū Aetnę emittens. Vnde poetæ finxerunt monſtrum eſſe, habens tria capita flammiuoma, vnum leonis, aliud Chimæræ,tertium draconis. Lucr. Prima leo,poſtrema draco, media ipſa Chimæra. Ouid. lib.11. Quoq; Chimæra iugo,medijs in partibus hircum, Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat. Chimæram hanc debellaſſe fertur Bellerophon, vt iam diximus.*

Armata flammis.Verg.lib.6.Aen.Flammiſq; armata Chimæra.

Triformis Hor.lib.1.Carm.Vix illigatū te triformi Pegaſus expediet Chimæra.

Ignea Idem lib.2.Me nec Chimęræ ſpiritus igneæ.

Tremenda Idem lib.4.Carm.Cecidit tremendæ flamma Chimęræ.

Ignifera Apul.lib.8.Formidas ſcilicet igniferæ morſum Chimæræ.

Lycia Ruffus,Inclyta poſt Lyciæ redeuntem bella Chimæræ.

Furens Auſon.Triplici furentem qui Chimæram incendio.

Flammiuoma.Pont.Oraq; flammiuoma rutilent afflata Chimæra.

Triplex Pamph.Cerberon,Eumenides,Scyllam,triplicemq; Chimæram.

Fera Idem,Non fera quæ flammas ore Chimæra vomit.

Rabida Mirand.Per medias acies,rabidæq; per ora Chimeræ.

Ardens Mant.Ardentem ſæua Chimæram Monſtra tenent.

CHIRAGRA.

Nodoſa Horat.lib.1.Epiſt.Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.

Dura Lud.Big.Perdidit,& duras ſemper habet chiragras.

Lapidoſa Perſius,Sed quum lapidoſa chiragra Fregerit articulos.

*CHIRON.*

*Chiron fuit Theſſalus,artis medicæ peritiſſimus,filius Saturni & Phillyræ, Achillis doctor & pædagogus conſtitutus à Peleo eiuſdē Achillis patre,propter bonitatē & iuſtitiā,qua ætatis ſuę uniuerſos hoīes longè ſuperauit. Hunc poetæ biformē fuiſſe fingunt, vt reliquos Centauros.*

Armatus arcu.Verg.de Signis,Armatuſq; arcu Chiron,& corniger hircus.

Semiuir Idem,Semiuir arcupotens ſubdit,& Capricornus aquoſus.

Amythaonius.Colum.Hinc Amythaonius docuit quę plurima Chiron.

Semifer Stat.lib.2.Syll.Semifer Aemonium vincebat Pelea Chiron.

Phillyrius Ouid.lib.2.Met.Flebat opemq; tuam fruſtra Phillyrius heros.

L Geminus

Geminus Idem lib.6.Met.Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Phillyrides Idem lib.5.Faſt.Phillyrides tenuit,ſaxo ſtant antra vetuſto.
Doctor Achillis.Cæſar Germ.Inter nubigenas & magni doctor Achillis.
Saturnigena Sidon.Sub Saturnigena ſene inſtitutus.
Peliacus Idem,Nec ſic Peliaco datus bimembri.
Biformis Idem,Quamuis ſæpe ſenex biformis illic.
Aemonius Polit.Iuſſit & Aemonium credere Phillyridem.
Sagittifer Quint.Quale ſagittiferi officium Chironis.
Herbipotens Mant.Herbipotens Chiron,belliger Hector erat.
Toruus Stat.in Achill.Et torui commiſimus antra magiſtri.
Longæuus Idem,Longæuum Chirona petit.
Doctus Idem,Speluncaq; docti Muta ſenis.
Theſſalus Idem,Theſſalus vt rigido ſenior me monte recepit.
Iuſtus Theodo.Hermippus,aũt Berytius Chirontẽ ait centaurũ ꝓcepta,&c.

## CHLAMIS.

*Chlamys dicitur veſtis militaris,pallio ſtrictior & breuior. Hinc Plaut. ad ornatum militis ait opus eſſe chlamyde,machera,& petaſo.Tranquillus in Cæſare Tiberio accepit pro veſte puerili.Munera,inquit,quibus à Pompeij ſorore in Sicilia donatus eſt,chlamys & fibula,item bullæ aureæ durant.*

Depicta Val.Flac.Non auro depicta chlamys,non flaua galeri Cæſaries.
Aurata Auſon.Pictus acu chlamydem auratam.
Sarrana Sidon.Humeroſq; ex more priorum Includat Sarrana chlamys.
Odorata Mant.Odoratæ chlamydes,Aſiatica gaza.
Tyria Idem,Non Tyrias chlamydes,non prandia regum.
Spartana Iuuen.Sat.8.Spartana chlamys,conchylia Coa.
Coccinea Mant.Coccineas armis chlamydes,auriq; nitorem.

## CHLORIS.

Chlorus dicit dea florũ vxor Zephyri, vẽti amœniſſimi.

Zephyritis Claud.His tum mulcebat dominam Zephyritida dictis.
Candida Idem,Lampſacidæ flores candida Chlori tibi.
Verna Polit.Hos fœtus vernæ Chloridos herba parit.

## CHORDA.

Tenuis Verg.in Cyri,Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda.
Tinnula Seneca,Tinnulas plectro feriente chordas.
Sonora Pont.Canite,& ſonoras Tangite chordas.
Querula Polit.Excipienda choris,querulaſve animantia chordas.
Reſona Conrad.Et chordas reſonas pollice tangimus.
Leuis Claud.Luxuriante leues impellis pollice chordas.
Vocalis Tibull.lib.2.Nunc te vocales impellere pollice chordas.

## CHOREA.

Ludens Verg.in Culice,Et celebrate Deum ludente chorea.
Pernix Lucret.lib.2.Cum pueri circum puerum pernice chorea.
Ludicra Apul.lib.10.At dum ludicris ſcenicorum choreis.
Feſta Ouid.lib.8.Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas.
Mollis Mart.lib.1.Et molles dare iuſſa quod choreas.
Cantatrix Claud.Implorat & citharas,cantatriceſq; choreas.
Lepida Mart.Cap.Aſt ego ſuccubui,lepidiſq; aſſueta choreis.
Socia Pont.Ducentem ſocias Nympharum ad plectra choreas.
Grata Idem,Qui gratas Genio citet choreas.
Dulcis Idem,Et dulces Genium decent choreæ.
Læta Idem,Hic lætas agitat Venus choreas.
Placida Idem,Dum Muſæ placidas agunt choreas.
Leuis Polit.Regia nata leues gaudet celebrare choreas.





Facilis Marull.Exerces faciles leuis choreas.
Luxurians Idem,Hic,ille chorea luxuriante leui.
Comes Idem,Gratiarum inter comites choreas.
Plauſa Idem,Plauſaq; leuis choreas ducit.
Hilaris Calent.Blanditias,humileſq; iocos,hilareſq; choreas.
Agilis Remaclus,At citharæ cantus agiles celebrare choreas.
Blanda Theocr.Blandas quod ferre choreas Non potes.
Reuoluta Quint.Saltat,& immiſcet reuolutas arte choreas.
Saltans Fauſtus,Saltantes ducunt choreas,feſtiuaq; dicunt Carmina.
Puellaris Idem,Tale puellares feſtum duxere choreæ.

## CHORVS.

Sacrificus Sabell.Diuæ veniamus ad ædem,Sacrificumq; chorum.
Dulcicanens Quint.Dulcicanens maternus vbi chorus emicat.
Canorus Iuuen.Sat.11.Forſitan expectes,vt Gaditana canoro Incipiat prurire choro.
Alacer Mant.Tunc alacres Medea choros,& ouantia duxit Agmina.

## CHRISTVS.

Salutifer Auſon.Sancta ſalutiferi redeunt ſolemnia Chriſti.
Vnigena Idem,Vnigenæ cognoſco patrem mixtumq; duobus.
Placabilis Idem,Chriſte apud æternum placabilis aſſerere patrem.
Alexicacus Budæus, An alterum Herculem expectamus poſt alexicacum Chriſtum.
Sacer Stroz.pater,Vix ſacer in lucem completis venerat infans Menſibus.
Omnipotens Idem,Lactandum omnipotens ſe dedit alma puer.
Potens Stroz.filius,Chriſti potentis arbitri miracula.
Coruſcus Mirand. Quæ nec terribilem potuerunt ferre coruſci Principis aduentum.
Bonus Sedul.Ergo vbi cuncta boni completa eſt Paſſio Chriſti.
Inſons Iuuencus,Qui mortem inſonti poſſent imponere Chriſto.
Aeternus Quint.Diſtractus inde Chriſtus æternus fuit.
Inclytus Idem,Inclytus exurget facie Chriſtus Olympiaca.
Altitonans Idem,Funereamq; crucem ducis altitonantis.
Triumphalis Idem,Clauſa triumphalis diabolica machina Chriſto.
Cœlipotens Idem,Cœlipotens aberat mentis calor omnibus vnus.
Verbigena Fauſtus, Agnita verbigenæ coluit myſteria Chriſti.
Veridicus Mant.Veridicum Chriſtum ſine crimine.
Innocuus Remaclus,Innocuum vana damnat formidine Chriſtum.
Benignus Bap.Pius, Auxilio fugiam Chriſte benigno tuo.
Soter,ideſt,Seruator.Idem, Aemule ſoteris Franciſce Seraphice Chriſti.
Salutaris Mant.Quinq; ſalutaris referentia vulnera Chriſti.

## CHRYSOLITHVS.

Gēma aurei coloris.

Flauus Proper.Quoſve dedit flauos lumine chryſolithos.
Nitens Mant.Chryſolithi: paſſim rutilantibus atque pyropis.

## CIBORIVM.

Leue Horat.lib.2.Obliuioſo leuia Maſſico Ciboria exple.

## CIBVS.

Conditiuus Colum.Conditiuis cibis ſuſtinendæ ſunt.
Condititius Idem,Duobus aut tribus menſibus acceptant condititia cibaria.
Mitis Apul.Vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo, miti commoſtrato cibo.
Electilis Thomas Rad.Opiparam cœnam,cibis electilibus refertam.
Suauis Stroz.pat.Vixq; capit ſuaues menſa onerata cibos.
Lautus Pamph.Lautis menſa parata cibis.

Sapidus Crinit.Ceù ſapidiſſimum cibum edendum præbet:
Nectareus Mich.Angl.Iunctaq; nectareis vina iocoſa cibis.

## CICADA.

Rauca Verg.in Buc. At mecum raucis tua dum veſtigia luſtro, Sole ſub ardête reſonant arbuſta cicadis.
Querula Idem lib.3.Georg.Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ.
Arguta Idem im Culice, Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
Aeſtiua Nemeſianus,Nec æſtiuis cantu concedo cicadis.
Concrepans Sidon.Auribus inſonare cicadas,meridie concrepantes.
Raucíſona Polit.Pòſt vbi raucíſonæ,pinna vibrante cicadæ.
Vocalis Marull.Ceù rore vocales cicadæ.
Stridens Pamph.Quo ſtridens melius cicada cantat.
Reſonans Theocr.Namq; canis melius thyrſis reſonante cicada.
Dulciſona Idem, Stridula dulciſonam contriſtat veſpa cicadam.
Gracilis Idem,Cernimus & graciles etiam reſonare cicadas.
Tithonis Mant.per aduſta ſonant Tithonidos arua cicadæ.
Rauceſcens Fauſt.Si Strepat ingrata rauceſcens voce cicada.
Choraliſtia Bap.Pius,Nympha,precor,vocalis abi choraliſtia ruris.
Dulcis Heſiodus,Germina,& in ramis dulce reſonare cicadas.

## CICATRIX.

Fœda Horat.lib.1.Ser. Aſt illi fœda cicatrix Setoſam leni frontem turpauerat oris.
Vulnerata Plin.lib.11.Quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit.
Marcida Idem lib.23.Cicatricibus marcidis,oſſibus purulente limoſis.
Sublurida Plaut.in Amph.Vt primum coiuit cicatrix ruſſula,ſublurida.

## CICERO.

Varicoſus Sidon.Poſtq; deſudatam varicoſi Arpinatis abundantiam.
Diſertus Catull.Diſertiſſime Romuli nepotum.
Facundus Mart.Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Conſularis Auſon.Negat Cicero conſularis v tra ſe habere,quod cupiat.
Diuinus Pont,Diuini aut Ciceronis haurit artes.
Doctos Pamph.Eloquium docti qui Ciceronis habent.
Pater eloquij Mant.Te Cicero pater eloquij,te Lentule.
Pater patriæ Iuuen.Sat.8.Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

## CICONIA.

Glotorans Thomas Rad.Ciconia glotorans,coruus crocitans.
Pietatis cultrix,Gracilipes.Petronius Arbiter,Ciconia etiam grata peregrino, hoſpita,pietatis cultrix,gracilipes,choraliſtria,auis exul hyemis, &c.

## *CICVTA.*

Cicuta quid, & eius proprietas.

*Cicuta,herba eſt venenoſa,calue viridi & geniculatô, ramoſa in cacuminibus,graui odoratu, inuiſa propter publicam Athenienſium pœnam: qui ad hauriandam cicutam cogebant delinquentes. Eius folijs & ſemini vis eſt refrigeratoria, Nam qui ſic necantur, incipiunt frigere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguit teſtibus circa pubertatem illita. Cicutam hauſit Socratos ab Athenienſibus morti deuotus. Seruius ait Cicutam quoque dici quod eſt inter cannarum nodos,hinc plerumque ſumitur pro calamo paſtorali,vt pater quibuſdam epithetis.*

Fragilis Verg.in Buc.Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
Viridis Ouid.lib.4.Met.Coxerat ære cauor viridi veſata cicuta.
Mœſta Colum.Mandragoræ pariat flores, mœſtamq; cicutam.
Caua Lucret.lib 5.Agreſtes docuere cauas inflare cicutas.
Gelida Feſtus,Quem carcere cæco Sorbitio gelidæ rapuit porrecta cicutæ.
Arcadia Mart.Cap.Solers Arcadia nemus cicuta.
Paſtoralis Idem,Paſtoralibus ardens palma dedit cicutis.





Leuis Calphur.Læuibus quem ſæpe cicutis Ludere conantem.
Arguta Idem,Iuſſit & arguta iuuenes certare cicutas.
Syracuſia,id eſt,paſtoralis.Polit.Ecce Syracuſias tentas inflare cicutas. A Theocrito Syracuſano.
Tenuis Codr.Hanc tenuem donec poterit perflare cicutam.
Querula Stroz.filius,Paſcentemq; gregem querulis mulcere cicutis.
Rauca Mich.Angl.Non raucos inflat triuiali more cicutas.
Dira Idem, Peſtanis quantum dira cicuta roſis.
Sæua Iuuen.Sat.13.Qui partem acceptæ ſæua inter vincla cicutæ.
Triuialis Mant.Poſtquam triuialibus ora cicutis Applicuere.
Lethifera Laur.Lippius, Ruſtice lethiferam moneo vitare cicutam.

## *CILICES.*

*Cilices,populi ſunt Ciliciæ,à Pompeio debellati.Hircos olim habebant villo tonſili,unde veſtes conficiebant,quas Cilicia,& Cilicina dicimus. Mart.lib.7. Qualem forcipibus mittit ſupinis Tonſor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine, ob aſſiduas hoſpitum deprædationes, & piraticam,quam exercebant, vitam. Abundant optimo croco, qui naſcitur in Coryco,euſdem regionis oppido.Mart.lib.1.Et Cilices nymbis hic maduere ſuis. Propert.lib.4.Terq; lauet noſtras ſpica Ciliſſa comas.*

Vagi Lucan.lib.1.Poſt Cilicas ne vagos, & laſſi Pontica regis Prælia.
Feri Ouid.lib.2.Eleg.Sed Scythiam,Cilicasq; feros,viridesq; Britannos.
Intonſi, id eſt, hiſpidi & ſqualidi, & mancipiorum venditores.Tibul.lib.1.Frigidus intonſos taurus arat Cilices.
Croco Madidi Codr.Madidus croco Calix,feruſq; Sarmata.

## CILIVM.

Seuerum Mant.Hominum vitioſa ſeueris Acta premit cilijs.
Imperioſum Idem, Atq; homines cilio petulans domat imperioſo.
Atrox Idem,Et cilio victis inſultat atroci.
Nigrum Corn.Gall.Flexaq; ſuper nigra cilia.

## *CIMBRI.*

Sarrana Mant.Inficit extremas Sarranæ purpurà conchæ.
Aerea Dardanus,Non facit ad noſtros ærea concha ſonos.

CONCHYLIA.

Lucrina Horat.Me nec Lucrina iuuerint conchylia.
Lubrica Stat.lib.4.Syl.Lubrica qua recubent conchylia mollius alga.
Marina Vitr.Id autem excipitur ex conchylio marino.
Coa Iuuen.Sat.8.Spartana chlamys,conchylia Coa.
Lunata Plin.Vel quod curua ſint in modum bicornis lunæ,aut quod noua impleantur luna.

*In Coa inſula veſtes ſanguine Conchyliarum tinctæ, id eſt, murice & oſtro, conchyliatæ id eſt, purpureæ dicebantur.*

CONCLAVE.

Nitidum Mant.In procerum thalamos,nitida in conclauia regum.

CONCORDIA.

Dulcis Mant.Paſcit vbi tuas dulcis concordia mentes.
Mitis Ouid.lib.4.Faſt.Ianus adorandus,cum quo concordia mitis.
Felix Propert.lib.3.Quod mihi ſi tanto felix concordia bello Extiterit.

*Multi apud Romanos ædem concordiæ deæ extruxerunt.Nam Camillus olim vouit ædē Concordiæ in foro conſtructã.Item,Opimius cõſul conſtruxit templum Concordiæ,poſt Gracchũ,& Fuluium trucidatos.Et Tiberius Cæſar,vt eſt apud Tranquillum, ædem Concordiæ dedicauit.*

CONI.

Truces Mant.Per galeas,conosq; truces incendit inermis,Sunt criſtę galearũ.
Terrifici Idem,Terrificos alius conos,Martemq; ſuperbum.

CONIVNX.

Pulchra Claud.Quiſquis vel locuples,pulchra vel coniuge notus.
Formoſa Mant.Languida deſerto coniunx formoſa cubili.

CONIVRATIO.

Nefanda Liu.Nefanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur.
Clandeſtina Idem,Quæſtio de clandeſtinis coniurationibus decreta eſt.

CONNVBIVM.

Stabile Verg.lib.1.Aen.Connubio iungam ſtabili,propriamq; dicabo.
Maritale Colum.Prodidit maritale coniugium ſic comparatum eſſe natura.
Dulce Pont.Dulcis connubij bonum ſit omen.
Fidum Idem,Et renouat fidi vincula connubij.
Sociale Quint.Si pollicitis ſocialia tangam Connubia.
Lætum Catull.Sed connubia læta,ſed optatos hymenæos.
Ferax Mant.Et honeſta feracis Copula connubij.

*CONOPEVM.*

*Conopeum,genus erat tentorij ad prohibendos culices,quo maximè vtebantur Alexandrini, qui conopeis lectos operiebant,ne à culicibus infeſtarentur. Propert.lib.3.Fœdaq; Tarpeio conopes tendere ſaxo.Horat. Interq; ſigna turpe militaria Sol aſpicit conopeum.*

Sericum Thom Rad.Conopeo ſerico dependente cooperiebatur.
Teſtudineum Iuuen.Sat.6.Et teſtudineo tibi Lentule conopeo.

CONSCIENTIA.

Carnifex Pacatus in Paneg.Habet occultos conſcientia carnifices,qui magis lancinant & torquent vitalia,quàm cruces,quàm verbera,quàm tormenta.

CONSILIVM.

Arcanum Horat.lib.3.Carm.Arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyæo.
Prudens Apul.lib.9.Nec conſilio prudenti,vel remedio ſagaci.
Prouidum Mart.Cap.Prouida conſilia quod neſcit curia matrum.
Salubre Lactan.Vel bonis legibus,vel ſalubribus conſilijs conſtruent.

Vtile



Vtile Stroz.pater, Sed afferes vtile conſilium.
Fidele Liuius, Solertia magis quàm fideli conſilio excoluit.
Prouidens Gel.lib.4.Reſpondit conſilium quidē fidum,atq; prouidens ſibi videri.

CONSTANTIA.

Impenetrabilis.Crinit.Inuicta,atq; impenetrabilis Chriſtianorum conſtantia.

CONSTANTINOPOLIS.

Byzantia Mant.lib.1.de Calam.Byzantia regum Vrbs,opibus conſtructa

Vrbis Thraciæ prius Byzantium.

CONTAGIVM.

Malum Verg.in Buc.Nec mala vicini pecoris contagia lædent.
Dirum Syll.lib.11.Ceù dira per omnes Manarent copulos fœdi cõtagia morbi.
Sordidum. Iuuenc.Sordida pollutæ pateant contagia mentis.
Fœdum Val.Var.Fœde ſed in noſtrum contagia ſerpit honorem.
Putidum Remacl.Et quia per totum contagia putida mundum.
Morbidum Fauſt.Morbida vicinę lædunt contagia peſtis.

CONTENTIO.

Etheoclæa Apul.Etheoclæas nobis contentiones pariat.

*Etheòclæa contentio prouerbio dicitur,ab Oedipi filiis,qui patre mortuo,mutuo uulnere ſeſe confecerunt.*

CONTVMÉLIA.

Grauis Horat.Libera conſilia,nec contumeliæ graues.
Putibunda Thom.Rad.Putibundæ contumeliæ fœdis affecti conuiciis.
Infanda Liuius,In liberos,ni coniuges infandæ contumeliæ editæ.

CONTVS.

Ferratus Pont.Dum feratis per marmora contis Diſcurſant.
Pugnax Idem,Duraq; pugnaces obiectant robora conti.
Prępilatus Pollit.Aut præpilatis aciem perrumpere contis.
Trabalis Quint.Vatemq; trabali Auertit conto.
Teres Barth.Pars teretes contos,euulſasq; è montibus ornos.
Durus Verg.lib.9.Ac duris detrudere contis.
Longus Mant.Irritant alij longis incendia contis.
Acernus Idem,Contoq; innixus acerno Expectabat.
Ahenus Idem,Et conto valuæ clauduntur aheno.

CONVALLIS.

Caua Verg.lib.2.Georg.Aualem ſæpe caua montis conualle ſolemus.
Depreſſa Idem, lib.3.Georg.Saxa per ſcopulos,& depreſſas conualles.
Obſcura Idem lib.6.Et obſcuris claudunt conuallibus vmbræ.
Virens Idem,At pater Anchiſes penitus conualle uirenti.
Abrupta Luca.lib.7.Pindus & abruptis mergi conuallibus Hemus.
Lacinioſa Apul.lib.1.Et lacinioſa conuale à vaſtiſſimis latronibus obſeſſus.
Subſita Idem lib.6.Inter ſubſitæ conuallis ſub lucidum lucum.
Lacunoſa Idem lib.4.Conualles lacunoſæ, cauæq; nimium.
Vmbroſa Idem.Frondoſi nemoris conuallem vmbroſam.
Saxoſa Syl.lib.4.Spumea ſaxoſis clamat conuallibus vnda.
Vmbrifera Polit.Per tumulos,perq; vmbriferas conualles.
Præceps Bapt. Egnatius.Saxa per & rupes, & præcipites conualles.
Ima Mant.Sonat in conuallibus imis Carmen.
Curua Idem,Si videt gumanum curua in conuallè virentem.

CONVICIVM.

Crepulum Ruffus.Sed crepula vt latè vomeret conuicia voce.
Raucum Pont.Tum'liquunt mediis conuicia rauca ſub vndis.
Iniurioſum Thom.Rad.Hoſtes cum iniurioſis conuiciis, veberibusque duriſſimis expellatis.

Vagum Politian.Quum vaga clamoſæ reprimit conuicia linguæ.
Aſperum Pacificus,Inde mouent rixas,conuiciaq; aſpera miſcent.
Fœdum Suet.in Auguſto , Hunc fœdiſſimo conuicio coram proſciderunt.
Turpe Daniel Ceretus Brixianus, Turpia quis tremulæ dicet cōuicia lunæ.

CONVIVA.

Auidus Horat.lib.1.Serm.Conuiuas auidos,cœnam ſeruoſq; timentes.
Lætus Idem lib.2.Boniſq; rebus agit lætum conuiuam.
Comis Idem,Ita vir bonus es,conuiuaq; comis.
Ebrius Mart.lib.5. Ebrioq; non nouit Satur miniſter inuidere conuiuæ.
Madidus Idem lib.9. Aeſtuat vt noſtro madidus conuiua miniſtro.
Dulcis Proper.lib.3.Viueret ante ſuos dulcis conuiua denates.
Procax Theodorus, Alijſq; procacibus conuiuis potius quàm philoſopho homini conueniret.
Facetus Iuuen.Sat.9.Conuiua ioco mordente facetus.

CONVIVIVM.

Dulce Mant.Dulcia cum multo celebrant conuiuia Baccho.
Vinoſum Ouid.lib.3.Eleg.Nequitiam vinoſo tuam conuiuia narrant.
Lætum Strozius pater,Ecce repentino conuiuia læta tumultu.
Lautum Pont.Miſcebant feſtis conuiuia lauta diebus.
Sumptuoſum.Mart.lib.1.Vt conuiuia ſumptuoſiora.
Celebre Auſon.Celebri vt fit conuiuio.
Magnificum.Thom.Rad.Conuiuium inſtruxit magnificum.
Dapſile Crinit.Conuiuium dapſile, atq; magnificentiſſimum parabrtur.
Pingue Mant.Plnguia ſub viridi celebrant conuiuia fronde.
Fœcundum Idem,Et fœcunda animis celebrant conuiuia lætis.
Tempeſtiuum.Cic. Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoque conuiuijs delector.
Luxurioſum.Pacif.Luxurioſa parant lautis conuiuia menſis.
Candidum Propert.lib.4.Candida nunc molli ſubeant conuiuia luco.
Hymenęum Mant.Vt quoties Hymenæa epulis conuiuia lautis.
Splendidum Idem,Splendida regali vobis conuiuia luxu.

COPHINVS.

Vimineus Mant.Vimineos implent cophinos, oneriq; ferendo Inclinantur.

COPIA.

Superflua Pallad.Rut.Superfluērem copiā ſucci graminibus miniſtret alienis.
Faſtidioſa Horat.lib.3.Carm.Faſtidioſam deſere copiam.
Affluens Apul.lib.5.Cœleſtium diuitiarum copijs affluentibus ſatiare.
Diues Manil.In ſexta diues numeratur copia ſede.
Inundans Thom.Rad Ea rerum omnium inundante copia.
Aurea Horat.lib,1.Epiſt.Aurea fruges Italiæ pleno diffudit copia cornu.
Larga Verg.lib.10.Larga quidem Drance ſemper tibi copia fandi.

*COPTVS.*

*Coptus vrbs erat Aegyptiorum & Arabum communis, & mercium emporium, vergens ad mare Rubrum.*

Calida Iuuen.Sat.15.Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti.

COQVVS.

Sæuus Mart.lib.13.Et potes hunc ſæuo tradere dure coquo.
Pinguis Pamph.Patelo ducit quo pinguis aheno Et coquus.

COR.

Molle Ouid.in epiſt.Molle meum leuibus cor eſt violabile telis.
Calens Auſ Palpitat & requies, vegetum, teres, acre, calens cor.
Tenerum Bap.Pius,Et tenero rigidus ſtat tibi corde lapſis.

Purpu-



Purpureum Muſæus,Tremit autem purpureum cor.

CORALLI.

Flaui Oui.li.4.de Ponto,Hic mea cui reticem,niſi flauis ſcripta Corallis. Populi Pōticæ regionis.

CORALIVM.

Fragile Verg.in Cyri,Coralio fragili, & lachrymoſo mouit electro.
Puniceum Sidon.Lactea Puniceo ſinuantur colla corallo.
Liquidum Priſc.Coralijq; decus liquidi,gratiq; topazi.

CORBIS.

Meſſoria Cic.pro Sex.Meſſoria ſe corbe contexit.
Amerina Cato,Oportet villicum habere corbulas Amerinas.
Caua Mant.Attritoſq; cauis humeros ſub corbibus aptant.

CORDOLIVM.

Flebile Pont.Quum mihi ſit ſubito flebile cordolium.
Triſte Quint.Ne quis abſq; triſti Præſens cordolio legat volumen.

CORDVBA.

Facunda Mart.li.1.Duoſq; Senecas, vnicũq; Lucanũ facunda loquitᷣ Corduba.
Docta Pont.Heſperia aut melius Corduba docta dedit.Oppidum eſt Bethicæ regionis.
Diues Mart.lib.9.Qua diues placidum Corduba Bethin amat.
Fœcunda Mant.Corduba præſtantum genitrix fœcunda virorum.

*CORINNA.*

*Corinnæ tres fuerunt. Prima Thebana, ſeu Tanagræa Archelodori & Pocratiæ filia, & Mitidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies viciſſe, & epigrammatum quinque libros edidiſſe fertur Secunda fuit Thesbia veterum monumentis plurimum quoque celebrata. Tertia, floruit Ouidij temporibus, ipſi poetæ chariſſima. De hac Martialis, Norat Naſonem ſola Corinna ſuum. Hæc epitheta referuntur ad primam.*

Tenuis Stat.lib.5.Syl.Sophronaq; implicitum,tenuiſq; arcana Corinnæ.
Antiqua Propert.lib.2.Et ſua quum antiquæ commiſit ſcripta Corinnæ.
Pulchra Stroz.filius, Aduolat & pulchræ volucris defleta Corinnæ.
Docta Pamph.Cedit & ingenio docta Corina tuo.
Tanagræa Polit.Sed Tanagræa ſuo mox iure poetria riſit.

*CORINTHVS.*

*Corinthus fuit vrbs Achaiæ ditiſſima, in medio Iſthmi Peloponeſiaci ſita, quam Siſyphus latro Aeoli filius fertur condidiſſe, & Corcyram primò nominaſſe. Poſtea verò Ephire, & ad extremum Corinthus, a Corintho Oreſtis, ſeu Iouis filio uocata eſt. Claruit ære laudatiſſimo quo uaſa fiebant admodum precioſa Vnde Seneca, Precioſa ſonent æra Corinthi.*

Bimaris,cincta duob.marib.Horat. Aut Epheſum,bimatisve Corinthi mœnia.
Nobilis Ouid.lib.6.Met.Orchomenoſq; ferax, & nobilis ære Corinthus.
Pyrenis Ouid. lib. 7. Metamorph. Tandem vipereis Ephyren Pyrenida pennis Contigit.
Clara Manil.Illyricum,Epirumq; lauat, claramq; Corinthum.
Ephyrea Quint.Non tot in emporiis merces Ephyræa Corinthus Oſtendit.
Graia Guill.Caſtell. Aſpernantur opes Graia Corinthe tuas.
Alta Mant.Quas alta Corinthus Claudit.
Vetus Idem,Sic licet hæc Sparta, veteriq; Corintho.
Felix Pacificus, Gens tua felici fertur regnaſſe Corintho.
Vncta Iuuen.Sat.8 Forſitan imbelles Rhodios, vnctamq; Corinthum.
Supercilioſa, ꝙ ea re omni abũdauerit, quæ & placere poſſint, & faſtidiẽtẽ allicere.
Priſca Textor,Non tot opes habuit Babylon, non priſca Corinthus.

CORIVM.

Ampullaceum.Col.Impedienda eſt itaq; procacitas eius ampullaceo corio.
Phœniceum Plaut.Phœniceo corio inuiſes Pergulam.

Vnctum.

Vnctum Horat.Vtq; canis corio nunquàm abſterrebitur vncto.

## CORNA.

Lapidoſa Verg.lib.2.Georg.Victum infelicem, baccas, lapidoſaq; corna.
Autumnalia Ouid.lib.8.Conditaq; in liquida corna autumnalia fece.
Rubicunda Calphurn.Et potius glandes, rubicundaq; collige corna.
Rubentia Pont.Nos domini ſiliquas, & corna rubentia.
Saxea Mant.Syluestres corylos, & ſaxea corna legebat.
Prædura Fauſtus, Syluestres comedam baccas, præduraq; corna.
Mitia Mant.Colligimus dulci ſtudio tum mitia corna.

## CORNIPES.

Anhelus Syll.lib.1.Et anhelum impellere planta Cornipedem.
Citatus Claud.Præda citatum Cornipedem reges.
Vagus Sabell.Vagosq; Cornipedes totis læti deponite campis.
Auidus Claud.Auidos tranſire minaci Cornipedes vmbone ferit.

## CORNIX.

*Cornices fidem & caſtitatem ſeruant in matrimonio. Nam extincta conſorte, alteri uiduitas manet impolluta. Propterea antiquitus in coniugijs vocabantur ad auſpicium concordiæ & pudicitiæ. Aduerſantur noctuis, inuicemq; oua ſibi ſuffurantur, inauſpicatæ ſunt garrulitatis. Volantes pullos aliquandiu paſcunt. Inauſpicatiſſimæ ſunt fœtus ipe, qui accidit poſt ſolſtitium. Nucum duritiem ſi roſtro perfringere nequeant, in altum volantes in ſaxa & tegulas iaciunt, iterũ ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere valeant. Ardeolas amant. Earum cerebrũ coctum & in cibo ſumptum, remedio eſt ad cerebri & capitis dolores. Si contra aquã clangores dederint, perfundentes ſeſe pluuiam præſagiunt. Luc. lib. 5. Quodq; caput ſpargens vndis, velut occupet imbrem Inſtabili greſſu metitur littora cornix. Diu viuunt. Vnde Heſiodus, Ter tria ſæcla hominis tranſmittit garrula cornix. Vbi poeta nouem noſtras ætates cornici tribuit.*

Siniſtra Verg.in Buc.Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab Ilice cornix.
Improba Idem lib.1.Georg.Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.
Garrula Idem, Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix.
Annoſa Horat.lib.3.Carm.Aquæ niſi fallit augur, annoſa cornix.
Vaga Idem, Teq; nec læuus vetet ire picus, nec vaga cornix.
Vetula Idem, Partem Cornicis vetulæ temporibus lycen.
Rauca Lucret. lib. 6. Quo nunquam pullis appellunt corpora raucæ Cornices.
Inuiſa Mineruæ. Ouid.lib.2.Eleg.Viuit & armigeræ cornix inuiſa Mineruæ.
Longæua Ruffus Feſt.Tum veſpertinum cornix longæua reſultat.
Fuſca Polit.Fuſca gradu cornix lento metitur arenas.
Ingrata Fauſtus, Sis ingrata licet crocitanti gutture cornix.
Viuax Idem, Longaq; producat viuax quum ſecula cornix.

## CORNV.

*Cornu præter communem ſignificationem quandoque pro arcu ſolet accipi, nonnunquid pro tuba, ut facile eſt emunctæ naris hominibus deprehendere ex epithetis.*

Parthum Verg.in Buc.Ire libet partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Camurum Idem lib.3.Georg.Et camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Naupactum Idem in Cyri, Gnoſia Naupacto contendens ſpicula cornu.
Raucum Idem, Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca fuerunt.
Recuruum Idem lib.7.Cornuq; recuruo Tartaream intendit vocem.
Aereum Idem, Aereaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco.
Lycium, a Lyciis ſagittariis.Idem li.11.Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Torauum Lucan.lib.1.Cornua ſuccincti premerent quum torua miniſtri.
Flexum Idem lib.2. Adriacas flexis claudit quæ cornibus vndas.
Tortum Idem lib.9.Sed tortis cornibus Ammon.
Prominens Col.Quaſi quædam cornua prominentia.
Procerum Idem, Cornibus proceris ac nigrantibus.





Intortum Idem, Teſtibus amplis, intortis cornibus.
Patulum Idem, Intorta potius quàm ſurrecta & patula cornua.
Lunare Ouid.lib.2.Met.Orbe reſurgebant lunaria cornua nono.
Flexile Pamph.Cornu flexile, pendulam pharetram.
Rigidum Ouid.lib.9.Rigidum fera dextera cornu Dum tenet.
Inflexum Idem lib.4.Faſt.Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu.
Aduncum Idem lib.1.de Ponto, Ante Deum matrem cornu tibicen adunco.
Lunatum Plin.lib.6.Lunatis obliquam cornibus.
Cydonium Syll.lib.2.Crebra Cydonio fundebat ſpicula cornu.
Durum Idem lib.3.Dumq; premit ſonipes duro veſtigia cornu.
Gortynium Stat.lib.3.Theb.Alij Gortynia lentant cornua.
Curuatum Idem lib.4.Et niſi curuato torſiſſem ſpicula cornu.
Terrificum Val.Flac.lib.6.Tunc & terrificis vndantem cornibus Hebrum.
Martium Pont.Martiaq; horrifico ſonuerunt cornua cantu.
Flexuoſum Conr.Dum flexuoſis Iſter ibit cornibus.
Horriſonum Crin.Et iuncta horriſonis tympana cornibus.
Diſtortum Petrarcha, Tertius ille autem diſtortis cornibus.
Ithuræum Barth.Qualis Ithuræo cornu leuis exit arundo.
Querulum Marcell.Date cymbalum huc, date cornua querula.
Rauciſonum Adr.Card.Dudum rauciſono Diana cornu.

## CORNVS.

*Cornus arbor ramos habet duritie, & rigiditate ſimiles cornibus. Propterea vſus eius bellicis haſtis & iaculis additus eſt, vnde & plerunque ſolet accipi pro telo. Verg.lib.10.Volat Itala cornus. Exitialis eſt apibus, nam flore eius deguſtato, aluo concita moriuntur. Succus eſt ei ſanguineus, montes amat, & primo Fauonio germinat, nullamq; habet medullam.*

Tremebunda Syll.lib.10.Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli.
Stridens Idem lib.15.Audax Scipiadæ ſtridentem Sabura cornum Excipit.
Accommoda bellis, Claud.Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.
Stridula Barth.Secat aera ſtridula cornus.
Cydonia, vt cornu Cydoniũ, & eadẽ rõne.Idem, Cõtorta Cydonia fertur Cornus.
Aſpera Mant.Hinc oritur pugnæ nomen, mox aſpera cornus.

## CORONA ET COROLLA.

Sutilis Frontem ſutilibus rubet coronis.
Gemmifera Val.Flac.lib.5.Pallam & gemmiferæ donum exitiale coronæ.
Picta Nemeſianus, Pictas dat flore coronas.
Nexilis Seneca, Tibi nexilibus turba coronis redimita venit.
Olympiaca Polit.Coronas dixit Olympiacas.
Nitida Pamph.Minoris nitida quo ſplendeat axe corona.
Celebris Mirand.Audeat & celebres capiti impoſuiſſe coronas.
Stella Quint.Strinxerat auratos ſtellata corona capillos.
Gemmea Idem, Corona ſacrum gemma exornans caput.
Implicita Idem, Poneret implicitis & lilia lecta coronis.
Fulgens Mant.Sed neque fulgentes auro radiante coronas.
Inſignis Idem, Sudor inſignes iter ad coronas Monſtrat.
Plectilis Plaut.in Bacch.Pro inſigni ſit corolla plectilis.
Floricoma Bapt.Pius, Cum ſibi floricomæ niteant mea vota corollæ.
Florida Catull.Mihi floridis corollis redimita domus erat.
Roſacea, ſeu roſaria, facta roſis, olim, teſte Fuluio Argentario, in magno precio.
Mollis Mant.Molles cur læta coronas Induit.
Odorata Idem, Odoratis caput inſignita coronis.

## CORPVS.

Tenerum Lucret.lib.3.Scilicet in tenero tenereſcere corpore mentem.

Vegetum Gell.lib.3.Et eoſdem tamen eſſe corpore vegeto & valenti.
Infirmum Pamph.Vngimus infirmum precioſo corpus odore.
Nitidum Seneca,Tenerq; nitidi corporis cecidit decor.
Formoſum Idem,Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Emollidum Liuius,Labor & æſtus emollida & fluida corpora Gallorum.
Validum Pamph.Et probus,& valido corpore fortis erat.
Morbidum Conr.Quæ nunc moleſtant corpora morbida.
Putridum Augurell.Mox dedere putridum & mortale corpus.
Caducum Mant.Qui mox deſeruere caducum Corpus.
Debile Idem,Stulte quid hoc tandem debile corpus amas?
Pulchrum Verg.li.5.Aen. Gratior & pulchro veniens in corpore virtus adiuuat.
Terreum Lactant.Nam ſi terreum & fragile corpus poſt ſeceſſum animæ,&c.
Euanidum Germ.Brix.Corporaq; in cineres abeunt euanida aduſtos.
Candidus Bapt.Pius,Candida purpureo velantur corpora peplo.
Noxium Verg.lib.6.Quantum non noxia corpora tardant.

## CORRVPTIO.

Putris Theodor.Sed ea omnia in putrem corruptionem abierunt.

## CORTEX.

Pinguis Verg.lib.2.Georg.Qui furtim pigui primum ſub cortice tectus.
Cauatus Idem,Oraq; corticibus ſumunt horrenda cauatis.
Viridis Ouid.lib.2.de Arte,Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus.
Cauus Idem lib.3.Faſt. Applicat hunc vlmo,corticibusq; cauis.
Tumidus Idem lib.4.Faſt.Nunc tumido gemmas cortice palmes agit.
Rugoſus Idem in Epiſt.Hoc in rugoſo cortice nomen habes.
Rimoſus Plin.Quarundam natura,rimoſus cortex.
Turgidus Idem,Idem & ficorum turgido cortice.
Arboreus Claud.Arboreo figat ſonipes in cortice morſus.
Rigens Sabell.Contectusq; humeros,ventrisq; extrema rigenti Cortice.
Durus Conr.Corticis duri,rigidasq; tectas.
Punicoſus Crinit.Superq; iuxta punicoſo cortice.
Glaucus Mant.Spargit,& occultat glauco ſub cortice nectar.
Fragilis Calent.Eripitur fragilis nodoſo è robore cortex.
Crudus Verg.lib.9.Et cortice crudo.

## CORVS.

Repentinus Verg.in Cyri,Magna repentino ſinuantur littora coro.
Violentus Lucan.lib.2.Si non violentos inſula coros Exciperet ſaxis.
Furens Syll.lib.14.Hinc contra Libycumq; ſitum,corosq; furentes.
Grauidus Stat.lib.4.Theb.Grauidi aut indulgent nubila cori.
Madidus Claud.Quantum non madidis illiſa tonitrua coris.
Rabidus Idem,Aquiloniæ procellæ,rabidi tacete cori.
Sarmaticus Idem,Sarmaticosve pati medio ſub frigore coros.
Inſanus Ruffus Feſtus,Tunditur inſanis latè circunſona coris.
Imbrifer Seneca,Inſani Boreæ minas,imbriferumq; corum.
Rapidus Idem,Quid rapidus ora corus Oceano exerens.
Aſper Idem Seneca,Non maria aſperis inſana coris.
Nymboſus Marull.Auſtroq; nymboſoq; Coro.
Immitis Sabell.Ac velut immites ſi euertant æquora cori.

## CORVVS.

Oſcen, ore canens.Horat.lib.3.Carm.Oſcinem coruum prece ſuſcitabo.
Phœbeius Ouid.lib.2.Met.Sed ales Senſit adulterium Phœbeius.
Latrans Plin.lib.18.Coruiq; ſingultu quodam latrantes.
Niger Mart.lib.1.Iter Ledæos ridetur coruus olores.

Salutator



Salutator Idem lib.14.Corue ſalutator,quare fellator haberis.
Vocalis Cęſar Germ.Vocalis roſtro corui ſuper hydraq; lucet.
Crocitans Fauſtus,Triſtia nam crocitans ſemper vomit omnia coruus.
Garrulus Pamph.Picam nomine,garulumq; coruum.
Nigrans Mirand.Nigrantesq; petunt proiecta cadauera corui.
Viuidus Pallad.Soranus,Viuidus à dextra coruus habebat iter.
Increpitans Mant.Increpitans corruus volucresq; ferasq; fugaret.
Delphicus Faſtus,Non regeret volucris nigrantes Delphica pennas.
Vilis Idem Fauſtus,Hoccine de vili ſortitus turpia coruo.
Feralis Remaclus,Tu ne pati poteris ferales rodere coruos.
Vorax Mant.Corue vorax inuade iſtud mortale cadauer.
Famelicus Lucan.Vultu edax,auido coruus ve famelicus ore.
Siticuloſus Autor Priapeorum,Aut coruus notuit ſiticuloſus.

## *CORYBANTES.*

*Corybantes, fuerunt miniſtri Cibeles, qui in Ida monte Phrygiæ, ſaltando & cantando eiuſdem deæ ſacra faciebant. Iidem feruntur fuiſſe cuſtodes Iouis adhuc infantuli.*

Truces Claud.Obſtupuere truces omnem Corybantes.
Cibeleij Idem, Non te progenitum Cibeleius ære canoro Luſtrauit Corybus.
Clamoſi Pamph.Timpana clamoſo nec Corybante ſonant.
Idæi Mirand.Semina & Idæi Corybantes,Gnoſia pubes.
Armigeri Mant.Iouis Armigeros Corybantes.

## *CORYLVS.*

*Corylus, arbor gaudet planis locis. Ea olim fiebãt faces nuptiales, ut Carpino. Graciles ſunt eius trunci, lata folia, delicati fructus: & ſcdis menſis expetitu, Corylis abũdat vrbs Cãpaniæ, Auella nomine: unde nuces auellanæ dicuntur, quæ & Ponticæ. Colurna dicuntur opera, quæ fiunt ex eius arboris ligno.*

Dura Verg.2.Georg.plantis è duræ coryli naſcuntur.
Fragilis Ouid.lib.10.Et coryli fragiles fraxinus vtilis haſtis.
Flexilis Sidon. Antro corylis flexibilibus,intexto.
Syluestris Mant.Syluestres, corylos & ſaxea corna legebat.
Lacernata Mant.Adde lacernatas corylos, & amygdala meſſis Nuncia.

## CORYLETVM.

Denſum Pont.Ipſe inter frondes,coryletaq; denſa latebo.

## CORYMBVS.

Diffuſus Verg.in Buc. Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.
Grauidus Ouid.lib.3.Met.Et grauidis diſtinguunt vela corymbis.
Comans Plin.21.Comantibus fulgore auri corymbis.
Tener Stat.lib.1.Syl.Et vitreum teneris crimen redimite corymbis.
Baccheus Calphur.Et modò te Baccheis Muſa Corymbis Munerat.
Textilis Pont.Vmbraq; textilibus circumuariata corymbis.
Racemifer Idem,Atra racemiferis ſemper veſtita corymbis.
Nyſeus,ab epitheto Bacchi.Idem,Nyſeiq; herent inſigni fronte corymbi.
Bicolor Polit.Et qui cornigera bicolores fronte corymbos.
Tremulus Mirand. Et Bacchus tremulos madida de fronte corymbos Abijciens.
Spiſſus Augurell.Obductus viridi muſco,ſpiſſisq; corymbis.
Croceus Theocritus,Cum croceis hedræ ramo ridente corymbis.
Viridis Idem,Quam tibi contextam viola,viridiq; corymbo.
Mollis Quint.Lineas corymbis mollibus Deuinciamus turgidas.
Hederoſus.Bap.Pius, Antra dedere thoros,hederoſo picta corymbo.
Niger Calent.Sine hederam nigris laſſantem fila corymbis.

## CORYTVS.

Leuis Verg.lib.10.Corytiq; leues humeris, & lethifer arcus.

Corytus theca ē arcus, & q̃ſque ſagittarum.

Scythicus,

Scythicus, à Scythis, qui ſunt periti ſagittarij. Seneca, Telum Scythici leue coryti.
Sagittifer Syl.lib.15. Turba ruunt, ſtridentq; ſagittiferi coryti.

### C O S.

Dura Verg.in Buc. Nunc ſcio, quid ſit amor, duris in cotibus illum.
Trita Poli. Scabriciem, tritaq; docet ſplendeſcere cote.
Aſpera Mant. It procul incuruas dum cos terit aſpera falces.
Deucalionea. Idem, Deucalioneis homines de cotibus ortos.
Siphyleia Bap.Pius, O potius ſiam Siphyleia cautes.

### C O S I R A.

Vrbs & inſula Africæ.

Sterilis Ouid.lib.3.Faſt. Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Coſiræ.
Parua Syll.lib.14. Et bellare tubas docilis, Coſiraq; parua.

### C O S T V M.

*Coſtus, ſeu coſtum in neutro genere, arbuſcula eſt quædam aromatica, capiturq; interdum pro unguento ex ea diſtillato.*

Eoum, frequens in oriente. Luc.lib.9. Et tamaris non læta comis, Eoaq; coſtus.
Achæmenium, Horat.lib.3.Carm. Nec Falernæ vites, Achæmeniumq; coſtum.
Arabum Pont. Nec parce Arabo redolentia coſto Fundere dona manu.
Aſſyrium Idem, Vre puer coſtum Aſſyrium redolentibus aris.
Indicum Idem, Indicum & coſtum, Armenijq; felix Gramen amomi.
Odorum Stroz.fil. Accumulanſq; roſas, & odori gramina coſti.
Odoratum Pamph. Mittit odoratum tellus Gangetica coſtum.
Molle Propert.lib.4. Coſtum molle date, & blandi mihi thuris honores.

### C O T H V R N I X.

Pia Bap.Pius, Diligit immitem pia Dædaliona cothurnix.
Peregrina Idem, Flet viduus perdix, quæritur peregrina cothurnix.
Matertera Phœbi. Mant. Et matertera Phœbi, Herculeo nunquàm morbo afficienda cothurnix.

### C O T H V R N V S.

*Cothurnus, calceamentũ eſt aptũ vtrique pedi. Hinc adagium natũ, Cothurno verſatilior, in inconſtantes. Eo olim utebantur Tragœdi, ppea ſæpenumero, & in his epithetis ferè ſemper accipitur pro verſu tragico. Quin & ſæpiuſcule à Tragœdiographis ſuum ſumit epithetum.*

Sophoclæus Verg.in Buc. Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno.
Cecropius Horat.lib.2.Carm. Grande munus Cecropio repetes cothurno.
Tragicus Idem lib.1.Serm. Nil illi larua, aut tragicis opus eſſe cothurnis.
Grandis Idem in Arte, Hunc ſocci cepere pedem, grandeſq; cothurni.
Grauis Ouid.lib.2.Triſt. Quæq; grauis debet verba cothurnus habet.
Altus Idem lib.3.Eleg. Alta meo ſceptro decoras, altoq; cothurno.
Pictus Ouid.lib.2.Eleg. Riſit amor pallamq; meam, pictoſq; cothurnos.
Lydius Idem, Lydius alta pedum vincla cothurnus habet.
Terrificus Stat.lib.5.Syl. Terrifico ſuper intonuere cothurno.
Magniloquus. Polit. Hinc magniloquis voces creuere cothurnis.
Acer Stroz.pater, Te quem bella iuuant, acri referenda cothurno.
Priſcus Sabell. Denique non priſco decies cantata cothurno.
Altiloquus Mant. Et altiloquo digna eſt laus illa cothurno.
Altiſonus Domitius Phœnix, Tragici cothurno cæteri altiſono canant.
Heroicus Quint. Heroico per te (properes) petat aſtra cothurno.
Superbus Idem, Superbo Dicere geſta Deum conceditis ora cothurno.
Melitæus Mich.Angl. Sæua Melitæo reboaſſem bella cothurno. A Melito tragediographo.
Sublimis Fauſt. Materia eſt quanquàm ſublimibus apta cothurnis.
Colophoniacus. Bap.Pius, Hic colophoniaco ludis paria orſa cothurno.
Antiquus Iuuen.Sat.7. Non minor antiquo Rubrenus lappa cothurno.
Aeſchyleus Propert.lib.2. Deſine & Aeſchyleo componere verba cothurno.

CRABRO.



### C R A B R O.

Crabro veſparũ genus ex equis natũ.

Aſper Verg.lib.4.Georg. Aut aſper crabro imparibus ſe miſcuit armis.
Aculeatus Theodor. Maximiſq; & aculeatis crabronibus impleuerunt.

### C R A C V S.

Viridis Horat.lib.1.Carm. Syluis aut viridis Craci. Nomen eſt montis.

### C R A P V L A.

Grauis Apul.lib.9. Tandem velut emerſus graui crapula, ciuitatem aduentat.
Humens Mart.Cap. Atq; humentis crapulæ exundatione conſpecta.

### C R A S S V S.

*Craſſus Romanus, appellatus eſt Diues, quia in agris ſuis poſſedit ſeſtertium bis millies: hoc eſt, ære noſtro, quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Idem negabat diuitem eſſe, niſi, qui reddito annuo legionem poſſet alere.*

Diues Pallad.Soranus, Tradat opes Craſſi diuitis arca potens.
Agelaſtus, quod ſemel tantum in vita riſerit, vt apud Cic. teſtis eſt Lucidius.
Cupidus Fauſt. Quid cupidum memorem Craſſum.

### C R A T E R.

*Crater, vas eſt olearium & vinarium. Verg. Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.*

Ahenus Verg.lib.9. Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos.
Inauratus Ouid.lib.2.Faſt. Corpus inauratum, pedibuſq; Aurora recuruis.
Signifer Val.Flac.lib.1. Quantus erat quum ſignifero cratere Nyſantem.
Coruſcus Ruffus Feſtus, Spirarum medio geſtat cratera coruſcum.
Cælatus Pont. Præmia, cælatus crater, atque inſuper enſis.
Argentheus Thomas Rad. Quoſdam obtulit in cratere argenteo.
Aureus Marull. Quum ſupplicarent plurimi paſſim aureo cratere.
Auratus Mirand. Quàm dulce aurato fuſum cratere Falernum.
Corinthiacus, a pſtantia Corinthij æris. Mantuan. Vaſa Corinthiacis craterib. æmula.
Capax Iuuen.Sat.12. Vrnæ cratera capacem.
Vndans Idem, Cado vndantem cratera Falerno Eleuat.

### C R A T E S.

Vimineæ Verg.lib.1.Georg. Vimineaſq; trahit crates.
Arbuteæ Idem, Arbuteę crates, & myſtica vannus Iacchi.
Textæ Horat. Claudenteſq; textis cratibus lætum pecus.
Dentatæ Pli.li.17. Semen protinus iniiciunt, crateſq; dentatas ſupertrahunt.
Fraxinea Calphurn. Claudere fraxinea noli præſepia crate.
Rara Iuuen.Sat.11. Sicci terra ſuis rara pendentia crate.

### C R A T I N V S.

*Cratinus Athenienſis, veteris comœdiæ ſcriptor locum fecit prouerbio, Non eſt dithyrambus abſtemius. Qui teſte Horatio, frequenter illud in ore habuit, Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt, Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Audax in carpendis hominum vitijs.*

Priſcus Hora. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino.
Compotor Polit. Salſus Ariſtophanes, compotoremq; Cratinum.
Audax Perſius Sat.1. Audaci quicunque afflate Cratino.

### C R A T I S.

Longinquus Mant. Et qui longinqui Cratidis arua tenent. Fluuius eſt Calabriæ cuius aquis albeſcunt pecora, & flaueſcunt capilli.

### C R E M A.

Vrbs eſt Italiæ.

Martia Mant. Tu quoque quæ in mediis reſides Crema Martia Campis.

### C R E M E R A.

*Fluuius eſt Italiæ, apud quem 306 Fabij pugnantes à Veientibus occiſi ſunt.*

Rapax Fauſt. Tercentum, Ad Cremeram Fabij cecidere rapacem.
Turbidus Ouid.lib.2.Faſt. Vt celeri paſſu Cremeram tenuere rapacem, Turbidus hybernis ille fluebat aquis.

CRE-

CREMONA.

Culta Cleoph.Poſſidet & campos culta Cremona tuos.
Pulchra Quint.Qui dedit, & peperit quos pulchra Cremona, videbis.
Frumentifera Mant.Et frumentiferæ cultiſſima rura Cremonæ.
Turrita Idem, Proſpicit Aemyliæ, iuga turritamq; Cremonam.
Miſera Verg.in Buc.Mantuave miſeræ nimium vicina Cremonæ.
Diues Mant.Per Laudenſe ſolum, per diuitis arua Cremonæ.

CREON.

*Fuit hæc Thebanorũ tyrãnus, interfectus a Theſeo, q. cadauera occiſorũ uetuiſſet inhumari.*
Sæuus Stat.lib.12.Sæuiq; palam ſpreuiſſe Creontis Imperia.
Immanſuetus.Idem, Ogygias leges, immanſuetumq; Creonta.

CREPIDE.

Carpatinæ Catul.Iſta lingua poſſit oculos & crepidas lingere carpatinas.
*Carpatinæ, à Caribus vocantur ruſticum calceamentum quibus & camelos calceari, ne in exercitu longo itinere fatiſcant, ſcribit lib.2.de Animalibus Ariſtoteles.*

CREPITACVLVM.

Aereum Apul.lib.11.Dextra quidem ferebat æreum crepitaculum.
Blandum Mart.Cap.Temperatumq; blandis leniter crepitaculis tinniebat.

CREPITVS.

Horriſonus Thom.Rad.Et cymbalorum crepitu horriſono.
Tremens Fauſtus, Audes raſa pecus crepitu balare trementi.
Sonorus Idem, Aurea dat crepitus dependens bulla ſonoros.

CREPVSCVLVM.

Opacum Ouid lib.14.Dumq; iter horrendum per opaca crepuſcula carpit.
Nocturnum.Idem lib.5.Faſt. At ſimul inducent nocturna crepuſcula noctem.
Veſpertinum Thom.Rad.De diei tantum ſpacio, & crepuſculi veſpertini.
Nigrum Fauſtus, Quum reuocat ſeruos ſub nigra crepuſcula veſper.
Serum Idem, Depaſtas reuocans quum ſera crepuſcula vaccas.

CRETA.

*Creta, dicitur tenax quædam terra, qua fullones in abluendis maculis uti conſueuerant. Omnium præſtantiſſima fuit in Creta inſula, a qua nomen traxit. Hac etiam abundat Cymolus inſula. Creta quandoque etiam vtuntur figuli.*
Tenax Verg.lib.1.Georg.Et creta ſolitanda tenaci.
Figlina, qua vtuntur figuli. Varro, At quod extat vlcus, illiniunt figlina creta.
Figularis Colum.Solet etiam ipſum animal viuum creta figulari circundari.
Scaturiginoſa.Idem, Creta ex toto repudianda eſt, magis etiam ſcaturiginoſa.
Vliginoſa Pallad.Rutil.Creta omninò repudianda eſt, & vliginoſa.
Humida Horat.Nec illi iam manet humida creta, colorq;.
Acida Mart.lib.6.Aut acida latet oblita creta.
Putris Idem lib.12.Qui carbone rudi, putriq; creta.
Mollis Fauſtus, Et molle ſolidata foramina creta.
Cymolia, à Cymolo inſula, vbi frequens eſt, & optima. Ouid.lib.7.Met. Hinc humilem Myconem, cretoſaq; rura Cymoli.

CRETA INSVLA.

*Creta inſula eſt in medio Ponto, quæ à Septentrione alluitur mari Cretico: ab Auſtro, mari Africo. Ferax eſt optimi vini. Centum olim habuit vrbes, quarum præcipuæ fuerunt Cortyna, Cydon, Gnoſos, Dictæ. Poetæ fabulantur Iouem in ea natum, & a Curetibus æris tinnitu conſeruatum, ne a Saturno patre deuoraretur. Nullum in ea noxium eſt animal. Cupreſſos alit, autore Plinio, & nigras populos. Habitatores eius omnes claruerunt arte ſagittandi.*
Minoia, à Minoe rege. Luc.lib.3. Victorq; dedit Minoia Creta, Metello.
Minoa Mart.lib.13.Gnoſia Minoæ genuit vindemia Cretæ.
Circonſona Ruffus, Creta vbi fluctu Tunditur, inſanis late circonſona Cauris.

Aeria



Aeria Auſon.Totaq; aeriæ Minoia fabula Cretæ.
Spacioſa Seneca, Vrbibus centum ſpacioſa creta.
Cærula, propter propinqui maris colorem. Idem, Fleat Alciden cærula Creta.
Hecatompolis. Mant. Vrbibus inclyta cantum Creta, ideò dicta à Graijs Hecatompolis olim.
Potens Hor.Quæ ſimul centum tetigit potentem Oppidis cretam.
Oaxis, ab Oace fluuio Cræte. Var. Et geminis capiens tellurem Oaxida palmis.
Curetis Ouid.lib.8. Vt egreſſus ratibus Curetida terram Contigit.

CRETES.

Sagittiferi Apul.lib.11.Cretes ſagittiferi Dictinnam Dianam appellant.

CREVSA. Creuſa.

*Fuit hæc filia Creontis regis Corinthiorum, quam Iaſon Medeæ ſuperinduxit, iunxitq; ſibi ſecundam vxorem. Quod ægreferens Medea nouæ nuptæ dona quædam miſit nuptialia, quæ eidem & toti domui incendiũ attulerant. Propert lib.2. Arſerit, & quantis nupta Creuſa malis.*
Ephyræa Ouid.lib.1.de Arte, Cui non defleta eſt Ephyræa nata Cræuſæ.
Nata Creontis. Ouid.in Epiſt. Et ſocer & magni nata Creontis erat.

CREVSA. Creuſa vxor Aeneę.

Dardanis, id eſt, Troiana. Verg.lib.2. Aen. Dardanis, & diuæ Veneris nurus.
Mater Iuli Ouid.in Epiſt. Si quæras, vbi ſit formoſi mater Iuli.

CRIBRVM.

Farinarium Cato, Deinde cribrum farinarium purum ſumito.
Loliarium Col.Cribro vitiario, vel etiam loliario pulli ſuperponantur.
Ruderarium, ad expurganda rudera accommodatum. Apul.lib.8. Nequicquã amplius, quàm ruderarium cribrum.
Rarum Ouid.lib.12. Vt ne liquor rari ſub pondere cribri.
Pollinarium Plaut.Succretum eſt cribro pollinario.

CRIMEN.

Noxium Verg.lib.7.Iræq; inſidiæq;, & noxia crimina cordi.
Sæuum Lucan.lib.2.Tam ſæui criminis vnum Tot pœnas cœpiſſe caput.
Crudele Idem lib.8.Crimenq; deum crudele notauit.
Famoſum Hor.lib.1.Epiſt. Nec ſponſæ laqueum famoſo crimine nectit.
Turpe Idem in Arte, Aut ignoratæ præmit artis crimine turpi.
Triſte Ouid.lib.3.Faſt. Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis.
Nephandum Seneca, Nephanda iuueni crimina inſontia parat.
Fœdum Stroz.pater, Audet & in ſyluis crimina fœda meis.
Prauum Stroz.filius, Praua à teneris in crimina pronus.
Iniuſtum Pamph.Criminis iniuſti turpia ſigna pati.
Sceleratum Idem, Commaculare pias ſcelerato crimine ſedes.
Mortiferum Sabell.Et cum mortifero crimine culpa ſequi.
Dirum Pacificus, Si præmia diris Debent criminibus.
Infandum Idem, Infandum crimen paſſa, nephasq; graue.
Inquinatum Quint.Vbi inquinati criminis pœnas luat.
Doloſum Idem, Nota nulla doloſi criminis.
Damnabile Val.Var.Quis ferat hoc ignominiæ damnabile crimen.
Inexcuſabile Mant.Deteſtanda lues, & inexcuſabile crimen.

CRINES.

Intonſi Verg.in Cyri, Intonſos multo deturpat puluere crines.
Myrrhei, myrrha vncti. Hor.lib.3.Carm.Myrrheum nodo cohibere crinem.
Renidentes Apul.lib.3.Rubentibusq; bucculis, & renidentibus crinibus.
Penduli Augurel.Pendulos crines poterant dicere.
Flauicomi Salm.Flauicomos crines, pætum qui laudet ocellum.
Flaui Ouid.in Epiſt.Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix.

N Diuidui

| | |
|---|---|
| Diuidui | Stat lib.8.Diuiduiq; cadunt in brachia crines. |
| Ingenui | Idem li.2.Syl.Ingenuiq; ſuper crines, molliſq; decoræ Margo comæ. |
| Vagi | Val.Flac.lib.3.Tenui vagus innatat vmbra Crinis. |
| Roſei | Claud.Theſſalico roſeos nectebat pectine crines. |
| Odorati | Ruffus,Rurſus odorato qua vertex crine tumeſcit. |
| Flauentes | Seneca,Crine flauenti ſimulata virgo. |
| Compti | Pont.Sint compti crines, nitido ſit veſtis amictu. |
| Anteuentuli | Thom.Rad.Crines anteuentuli terribilem contegebant faciem. |
| Nitidi | Quint.Priuatur nitidis crinibus & caput. |
| Rutili | Palladius,Cui tenues,rutilos crines roſa ſubtilis arcet. |
| Aurati | Idem, Aurati volitant humeris non ordine crines. |
| Auricomi | Mich.Ang.Auricomoſq; tegunt galeæ ſinuanime crines. |
| Errabundi | Salomon.Crinem Impoſitum comatulumq; Errabundum humeris. |
| Multifidi | Mirand.Non qui multifidos rutilanti vertice crines. |
| Comantes | Idem, Vngue genas lacerans diſſecto crine comanti. |
| Cynnamei | Bapt.Pius,Cynnameos crines,ambroſiumq; caput. |
| Vagantes. | Idem, Atq; habitum Nymphis crine vagante parem. |
| Decentes | Idem,Colla venuſtauit crinis eburna decens. |

## CRISTA.

| | |
|---|---|
| Comans. | Verg.lib.3.Aen.Et conum inſignis galeæ,criſtaſq; comantes. |
| Rutilæ | Col.Rectis rutiliſq; criſtulis.Clau.Et rutilas declinat in oſcula criſtas. |
| Terrifica | Lucr.lib.2.Terrificas capitum quatientes numine criſtas. |
| Plicatilis | Plin.lib.11.Et cui plicatilem criſtam dedicet natura. |
| Coruſca | Syl.lib.2.Galeamq; coruſcam Subnixis criſtis. |
| Nutans | Idem lib.4.Et nutantes caſſide criſtæ. |
| Alta | Idem lib.7.Altæ ſcintillant criſtæ. |
| Rubens | Idem lib.17.Arma inter galeaſq; virum,criſtaſq; rubentes. |
| Horrens | Stat.lib.11.Et horrentes fert in mea limina criſtas. |
| Picturata | Claud.Quod picturatæ galeæ Iunonia criſtas ornet auis. |
| Vndans | Mant.Et vndantes rutilanti in vertice criſtas. |
| Micans | Barthol.Pendentem vidit galeam,criſtaſq; micantes. |
| Tumefacta | Fauſtus,Attollam excelſo tumefactas vertice criſtas. |

## CROCODILVS.

Crocodili natura.

*Crocodilus quadrupes eſt, fit ex minimo maximus. Ex ouo enim ad 22. cubitos excreſcit. Quatuor menſes hyemales non comedit. Elinguis eſt, ventre, dorſo, & cauda prælongus, ſquamis præduris oſtrearum modo obtectus, audax in fugientes, in perſequentes timidus. Sexagenis diebus oua parit ſexagena, totidemq; diebus fouet. Dentes habet, & menſes viuit eodem ferè numero. Inſidiatur his qui aquatum erunt. Si in potu hirudines hauſerit, aduerſus ſolem in littore dehiſcens extenditur. Mox auis Trochilus, dapis illecebra captus, roſtro oris prælongo hirundinem extrahit. Quinetiam dormientem excitat Crocodilum, ſi ab Ichneumonæ hoſte parari videat inſidias. Oua parit humi, diem in ſicco agit, totam noctem in flumine. Oculos habet ſuillos, dentes magnos, prominentes atq; ſerratos. Inferiorem maxillam non mouet, ſed ſuperiorem inferiori admouet. Vngues habet robuſtos, pellemq; circa tergum impenetrabilem. Inter aquas cæcus, ſub dio perſpicaciſſimus. Hoc animal venerantur Aegyptij, eiq; ſacros dies ſtatuunt. Et ſi contingat liberos ab eo rapi, parentes lætantur, tanquam ſe deo placere exiſtimantes, cui eſcam genuerunt. Contra verò Tentyri populi reijciunt, captumq; arbore ſuſpendunt, & multis prius affectum verberibus poſtmodum comedunt.*

Crocodilus apud Aegyptios.

| | |
|---|---|
| Niliacus | Mart.lib.3.Niliacus habet Crocodilus anguſta. (agit. |
| Improbus | Pãph.Parat improb⁹ ore cructo Perdere te, lachrymas dũ Crocodilus |
| Nilicola | Bap.Pius,Nilicolamq; feram cautus Crocodilon ichneumon. |

Id eſt, Nilo inhabitans.

## CROCVS.

| | |
|---|---|
| Rubens | Verg.lib.4. Georg. Et glaucas ſalices, caſeamq; crocumq; rubentem. |





| | |
|---|---|
| Corycius | Horat.lib.2.Serm.Coryciumq; crocum ſparſim ſtetit. |
| Cilix | Lucr.lib.2.Et quum ſæua croco Cilici perfuſa recens eſt. |
| Ruber | Ouid.lib.1.Faſt. Nec fuerant rubri cognita fila croci. |
| Tenuis | Idem lib.4.Faſt.Ipſa crocos tenues,liliaq; alba legit. |
| Puniceus | Idem lib.5.Faſt.Filaq; punicei languida facta croci. |
| Liquidus | Idem lib.1.de Arte,Nec fuerant liquido pulpita rubra croco. |
| Pallens | Stat.Necnon Aſſyrijs pingueſcunt robora ſuccis,Pallentiq; croco. |
| Sicanius | Stat.li.2.Syl.Et tenues Arabũ reſpirãt gramine ſyluæ, Sycanijſq; cro (cis. |
| Auricomans | Auſon.Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis. |
| Mollis | Pont.delitet, & molles pirat ab ore crocos. |
| Suauis | Stroz.pater, Prætereo & ſuaui talia mixta croco. |
| Solemnis | Mart.Pulpita ſolemnes non oluere crocos. |
| Rutilus | Petrarch.Hinc alius rutilumq; crocum, & candentia carpens Lilio. |
| Purpureus | Mant.Et cum purpureo Mœdica mala croco. |
| Redolens | Idem, flammigerant redolente croco, vel murice tincti. |
| Tyrius | Claud.Et Tyrio dignum terga rubere croco. |
| Spirans | Iuuen.Sat.7.Spranteſq; crocos, & in vrna perpetuum ver. |
| Autumnalis | Mant.Autumnale crocum,roſa,gloria veris adulti. |
| Flauens | Idem,Fulua croco textura parum flauente colorat. |
| Ciliſſus | Anto.Caraſus,Plena ſparge manu crocos Ciliſſos. |

Corycius oppidum Ciliciæ, vbi optimum crocum.

Sicanius, à Sicilia, vbi naſcitur.

## CROESVS.

*Crœſus rex fuit Lydorũ ditiſſimus, qui ꝓꝑ bonorum copiam putabat ſe omnium mortalium feliciſſimum. Vnde oſtendens theſaurum ſuum Soloni, interrogauit. An viueret quiſquã felicior, Reſpondit Solon, Se vidiſſe Tellum quendã, item Cleobin & Bitonem, filios ſacerdotis Iunonis Arginæ, admodum Pauperes. Tum Crœſus. Quid autem de me ſentis, inquit. Non prius ſanè felicem te iudicabo, dixit Solon, quàm bene vita defunctũ audiero. Nam mea ſententia nemo ante obitum felix vocandus eſt. Ad extremum captus à perſis Crœſus, & mandato Cyri victoris impoſitus rogo, recordatus eſt verborum Solonis, verumq; expertus eſt, quod prædixit ille. Iuu. Sat. 10. Et Crœſum, quẽ vox iuſti facunda Solonis Reſpicere ad longæ iuſſit ſpacia ultima vitę.*

Solonis ſententia.

| | |
|---|---|
| Diues | Ouid.lib.4.de Ponto, Diuitis audita eſt cui non opulenta Crœſi. |
| Lydus | Propert.lib.3.Dulychio non diſtat Crœſus ab Iro. |
| Pollens | Claud.Pollentem ſolio Crœſum victoria Cyri fregit. |
| Dis | Fauſt.Nec dites inopi Crœſus diſcernit ab Iro. |
| Superbus | Hier.Ang.Imperia aut gazas Crœſe ſuperbe tuas. |
| Magnus | Fauſt.Sint ignota licet magni patrimonia Crœſi. |

## CROTON.

| | |
|---|---|
| Longæua | Mant.Mœrebat longæua Croton, Sybariſq; ſepulta. |
| Alta | Syll.lib.11.Patefecit amicas Alta Croton portas. |

Vrbs in ſinu Tarentino.

## CRVCIATVS.

| | |
|---|---|
| Sæuus | Pont.Molitur mortem, ac ſæuis cruciatibus inſtans. |
| Atrox | Idem, Et cruciatu ambos paſſim afficiebat atroci. |
| Fulmineus | Bap.Pius, Hac ego fulmineis cruciatibus obice fultus. |
| Mœſtus | Aeſchylus apud Cic.Sic hunc cuſtodem mœſti cruciatus alo. |
| Siſyphius | Bap.Pius, Siſyphijſq; labor ſimilis cruciatibus oſſa Corripit. |

## CRVDELITAS.

| | |
|---|---|
| Sæua | Apul.li.1.Cur ſęua crudelitas, vel ꝓꝑ iudiciũ ſceleris arbiter pepercit. |
| Nepharia | Iul.Cæſar, Propter eius ſingularem & nephariam crudelitatem. |
| Odioſa | Lactan.Quo furebat odioſa crudelitas. |
| Inhumana | Liuius, Inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica. |
| Carnificina | Cicero, Carnificina eſt iſta crudelitas. |

## CRVOR.

| | |
|---|---|
| Fluidus | Verg.lib.3.Aen.Luminis effoſſi fluidum lauit inde cruorem. |

Obſcœnus Idem lib.4.Fuſaq; in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.
Craſſus Idem lib.5 Craſſumq; cruorem Ore reiectantem.
Tepidus Idem lib.6.Tepidumq; cruorem Suſcipiunt pateris.
Teter Idem lib.10.Lauit improba teter Ora cruor.
Calidus Lucan.lib.4.Et nobile neruis Conamen calidus præbet cruor.
Sanguineus Colum.Candida ſanguineo manat fiſcella cruore.
Ater Horat.Quantum neque atro delibutus Hercules Neſſi cruore.
Puniceus Ouid.lib.2.Met.Candida puniceo perfudit membra cruore.
Rutilus Idem lib.5.Met.Rutilum vomit ille cruorem.
Fumans Syll.lib.4.It fumans cruor, & tellus perfuſa rubeſcit.
Surdus Stat.lib.5.Theb.Et Actæos imbres ſurdumq; cruorem.
Pinguis Ruſtus,Sanguine ſub pingui,rutiloq; rubere cruore.
Tener Auſon.Eliciat tenerum quò vel roſa nata cruorem.
Fœdus Seneca,Oraq; fœdo ſparſa cruore.
Nigrans Ponta.Et nigrantem præ ſe fert latè obſcura ſub luce cruorem.
Roſeus Bap.Pius,Illis in ſoliis roſeum quæ nacta cruorem.
Niger Homerus apud Theodoritum, Tum niger in foueam cecidit cruor.

CRVRA.

Candida Tibullus lib.4.Candidaq; hamatis crura notare rubris.

CRVSTVMIVM.

Flumē nō longe ab Arimino Italiæ vrbe.

Rapax Lucan.lib.2.Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro.

CRVX.

Dura Ouid.lib.1.Eleg.Carnifici duras præbuit ille cruces.
Sæua Auſon.Sæua inter rupes & Scythicas ſtetit alitibus crux.
Horrenda Strox.filius,Horrendum natam conſuluiſſe crucem.
Rigida Quint.Rigidam crucem patiare, fas eſt.
Cruenta Idem,Et ſi cruenta grauius eſt nihil cruce.
Acris Idem,Quam poſſit acrem fugere extinctus crucem.
Triſtis Idem,In monte ſummo fixus, in triſti cruce.
Amara Idem,O crux amara,quale ſupplicium paras.
Miſera Idem,Ite,ite in miſeram crucem Prophani.
Lurida Idem,Perlege querente luridam Chriſtum cruce.
Funerea Idem,Funeream q; crucem ducis altitonantis.
Horribilis Bap.Pius,Cuius in horribili ſtat cruce noſtra ſalus.
Funeſta Quint.Tulere noſtra colla funeſtam crucem.
Probroſa Remaclus,Crimina probroſa damnificanda cruce.
Arborea Proper.lib.3.Arboreaſq; cruces Scinis, & non hoſpita Graiis Saxa.

CRIPTA.

Caua Quint.Iamiam relictis ſpecubus & criptis cauis. Mant.Subter humum caua cripta, cados & mollia vina Claudit.
Latens Mant.Symbolon in cripta fertur ſcripſiſſe latenti.
Silens Idem, Criptam ſubit alta nocte ſilentem.

*CRYSTALLVM.*

*Cryſtallum ex gelu vehementer concreto naſcitur. Vnde Stat. Raraq; longinquis niuib cryſtalla gelari. Propterea non alibi reperitur, quàm vbi niues hybernæ plurimum rigent. Vaſa inde vocantur cryſtallina. Martialis, Frangere dum metuis cryſtallina frangere, peccas.*

Candidum Mart.lib.8.Candida nigreſcunt cryſtalla Falerno.
Glaciale Sidon.Inq; cryſtallis calerent vnguenta glacialibus.
Gelidum Thom.Rad.Gelido cryſtallo palatia cruſtabantur.
Translucidum.Idem,Qui cryſtalli formam præferebant translucidi.
Lubricum Claud.Dum cryſtalla puer contingere lubrica gaudet.
Aquoſum Proper.lib.4.Cryſtalluſq; tuas ornet aquoſa manus.





Prodigioſum, mirabili modo concretum. Claud.Qua frigoris arte Torpuit, & maduit prodigioſa ſilex.
Liquidum Idem, Actus honor, liquidi creſcunt miracula ſaxi.

CVBILE.

Secretum Verg.in Battarum, Vaccula non vnquam ſecreta cubilia captans.
Pictum Syll.lib.11.Nec pudeat picto fultum iacuiſſe cubili.
Arcanum Idem lib.12.Euoluit ſerpens arcano membra cubili.
Latebroſum Stat.lib.2.Syl.Et hæc duræ latebroſa cubilia Nymphæ.
Roſeum Pont.Ac viola ſuper inſertum, roſeoq; cubili.
Dulce Idem, Mauortis cupidi dulce cubile petis.
Molle Idem,Sic tenera in molli creſcit quæ nata cubili.
Socium Idem,Socio ſimul cubili Iungunt dum cupidos ſinus.
Proliferum Thom.Rad.Nuptialis thalami, proliferi cubiculi.
Placidum Stroz.pat.Nec placidum furtis antra cubile negent.
Ignauum Stroz.filius,Et ignauo tempus terit omne cubili.
Coniugale Conr.Coniugale noctibus hunc ſatiat cubili.
Plumoſum Guil.Caſtel.Eneruant animos plumoſa cubilia fortes.
Nebuloſum Stat.lib.10.Stat ſuper occiduæ nebuloſa cubilia noctis.
Nocturnum Bap.Pius, Quum ſubit auricomus nocturna cubilia Titan.
Tenerum Stat.in Achil.Tenero nec fluxa cubili Membra.
Occultum Muſæus,Et ſigna occulto longè ſpeculata cubili.
Gratum Idem,Nauis littus addit, gratumq; cubile Leander.
Tenebroſum Mant.In thalamos hominum, & tenebroſa cubilia ducunt.
Tepidum Mant.Tepidoq; trahunt ſecuta cubili Ocia.

*CVCVLLVS.*

*Cucullus, veſtis erat quæ implicabatur collo. Noſtri monachorum geſtamen vocant, quod relinquere planè ſit nephas. Georg. Valla ait, Breue eſſe tegmen & vile, quo caput, humeriq; ad arcendam pluuiam conteguntur.*

E in nebel kappen.

Durus Iuuen.Sat.3.Contentuſq; illis Veneto duroq; cucullo.
Santonicus Iuu.Sat.8.Tempora Santonico velas adoperta cucullo.
Pullus Mart.lib.10.Pullo Mæuius alget in cucullo.

CVCVMIS.

Tortus Verg.lib.4.Georg.Tortuſq; per herbā Creſceret in ventrem cucumis.
Cæruleus Propert:lib.4.Cæruleus cucumis tumidoq; cucurbita ventre.
Anguineus Colum.Quidam cucumeris anguinei humorem expreſſum.
Intortus Idem,Intortus cucumis, prægnanſq; cucurbita ſerpit.
Liuidus Idem,Liuidus aut cucumis grauida qui naſcitur aluo.
Agreſtis Idem,Et agreſtis cucumeris & colloquintidis ſuffuſio ſic nocebit.
Niger Pont.Pro quibus intumuit cucumis niger.

CVCVRBITA.

Grauis Verg.in Moreto,Et grauis in latum demiſſa cucurbita ventrem.
Prægnans Colum.Prægnanſq; cucurbita ſerpit.
Viridis Pont.Illum cæpa recens, viridiſq; cucurbita captum Ducebat.
Syluestris Plin.lib.20. Cucurbita ſylueſtris quoq; inuenitur.
Vnca Pont.Et cui ſit cucumis, ſit & vnca cucurbita curæ.
Protenta Idem,Hortis ſic medijs protenta cucurbita.
Ventroſa Iuuen.Sat.14.Iampridem caput hoc ventroſa cucurbita quærat.
Demiſſa Calent.Venditur obliquo demiſſa cucurbita ventre.
Seminoſa Poeta ī Priapeis cucurbitas ſeminoſas appellat, qm̄ ſemina multa hn̄t.

CVLCITRA.

Facilis Mart.lib.14.Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma.
Picta Pont.Otia & in molli culcitra picta thoro.

Leuis Codrus, Non leuis in tenero culcitra ſtrata thoro.
Plumea Cic.in 4.Tuſc. Collocemus in culcitra plumea, pſaltriam adducamus.

C V L I N A.

Nigra Mart.lib.1.Paſceris & nigræ ſolo nidore culinæ.
Fumifica Sidon.Propter fumificas gemam culinas.
Putida Pont.Qui ſe euadere putidam in culinam.
Vncta Iouius Nouocomenſis, Ipſa dabit lautas vncta culinas dapes.

C V L E X.

Malus Hor.lib.1.Serm.Mali culices, ranæq; paluſtres Auertunt ſomnos.
Informis Calent. Aut notet informis membra tenella culex.
Rotundus Fauſtus, Pauperiora culex tecta rotundus habet.

C V L M E N.

Arduum Claud.Ardua turrigeræ ſurgent in culmina ripæ.
Nymbiſonum. Pamph.Hæmi nymbiſono quum ſurgunt culmine fluctus.
Aerium Idem, Cynthia ſæpe ſui diſcedens culmine Cynthi Aerio.
Sublime Sabel.Extruit ingentes ſublimi culmine ſedes.
Vmbroſum Augur.Præſidet vmbroſo ſub amœni culmine collis.
Nemoroſum Quin.Sæpius in Rhodopes nemoroſo culmine ſiſtens.
Montanum Idem, Et quandoq; iubet montana tumeſcere cantu Culmina.
Apricum Mant.Et vetus aprico recubans in culmine.

C V L M V S.

Fragilis Verg.lib.1.Georg. Agricola & fragili iam ſtringeret hordea culmo.
Leuis Idem, Ferret hyems, culmumq; leuem, ſtipulasq; volantes.
Cerealis Idem lib.2.Georg. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi.
Mellifluæ Bern.Bolog.Crem.Mellifluasq; dapes, cœleſtis munera menſæ.
Lætæ Idem, Mox lętæ de more dapes, poſt prandia ludi.
Nectareæ Idem, Mellifluasq; gignit, nectareasq; dapes.
Cynnameæ Iouius Nouocomenſis, Qui tibi dant mulſum, cynnameas ve dapes.

*D A P H N E.*

*Daphne, Theſſala virguncula, Penei fluminis filia fuiſſe fertur, hæc quum fugeret Apollinem (à quo adamabatur) deorum cõmiſeratione mutata eſt in laurum arborem, quam ea cauſa poetæ ſacram faciunt Apollini. Ouid.lib.1.Met.*

Daphne, laurus ſacra Apollini.

Peneia, à Peneo patre. Ouid.lib.1.Met. Primus amor Phœbi Daphne Peneia.
Peneis Idem ibidem, Hoc Deus in nympha Peneide fixit.
Fugitiua Mart.lib.11.Torquebat Phœbum Daphne fugitiua.
Rigida Stroz.fil.Poſt vbi quum fuerit rigida magis aſpera Daphne.
Apollinea Pamph.Sax.Ruffus Apollineæ ſeruit gloria Daphnes.

A patre Peneo qui fluuius eſt Theſſaliæ.

Proterua Idem, Si Daphne placuit tibi proterua.
Fugax Augurell.Daphnen præduro doluit fugacem Cortice cingi.
Niuea Quint.In niueam figens præcordia Daphnen.
Phœbæa Pallad.Sor.Perpetuo viridem ſeruat Phœbæa colorem Dapne.
Theſſalis Fran.Petrar.Omnia Theſſalidem ſequeris per confraga Daphnen.
Odorata Mant.Omnis odoratæ ſeruit tibi gloria Daphnes.

D A R D A N V S.

Autor Troiæ. Verg.lib.6.Aen.Iluſq;, Aſſarachuſq;, & Troiæ Dardanus author.

D A R E S.

Superbus Mant.Velut ille ſuperbũ, Ac fidentem armis, viridiq; ætate Daretẽ.
Phrygius Fauſt.Ne Siculo Phrygius cano decertet ephebus.

D A R I V S.

Perſia ob ſolis calorem dimidios habet Aethiopes.

Perſæ Mant.Nec qua morte ferunt Perſam cecidiſſe Darium.

Niger



Niger Mant.Quid genus Aeneadum, quid nigri regna Darij.

D A V I D.

Pſalmographus. Sidon.Sub Moſe quondam, ſicut Pſalmographus ait.
Ieſſeia proles. Stroz.pat.Illi ſacri vates operis, Ieſſeia proles.
Vaticinus Salm.Vaticinus plectro quem rex promiſit eburno.
Fatidicus Mant.Fatidicus Dauid paulo pōſt tempora Troiæ.
Pius Idem, Hæc obſcura pium merſit Dauida vorago.
Sanctus Idẽ, Quis ſanctũ Dauid error, cũ factus adulter, atq; homicida tulit.
Muſicus Remacl.Muſicus hic Dauid citharam complexus eburnam.
Pſalmicen, à me dicitur, vocabulo Sidonij ſcribentis, Monachi, clericiq; pſalmicines concelebrauerant.
Argutus Fauſtus, Et motum arguto plectrum Dauide ſonabat.
Reſonus Idem, Mulcentem & plectro reſonum Dauida canoro.
Deiloquus Theodor.Clamat inſuper Deiloquus Dauid.
Ieſſæus Mant.Non ita Ieſſæi regia Muſa ſenis.

D A V N I A.

Diues Hier.Ang.Nouit Cãpania faſces Tota tuos, diues Daunia, & Aruptiũ.

Regiuncula iuncta Apuliæ, à Dauno rege dicta.

D A V N V S F L V V I V S.

Pauper aquæ Hora. Et quàm pauper aquæ Daunus, agreſtiũ Regnator populorum.

D E A.

Formoſa Pamph.Sax.Formoſam generas deam, geniſq; Vincit lilia picta.
Cœleſtis Idem, Cœleſtes inter conſpicienda deas.
Aetherea Hier.Ang.Aethereas præſtat honore deas.

D E B I L I T A S.

Infirma Architr.Fatum lugubre videri debilitas infirma facit.

D E C E M B E R.

Menſis olim Saturno ſacer.

Gelidus Ouid.lib.1.Triſt.Gelido tremerem quum menſe Decembri.
Fumoſus Mart.lib.5.Sed lege fumoſo non aſpernanda Decembri.
Grauidus Stat.lib.1.Syll.Et multo grauidus mero December.
Canus Mart.lib.1.Aut quum December canus, & bruma impotens.
Horridus Idem lib.7.Horridus ecce ſonat Boreæ ſtridore December.
Atrox Idem, Quum fieret madida fauce December atrox.
Brumalis Auſon.Brumales Ianus, Februarius atq; December.
Lucifer Pamph.Sax.Luciferi redeunt ſemper celebranda Decẽbris Tempora.
Piger Mant.Ocia ducebat pigrum pertæſa Decembrem.
Stringens Idem, Venit & arua graui ſtringens Aquilone December.
Vinoſus Fauſtus, Ebria vinoſus feſta December habet.
Hybernus Mant.Tunc iuuat hybernos noctu vigilare Decembres.

*D E C I I.*

*Tres fuerunt Decij, qui pro patriæ ſalute ſe deuouere. Pater quum Latino bello Romanorum aciem inclinatam penè & proſtratam videret, concitato equo in medium hoſtium agmen patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit. Filius in quarto conſulatu Qu. Fabij collega aduerſus Gallos & Samnites profectus, pro patria fortiſſimè pugnans occu uit. Nepos perijt in bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis. De his Cicero in 1. Quæſt. Tuſcul. & in 1. paradoxo.*

Decij pro ſalute patriæ mortui.

Impauidi Germ.Brixius, Sic ſe Decij, natuſq; pareſq; Deuouere neci, impauidi.
Pulchri Claud.His ego non Decios pulchros, forteſve Metellos Prætulerim.

D E C O R.

Conſpicuus Mart.Cap.Decore conſpicuo fulgorem ſydereum vinceret.
Roſeus Pont.Roſeuſq; per auras It decor.
Mollis Marull.Quiq; fuit mollis ſemper in ore decor.
Regalis Lactant.Sed leuis & velox, regali plena decore.
Gratus Crinit.Decore grato & commodis tuis ornas.

Ambroſius Mant. Ambroſium vultu referens Catharina decorem.
Purpureus Idem, Purpureum miſcet frondis cum flore decorem.
Lepidus Bap. Pius, Sic pulchræ minus artis opem, lepidiq; decoris.
Tener Seneca, Teneriq; nitidi corporis cecidit decor.
Inſuperabilis Mant. Fulget in egregio decor inſuperabilis ore.
Diuinus Idem, Diuihoq; magis vicina decori.

D E C V R S V S.

Pronus Catul. Atq; illud prono præceps agitur decurſu.
Rapidus Verg. lib. 12. Aut vbi decurſu rapido de montibus altis Dant ſonitum.

D E C V S.

Regale Ouid. Et regale decus, cum quo latrator Anubis.
Egregium Stat. lib. 1. Syll. Formæ egregium mirata decus.
Superbum Mant. Superbum hoc decus immiſit quorundam in corda venenum.
Eximium Seneca, Et ingenij ſolertis eximium decus.
Immortale Mant. Ac potuiſſe armis decus immortale mereri.
Indelebile Idem, Ruris & ætatis decus indelebile noſtræ.
Rutilum Bapt. Plaut. In terris rutilum ſtat ſine patre decus.

D E D E C V S.

Turpe Apul. lib. 9. Turpiſſimo ſe dedecore fœdauit.
Pudendum Pont. Ah procul infamemq; notam, atq; auerte pudendum Dedecus.

D E D I T I O.

Ignominioſa. Liuius, At fœda, atq; ignominioſa deditio eſt.

D E I E T D I V I.

Morte carentes. Hor. lib. 2. Car. Gelidaq; diuos morte carentes.
Inuicti Ouid. lib. 5. Faſt. Et probat inuictos illa tenere deos.
Domini terrarum. Hor. lib. 1. Car. Terrarum dominos euehit ad deos.
Sancti Ouid. lib. 3. Eleg. Protinus vt ſanctos poſſit adire deos.
Aſtriluci Mart. Capella, Complures etiam aſtriluci ſenſere diui.
Cœleſtes Mant. Ad tua cœleſtes diui veniſſe feruntur Funera.
Cœlites Idem, Cui cœlitum cuſtodia diuum.
Aeterni Pont. Dic bona & æternos rite precare deos.
Superni Codrus Vrceus, Ambroſiamq; deis gratam ſpirare ſupernis.
Memores Mapphæus, Memoreſq; malorum Sollicitat vindicta deos.
Aetherei Pamph. Iuppiter æthereos pingat in arce deos.
Auricomi Idem, Sit licet auricomis æquiparanda deis.
Vani Sabell. Tam vanos finxere deos.
Felices Pacificus, Inter felices contigit eſſe deos.
Aeuiterni Ennius, Iouē principem, & æuiternū vocat, item deos æuiternos, &c.
Cœlicolæ Mant. Cœlicolæ diui qui per mundana vagantur Culmina.
Immortales Idem, Diui immortales, Deus immortalis.
Saturnigenæ Iſte Deos Saturnigenas, Martemq; Iouemq;.
Commentitij. Lactant. Trahat ratio ad commentitios & fictos deos.
Profani Idem, Deos tam impios, tam profanos, tam ſanguinarios colere.
Cœlipotentes. Panton. in Perſa, Dijq; oēs alij cęlipotentes, eas vobis habeo grates.
Per deos & intelligere fœminas, vt Vergil. de Venere, Catull. de Aurora.
Syderei Bap. Pius, Lumina ſydereos vrere digna deos.
Olympiaci Idem, Semper olympiacos tu venerare deos.
Penetrales, qui coluntur in adytis & penetralibus. Cat. Penetrales deſeruiſſe deos.
Cœligenæ Mant. Fruitur cœleſtibus inter Cœligenas diuos.

*D E I A N I R A.*

*Deianira, filia fuit Oenei regis Aetoliæ, quæ à multis procis ob elegantem formam adamata eſt, Eius cauſa ortum eſt duellum inter Herculem, & Acheloum, de quo Claudianus. Hanc poſtremò cum rapuiſſet Neſſus Centaurus, ab eodem Hercule, raptum vlciſcente, ſagitta confoſſus*



*confoſſus eſt Ipſe demum Hercules quum acceptam ab ea interulam Neſſi cruore inctam induiſſet, verſus in furias, ſeipſum combuſſit in Oeta monte.*

Calydonius Ouid. lib. 9. Tradidit Aonius pauidam Calydonia Neſſo.
Aetolis Idem in epiſt. Forſitan expulſa Aetolide Deianira.
Oeneis Seneca, Flemus caſus Oenei tuos.
Impia Ouid. in Epiſt. Impiè quid dubitas Deianira mori.

*D E I D A M I A.*

*Deidamia filia fuit Lycomedis regis Scyri, quam Achilles in mulierem transformatus grauidam effecit, & ex ea ſuſcepit Pyrrhum. De eius forma vide Stat. lib. 1. Achilleidos.*

Scyrias Ouid. lib. 1. de Arte, Scyrias Hæmonio victa puella viro.
Scyria Propert. lib. 2. Scyria nec viduo Deidamia viro.
Regalis Ouid. lib. 1. de Arte, Forte erat in thalamo virgo regalis eodem.
Pudibunda Stat. in Achil. Arcanis effert pudibunda tenebris Deidamia gradum.
Pulchra Stat. in Achil. Pulcherrima turbæ Deidamia ſuę.

D E I P H O B E.

Cumana Auſonius, Vincas Cumanam tu quoque Deiphoben.
Filia Glauci Pont. Phœmonoe commenta pedes, & filia Glauci Deiphobe.
Cumæa Verg. lib. 6. Aen. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla.
Amphryſia, nata ad Amphryſum fluuium Theſſaliæ, vel ab Apollinis epitheto.
Longæua Idem, Olli ſic breuiter facta eſt longæua ſacerdos.
Vates Idem, At Phœbi nondum patiens, immanis in antro Baccatur vates.
Docta Idem, Et ni docta comas tenues ſine corpore vittas Admoueat.
Euboica Stat. lib. 1. Syl. Et Euboicæ carmen illę Sybillæ.
Chalcidica Mant. Et qui Chalcidicæ vatis tranſcenderet æuum.

*D E I P H O B V S.*

*Deiphobus filius fuit Priami et Hecubæ, cui poſt mortē Paridis nupſit Helena, cuius tñ dolo, & proditione interfectus eſt à Græcis, quos illa in cubiculū dormientis intromiſit, autore Verg.*

Priamides Verg. Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto, Deiphobum vidit.
Armipotens. Idem Deiphobe armipotens genus alto a ſanguine diuûm.
Acer Horat. lib. 4. Non ferox Hector, vel acer Deiphobus grauis.

D E L B O R A.

Bellatrix Valerandus Varanius, Iura dabat Solimæ bellatrix Delbora genti. Imperatrix Iſraelis.

D E L I C I A E.

Popinales Columella, Tum enim celebres erant deliciæ popinales.
Fluentes Gell. lib. 9. Ecquis noſtrorum poetarum tam fluentes carminum delicias feciſſet.
Faciles Ouid. lib. 13. Nec tibi deliciæ faciles, vulgataq; tantum Munera.
Regificæ Claud. Neu tibi regificis tentoria longa redundet Deliciis.
Geniales Pont. Ac geniale domorum delicium.
Molles Idem, Deliciaſq; thori molles, dulcemq; quietem.
Iocoſæ Pamph. Vrbis prouocat ad thori iocoſas Picti delicias.
Amœnæ Mirandula, Florentis vitæ detruſit amœnas Delicias.
Blandæ Crinitus, Et blandas recolit delicias Venus.
Dulces Cantalycius, Delicias dulces regum dum fata volebant.
Alexandrinæ. Quint. lib. 1. Verbane Alexendrinis quidem permittenda deliciis. Alexādrini, & Syracuſani, vt opibus, ita deliciis erant addictiſsimi.
Supinæ Adrianus, Nunquam deliciæ ſupiniores.

*D E L O S I N S V L A.*

*Delos inſula eſt in mari Aegæo, Cycladum omnium nobiliſſima, in qua Latona Dianam, & Apollinem eodem partu peperit. Ea prius dicebatur Ortygia, a coturnicibus, quæ ibidem, primū inuentæ ſunt, quas Græci ortygas vocant. Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit qm̄ repente apparuerit enata Aegioſthenes Cynthiam, alij Ortygiam, Aſteriam, Lagiam, Cerham, Mydiam, Cynethum, Pyrpilen, igne ibi primum reperto. Cingitur quinq; millib. paſſuum. Aſſurgit Cyntho*

*Cynthomonte. De hac Plin. lib. 4. Nat. Hiſtoriæ, Sola motum terræ non ſenſit ad Marci Varronis ætatem, Mutianus tamen bis concuſſam credidit.*

Latonia, ſacra Latonæ, quæ ibidem peperit Verg. lib. 3. Georg. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos? Prædaq; ſis illis, quibus eſt Latonia Delos.

Ortygia Verg. lib. 3. Aen. Linquimus Ortygiæ portus. Propert. lib. 2. Et patria Phœbo charius Ortygia.

Erratica, quoniam poetæ dicunt eam fuiſſe vagam & mobilem ante partum Latonæ. Ouid. lib. 6. Metam. Quam vix erratica Delos Errantem accepi tunc, quum leuis inſula nabat.

Apollinea Idem lib. 13. Intrat Apollineam ſociis comitantibus vrbem.

Candida Idem in Epiſt. Inq; meis oculis candida Delos erat.

Inſtabilis Stat. in Achil. Nec inſtabili fama ſuperare Delo.

Circunflua Clau. Motoq; in flamine Delos Errat, & aurato trahit circũflua Põto.

DELPHIN.

*Delphini piſces, ſunt amatores puerorum. Fœmina mulieris inſtar habet vbera, quibus copioſo lacte mares paſcit. Parui vnà gregatim natant, parentes fœtus comitantur etiam adultos. Cito adoleſcunt. Decem annis ad ſummam proueniunt magnitudinem. Agunt vere coniugia. Pariunt catulos decimo menſe, & æſtiuo tempore. Viuunt annis 30. In terram quandoq; erumpunt incerta de cauſa, & ſtatim tellure tacta moriuntur.*

Venereus Gell. lib. 7. Delphinos Venereos eſſe amaſios teſtantur.

Curuus Ouid. lib. 2. Metam. Nec ſe ſuper æquora curui Tollere conſuetas audent delphines in auras.

Pandus Idem, Tum neque ſe pandi poſſunt delphines in auras Tollere.

Laſciuiens Plin. lib. 18. Delphini tranquillo mari laſciuientes.

Blandus Stat. lib. 2. Syl. Ad chelyn, & blandi ſcopulis delphines aderrant.

Cæruleus Manil. Cæruleus Ponto quum ſe delphinus in aſtra Erigit.

Viridis Ruff. Feſt. Delphinos virides & phyſeteras anhelos.

Vagus Pont. Vagiq; per æquora circum Adnabant delphines.

Incuruiceruicus. Pacuuius, Nerei repãdi, roſtrũ, & incuruiceruicũ pecus appellat.

Arionius Stroz. pater, Hic ego Arionium delphinem ludere vidi.

DELPHI.

Carycopœi Delphi dicti ſunt, quod carycas victimas circuncidentes, coquorum officio fungerentur.

DELVBRVM.

Decorum Lucret. lib. 2. Nam ſæpe ante Deum vitulus delubra decora.

Sanctum Idem lib. 6. Omnia deniq; ſancta deum delubra replerat.

Religioſum Gell. lib. 4. Religioſi dies & religioſa delubra.

Præclarum Apul. lib. 11. Præclariſq; nunc venerari delubris Epheſi.

Diues Ouid. lib. 2. Met. Concipias animo, delubraq; ditia donis.

Sacrum Iuuen. Sat. 13. Tunc te ſacra ad delubra vocantem Præcedit.

Candidum Seneca, At tua coniunx candida tauri delubra cadit.

Magnificum Lactan. Viis pluribus, magnificis, ornatiſq; delubris.

DEMENTIA.

Exlex Gell. lib. 1. Exlegis dementiæ extremum infelicitas occupat.

Præceps Mant. Sed te præceps dementia fecit Ridiculum.

Inſanabilis Lactant. O dementiam inſanabilem.

Cæca Idem, O mira & cæca dementia.

Maleſana Fauſt. Nũ vos maleſana furẽtes Armatas cõferre manꝰ demẽtia cogit.

DEMOCRITVS.

Phyſicus Varro, Democritus phyſicus, Xenophon Socraticus.

Abderites, ab Abdera vrbe Thraciæ eius patria. Colum. Democritus Abderites.

Siccus Architr. Qđ in lachrymas Phalarim, ſiccumq; moueret Democritũ.

Prudens



Prudens Glarean. Mille facit mundos prudens Democritus.

DEMOPHOON.

*Filius fuit Theſei, & Phædræ, qui ab expeditione Troiana rediens, aduerſis uentis pulſus eſt in Thraciam, ibiq; à Phyllide perhumane ſuſceptus. Quam cum poſtea immemor beneficij reliquiſſet, doloris impatiens puella ſeipſam laqueo ſuffocauit.*

Aegæus Quint. Parturit Aegæi amplexum teſtata nepotis.

Perfidus Ouid. li. 2. de Rem. Perfide Demophoon, ſurdas clamabat ad vndas.

DEMOSTHENES.

Tumultuoſus Sidon. Qui Pãdioniam mouebat arte orator caueam tumultuoſus.

Graius Cleoph. En Cicero, in Graij reſonant Demoſthenis ora.

Diſertus Mant. Nec te diue Maro Demoſthenis ora diſerti.

Torrens Iuu. Sat. 10. Sæuus & illum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ Torrentem.

DENTES.

Rabidi Lucan. lib. 10. Et frangit rabidos præmorſo carcere dentes.

Duri Lucret. lib. 5. Molia ricta fremunt, duros nudantia dentes.

Validi Idem, Et validis ſocios cedebant dentibus apri.

Candentes Apul. lib. 7. Dentiũq; candentiũ renudatis haſtis, totũ me cõmorſicat.

Auidi Ouid. lib. 11. Siue dapes auido conuellere dente parabat.

Albi Stroz. filius, Quos iam exarmarant dentibus albis.

Spinoſi Mart. Cap. Spinoſorum dentium acumine venenato.

Vulnifici Pont. Vulnificos ſpinæ referunt in cortice dentes.

Spumoſi Thom. Rad. Et ſpumoſis dentibus corrodentes haſtas.

Minaces Stroz. fil. Immenſumq; caput, denteſq; vtrinq; minaces.

Indici Mart. lib. 10. Et citrum vetus. Indicoſq; dentes.

Calceat Plaut. in Cap. Cum calceatis dentibus veniam tamen.

Candidi Pont. Denteſq; flauent candidi.

Præduri Mart. lib. 13. Ne violes teneras præduro dente columbas.

Præcandidi Polit. Quid margaritas dentium Præcandidorum proloquar.

Candiduli Cic 5. Tuſc. Candiduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis.

DESIDIA.

Improba Hor. lib. 2. Serm. Vitanda eſt improba Siren Deſidia.

Inanis Gell. li. 10. Neve inerti inaniq; deſidia cultum & ſtudium philoſophæ metiamur.

Mollis Claud. Non tibi deſidias molles, nec marcida luxit Ocia.

Imbellis Sidon. Deſidia imbellis, ſtudiumq; & cura quietis.

Mala Marull. Et mens deſidiæ non patiens malæ.

Faſtidioſa Crinit. Sed faſtidioſa legentium deſidia diuiſit.

Ignaua Mant. Ocia & ignauam, damnatricemq; laborum Deſidiam.

Triſtis Idem, Ne me ignauum, triſtiq; iacentem Deſidia inueniat.

DESYDERIVM.

Cruciabile Apu. lib. 2. Met. Immo verò cruciabili deſyderio ſtupidus.

Ardens Idem lib. 11. Et ardentiſſimi deſyderii retinaculis prouolutus.

DEVCALION.

*Fuit rex Theſſaliæ, cuius ætate contigit maximũ diluuiũ, in quo multos homines fabricatis nauibus tutatus eſt. Hinc poetæ finxerunt eũ, iactis in tergũ lapidibus, reparaſſe genus humanũ.*

Promethides Ouid. Inde Promethides placidis Epimethida dictus Mulcet.

Infinibilis Capella. Infinibilis patris profunditate coercitum.

DEVS.

Inſpector pectorum. Sidon. Qua deuotione placatus inſpector pectorum Deus.

Salutifer Pont. Atque ſalutiferum dicis adeſſe Deum.

Dulcis Idem, Arriſitq; pio dulcis in ore Deus.

Immor-

Immortalis Bud. Quam Deus immortalis ſanguine Chriſti ſui chariſſimi ſanxit.
Beneuolens Idem, Is igitur cum Deo beneuolente labentem ſacroſancti ordinis maieſtatem confirmabat.
Aeternus Marull. Nam quis quæſo, ferat Deum æternum.
Fabricator mundi. Lactant. Quem fabricatorem mundi, quem rerũ opificẽ vocat.
Inexcogitabilis. Idẽ, Inexcogitabilis, ineffabilis, & nulli alij ſatis notus, quam ſibi.
Impaſſibilis Idem, Impaſſibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, æternus.
Clemens Idem, Sed tamen quoniam clemens eſt, & pius erga ſuos Deus.
Incorporalis. Idem, Quod ſi eſſet Deus incorporalis & inuiſibilis & æternus.
Vindex Stroz. pater, Facta tamen vindex punit iniqua Deus.
Omnipotens Idem, Omnipotens qui ſolus agit, mirabile quicquid Cernimus.
Sempiternus Crinit. Deus ergo ſempiternus, quo circa nec naſci poteſt, nec potuit.
Immaterialis Idem, Immaterialis quidẽ ipſe, indiuiſus, immobilis, ingenitus, &c.
Prouidus Quint. Eſt omne notum, prouido incluſum Deo.
Omniregens Idem Terruerat ſocios ſacri omniregentis.
Cœlipotens Idem, Summus cœlipotens aberat.
Empyreus Idem, Torphæa virgo profer empyrei patris.
Aſtripotens Mant. Aſtripotentem Vexiſti ceruice Deum.
Omniſator Idem, Primo rerum quos fecit ab ortu Omniſator.
Locuples Idem, Locuples Deus omnia paſcit.
Triformis Idem, Quendamq; triformem Appellare Deum.
Immotus Fauſtus, Aeterna immoti ſtant rata verba Dei.
Panomphæus Idem, Sola panomphæo carmina digna Deo.
Simplex in eſſentia. Mich. Ang. Tergeminus, ſimplexq; Deus perpellit, & vrget.
Munificus Theodoritus, Munificus ac liberalis Deus infundit.
Inſpectabilis Idẽ, Qui enim videri nõ poteſt, inuiſibilis appellatur, ac inſpectabilis.
Inacceſſus Idem, Inacceſſus verò aliter Deus atq; infinitus.
Incorruptibilis. Idem, Idem incorruptibilis vocatur, & immortalis.
Bonus Idem, Bonus igitur eſt Deus, Profectò bonus eſt.
Illapſus Heſſus, Et ſerua illapſum pectore & ore Deum.
Magnus Aluarus, Se ſciat in magnum tela mouere Deum.

## D I A.

*Inſula eſt in mari Tyrrheno, quæ alijs nominibus Naxos & Strongilos vocatur.*

Breuis Ouid. Qui breuis æquoreis Dia Feritur aquis.

## D I A N A.

Delia Verg. in Buc. Notior vt iam ſit canibus non Delia noſtris.
Dictynna Seneca, Inq; auxilium Dictynna tuum precioſa ſonent æra Corinthi.
Lucina Verg. in Buc. Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.
Caſta Bapt. Pius, Sume ſinus Caſtæ, ſed caſtior ipſa, Dianæ.
Triuia Verg. lib. 6. Iam ſubeunt triuiæ lucos, atq; aurea tecta.
Cuſtos nemorum. Idem lib. 9. Aſtrorum decus, & nemorum Latonia cuſtos.
Cultrix nemorum. Idem li. 11. Alma tibi hanc nemorum cultrix Latonia virgo.
Scythica Lucan. lib. 1. Et Taramis Scythicæ non mitior ara Dianæ.
Mycenæa Idem lib. 6. Parua Mycenææ quantum ſacrata Dianæ.
Integra Horat. lib. 4. Carm. Notus & integræ Tentator Orion Dianæ.
Montium cuſtos. Idem, Montium cuſtos, nemorumq; virgo.
Triformis Idem, Ter vocata audis, adimisq; letho Diua triformis.
Eilithya Idem in Car. ſæcul. Rite maturos aperire partus Lenis Eilithya tuere.
Studioſa pharetræ. Hom. apud Gell. li. 9. Montib. it qualis ſtudioſa Diana pharetræ.
Honeſta Idem, Oblectamenta in venando Dianæ honeſtæ dicit.
Succincta Ouid. lib. 3. Eleg. Talia pinguntur ſuccinctæ crura Dianæ.
Dea ſyluarum. Idem lib. 3. Met. Hic dea ſyluarum venatu feſſa ſolebat.

Pharetrata



Pharetrata Stat. lib. 1. Theb. Palladis armiſonæ, pharetrataq; ora Dianæ.
Iaculatrix Ouid. lib. 5. Met. Pallada nonne vides, iaculatricemq; Dianam.
Latonigena Idem lib. 6. Et date Latonæ, Latonigenisq; duobus.
Torua Idem ibidem, Et nondum toruæ Calydon inuiſa Dianæ.
Latois Idem lib. 8. Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Oreſtæa Idem lib. 15. Sacraq; Oreſtææ, gemitu quæſtuq; Dianæ.
Conſors Phœbi. Idem lib. 3. de Ponto, Conſortem Phœbi gens colit illa deam.
Incinctæ Idem in Epiſt. Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere Dianæ.
Agilis Idem, Sic tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit.
Animo Idem, Parce mouere feros animoſæ virginis arcus.
Sancta Idem, Sanctæ præſente Dianæ Eſſe tuam vinctam numine teſte fidem.
Thoanthæa Idem in Ibin, Quiq; Thoanthææ taurica ſacra deæ.
Verecunda Idem ibidem, Quiq; verecundæ ſpeculantem membra Dianæ.
Pulchra Iuuen. Sat. 10. Pulchra gaudet Latona Diana.
Venatrix Idem Sat. 13. Per calamos venatricis, pharetramq; puellæ.
Epheſia Plin. lib. 14. Nat. Hiſt. Scalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur, &c.
Magneſia Vitruuius. Sed magneſiæ Dianæ.
Arcitenens Seneca, Iuſtior nunquam focis datus tuis eſt ſanguis arcitenens dea.
Latonia Verg. lib. 9. Et nemorum Latonia cuſtos.
Innupta Stat. lib. 7. Theb. Omen & innuptæ vetus excitat ira Dianæ.
Potens nemorum. Idem lib. 9. Virgo potens nemorum.
Nemoralis Idem, Quid in noſtris nemoralis Delia ſyluis.
Mitis Idem, Per te maternos mitis Dictynna labores.
Niuea Idem, Aſpicit, & niueæ ſaxum maduiſſe Dianæ.
Mænalia Stat. lib. 13. Agmina Mænaliæ ducit comes orba Dianæ.
Montiuaga Idem in Achill. Littora multum Montiuagæ dilecta deæ.
Auentina Prop. lib. 4. Phyllis Auentinæ quædam eſt vicina Dianæ.
Tyburtina Mart. lib. 6. Si Tyburtinæ creſcat tibi ſylua Dianæ.
Piſæa Val. Flac. lib. 2. Templaq; Piſææ mergunt obliqua Dianæ.
Lucifera Idem lib. 7. Tu face luciferæ citus ad delubra Dianæ.
Clara Idem lib. 5. Hinc claræ Proſerpina iuncta Dianæ.
Candida Claud. Candida Parrhaſij poſt hanc regina Lycæi.
Latoia Mart. Cap. Pallas coruſca, ac decens Latoia.
Vaga Sidon. Phæbi laudibus & vagæ Dianæ.
Segeſtana Cic. lib. 5. de Orat. De Segeſtana Diana, de Syracuſarum ſitu diximus.
Omniuaga Idem lib. 2. de Nat. deor. Diana, inquit, multiuaga dicta eſt, non, &c.
Aſpera Seneca, Frater virginis aſperæ.
Inuiolata Pont. Palladis armiſonæ chorus, inuiolataq; Deli Virgo.
Syluipotens Idem, Syluipotens dea, Syluicolis dea cognita Nymphis.
Mænalis Idem, Virginitas tua Cydippe, tua Mænali diua.
Montanicula Idem, Pan montaniculæ captus amore deæ.
Domina nemorum. Idem, Et nemorum dominæ, ſyluicolęq; deæ.
Syluicola Calent. Quæ tibi ſyluicola ferta Diana feram.
Monticola Polit. Monticolam traxiſſe deam.
Sagittifera Stroz. fil. Nulla ſagittiferę dilectior ara Dianæ.
Nemoroſa Pacificus, Arma deę pones nemoroſæ ad templa Dianæ.
Nemoriſſequa. Crinit. Hunc adſint nemoriſſequę Nymphæ cum Satyris leues.
Decora Adr. Car. Sponda ſe media locat Diana, Gemmis, ſplendidulis decora virgo.
Ortygia tanquam Delia. Mant. Hinc molles illa Ortygię ſacrata Dianæ.
Euxina, boni hoſpitij. Idem, Delphica, & Euxinę crudelia ſacra Dianæ.
Faſcelis Ricardus Barthol. Quis Scyta vel ſæuæ Faſcelidos ara Dianæ.

Amazon,

Amazon, armis Amazonum munita. Idem, Nec Amazonos ara Dianæ.
Taurica Fauſtus, Humano quid Taurica ſanguine gaudens Cynthia.
Pergæa, à Perga Pamphilæ oppido, in quo templum habuit inſigne.
Tergemina, à triplici ptãte. Auſon. Tergemina eſt Hecate, tria virginis ora Dianæ.
Enodia, quòd ſit viarum præſes. Enodion enim Græci appellant, quod eſt in via.
Syluestris Ioannes Sapidus, Quàm bene ſyluestri cum lectis eſſe Dianæ.
Pharetrigera. Bap. Pius, Hæq; deæ placuit diua pharetigeræ.
Intemerata Hom. apud, Gell. Talibus in famulis virgo intemerata decebat.

DIADEMA.

Sceptriferum. Mart. Capell. Nectis ſceptrifero ſub diademate.
Inſigne Pont. Eleuate inſigni cultam diademate frontem.
Conſpicuum. Thomas Rad. Ditiſſimum diadema, regioq; nitore conſpicuum.
Nobile Sabell. Cui nobile flauum Præcinxit diadema caput.
Regale Quint. Regali ipſe caput tuum ornaui diademate.
Nitidum Mant. Ipſe tenens ſceptrum, & nitido diademat fulgens
Coruſcum Idem, Quis precor, ille manu geſtans diadema coruſcum?
Fuluum Idem, Cui frons diademate fuluo Cincta erat.
Coruſcans Cimbriacus, Ac capiti impoſitum gemmis diadema coruſcans.
Puniceum Idem, Supereſt, cui nos donauimus olim Puniceum diadema, nepos.

DICACITAS.

Tinnula Apul. lib. 1. Scitum eſt cauilum, nam dicacitas tinnula.
Scurrilis Suet. in Tit. Veſp. Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis &c.
Importuna Crinitus, Importunam præterea dicacitaté æquiſſimo animo tulerit.
Vernilis Idem, Solebant uarios iocos uernili quadam dicacitate admittere.

DIDO.

A Sidone vrbe Phœniciæ profecta. Eliſa proprium ei⁹ nomé, poſt Dido dicta.

Sidonia Verg. lib. 1. Aenei. Hic tẽplũ Iunoni ingens Sidonia Dido Condebat.
Pulchra Idem lib. 4. Ipſa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.
Diues Stat. lib. 3. Syll. Attulit Iliaco dum diues Eliſa marito.
Infelix Verg. lib. 4. Aen. Infelix Dido, nunc te fata impia tangunt.
Candida Idem lib. 5. Quem candida Dido eſſe ſui dederat monimentum, & pignus amoris.
Sidonis Auſon. Et Tisbe & Canace, & Sidonis horret Eliſa.
Miſerabilis Ouid. lib. 3. Faſt. Arſerat Aeneæ Dido miſerabilis igne.
Sanguinolenta. Idem, Squallenti Dido ſanguinolenta coma.
Miſera Idem lib. 2. Eleg. Iam pius Aeneas miſeræ reſcripſit Eliſæ.
Profuga Syll. lib. 2. Atq; ea dum profugæ remis agitantur Eliſæ.
Aduena Idem lib. 4. Mos fuit in populis, quos condidit aduena Dido.
Tenera Pont. Impleuitq; vterum teneræ leue pondus Eliſæ.
Furiata Politian. At Phœniſſa rogum ſæuo furiata dolore, Incendet moritura.

A Tyria Aſię vrbe, vbi Pygmalion Didonis frater principatus eſt.

Tyria Calent. Quis Tyriam Dido, quis Phillida neſcit amantem.
Lachrymoſa. Idem, Lachſymoſam in vulnera Dido Iniicis.
Phœniſſa, oriunda ex Phœnicia. Verg. lib. 1. Aen. Hunc Phœniſſa tenet Dido.

DIES.

Aeſtifer Verg. de Roſa, Aeſtiferum ſuadens anticipare diem.
Lætificus Idem dies Lætificusq; dies erat omnibus æthere puro.
Clarus Luc. lib. 9. Sic neq; clara dies, neq; nox dabit atra quietem.
Volucer Horat. lib. 3. Carm. Sentis, ac veluti ſtet volucris dies.
Almus Idem lib. 4. Et Almum Quæ rapiti hora diem.
Nitidus Ouid. lib. 1. Metam. Sub nitido mirata die.
Lucidus Seneca, Heſparia Thetis lucidum attollet diem.
Candidus Ouid. lib. 5. Faſt. Candida lucifero preueniente dies.
Formoſus Idem in Epiſt. Somnia formoſo candidiora die.

Splendens



Splendens Syll. lib. 12. Et ſplendente die nouus emicat.
Purus Claudia. Nondum pura dies tremulis vibratur in vndis.
Ambroſius Mart. Capella, teſtata ambroſium ſplendificat diem.
Innubis ſine nube. Seneca, Qualis innubis dies Emicat.
Purpureus Idem, Quaq; purpureus dies Vtrumq; clara ſpectat Oceanum rota.
Inſtabilis Pont. Et morbi vitiant, inſtabiliſq; dies.
Roſeus Idem, Fulſiſſet roſeus dies repente.
Pronus Marull. Et pronos miſeri reſpicimus dies.
Rapidus Codrus Vrceus, Feſtinat rapidos ante iuuenta dies.
Phœbeus Pamph. Sax Phœbeum quæ volat ante diem.
Velox Conrad. Corroſit en velox dies.
Rubicundus Mont. Spargere ſe rubicunda dies.
Celer Crinitus, Carpamus celerem diem.
Nitens Quintian. Nunc qua nitentem Phœbus inducit diem.
Puniceus Baptiſta Pius Quum dea puniceum prouocat orta diem.
Serenatus Idem, Ora ſerenato fulgidiora die.

DIGITI.

Teretes Ouid. lib. 1. de Arte, Et teretes digitos, exiguumq; pedem.
Impares Plinius lib. 10. Ore rubicundo, digitis imparibus.
Eburni Propert. lib. 2. Syn. Colyre carmen digitis percuſſit eburnis.
Molle Claud. Digitis attentat mollibus arcum.
Molliculi Thomas Rad. Apprehenſis molliculis digitis.
Roſei Strozius pater, Hinc roſeis digitis habilem tibi finge coronam.
Subtiles Architren. Subtiles patula digitos manus extrahit.
Dociles Bap. Pius, Melliflua dociles digiti non voce minores.
Niuales Idem, Dulce melos digitis Leonora niualibus vrges.
Cognati roſis Muſæus, Cognatoſq; roſis digitos premit.
Micantes Mant. Gemma humeros non vna tegit, digitoſq; micantes.

DILATIO.

Spacioſa Apuleius lib. 11. Spacioſa dilatione adhærebat anſa.
Languida Idem lib. 10. Dilatione languida paſſus marceſcere.
Pigra Architren. Aſperitas quam pigra parit dilatio recti.

DILVVIVM.

Vagum Conradus, Luctari pauidos conſpicere diluuio vago.
Deucalionæum. Bap. Pius, Deucalionæa non minor illuuie.

*DINDYMA.*

*Montes ſunt Phrygiæ, in quibus colebatur Cybele, quæ propterea vocatur Dindymene.*

Vlulantia, quoniam illic fiebant ſacra Cybeles cum vlulatu plurimo. Val. Flac. li. 3. Si vocet, & moris vlulantia Dindyma ſacris.
Alta Vergilius, Ite per alta Dindyma.

*DIOGENES.*

*Philoſophus fuit contemptor humanarum diuitiarum. Habitabat in portarum veſtibulis, & ciuitatum porticibus. Torquebat ſe in dolio, quod hyeme vertebat in meridiem, æſtate ad ſeptentrionem, & quæcunq; ſol ſe inclinauerat, volubilem conuertebat domum. Quotidie cibum emendicabat. Ad eum quum acceſſiſſet* Alexander, *rogaſſetq; an re aliqua indigeret, Nulla, inquit ille, niſi vt ſolem quo apricor, non occupes. Quod videns Macedo, Diogenes, Inquit,* Lepidum Diogenis dictum. *eſſe vellem, niſi* Alexander *eſſem. Vtebatur pallio duplici aduerſus iniuriam frigoris. Adiuuabat gradum baculo, ob corporis imfirmitate Moriens iuſſit, vt corpus ſuum feris obijceretur.*

Cynicus, cauillis mordax, vt eſt canis dentibus. Horat. Mordacem cynicum ſic eludebat.
Animo fixus. Architr. Diogenes animos fixus, ſed mobilis æde.
Sinopeus Ouid. lib. 1. de Ponto, Non doluit patria cynicus procul eſſe Sinopeus.

DIO-

*DIOMEDES.*

*Hic Diomedes rex fuit Aetoliæ, Tidei & Deiphiles filius, Græcorum fortiſſimus. Qui in bello Troiano congreſſus eſt Aeneæ, & Venerem ipſam læſit.*

Aetolus  Stat. in Achilleid. Ithacumque humeris excedere viſus, Aetolumque ducem.
Tydides  Verg. lib. 1. Aen. O Danaum fortiſſimè gentis Tydide.
Impius, propter Venerem læſam Verg. lib. 2. Aen. Impius ex quo Tydides.
Fortis  Horat. lib. 1. Serm. Qui locus a forti Diomede conditus olim.
Oenides  Ouid. lib. 14. Hactenus Oenides Venulus Calydonia regna.
Calydonius Stat. in Achil. Sordet vulgus Calydonius heros.
Aetolius  Ouid. lib. 14. Vires Aetolius hero Excuſat.

*DIOMEDES.*

Diomedes alter.

*Hic fuit rex Thracum ſanguinolentus, qui equos ſuos, hoſpitum, quos interficiebat, carne & ſanguine paſcebat. Sed poſtea ab Hercule equis ipſis datus eſt in pabulum. Ouid. Quique ſuis homines pabula fecit equis. Architren. Veniat clementia præceps In Diomedis equos.*

Thrax  Ouid. lib. 9. Quid cum Thracis equos, humano ſanguine pingues.
Biſtonius, à Biſtoniis populis Thraciæ. Luc. lib. 2. Vidit Biſtonij ſtabulis pendere tyranni.
Crudus  Ouid. in Epiſt. Non tibi ſuccurrit crudi Diomedis imago.
Geticus  Stat. lib. 6. Theb. Getici pecus hic Diomedis.
Sanguineus. Claud. Diraq; ſanguinei vertit præſagia regis.
Cruentus  Seneca, Si quis Iſmarios greges Thracis cruenti vindicat.
Immanis  Remaclus, Rex ferus immani non Diomede minor.
Immitis  Boetius. Victor immitem poſuiſſe fertur Pabulũ ſæuis dominum quadrigis.
Impius  Ouid. Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis Impius humano viſcere pauit æquos.
Threicius  Mant. Threicio facinus potuit ſuadere tyranno.
Aſper  Idem, Aſper vt horrenda cumulans præſepia cæde Semineces artus hominum.

*DIONE.*

*Hanc poetæ faciunt Oceani & Thetios filiam, matremq; Veneris, & pro ipſa Venere accipiunt.*

Iſthmia, quòd Corinthi coleretur. Statius libro 2. Syll. Quiſquis collibus Iſthmiæ Diones.
Latia, quæ colebatur in Latio. Idem lib. 2. Syll. Cedat equus Latiæ qui contra templa Diones.
Blanda  Capella, Iam nunc blanda melos carpe Dione.
Aurea  Marullus, Chariteſq; circum & Dionem auream.
Pulchra  Stroz. pater, Nam tutum præſtabit iter tibi pulchra Dione.
Laſciua  Mirandula, Compeſcit Cererem, laſciuæ & furta Diones.
Turpis  Mant. Omnia dat turpi Muſis loca ſacra Dionæ.
Therapnæa Feretrius, Celſa therapnçæ luſtrentur templa Diones.
Fœminea  Fauſtus, Fœmineæ vmbilicus ſedes natiua Diones.

DIONYSIVS.

Sacrilegus  Mantuan. Quique Deum manibus rapiens pendentia dona, Sacrilegus, &c.
Siculus  Strozius pater, Auratas veſtes Siculi non more tyranni.

*DIPSAS.*

*Serpens eſt minor vipere, ad inferendam tamen perniciem celerior multò. Nam quos momordit ſiti inardeſcunt vehementius, ad potumq; efferueſcunt adeò, vt paulo pòſt moriantur. Vnde*





*& à naturæ ratione ei nomen inditum, δίψα enim Græcè, ſitis dicitur Latinè. Eius cauda duabus diſtinguitur lineis nigris, quum ſit alba, corpore quoque reliquo albicante. Dioſcorides de ea ſic inquit, Quos dipſas percuſſit, intolerabilis ardor premit ſitiſq; vſque eò pertinax, vt ſatiari non poſſit, ac ſine vlla intercapedine excruciet. Et ſi potum affatim attrahant, illico in eandem ſitim relabuntur. ijs verò qui per initia non hauſerint, ſimile quiddam prorſus accidit.*

Torrida  Luc. 9. Et torrida dipſas. Et grauis in geminum ſurgens caput Amphyſibœne.  Ab effectu, quòd torreat & ſitim inducat.
Torta  Idem, Torta caput retro dipſas calcata momordit.
Rapida  Syll. lib. 3. Quippe atro rapidas afferueſcente veneno Dipſadas.
Venenoſa  Stroz. pat. Dira venenoſæ dipſados effigies.
Aquatica  Textor, Non adeò feruet. quem læſit aquatica dipſas.

*DIRCE.*

*Dirce fuit vxor Lyci regis Thebarum, quæ quum Antiopam ſuſpectam haberet adulterij cũ Lyco marito ſuo, eam cathenis ligatam multis affecit moleſtijs. Quam iniuriam poſtea ſæuiſſimè vindicarunt Zetus & Amphion, Antiopæ filij. Dircen enim equinæ alligarunt caudæ: ſed poſtea deorum commiſeratione, verſa eſt in fontem eiuſdem nominis.*

Cadmæa  Lucan. lib. 3. Fatidica Cephiſos aqua, Cadmæaq; Dirce.
Iſmenis  Seneca, Si profugus Dircen Iſmenida liquerit hoſpes.
Sonora  Stroz. fil. Pyrenes, Dirceſq; ſimul fremit vnda ſonoræ.
Cærura  Stat. lib. 1. Theb. Cærula quum rubuit Lernæo ſanguine Dirce.
Anguſta  Idem, Anguſtæ ſquallentia iugera Dirces.
Aonia  Idem lib. 4. Fugit & Aoniæ celſo ſtetit aggere Dirces.
Cadmeia  Mant. Quicquid habet Delos, quicquid Cadmei Dirce.
Antiqua  Mant. Poſcis & antiquæ me regna reuiſere Dirces.

DISCIPLINA.

Illuſtris  Colum. Vir illuſtribus diſciplinis eruditus.
Tetrica  Liuius, Inſtructũ non tam peregrinis artibus, quàm diſciplina tetrica.
Vigil  Mant. Diſciplina vigil, ſanctiq; induſtria patris.

DISCORDIA.

Demens  Verg. lib. 6. Aen. Ferreiq; Eumenidum thalami, & diſcordia demens.
Effera  Lucan. lib. 6. Effera Romanos agitat diſcordia manes.
Exitiabilis  Suet. Lycus ob exitiabiles inter ſe diſcordias libertatem ademit.
Ferox  Syl. lib. 16. Hominumq; ferox diſcordia ferro Demet.
Comes regnis. Stat lib. 1. Theb. Socijſq; comes diſcordia regnis.  Diſcordia venenum ciuitatis.
Nutrix belli  Claud. Nutrix diſcordia belli, Imperioſa fames.
Parens belli  Pont. Et bellum, belliq; parens, diſcordia & iræ.
Sitibunda cruoris. Mirã. Sitibunda cruoris, Præcurritq; rotas ſciſſo diſcordia crine.
Flagrans  Mant. Cœlicolas egit flagrans diſcordia ciues.
Præceps  Crinit. Extemplo præceps diſcordia ſurgit.
Pernicioſa  Cic. de aruſpicũ reſponſis, Pernicioſis optimatiũ diſcordijs excitari.

DISCRIMEN.

Sæuum  Syll. lib. 5. Primores iuuenum ſæua ad diſcrimina Martis.
Anceps  Frontinus, Recedere ab ancipiti diſcrimine.
Lethale  Claud. Diſcrimen lethale ſubit.
Durum  Stroz. pat. Tertius in duro poſitum diſcrimine lethi.
Dirum  Stroz. fil. Ipſe ego dira magis ſoſpes diſcrimina vincam.

*DISCVS.*

*Diſcus erat ludus, quo pueri exercebantur in gymnaſiis. Iaculabantur enim maſſam quandã aut ferream aut plumbeam in ſublime, vt experirentur ſuas vires. Capitur etiam pro eſcario vaſe, in quo reponuntur carnes, & alia cibaria.*

Latus  Ouid. lib. 10. Splendeſcunt, latiq; ineunt certamina diſci.
Oebalius, id eſt, Spartanus, Stat. lib. 5. Syl. Illic Oebalio non finderes aera diſco.

Spartani, id eſt Lacedæmonij, Palæſtra clari.

Spartanus  Mart.lib.13.Splendida quum volitent Spartani pondera diſci.

## DISSENSIO.

Armigera  Vitruuius,Non erit inter ciues armigera diſſenſio.
Turbulenta  Lactan.Diſſenſionesq; turbulentæ ac peſtiferæ ſopiantur.

## DISSIDIVM.

Perniciale  Lucr.lib.1.Quod nunquam ſine perniciali Diſſidio potis eſt ſeiungi.
Turpe  Mant.Studia in contraria turpi Diſſidio rapitur.

## DITHYRAMBI.

Verſus facti in honorẽ Bacchi, cuius poetę muſto afflati, furebant.

Audaces  Horat.lib.4.Car.Seu per audaces noua dithyrambos Verba.

## DIVITIAE.

Improbæ  Horat.lib.3.Carm.Scilicet improbæ Creſcunt diuitiæ.
Miſeræ  Idem lib.2.Serm.Habemus vtrumq; Diuitias miſeras.
Regales  Idem lib.1.Epiſt.Diuitiæ poterunt regales andere maius.
Potentes  Stat.lib.5.Syl.Arabumq; potentes Diuitias mallet.
Inuidioſæ  Thom.Rad.Sine inuidia inuidioſæ reddidere diuitiæ.
Opimæ  Marull.Verſantem nunc diuitijs attollit opimis.
Diuites  Anacreon,Non mi cupio aurum,non diuites diuitias.

Supinũ introducentes ortũ.

Supinæ  Ammonius,Has nam diuitias puto ſupinas.
Luculentæ  Plaut.in Rud.Diuitias tu quidem habuiſti luculentas.
Molles  Iuuen.Sat.6 Et turpi fregerunt ſecula luxu Diuitiæ molles.

## DOCTRINA.

Laborioſa  Apul.Studiorum meorum laborioſa doctrina ibi deſeruiebat.
Senilis  Mant.Vtile doctrinis præbere ſenilibus aures.

## DODONA.

Fuit Epyri ſylua Ioui ſacra, ĩ qua arbores vocales fuiſſe dicuntur.

Ferax  Priſc.Ad Zephyrum regio Dodones lata feracis.
Glandifera  Stroz.filius,Glandifera inuentis Dodone ceſſit Ariſtis.
Celſa  Claud.Celſaq; Dodone ſtupuit,rurſusq; ſecutæ.
Vetus  Mant.Sylua vetus Dodona timet.

## DOLIVM.

Picatum  Cato,Conculcatos in dolia picata indito.
Spumans  Col.Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Dulce  Horat.Et horna dulci vina promens dolio.
Fictile  Vitru.Fictilibus dolijs ita ſonantibus electis.
Cauum  Ouid.in Ibin,In caua lethæas dolia portat aquas.
Rimoſum  Iuuen.Sat.6.Semper aquam portes rimoſa ad dolia.

## DOLONES.

Tela bellica.

Teretes  Syll.lib.3.Nec tereti dextras in pugnam armate dolone.
Horrifici  Quint.Machina,& horrifici ligno fallente dolones.
Sæui  Verg.lib.7.Sæuosq; gerunt in bella dolones.

## DOLON.

Nomen proprium viri Troiani.

Antiquus  Verg.lib.12.Antiqui proles bello præclara Dolonis.
Imbellis  Oui.li.13.Met.Conferat his Ithacus Rhœſum, imbellemq; Dolonã.

## DOLOR.

Crudelis  Verg.in Battarum,Cur ego crudelem patior tam ſæpe dolorem.
Grauis  Idem de Liuore,Teſtatur gemitu graues dolores.
Sæuus  Idem lib.1.Aen.Nec dum etiam cauſæ irarum,ſæuiq; dolores.
Acer  Idem lib.7.Stetit acri fixa dolore.
Intolerabilis  Fauſt.Sed premit humanos dolor intolerabilis æſtus.
Querulus  Ouid.lib.3.Triſt.Et nunquam queruli cauſa doloris abeſt.
Mœſtus  Idem lib.4.Triſt.Detq; tuis mœſti ſigna doloris amor.
Infelix  Idem,Inducet infelix arma coacta dolor.
Sollicitus  Idem lib.3.de Arte,Iurgiaq; & rixæ ſollicitusq; dolor.

Vlulans



Vlulans  Syll.lib.7.Iacent portis vlulante dolore.
Vndans  Idem lib.8. Vndantes ægro frenabat corde dolores.
Inſanabilis  Quint.lib.6.Inſtitut.Functa inſanabilem attulit marito dolorem.
Crudus  Stat.li.3.Theb.Turpe gemens,crudosq; vetat ſentire dolores.
Rabidus  Idem lib.6.Si damnis rabidum queat exſaturare dolorem.
Aeger  Idem lib 2.Syl.Aegrumq; dolorem Libertate doma.
Dirus  Idem,At diri ſocium comitemq; doloris Si Merui.
Miſer  Idem lib.5.Syl.Fundere & incomptæ miſerum laudare dolorem.
Argutus  Proper.lib.1.Iuſſa neq; arguto facta dolore queri.
Memor  Tibul.lib.4.Quum memor accitos ſemper dolor admonet annos.
Fletifer,à me dicitur dictione Auſonij.
Grauidus fletu.Sidon.lib.4.Dolor fletu grauidus accendit.
Acerbus  Stroz.fil.Accendit gemitus,& acerbo verba dolori.
Intolerandus Cic.act.6.in Verr.O magnum,atq; iutolerandum dolorem.
Aſper  Idem in 2.Quæſt.Tuſc.Sic vrgentibus aſperis & odioſis doloribus.
Inconſolabis.Idem li.4.Epiſt.Eſt omninò vix conſolabilis dolor.
Inteſtinus  Idem,Quid eſt quod tantopere te commoueat tuus dolor inteſtinus.
Frendens  Seneca,Metus pauorq;,funus & frendens dolor.
Malus  Idem,Et diras mali doloris artes.
Auidus  Idem,Et amplexu vltimo auidos dolores ſatio.
Ardens  Idem,Tandem quod ardens ſtatuit vlciſci dolor.
Segnis  Idem,Compreſſa metu, ſegnisq; dolor.
Acutus  Pont.Vulnera queis,gemitusq;, & acuti in corde dolores.
Ingratus  Idem, Ingrato corda dolore Leuat.
Veſanus  Marull.Sume animos,nec te veſano trade dolori.
Inſanus  Idem, Tu tamen inſanos animo ſuperante dolores.
Inquies  Idem,Quò non metus,non inquies penetrat dolor.
Lachrymoſus Stroz.pater,Lachrymoſi plena doloris.
Amarus  Idem,Quod ſi nec cœlum,nec amaro terra dolori Subuenit.
Indomitus  Idem,Nunc ars indomito victa dolore perit.
Trux  Stroz.filius,Sedauitq; truces hac voce dolores.
Rapidus  Maph.Vegius, Imbre trahens duros gemitus,rapidosq; dolores.
Violentus  Pamph.Saxus,Imo dolor crucians, nimium violentus & acer.
Atrox  Idem,Me dolor anget Atrox.
Gemebundulus.Conr.Suſpirans gemebundulo dolore.
Triſtis  Salm.Hinc triſtis dolor,& variorum cauſa laborum.
Diſcors  Pacificus,Et ardet Inſanæ diſcors in ſua facta dolor.
Flebilis  Quint.Nil conqueraris, flebilis ceſſet dolor.
Sæuiens  Idem,Sæuiem Summum dolor,Deum micantis & poli Regem premit.
Funebris  Idem,Nolite,flere,funebris ceſſet dolor.
Affligens  Idem, Accreuit imo pectore affligens dolor.
Impius  Idem,Doloris impij molem vide.
Saxeus  Idem,Diſtorta labra ſaxeus torquet dolor.
Erodens  Idem,Iraq; & erodens dolor,& rabioſa cupido.
Impatiens  Glar.Sæpius impatiens prendidit oſſa dolor.
Loquax  Franc.Petr.Eſt dolor vſq; loquax.
Inardeſcens Mant.Inardeſcẽs dolor inteſtina,piãq; Crudeli laniatu aĩam diſcerpit.
Anxius  Idem,Cura vigil,labor,oſſa domans, dolor anxius omnem.
Tabificus  Idem, Cor deuotum ſine fine dolori Tabifico.
Implacabilis Idem, Miſeram dolor implacabilis dolor haurit.
Improbus Idem,Improbam exhaurit miſeram dolor.
Peruigil  Corn.Gall.Nam tibi peruigiles impendunt ſæpe dolores.

P 2  Aridus

Aridus — Plaut.in Sticho, Aridi dolores mihi oboriuntur quotidie.
Funereus — Bap.Pius, Peſtis atrox luctus, funereuſq; dolor.
Infandus — Verg.lib.2. Aen. Infandum regina iubes renouare dolorem.
Iniucundus — Mant. Vt labor obluctans, iniucundiq; dolores.

DOLVS.

Turpis — Verg.in Cyri, Nunc etiam confiicta dolo mendacia turpi.
Malus — Gell. Fucum non facies dolo malo.
Occultus — Tibull.lib.1. Sit deus occultos qui vetat eſſe dolos.
Implexus — Seneca, Nodoſa fortis verba & implexos dolos.
Callidus — Idem, Iamiam tenemus callidi ſocios doli.
Cautus — Idem, Intrant fraudes, cautiq; doli.
Peruigil — Pont. Liuor & exanguis, peruigileſq; doli.
Illaqueans — Thom.Rad. Metus anhelans, dolus illaqueans.
Hoſtilis — Marul. Ceperat hoſtili percitus arma dolo.
Vafer — Conr. Doliſq; pectora fert ſua plena vafris.
Compoſitus — Pacificus, Compoſitus nemo qua fuit arte dolus.
Prophanus — Quint. Prophano proditor fiet dolo.
Sceleſtus — Idem, Vah, qui ſceleſtis dæmonum quondam dolis.
Fictus — Idem, Aſtu nephando finxit & fictis dolis.
Circæus, à Circe venefica. Mant. Blandula Circæis inſidioſa dolis.
Falſus — Calent. Et capiunt falſo credula turba dolo.
Fallax — Idem, At mihi fallaces tum patuere doli.
Conſutus — Plaut.in Amph. Aduenisti audaciæ columen conſutis dolis.
Tacitus — Fauſtus, Nil tacito quæſita dolo victoria dorat.
Faſticius — Plaut.in Mil. Et nos faſticijs fabricis & doctis dolis.
Varius — Bap.Pius, Illa parat vario corda tenere dolo.
Laſciuus — Architr. Veneris minus apta rapinis, Laſciuiſq; dolis.
Bilinguis — Idem, Clauſiſſe bilingues Ingenioſa dolos.
Nocturnus — Propert.lib.4. Et mea nocturnis trita feneſtra dolis.
Tectus — Tibull.lib.4. Fallat eum tecto chara puella dolo.

DOMINA.

Grata — Augur. Aut quid leuibus accipimur blanditijs gratæ dominæ
Emax — Ouid.lib.1.de Arte, Inſtitor ad dominam veniet diſtinctus emacem.
Pulchra — Polit. Torquebat pulchra dum miſer à domina.
Fallax — Propert.lib.2. Fallaci dominæ iam pudet eſſe iocum.
Rapax — Tibul.lib.2 Illa malum facinus ſuadet, dominamq; rapacẽ Dat mihi.
Superba — Dardanus, Nam mihi non viuo, domine ſed viuo ſuperbæ.

DOMINVS.

Superbus — Lucr.lib.2. Continuo Libiæ dominis priuata ſuperbis.

DOMITIANVS.

A Dacijs dominis. Dacius — Iuu.Sat.6. Cũ lance beata Dacius, & ſcripto radiat Germanicus auro.

DOMVS.

Superba — Stroz.pater, Tu ſuperum templis, domibuſq; ornata ſuperbis.
Marmorea — Idem, Altaq; marmoreas ſurgere ad aſtra domos.
Alta — Iuuen.Sat.6. Domibus tunc prorigit altis.
Eximia — Mant. Eximias luxu dilapidante domos.
Aulæata — Mant. Aulæata domus ſtratis Aſſarota ſuperbis.
Ardua — Idem, Ad boream ſublime domus leuat ardua culmen.

DONYSA.

Viridis — Mant. Viridiſq; Donyſe Marmor & Aegypti.

DORCADES.

Fugaces — Mart.lib.10. Nec Dorcas rigido fuga leoni.

Leues



Leues — Marull. Quæ iaculo leues miſſo figere Dorcades.

DORIS.

*Doris, dicitur Nympha maris, Oceani, & Tethios filia, Et quandoq; pro mari ſolet accipi, ſicut Nereus, qui eiuſdem maritus fingitur.*

Amara — Verg.in Buc. Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.
Cærula — Ouid.li.13. At mihi cui pater eſt Nereus, quã cærula Doris Enixa eſt.
Spumoſa — Stat.lib.3.Syll. Surgite de vitreis ſpumoſæ Dorides antris.
Glauca — Idem lib.4.Syll. Et Chios, & glauca certantia Doride ſaxa.
Diffuſa — Sidon. Dorida diffuſam premeret Ptolemaide gaza.
Neptunia — Mant. Latius extendit fluctus Neptunia Doris.
Formoſa — Propert.lib.1. At vos æquoreæ formoſa Doride natæ.
Grandæua — Polit. Lætantur, Nereuſq; pater, grandæuaq; Doris.
Cærulea — Pamph.Saxus, Ceruleæ verſus mediam nunc Doridis aulam.
Vagans — Sabel. Inſula, quam Dorim infuſam, lateq; vagentem.
Diffluа — Mich.Ang. Ne diffluа Doris Telluri diffundat aquas.
Humida — Mant. Proteus & Triton pater, Aeolus, humida Doris.
Auricoma — Barthol. Et quas auricoma produxit Doride Nereus.
Aequorea — Bap.Pius, Qualis in æquorea Doride palla decet.
Spatioſa — Mant. Atq; Sardoi ſpacioſa ponti Doris.

DRACO.

Squamoſus — Verg.lib.4.Georg. Squamoſuſq; draco, & fulua ceruice laæna.
Immanis — Conrad. Triſtis immanem peperit draconem.
Indicus — Apul.lib.11. Hinc dracones Indici, inde gryphes Hyperborei.
Criſtatus — Ouid.lib.4.Met. Lubrica perducent criſtati colla draconis.
Auidus — Idem lib.7. Hoſtibus aut auido dabitur fera præda draconi.
Inſopitus — Idem, Terrigenaſq; feros, inſopitumq; draconem.
Cæruleus — Idem lib.12. Serpere cæruleum Danai videre draconem.
Volucer — Idem lb.7. Ne fruſtra volucrum tractus ceruice draconum.
Titaniacus — Idem, Hinc Titaniacis ablata draconibus intrat.
Viridis — Stat.lib.2.Theb. Fulminis extremi cineres viridumq; draconum.
Tortus — Mart.lib.7. Aurea cui torto virga dracone viret.
Sæuus — Val.Flac.lib.1. Aut curru ſæuos frenaſſe dracones.
Aliger — Idem lib.7. Vt aligeri Circen rapuere dracones.
Maculoſus — Ruffus Feſt. Tempora deculcat maculoſi prona draconis.
Flexus — Idem, Prima tibi vt flexi torquetur ſpira draconis.
Toruus — Mart.Cap. Et ſpiris toruo nituerunt aſtra draconi.
Maſſylus — Pamph.Saxus, Aurea Maſſyli vincunt quæ poma draconis.
Immitis — Sedul. Mitis in immitem virgo eſt animata draconem.
Intortus — Quint. Erat opprimendum quicquid intortus draco.
Vorticoſus — Idem, Quo vorticoſus ſimplicem matrem draco.
Venenoſus — Mant. Spirans aconita, draconis More venenoſi.
Terribilis — Homerus apud Ciceronem, Vidimus immani ſpecie, tortuq; draconem Terribilem.
Longus — Seneca, Longuſq; torta ſibilat cauda draco.

DRVYDAE.

*Fuerunt autem vetuſtiſſimi Galliæ ſacerdotes, qui in ſyluis degebant nudi. Hi ſolebant publica & priuata curare ſacrificia, religiones interpretari, adoleſcentes diſciplinis inſtruere, rerum naturalium cauſas ſcrutari, de cæde, de finibus, cæteriſq; controuerſiis agnoſcere. Ita, vt ſi quis decreto non ſtetiſſet, eidem ſacrificijs interdicerent. Hominum ſermonem & congreſſum declinabant, ne contagione polluerentur. Vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locum alius ſuffragio ſufficiebatur. Animas credebant non interire, ſed in alia migrare corpora.*

Seueri — Mant. Phœnices, Perſaſq; magos, Druydaſq; ſeueros.

 Sylui-

Syluiuagi Pacificus, Syluiuagi Druydæ primi docuiſſe feruntur.

D R Y A D E S.

Nymphæ ſunt ſyluanæ, nã Drys Græcè arborẽ Latinè ſignificat.

Semideæ Ouid. in Epiſt. Aut quas ſemideæ Dryades, Fauniq; bicornes.
Cultæ Pont. En cultæ Dryades, comptæ quoq; Oreades adſunt.
Formoſæ Idem, Quid fugis, ò formoſa Dryas, qui te puer optat.
Procaces Claud. Defendunt alij lucum, Dryadesq; procaces.

D V C E S.

Cruenti Seneca, Vidi cruentos carcere includi duces.
Belligeri Pont. Belligeri quum fortè ducis ſe ad ſigna recepit.
Honorati Codrus, Inter honoratos quem locat haſta duces.
Bellicoſi Lactantius, Vt fortes bellicoſos duces in deorum cœtum locari arbitrentur.
Cruentati Idem, Dira cruentatos pellit ad arma duces.
Præpotentes Crinit. Quem præpotentes Heſperiæ duces.
Sagaces Mant. Teſtariq; nihil ſine ſe prodeſſe ſagacem Eſſe ducem.
Munifici Fauſt. Munifici repetit ſplendida tecta ducis.
Paludati Iuuen. Sat. 6. Cumq; paludatis ducibus, præſente marito.
Bellici Theodor. Quid ego autem bellicos duces commemoro?
Elati Hieron. Anger. Vendit & elatos purpura lata duces.

D V E L L V M.

Sanguineum Mart. Cap. Quod dux ſanguineo præſulq; coruſca duello.
Forte Stroz. pater, Qui toties auſus forti certare duello.
Incertum Val. Varan. Ira per incerti gladios ruitura duelli.
Dirum Idem, Vix tulerit diri ſitis inſatiata duelli.
Crudum Bap. Pius, Annua qua properant crudi monumenta duelli.

D V L C E D O.

Mellita Apul. lib. 5. Mellita cantus dulcedine mollita conquieuit.
Mollis Guill. Caſt. Ergo loci captus molli dulcedine.
Nectarea Mant. Quæ nectarea dulcedine lactant.

D V M E T V M.

Horridum Marull. Scythiæ horrida Quæ dumeta colunt feræ.
Denſum Mant. Naiades in fontes, denſa in dumeta Napææ.
Aſperum Idem, Deinde per omne nemus, dumeta per aſpera tractus.
Auium Fauſtus, Auia paſcentes inter dumeta capellas.
Florens Mant. Dumeta boues florentia tondent.

D V M V S.

Syluester Verg. lib. 8. Aen. Aurea nunc, olim ſylueſtribus horrida dumis.
Spiſſus Syll. lib. 10. Deprehendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.
Spinifer à nõ dicitur, vt à Cicerone hiſtricis cauda ſpinifera.
Spinoſus Pont. Ergo ſenta iacet, ſpinoſis oblita dumis.
Hirſutus Tho. Rad. Ieiunis ſquallentibus rupibus, hirſutis dumis aſperatur.
Rigidus Franc. Petrar. Et rigidi confingunt tergora dumi.
Denſus Mant. Per cornua denſis Expediunt dumis immani corpore ceruos.
Acutus Barthol. Arma inter ſyluas, & acutos ſumere dumos.
Amans ardua Verg. lib. 3. Georg. Horrentesq; rubos, & amantes ardua dumos.
Silens Idem lib. 9. Dumisq; ſilentibus errat.
Excelſus Idem in Culice, Excelſisq; ſuper dumis.

D V R I C I E S.

Adamantina Plin. lib. 26. Colorem & figuram habet adamantinę duriciei.
Acerba Pamph. Acerbam duriciem calor eneruat.
Dira Idem, Saga nequit iuuenis diram mollire proterui Duriciem.
Catoniana Vale duricies Catoniana.





D V R I A.

Fluuius Hiſpanię.

Formoſus Claud. Callecia riſit Floribus, & roſeis formoſus Duria ripis.

E B R I E T A S.

Turpis Gel. lib. 15. Quæ labefactare & minuere hominum mentes ſolet.
Rubens Pont. Ebrietasq; rubens, & maleſanus amor.
Improuida Architr. Cedatq; improuida cæci Ebrietas luxus.
Demens Verg. de Venere, Arcanum demens detegit ebrietas.

E B V R.

Indum Verg. lib. 13. Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro Si quis ebur.
Indicum Horat. Non aurum & ebur Indicum.
Nitidum Ouid. lib. 2. Met. Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat.
Candens Idem lib. 5. de Ponto, Nec quod erat candens, fit terebinthus ebur.
Aſſyrium Idem lib. 2. Eleg. Mæonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur.
Sectile Idem de Medic. faciei, Sectile delicijs India præbet ebur.
Niueum Mart. lib. 14. Nigra tibi niueum litera pingat ebur.
Leue Sidon. Leue incuruat ebur, vel ille fugit.
Splendidum Seneca, Nec fulget illis ſplendidum tectis ebur.
Liquidum Pont. Dum canit, & liquidum dum dea pulſat ebur.
Attalicum Remaclus, Attalicum poſtponit ebur, Coasq; lacernas.
Expolitum Corn. Gall. Aut expolitum ebur Indicum.
Elephantinum. Sophocles apud Thod. Elephantinove ex ebore, fuluove ex auro.
Phidiacum Iuuen. Sat. 8. Signisq; Myronis Phidiacum viuebat ebur.
Curule Horat. lib. 1. Ep. Cuilibet hic faſces dabit eripietq; curule, Cui volet importunus ebur.
Conſpicuum Ouid. lib. 1. Faſt. Et noua conſpicuum pondera ſentit ebur.
Melicum Flexanimo melicum pectine plangit ebur.
Mellifluum Conſt. Monfredus, Pulſantem ebur mellifluum.
Albens Hiero. Anger. Ex ebore albenti quid ſponda aut fulcra.

E B V S V S.

Phœniſſa Syll. lib. 3. Iamq; Ebuſus Phœniſſa mouet, Artabus arma.

*E C H I D N A.*

*Echidna putatur eadem eſſe, quæ & vipera. Capitur & pro hydra ab Hercule occiſa, & pro quocunque ſerpente.*

Lærnæa Ouid. lib. 9. Pars quota Lærnææ ſerpens erit vnus echidnæ.
Tumida Idem, Stipite te Stygio, tumidisq; afflauit echidnis.
Fera Polit. Vertice diua feras ardenti attollit echidnas.
Herebæa Pamph. Sæuis Herebææ tutus echidnæ Dentibus.
Furialis Pacificus, Sanguine Tartareo furialis pauit echidna.
Paretonia Mich. Angl. Ergo Paretonias alis innectit echidnas.
Lethifera Mant. Vel quia lethifere dentem non ſenſit echidnæ.
Triſtis Barthol. Inarimen quondam ſub terras triſtis echidna Incoluit.
Lubrica Bap. Pius, Serpit in amplexus lubrica echidna tuos.

A Paretonio vrbe Aegypti, ſerpentib. fœcunda.

*E C H I N V S.*

*Echinorum duplex eſt genus, terreſtre ſpinis obſitum, & maritimum, pinnata vndiq; teſtudine ac ſpinis obductum, quibus ſe pedum vice voluit, autore Plinio. Mart. Cortice depoſito, mollis echinus erit. Aiunt echinum terreſtrem ſtimulata aluo remorari partum, deinde fœtu mora temporis aucto, maiore cruciatu parere.*

Ruber Pont. Vellentem rubros ſpinoſæ cautis echinos.
Hirtus Idem, En tremit aſper hirto conus echino.
Volubilis mant. Atq; volubilibus rhetor Romanus echinis.

Aequoreus Bap.Pius,Sed prius æquorei damis iungentur echini.
Syluester Claud.Sed non hæc acies ritu ſyluestris echini Fixa manet.
Cautus Laurent.Lippus,Imbres & ventos cautus præſagit echinus.

### E C H O.

*Echo dicitur vocis & ſoni repercuſſio,quæ fit præcipuè in collibus & locis concameratis.*

Reſonabilis Ouid.lib.3.Met.Nec priori ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.
Garrula Idem,Corpus adhuc Echo,non vox erat, & tamen vſum Garrula.
Græcula Mart.lib.2.Nuſquam Græcula quod recantat Echo.
Filia aeris Auſon.Aeris & linguæ ſum filia mater inanis.
Turbida Idem,Turbida congeſtis referitur vocibus Echo.
Canora Augurell.Nemoriq; canora Vmbrifero, & vitreis reſpondet vocibus Echo.
Gaudens antris.Idem,Fontibus atque antris gaudens & montibus Echo.
Vaga Quint.Duplicabat Echo inconditum murmur vaga.
Clara Mant.Nec clara,ſinunt,reſpondeat Echo.
Penetrabilis Auſon.Auribus in veſtris habito penetrabilis Echo.
Recinens Bapt.Pius,Hic quærar,hic recinam recinenti perditus Echo.
Reparabilis Perſius,Reparabilis aſſonat Echo.
Reditura Claud.Redituraq; rupibus Echo.
Torua Mant.Torua cauis Echo procul aſſonat antris.

### E G E S T A S.

Vrgens Verg.lib.1.Georg.Et duris vrgens in rebus egeſtas.
Sordida Idem in Aetna,Non eſt diuinis tam ſordida rebus egeſtas.
Grauis Lucan.Non ſibi,ſed grauis eſt domino,quæ ſeruit egeſtas.
Turpis Verg.lib.6.Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas.
Acris Lucret.lib.3.Turpis enim fame contemptus, & acris egeſtas.
Procliuis ſceleri.Syll.lib.17.Et deforme malum, ac ſceleri procliuis egeſtas.
Crudelis Val.Flac.lib.4.Trahitur victu crudelis egeſtas.
Triſtis Seneca,Illinc egeſtas triſtis,hinc durus labor.
Dira Iuuen.Sat.15.Longæ dira obſidionis egeſtas.
Dura Pont,Nudus,inops,quem dura ſolo ſuſcepit egeſtas.
Immitis Idem, Hanc olim genitam labor, atque immitis egeſtas Expulerant.
Obſita pannis.Lactan.Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis.
Infelix Claud.Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.
Miſera Heſiodus,Nunquam a te,nunquam miſera obiurgetur egeſtas.
Pannoſa Cleophilus,Attamen & multos pannoſa moratur egeſtas.
Prædura Cantalycius,Sed quanquam noſtros prædura premebat egeſtas.
Infenſa Fauſt.Heu ſummis infenſa viris,cogebat egeſtas.
Ingenioſa Claud.Ingenioſa vias paulatim expleret egeſtas.
Feralis Idem,Gratia defluxit,ſequitur feralis egeſtas.

### E L E C T R A.

Atlantis,quia fuit filia Atlantis, ex qua Iupiter ſuſcepit Dardanum.Verg.Electram maximus Atlas Edidit,æthereos humeris qui ſuſtinet orbes.

### E L E C T R V M.

Gummi arborū populorum.

Pingue Verg.in Buc.Pinguia corticibus ſudent electra myricæ.
Lachrymoſum.Idem in Cyri,Coralio fragili, & lachrymoſo mouit electro.
Roſidum Claud.Roſida frondoſæ reuocant electra ſorores.
Pallens Barthol.Argentumq; nitent,pallenſq; electrum.
Pallidum Idem,Pallidaq; Oceano quærunt electra ſub alto.
Præfulgens Priſcianus,Naſcitur electrum præfulgens luce nitenti.
Liquidum Verg.Quod fieri ferro,liquidove poteſt electro.





### E L E G I.

Miſerabiles Horat.lib.1.Carm.Neu miſerabiles decantes elegos.
Exigui Idem in Arte,Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor.
Molles Ouid.lib.3.de Ponto,Ferre etenim molles elegos tam vaſta triumphi.
Leues Idem lib.2.Eleg.Blanditias,elegoſq; leues,mea tela reſumpſi.
Imbelles Idem lib.3.Eleg.Imbelles elegi,genialis Muſa valete.
Sonantes Mart.lib.7.Diuitibus poteris Muſas,elegoſq; ſonantes Mittere.
Acuti Sidon.Citos iambos,elegos acutos,ac rotundatos hendecaſyllabos.
Propertiani Pont.Ediſcens elegos Propertianos.
Philetæi Polit.Vince Philetæos molli cum carmine luſus.
Parui Stroz.pater,Et tantum paruis elegis committere pondus.
Triſtes Salm.Huc elegi triſtes,laceræ huc properate Camœnæ.
Flebiles Quint.Quidā Flebilibus triſtes elegis, pleriq; ſublimi Fortes heroico. Aphileta elegiographo.
Impares Laur.Cing.Imparibus elegis iocoſus.
Faciles Mant.Seu faciles elegos,ſeu regum bella cothurno.
Celeres Bapt.Pius,Nec celeres elegos dulce querentis opus.

### E L E G I A.

*Eſt autem elegia cantus lamentabilis, quo amorū & exquiarum deſcribuntur querimoniæ.*

Flebilis Ouid.lib.3.Eleg.Flebilis indignos Elegeia ſolue capillos.
Blanda Idem lib.2.de Rem.Blanda pharetratos Elegeia cantet amores.
Petulans Stat.lib.3.Syl.Quas inter vultu petulans Elegeia propinquo.
Infelix Ioan.Pinus Toloſ.Tuq; tuum infelix Elegeia flere poetam.

### E L E N C H V S.

Argutus Glar.Quo pacto argutos deceat diſſoluere elenchos.

### E L E P H A S.

Solidus Verg.lib.3.Georg.Inſoribus pugnam ex auro,ſolidoq; elephanto.
Candens Idem lib.6.Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Barrhus,à ſonitu.Horat.Quid tibi vis mulier,nigris digniſſima barrhis?
Anguimanus Lucret.lib.2.Vidimus in gemere anguimanos elephantes.
Getulus Iuuen.Sat.10.Quum Getula ducem portaret bellua luſcum.
Clemens Plin.lib.8.Clemens,placiduſq; demonſtrare viam traditur.
Libyſſus Syll.lib.3.Belua nec retinet tardante Libyſſa timore.
Ferox Frontinus,Iuſſit ferociſſimum elephantum ſub aure vulnerari.
Indicus Mart.Cap.Elephantes Indicos organica permulſos detineri voce.
Nigrans Sidon.Vltima nigrantes incedunt præda elephanti.
Marmaricus,à Marmarica regione Africæ.Idem,Roſtris marmarici dedere barrhi.
Infrenis Pont.Infrenemq; manu tractare elephantum.
Immanis Idem,Immanes paſcuntur iuxta elephanti.
Eous Stroz.fil.Et molem ingentem eoi proſtraſſe elephanti.
Vaſtus Mant.Sunt vbi maiores vaſtis elephantibus hydri.
Niueus Idem,Facta ex citro,niueoue elephanto.
Nitidus Petrus Feretrius,Ornentur poſtes auro,nitidoq; elephanto.

### E L E V S I S.

Vrbs Atticæ.vbi ceres vſum agriculturę docuit.

Attica Sidon.Attica Triptolemo ciui condebat Eleuſis.
Cerealis Ouid.lib.7.Met.Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.
Altrix frugum.Mant.Miſit & altricem frugum Cerealis Eleuſim.

### E L I S.

Arcadiæ vrbs vbi quinto anno Ioui Olympiaco Olympiaci ludi ęrant.

Nobilis Sidon.Nobilis Elis equis,opibuſq; ſuperba Corinthus.
Olympiaca Barth.Ergo vt Olympiaca Saturnius Elide fulgens.

### E L O Q V I V M.

Liquidum Auſon.& memor, & liquidi mel fluit eloquij.
Melleum Idem,Et melleo delibutus eloquio,iam tertiæ Neſtor ætatis.

Cultum Idem, Sufficit & culti vocibus eloquij.
Vernans Sidon. Vernantis tamen eloquij munitum.
Blandiens Idem, Neque per decipulam male blandientis eloquij.
Latiale Idem, Hi cothurno Latialis eloquij nobilitantur.
Pulchrum Polit. Nã ſimul ac pulchro moderatrix vnica rerum Suffulta eloquio.
Beatum Idem, Siue beati Te decor eloquij, ſeu rerum pondera tangunt.
Facundum Stroz. pater, Gratia facundi quanta ſit eloquij.
Excultum Idem, Gratiaq́; exculti defuit eloquij.
Romuleum Idem, Sunt vbi Romulei tot ſcripta diſerta parentum Eloquij.
Vocale Iuu. Sat. 7. Quicũq; canoris Eloqũ vocale modis, laurũq́; momordit.
Andinum, ab epitheto Vergilij. Bap. Pius, Sæuitiæ Andino fit reus eloquio.
Fulmineum Valent. Cybeleius, Aetas qua eloquium fulmineum micat.
Fœcundum Bath. Loch. Fęcũdi Pallas ineptũ Eloquij flumẽ labris inſtillat apertis.
Terſum Idem, Fatur & eloquio terſo, dulci atq; venuſto, Magnificoq́;.
Arpinas, ideſt, Ciceronianum. Idem, Et eloquiis damus Arpinatibus aurem.

HELICE.

Parrhaſis, ideſt, Arcadica. Lucan. Parrhaſis obliquos Helice quum verteret axes.
Stella eſt prope polum arcticum, quæ dicitur Vrſa maior.

ELYSIVM.

Paradiſus poetarum vbi beatorum aïæ.

Amplum Verg. lib. 6. Aen. Exinde per amplum Mittitur Elyſium.
Molle Stat. lib. 2. Syll. Et quæ munera mollis Elyſij.

ENBLEMA.

Opus eſt teſſerulis ſtructum, variegatumq́;.

Vermiculatum. Lucilius, Arte pauimenta, atque emblemate vermiculato.

*EMPEDOCLES.*

*Empedocles poeta fuit Siculus, qui immortalitatẽ nouo mortis genere affectans, ſe in Aetnam coniecit. Horat. Dicam, Siculiq́; poetæ Narrabo interitum, Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem feruidus Aetnam Inſiluit.*

Agrigentinus, ab Agrigentino vrbe Siciliæ. Lucret. lib. 1. Quorũ Agrigentinus cum primis Empedocles eſt.
Siculus Vide Horatium in præcedentibus.

*ENCELADVS.*

*Fuit Enceladus Gigantum maximus, Titanis et terræ filius, quem poetæ fulminatum a Ioue, & ſub Aetnam detruſum fabulantur Enceladus Grammaticus, de quo Iuuen. Sat. 7.*

Iaculator Horat. lib. 3 Carm. Euulſisq́; truncis Enceladus iaculator audax.
Ferox Sen. Surget Enceladus ferox, mittetq́; quo nũc premit, in ſuperos onus.
Centipes Polit. Mutare & Aetnæ centipes Gigas onus.
Trux Marull. Ipſumq́; fratrum maximè Enceladum trucem.
Atrox Crinit. Atrox Sicanio conditus Gigas.
Trinacrius Ouid. in Ibin, Aut in Trinacrij ſalis ſuper ora Gigantis.

HENDECASYLLABI.

Rotundati Sidon. Elegos acutos, ac rotundatos hendecaſyllabos.
Lubrici Idem, Faciebat hendecaſyllabos lubricos & enodes.

*ENDYMION.*

*Paſtor fuit formoſus, quem adamauit Luna adeò, vt cœlo relicto, in montem Lathmum eius oſculandi gratia, plerunque deſcenderit. Cæterum Luna, vt poetæ fingunt, a patre Ioue precibus impetrauit, vt quid optaſſet Endymion, id ferret. Optauit autem, vt perpetuum dormiret ſomnũ immortalis & expers ſenij. Hinc Endymionis ſomnus tranſiit in prouerbium.*

Lathmius Ouid. li. 2. de Arte, In Venerem Anchiſes, in Lunam Lathmius heros.
Dormitor Mart. lib. 10. Quid tibi dormitor proderit Endymion.
Venator Val. Flac. lib. 8. Lathmius æſtiua reſidet venator in vmbra.
Tener Stroz. pater, Dignata eſt tenero Luna coire proco.
Dulcis Barth. Erraſſe, & dulcem fruſtra Endymiona vocantem.

ENDRO-



*ENDROMYS.*

*Erat Endromys veſtis hirſuta longiore villo, quibus vtebantur in gymnaſiis & theatris, ad munera arenæ exercendæ. Mittebatur autem ex Gallia, ob peritiam textorum, qui illic habebantur præſtantiſſimi. Erat hæc veſtis exigui precij, licet a diuitibus tantum vſurpetur. Nam ſoli diuites in gymnaſiis ſolebant exerceri. Martialis, Pauperis eſt munus, ſed non eſt pauperis vſus, Hanc tibi pro togula mittimus endromyden.*

Tyria Iuuen. Sat. 6. Endromydas & fœmineum ceroma.
Peregrina Mart. lib. 4. Sordida, ſed gelido non aſpernanda Decembri, Dona peregrinam mittimus endromyden.

ENERGIA.

Acria Mant. Acris energiæ ſtimulis mortalia corda Sollicitans.

*ENIPHEVS.*

*Enipheus fluuius eſt Theſſaliæ, apud quem Cæſar & Pompeius congreſſi ſunt bello. Lentus eſt, ſed mixtus Apidano fit velociſſimus. Lucan. Nunquàm celer, niſi mixtus Enipheus.*

Tumidus Val. Flac. lib. 1. Ipſe ego præcipiti tumidum per Enipea nymbo.
Dilectus Claud. Sperchiosq́; & virginibus dilectus Enipheus.
Vndans Luc. lib. 7. At iuxta fluuios, & ſtagna vndantis Enipei.
Pulcher Claud. Te pulcher Enipheus, Celſaq́; Dodone ſtupuit.
Hæmonius Propert. lib. 1. Non ſic Hæmonio Salmonida mixtus Enipheo.
Theſſalicus Idem lib. 3. Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipheo.
Altus Verg. lib. 4. Georg. Et caput, vnde altus primum ſe erupit Enipheus.

ENNIVS.

Grauis Ouid. lib. 2. Triſt. Vtq́; ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore, &c.
Arte carnes Idem lib. 2. Eleg. Ennius arte carens, animoq́; Accius oris.
Rudiarum alumnus. Syll. lib. 12. Nunc Rudiæ, ſolo memorabile nomen alumno.
Ferox Stat. lib. 2. Syl. Cedet Muſa rudis ferocis Enni.
Difficilis Codrus Vrceus, Non verſus Enni difficilis placet.
Pater Horat. Ennius ipſe pater nunquàm niſi potus ad arma Proſiluit dicenda.
Doctus Claud. Hęrebat doctus lateri, caſtriſq́; ſolebat Omnibus in medias.
Magnus Syl. lib. 12. Nota parum magni longo truduntur in æuo Facta Enni.

ENOS.

Longæuus Mant. Ecce procul longæuus Enos Iaredica proles.

ENSIS.

Rigidus Verg. lib. 1. Georg. Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.
Nefandus Idem lib. 2. Aeneid. Vos aræ, enſesq́; nefandi.
Coruſcus Idem, Dextraque coruſcum Extulit ac lateri capulo tenus abdidit enſem.
Stellatus Idem lib. 4. Atq; illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat.
Fulmineus Idem, Vaginaq́; eripit enſem Fulmineum.
Falcatus Idem lib. 7. Læuas cetra tegit, falcati cominus enſes.
Aereus Idem, Aerataq́; micant peltæ, micat æreus enſis.
Fatifer Idem lib. 8. Fatiferumq́; enſem, loricam ex ære rigentem.
Fulgens Idem lib. 10. Strimonio dextram fulgenti diripit enſe.
Strictus Idem, Strictum rotat acer Leucagus enſem.
Crudus Idem, Induat & crudum per coſtas exigat enſem.
Decorus Idem lib. 11. Coniiciunt igni galeas, enſesq́; decoros.
Latus Idem lib. 12. Enſe ſecent lato vulnus.
Fidus Idem lib. 6. Et fidum capiti ſubduxerat enſem.
Sæuus Lucan. lib. 3. Sæuos circunſpicit enſes.
Frigidus Idem lib. 5. Et frigidus enſis Expulerit belli furias.
Scelere imbutus. Idem, Et ſcelere imbutos etiam nunc vendicat enſes.
Martius Idem lib. 7. Martius incaluit Siculis incudibus enſis.

Noricus

Noricus Hor. Quas neq; Noricus deterret enſis. Idem, Modo enſe pectus Norico recludeer.
Diſtrictus Idem lib.3. Car. Diſtrictus enſis cui ſuper impia ceruice pendet.
Ferreus Lucret. lib.5. Inde minutatim proceſſit ferreus enſis.
Bellicus Ouidius lib.3. Met. Vt quos non bellicus enſis, Non tuba terruerat.
Nitidus Idem lib.10. Pendenti nitidum vagina diripit enſem.
Ferus Idem lib.13. Ire per excubias, & ſe cõmittere Troię Perq; feros enſes.
Lethalis Idem, Qua patuit ferro, lethalem condidit enſem.
Sceleratus Idem lib.15. In me acui ſceleratos cernitis enſes.
Acutus Idem lib.2. Faſt. Nec galea tegimur, nec acuto cingimur enſe.
Violentus Idem in Epiſt. Scimus, & vtemur violento fortiter enſe.
Impius Syllius lib.1. Sidonij fregere duces, atq; impius enſis.
Infauſtus Idem lib.2. Infauſtos acuunt enſes.
Improbus Idem lib.4. Ceu fixum membris tegmen, tamen improbus enſis.
Fragilis Idem lib.5. Et fragilis valido conamine ſoluitur enſis.
Habilis Idem lib.8. Breuibusq; habiles mucronibus enſes.
Vulnificus Stat. lib.4. Theb. Vulnifico ſubter latus enſe riget ſphynx.
Miſer Idem, Geminumq; nefas, miſeroſq; per enſes.
Sanguinis egens. Idem lib.5. Theb. Ferre patris vultus, & egentem ſanguinis enſem.
Cruentatus Idem, Enſe cruentato, fraudemq; & inania buſta.
Infectus Idem, Armaq; mœſta virũm, atq; infectos cędibus enſes.
Minax Idem lib.7. Enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis.
Teres Idem lib.9. Enſe grauis tereti.
Immitis Stroz. pater, Immiti quæ petat enſe caput.
Horrendus Tibullus, Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes.
Sequax Val. Flac. lib.8. Enſe ſequaci Aequat homo truncos.
Alacer Claud. Curetumq; alacres & tympana ſuſcitat enſes.
Inſanus Calphurn. Et inſanos clementia condidit enſes.
Rutilus Sidon. Aſdrubalis rutilum ſibi conſabricauerit enſem.
Dentatus Idem, Atq; ſub aſſiduis dentatus cædibus enſis.
Infeſtus Seneca, Nudum inter enſes pectus infeſtos tene.
Furens Pontan. Dilapſusq; polo pugnanti atq; enſe furenti.
Aheneus Idem, Elatis humeris pendebat aheneus enſis.
Fulgidus Idem, Irradiat diſtincta & iaſpide fulgidus enſis.
Audax Codrus, Quem tamen audaci ſceleratus proditor enſe.
Fortis Idem, Annibal has forti iunior enſe fugat.
Veſanus Cęſar Germanicus, Nondum veſanos rabies nudauerat enſes.
Truculentus Pamph. Quemcunq; offendit, truculento non piget enſe.
Barbarus Sabell. Occupat, & circungraſſatur barbarus enſis.
Trux Conr. Et truces enſes, galeas micantes.
Ferox Idem, Hic feroci cingitur enſe.
Cruentus Idem, Enſibus vulnus ligat vt cruentis.
Truſilis Idem, Cultos & enſes truſiles.
Fatalis Augurell. Et fatalis ouans ceruicibus imminet enſis.
Feruidus Pacificus, Sed in dextra feruidus enſis erat.
Micans Quintianus, Enſem micantem feruida ſtrinxit manu.
Nitens Idem, Multiplices ſtringunt nodos hinc enſe nitenti.
Bis acutus Mant. Memo manu bis acutum enſem meliore rotauit.
Terribilis Calent. Altera terribili fulminat enſe manus.
Durus Idem, Et tenerum duro tunditur enſe latus.
Belliger Cimbriacus, Gloria belligerum tui nuper tradidit enſem.
Sonorus Barthol. Sic crebros enſe ſonoro Ictus congeminat.

San-



Sanguineus Idem, Nec non ſanguineo indignans effulminat enſe.
Pugil Archit. Pugili ſudabimus enſe.
Mauortius Mich. Angl. Conſiliis tantum cedit Mauortius enſis.

ENTELLVS.

Siculus Faſt. Ne Siculo Phrygius cano decertet ephebus, &c.

ENTHYMEMA.

*Eſt ſyllogiſmus imperfectus, maximè vrgens aduerſarium, qui nunquam ferè fit niſi per interrogationem, quando ex aſſumpto ſolum concluditur. Vt Antonium priuatum ferre non potuiſtis, hunc Imperatorem ferretis.*

Curtum Iuuen. Sat.6. Aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

ENYO.

Furor belli, ſeu Bellona ipſa, Martis auriga.

Sæua Syll. lib.11. Nondum ſatiaſſet Enyo Ira ſæua truces.
Martia Stat. lib.5. Theb. Hinc ſanxere fidem, tu Martia teſtis Enyo.
Naualis Mart. lib.1. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo.
Furialis Stroz. fil. Diſcrimen quodcunque paret furialis Enyo.
Feralis Mant. Mugit, & intentat mortem Feralis Enyo.
Crudelis Idem, Et cum Marte canes Stygiæ, & crudelis Enyo.
Dira Valerandus Varanius, Siderei fluxus, dira emigrauit Enyo.

EPAMINVNDAS.

Princeps fuit Thebarum.

Thebanus Mant. Thebanumq; ducem ſtrictos ea miſit in enſes.

EPHEBI.

Teneri Stat. lib.1. Theb. At hinc teneros caueæ diſſenſus ephebos Concitat.
Criniti Claud. Exoritur caueis quotiens crinitus ephebus.
Imberbes Faſt. Iam cano imberbis monitori cedit ephebus.

EPHIPPIA.

Phaleræ, equorum ornamenta. Hinc ephippiati, phalerati equites.

Serica Mant. Serica ludebant molles per ephippia venti.

EPHYRE.

*Vrbs eſt Achaiæ, quam Corinthum dicimus, Ephyreides puellæ, i. Corinthiæ. Claud. Scilicet Argolicas, Ephyreidaſq; puellas. Cingitur duobus maribus, Aegeo & Ionio, vnde Bimaris dr.*

Bimaris Ouid. in Epiſt. Hic Ephyren bimarem, Scythiam tenet ille niuoſam.

EPICARMVS.

*Fuit Epicharmus Siculus poeta, cui inuentum Comœdię tribuunt nonnulli. Alter philoſophus doctrina & eruditione præſtans. Is eſt, cui conuenit ſecundum epithetum.*

Siculus Hort. lib.2. Epiſt. Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.
Pythagoricus. Theodoritus, Vt enim inquit Pythagoricus Epicharmus.

EPICTETVS.

*Seruus Epictetus genitus ſum corpore claudus, Paupertate Irus, dijs ſed amicus ego. Philoſophus fuit Hieropolitanus, ſeruus conditione. Dicere ſolebat multos eſſe philoſophos, non re, ſed verbo tenus. Inſuper tolerandam eſſe iniuriam, & abſtinendum a voluptate.*

Stoicus Theod. Quamuis Xenophonte Socratico & Stoico Epicteto teſtibus.
Claudus Vnde ſic apud Macrobium inducitur loquens, vt ſupra.

EPICVRVS.

*Fuit Epicurus Athenienſis philoſophus, qui ſummum bonum ponebat in ea voluptate, quam Cicero indolentiam, id eſt, carentiam doloris vocat, vt quidam volunt. Exiſtimabat omnia agi fato, deoſq; propterea, item prouidentiam & officium tollebat, Metredotum Lampſacenum vnicum in vita comitem habuit, audiuit, Xenocratem, verſatus eſt in Samo. Docuit in Mytilene, Lampſaco, & Athenis in proprio horto. Patrem habuit Neoclem fratres Nicoclem, & Cheredemum. Primus Athenis hortos inſtituti, quum prius in oppidis non eſſent rura. Propterea Plinius eum vocat magiſtrum hortorum. Hinc Iuuen. Suſcipit exigui Leuum plantaribus horti. Et Cic. lib. de Nat. deorum. Cur tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ.*

Doctus Propert. lib.3. Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis, &c.
Gargetius Stat. Mallet deſerto ſenior Gargetius horto.

Neoclides

Neoclides Theodoritus, Epicurus Neoclides ex atomis conſtare cuncta ait.
Voluptarius Cic.lib.2. Epicurus voluptatem, homo vt ſis voluptarius, extulit.
Cecropius Mart.lib.10. Cecropium ſuperas qui bonitate ſenem.
Cynicus Mant. Ludere Ariſtippum voluit, cynicumq; Epicurum.

## EPIDAVRVS.

Vrbs Achaiæ vbi Aeſculapius cultus.

Medica Mant.in Faſt. Aeriis impoſta iugis, medicamq; Epidaurum.

## EPIGRAMMA.

Blandum Polit. Blandaq; laſciuis epigrammata pingere chartis.
Aſtrictum Idem, Quiq; aſtricta breui claudunt epigrammata nodo.

## EPISTOLA.

Internuntia Crinitus, Internuntias epiſtolas ſuccudunto.
Pulchra Bap.Pius, Pulchra nec aſſueta cantato epiſtola voce.
Verboſa Iuuen.Sat.10. Verboſa & grandis epiſtola venit A capreis.
Aduentoria Mart.in præfatione lib.12. Et ſtatui pauciſſimis diebus & familiariſſimas mihi aures tuas excipere aduentoria tua epiſtola.
Autographa Suetonius in Auguſto, Nec id dubium eſt autographa quadã epiſtola.

## EPOS.

Tenerum Bap.Pius, Seu tenerum deducit epos, ſeu barbiton auget.

## EPVLAE.

Dulces Syl.lib.7. Tum lacte fauiſq; Diſtinxit dulces epulas.
Regales Idem lib.11. Regales epulæ, atque ortu conuiuia ſolis.
Geniales Claud. Luxuriant, epuliſq; vacant genialibus vmbræ.
Dulcoratæ Thom.Rad. Expletis, atque dulcoratis epulis.
Vnctæ Codrus Vrceus, Ac vnctis cœnare epulis, & ſtertere tutum.
Solutæ Idem, Non putri luxu, aut epulis marcere ſolutis.
Eſculentæ Tertull. Quod in epulis eſculentis habemus.
Lautæ Conrad. Hinc lautas epulas hoſpitibus ritè locant deis.
Lætæ Idem, Epulas lætas vbiq; ſæpe tecum poclaq; ſumpſi.
Leguminoſæ Idem, Leguminoſis ſanior epulis.
Suaues Mant. Quam gremio ſuaues epulas, & vina capaci Accipiat.
Opimæ Fauſt. Onerantur opimis Structæ epulis menſæ.
Fumantes Mant. Inter fumantes epulas & viſcera.
Saliares Idem in fercula ſeptem, It ſaliare epulum.

## EPIRVS.

Herbida Ouid.lib.8. Miſit aprum, quãto maiores herbida tauros Nõ hẽt Epirus.
Potens Manil. Theſſalia, Epiruſq; potens, vicinaq; rupis Illyris.
Syluoſa Fauſtus, Non aliam *Epirus quercum ſyluoſa* ferebat.

## EQVA.

Armentalis Verg lib.11. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino.
Laſciua Polit. Iuuenem laſciua maritum Fert equa.

## EQVES.

Seuerus Ouid.lib.3. Eleg. Inde grauis index, inde ſeuerus eques.
Loricatus Vegetius, Et loricatos equites ſæpe tranſuerberat.
Leuis Mant. Turma equitum curſu leuium glomerata citato.
Bellator Idem, Subitoq; ducem circumſtetit agmen Bellatorum equitum.
Haſtatus. Ael. Equites haſtatos, equites iaculatores, equites ſagittarios, equites caphractos.
Egregius Iuuenal.Sat.10. Egregios equites, & caſtra domeſtica.

## EQVI SOLIS.

Alipedes Ouid.lib.1.Met. Inq; diem alipedum ius & moderamen equorum.
Animoſi Idem, Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis.
Volucres Idem lib.2. Arbitrio volucrum raptatur equorum.
Ignipedes Idem, tunc ſciet, inipedum vires expertus equorum.

Alati



Alati præ celeritate. Idem lib.3. Faſt. Phœbus in alatis æthera carpit equis.
Radiantes Idem in Epiſt. Quum tamen alatis Titan radiantibus inſtat.
Purpurei Idem, Demere purpureis ſol iuga vellet equis.
Niuei Idem, Et reuocant niueos ſolis euntis equos.
Flagrantes Statius libro 3. Theb. Flagrantes ſol pronus equos, rutilamque lauabat.
Lucentes Idem lib.5. Sol operum medius ſummo librabat Olympo, Lucẽtes ceu ſtaret equos.
Anhelantes Idem lib.7. Aequor anhelantum radiis ſubſedit equorum.
Gemmei Pont. Vbi rubentem gemmeos ſcandens equos, Phœbus peragrat æthera.
Luciferi Idem, Quum iuga luciferis mane ligaret equis.
Flammigeri Pamph. Currunt flammigeri rotis iugales.
Flammipedes. Mich.Ang. Per ſua flammipedes veſtigia torquet anhelos.
Eoi Mant. Eoos proles Hyperionis ardens Alipedes iungebat equos.
Fumantes Varanius, Fumantes Titanis equos.
Rubentes Claud. Flectiq; rubentes Phœbus equos.
Sonipedes Catul. Repulitq; noctis vmbras vegetis ſonipedibus.
Anheli Stat. & Oceani penetrabile littus anhelis Præmittebat equis.

## EQVVS.

Bellator Verg.lib.2. Georg. Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert.
Arduus Architr. Ignes equus arduus efflat.
Acer Verg.lib.4. Aen. At puer Aſcanius mediis in vallib. acri Gaudet equo.
Cornipes Idem lib.6. Aere & cornipedum curſu ſimularat equorum.
Ardens Manil. Ardentes & equos ad mollia ducere frena.
Fortis Lucr.lib.4. Quippe videbis equos fortes quum membra iacebunt.
Spumans Verg.lib.12. Vetus equo ſpumante Sages.
Sternax, à ſternendo ſeſſore. Idem, Et ſternacis equi lapſum ceruice Timotheus.
Citatus Idem, Ora citatorum dextra detorſit equorum.
Alipes Idem, Alipedumq; fugam curſu tentauit equorum.
Elæus Lucan.lib.1. Quantum clamore iuuatur Elæus ſonipes.
Fremens Idem lib.4. Subitiſq; frementes Vorticibus contorſit equos.
Ferox Idem, Non ſonipes in bella ferox, non iret in æquor.
Sublimis Idem lib.7. Totumq; per agmen Sublimi profectus equo.
Fugax Horat.lib.2. Carm. Iam fulgor armorum fugaces Terret equos.
Impiger Idem lib.4. Clarabit pugilem: non equus impiger.
Duellicus Lucret.lib.2. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles.
Mordax Gell.lib.4. Et equus mordax, aut calcitro vitioſus, non morboſus.
Strigoſus. Bud. Sed ſtrigoſis equis, quum longis itineribus fatiſcunt, auctarium noctu dari ſolet.
Quadrupes Enn. apud Gell. Denique vi magna quadrupes equus.
Deſultorius Suet. in Iul. Cæſarem, Equos deſolutorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.
Velox Ouid.lib.1. de Reme. Et noua velocem cingula lædat æquum.
Anhelans Idem lib.4. Triſt. Seuus anhelanti mœnia luſtrat equo.
Animoſus Idem, Tempore parat equus lentis animoſus habenis.
Cupidus Idem lib.3. de Ponto, Vt cupidi curſus frena retentat equi.
Citus Idem lib.4. de Ponto, Ante citos quantum Pægaſus ibat equos.
Rapidus Idem lib.1. de Arte, Hippolitum rapidi diripuiſtis equi.
Aſper Stat.lib.4. Syll. Seruiet aſper equus.
Nobilis Ouid.lib.3. Eleg. Non ego nobilium venio ſpectator equorum.
Magnanimus Idem lib.1. de Arte, Frenaq; magnanimi dente teruntur equi.

Terribilis

Terribilis Idem in Ibin, Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis.
Volucer Iuuen.Sat.8.Nempe volucrem Sic laudamus equum.
Martius Politianus, Illi mittit equos Francia Martios.
Anhelus Claud.Propè captus, anhelum Verbere cogis equum.
Leuis Syll.lib.3.Tam leuibus perſultat equis.
Difficilis Idem lib.8.Difficili gaudebat equo.
Ales Idem lib.12.Alite vectus equo.
Quadrupedans. Idem lib.15.Quadrupedante inuectus equo aduentare ferebat.
Immitis Idem lib.12.Immitem quatiebat equum.
Præceps Idem lib.15.Sic vbi proſiluit piceo de carcere præceps.
Ignipes Stat.lib.1.Theb.Licet ignipedum frenator equorum.
Belliger Idem lib.7.Belligeroſq; hortantur equos.
Furens Idem lib.8.Morientumq; ora furenti Hippomedon proculcet equo.
Intrepidus Idem lib.11.Et ad lituos hilarem, intrepidumq; tubarum Proſpiciebat equum.
Freniger, à me dicitur, vt alæ frenigeræ à Statio.
Minans Stat.lib.5.Syl.Minantes Eludebat equos.
Armiger Propert.lib.3.Et ſolitum armigeri ducite munus equi.
Bellicus Idem lib.4.Bellicus ex illo fonte bibebat equus.
Celer Tibul.lib.4.Aut quis equum celeremve arcto compeſcere freno.
Maſſylæus Mart.lib.9.Et Maſſylæum virga gubernet equum.
Humens Claud.Humentes iam noctis equos.
Hinniens Polit.Vel hinniente per forum vehi capax equo.
Sudans Claud.Ceruoq; fugacior ibat, Sudanti tremebundus equo.
Venator Idem, Non illi venator equus, non ſpicula curæ.
Potens Sidon.Emicatq; vt equi potentis animoſitas.
Clitellarius, à ferendis clitellis.
Alacer Cic.lib.1.de Diuin Reſpexitq;, & equum alacrem lætus aſpexit.
Pugnator Pont.Pugnatoris equi coſtas & terga fatigant.
Audax Idem, Aſtat & audaci ſtrenua fertur equo.
Pugnax Idem, At dorſo pugnacis equi dorſa aſpera pendent.
Currilis, currui aptus. Thom.Rad.Equis currilibus glorioſum.
Sarcinarius Bud.lib.5.de Aſſe, Equi ſinguli ſarcinarij aut iugales poſcunt.
Fumans Marull.Suſpenſus cura fumantum totus equorum.
Spumiger Codr.Vrceus, Spumigero portatur equo.
Inſultans Stroz.pat.Hic fremit inſultans, frenaq; mandit equus.
Aliger Pamph.Aligeri pueris exagitantur equi.
Bellax Idem, Pars bellacis equi duris premit ora lupatis.
Aeripes Mirand.Et æripedum fremitus ſeruabat equorum.
Rigidus Conrad.Nem Martis rigidos equos.
Generoſus Franc.Philel.Vt freno generoſus equus parere ſueuit.
Comans Quint.Litius equum genuit torua ceruice comantem.
Squamiger Barth.Squamigeris inuectus equis.
Iubatus Idem, Atq; iubatorum phaleræ curuantur equorum.
Aeriſonus Idem, Nam ſiue æriſoni pugnator in æquore curſum Flectat equi.
Membroſus Fauſt.Se male membroſo, te duce, iunxit equo.
Validus Idem Et validis attractus equis.
Inſiliens Mant.Cernere viſus erat ſtantem ſe corpore nudo Inſilientis equi.
Funalis Suet. in Cæſ. Tiber. Actiaco triumpho currum Auguſti comitatus eſt ſiniſteriore funali equo.
Ephippiarius, ab ephippijs.
Phaleratus Sueton.Primo die phalerato equo inſignis, quercicaq; corna.

Theſſali-



Theſſalicus Lucan.lib.1.Theſſalicus ſonipes, bellis feralibus omen.
Tardipes Hen.Lab.Tardipedi potuit ſubdere calcar equo.

EQVVS TROIANVS.

Immanis Verg.lib.2.Aen. Quo molem hanc immanis equi ſtatuere.
Fatalis Idem, Quum fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit Pergama.
Arduus Idem, Arduus armatos in medijs in mœnibus aſtans fundet equus.
Ingens Idem, Pars ingentem formidine turpi ſcandunt rurſus equum.
Durateus Lucret.lib.1.Nec clam durateus Troianis Pergama partu Inflammaſſet equus.
Dardanius Stat.lib.1.Syl.Fama prior notum per ſecula nomen, &c.
Abiegnus Propert.lib.2.Nam quis equo pulſas abiegno noſceret artes.
Fallax Idem lib.3.Fallacem patriæ ſerpere dixit equum.
Palladius Propert.lib.3.Victor Palladiæ igneus artis equus.

ERICTHO.

Maga fuit Theſſala, multis veneficijs famoſa.

Effera Luc. Hæc dira carmina gẽtis effera damnarat nimiæ pietatis Erictho.
Theſſala Idem, Tunc Theſſala nuda, Egreditur buſtis.
Theſſalis Idem, Theſſalis incubuit membris, atq; oſcula figens.
Venefica Idem, Pollutos cantu, dirisq; venefica ſuccis.
Triſtis Idem, Quum triſtis Erictho damnarat ſacris.
Profana Idem, Tenet ora profanæ fœda ſitu macies.
Grata deis Herebi. Idem, Grata deis Herebi, cœtus audire ſilentum.
Onerata Idem, Impexis onerata comis.

ERIDANVS.

*Eridanus, fluuius eſt Italiæ potiſſimus, qui alio nomine Padus vocatur, de quo Plinius & Solinus multa memorant. Effundit ſe per ſeptem hoſtia, autore Pomponio Mela. Ortum capit in imis radicibus Veſuli montis. Collectis multis amnibus, tam citus proſilit, vt diſcuſſis illis, diu qualem ſolus emiſit vndam, agat, ſuum etiam in mari alueum ſeruet. Campos vbertate fœcundat, autore Plinio. Nomen autem ſumpſit à Phaetonte, qui prius dicebatur Eridanus, ibidem ſubmerſo.*

Rex fluuiorum. Verg.in Buc.Fluuiorum rex Eridanus, camposq; per omnes.
Auratus Idem lib.4. Geor. At gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus.
Phaethontæus. Claud.Et Phaethontææ perpeſſus damna ruinæ Eridanus.
Superbus Idem lib.9.Pater ipſe ſuperbus aquarum Auſonidum, Eridanus, &c.
Stellifer Claud.Stellifer Eridanus ſinuatis fluctibus errans.
Ferus Põt.Diuidit Eridanus populos, & territat vrbes Abruptis ferus aggeribus.

Quia in ſydera relatus, habet, teſte Ignatio ſtellas 12.

Rapax Stroz.pat. Fundamenta rapax ſuſtulit Eridanus.
Vagus Sabell.Inde vagus ſinuoſis flexibus erat, nobilis Eridanus.
Nobilis Idẽ, Iſtuc multifido tranſmittit gurgite Nymphas Nobilis Eridanus.
Ingens Idem, Qñ Ticinus & ingens Eridanus clari fluxerunt mitius amnes.
Corniger Idem, Corniger Eridanus nodoſaq; vincula fleuit.
Princeps fluminum. Crinit.Eridane ſalue, fluminum omnium princeps.
Inundans Bap.Pius, Et inundans gurgite vaſto Eridanus.
Turbidus Barth.Quum turbidus alueo Eridanus fluet.
Venetus Propert.lib.1.Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.
Violentus Quo non alius violentior influit amnis In mare purpureum.
Parens amnium. Crinit.Nam te velut parentem cæteri colunt amnes.

ERIGONE.

*Filia fuit Icari, quæ audita patris morte, quem Attici paſtores inebriati interfecerant, ſeipſam laqueo ſuſpendit.*

Flebilis Stat.lib.11.Qualis Maratonide ſylua Flebilis Erigone.
Maratonia Stat.lib.5.Syl.Nec enim Maratonia virgo.
Icaris, Icari filia. Calent. Aeſopis æthereas Icaris Oebalios.

Pia — Ouid.in Ibim,Quodq̄; dolore necis patriæ pia filia fecit.

Icaria — Mant.Curru pulſabat anhelo Virginis Icariæ limen.

*E R Y L V S.*

*Verg.lib.8 Aen.fingit Erylum habuiſſe tres animas, ter letho ſternendum fuiſſe: nec aliam ob cauſam,vt conijcere eſt,quàm propter inuſitatas & portentoſas hominis vires.*

Triplex — Polit.Feciſſet triplex qualia vix Erylus.

E R I N N Y S.

Triſtis — Verg.lib.2.Aen,Quò triſtis Erinnys,Quò fremitus vocat.

Feralis — Lucan.lib.10.Dedecus Aegypti,Latij feralis Erinnys.

Fera — Ouid.lib.1.Met.Qua terra patet,fera regnat Erinnys,

Inſana — Idem lib.11.Inſanaq̄; regnat Erinnys.

Atra — Idem in Epiſt.Fert e faces in me,quas fertis Erinnyes atræ.

Crudelis — Stat.lib.8.Theb.Crudelis Erinnys obſtat.

Nocturna — Val.Flac.lib.3.Vnde Tubæ,nocturnaq̄; mouit Erinnys.

Flammifera — Seneca,Flammifera Erinnys verbere excuſſo ſonat.

Torua — Idem,Tum torua Erinnys ſonuit & cæcus furor.

Sæua — Idem,Vacuamq̄; Erinnys ſæua funeſto pede Intrauit aulam.

Minax — Pont.Et ſaltu ſe tollit Erinnys crine minax.

Tenebrarum incola.Bud.Erinnyq̄; illam diram,tenebrarum incolam.

Anguibus implicata.Polit.Nec Erinnydas atris anguibus implicatas.

Anguifera. Stroz.fil.Hæc ſunt anguiferæ cruciatus Erinnyes Orci.

Furialis — Sabel.Acribus exciuit ſtimulis furialis Erinnys.

Stygia — Idem,Stygia ſtrages crudeſcit Erinny.

Dira — Mant.Adſit & hanc diram precibus compeſcat Erinnyn.

Impatiens — Idem,Rodis & impatiens vultus obſcurat Erinnys.

Funeſta — Val.Var.Funeſtaq̄; regnat Erinnys.

Rabida — Fauſtus,Atq; truces ſtimulos,rabidamq̄; infecit Erinnyn.

Scelerata — Cantalyc.Belli ſceleratam immiſit Erinnyn.

Improba — Syll.lib.13.Accumbitq̄; thoris,epulaturq̄; improba Erinnys.

Diſcors — Bapt.Pius,Quoq; mage infeſtor,diſcors bacchatur Erinnys.

Tragica — Propert.lib.2.Tu me vel tragicæ vexetis Erinnyes.

Anguicoma. Iac.Guarient.Veron.Erinnyes Anguicomę ferulas depoſuere truces.

*E R I P H Y L E.*

*Fuit vxor Amphiarai vatis, quæ deſiderio habendi monilis aurei, quod ferebat Adraſtus rex Argiuorum,Amphiaraum maritum ſuum prodidit,qui ſe occultauerat,ne Thebas ad bellum raperetur: quod ex vaticinio præuiderat ibidem ſe periturum,vt etiam perijt, Bapt.Pius, Vinclaq̄, vaticini ſpernens Eriphyla mariti,Præpoſuit caſtis aurea dona thoris.*

Perfida — Stat.lib.4.Theb.Sed perfida coniunx Dona viro mutare velit.

Nefanda — Idem lib.8.Si quando nefanda Huc aderit coniunx.

Impia — Idem lib.12.Vatis mox impia coniunx,heu vacuos poſitura rogos.

Auara — Pamph.Baccatum caperet coniunx auara monile.

Mœſta — Verg.lib.6.Mœſtamque Eriphylen,Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Quoniam poſtea interfecta ē ab Almęone filio.

*E R I S I C H T H O N.*

*Eriſichthon fuit quidam Theſſalus,cererìs contemptor; cuius quum lucum abſcidiſſet, deæ vlciſcente ad tantam famem redactus eſt,vt ſua ipſe membra corroſerit.*

Driopeius — Ouid.Non tamen idcircò ferrum Driopeius illa Abſtinuit.

Sacrilegus — Idē,Et ieiunæ fames, & ſe in pcordia condat Sacrilegi ſcelerata, iube.

Profanus — Idem,Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani Accipiunt.

Auidus — Idem,Præbebasq̄; auido non iuſta alimenta parenti.

E R Y T H R A.

Inſula eſt maris rubri, ꝑ quo nonnunq̄ ſolet accipi.

Barbara — Sabell.Quod barbara frangit Erythra.

Tepida



Tepida,pp calidā regionē.Sid.Si bibit Hiſpanus Gangem,tepidiſq̄; ab Erythris.

Sagittifera,quoniam Orientales omnes arcu & ſagittis clarent.

E R R O R.

Dubius — Verg.in Cyri,Nec malis iſtorum dubijs erroribus autor.

Malus — Idem,Vt vidi,vt perij,vt me malus abſtulit error.

Vagus — Lucan.lib.7.Quod totos errore vago perfuderit agros.

Fanaticus — Hor.in Arte,Aut fanaticus error,& iracunda Diana.

Vanus — Lucr.lib.1.Sed vanus ſtolidis hæc omnia parturit error.

Temerarius — Ouid.lib.12.Illic credulitas,illic temerarius error.

Perplexus — Ouid.lib.1.Theb.Tu mihi perplexis quæſitam erroribus vltro.

Deuius — Polit.Signet iter,quò ſe confundat deuius error.

Inextricabilis.Verg.lib.6.Hic labor ille domus,& inextricabilis error.

Furioſus — Conrad.Concipit mentis furioſus error.

Prauus — Iuuenc.Innumera indulgens erroris debita praui.

Indelebilis — Mant.Propterea immenſum ſcelus,indelebilis error.

Deteſtabilis — Idem,Quibus tam deteſtabilis error debuit abradi.

Retrogradus Idem,Retrogrados neſcit errores Cynthia.

Phaetontæus.Claud.Quis Phaetontæis erroribus arſerit amnis.

Inobſeruabilis.Claud.Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

*E R V C A.*

*Eruca herba eſt Venerem excitans.Propterea ponebatur vnà cum lactuca; quæ frigidiſſima eſt, vt altera alterius vim temperaret. Colum.Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.Lauren. Lippius, Deuoret erucas qui cupit eſſe ſalax.*

Reuocans Venerē.Ver.in Mor.Intybaq̄; & Venerem reuocans eruca morantem.

Salax,ab excitanda Venere.Colum.Iamq̄; eruca ſalax fœcundo prouenit horto.

Viridis — Horat.lib.2.Serm.Erucas virides,inulas ego primus amaras.

Frigorum contemptrix.Plin.Eruca præcipuè frigorum contemptrix.

*E R V V M.*

*Eſt autem eruum genus leguminis,quod luxuria plerunque corripitur, propterea gaudet loco macro, nec humido, Columella teſte.*

Grauedinoſum,quod bobus grauedinem faciat,autore Plinio lib.18.

*E R Y M A N T H V S.*

*Mons eſt Arcadiæ,in quo Hercules vaſtiſſimum confecit aprum. Eſt etiam nomen fluuij.*

Phocaicus — Ouid.lib.2.Met.Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymantho.

Gelidus — Idem lib.5.Mænalioſq̄; ſinus,gelidumq̄; Erymanthum & Elim.

Cupreſſifer — Idem in Epiſt.Vt Tegæus aper cupreſſifero Erymantho.

Monſtrifer — Stat.li.4.Theb.Monſtriferum Erymanthon, & æriſonum Tiphalon.

*E R Y X.*

*Mons eſt Siciliæ, ductus ab Eryce Veneris & Butæ filio, qui ab Hercule interfectus eſt, quod hoſpites necaret. In hoc monte Venus habuit templum ſibi dicatum.*

Altus — Ouid.lib.2.de Arte,Colle ſub vmbroſo,quem tenet altus Eryx.

Celſus — Idem de Rem.Impoſuit templo numina celſus Eryx.

Inuius — Seneca, Quæcunq; generat inuius ſaxis Eryx.

Nymboſus — Pamph.Hic vbi nymboſus ſydera tangit Eryx.

Siculus — Mant.Terrigenam Siculumq̄; Erycem, ſæuoſq̄; bimembres.Sed hic intelligitur de filio Veneris.

E S C A.

Dulcis — Manil.Gratia nec liuor tribuetur dulcibus eſcis.

Ambroſia — Tho.Rad.Ex ambroſijs eſcis nectareiſq̄; poculis.

Frugalis — Idem,Indiſcriminatim quoslibet frugalibus eſcis recreo.

Pinguis — Mant.Interea pinguem nutrit delphinibus eſcam.

Mollicula — Plau.in Caſſ.Sed lapide volo Molliculas eſcas, vt ipſa mollicula eſt.

### ESSEDA.

*Eſſeda, currus erant Britannis peculiares, quibus vtebantur in bello Britanni. Horum tamen inuentum tribuitur Gallis Belgis. Interim eſſedum promiſcuè pro quouis curru capitur, vt apud Sueton.*

Belgica Verg.lib.3.Georg.Bellica vel molli melius feret eſſeda collo.
Stridentia Sidon.Stridentium hic moderator eſſedorum.
Multiſonora Claud.Eſſeda concordis multiſonora trahunt.
Britanna Proper lib.2.Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis.
Curua Proper.lib.2.Curua te in Herculeum deportant eſſeda Tybur.

### ESVRIES.

Improba Mant.Non improba nummi Eſuries, non ſegnities.

### ETHEOCLES.

*Filius fuit Oedipi regis Thebanorum, & frater Polynicis. Quibus cum pater moriens regnũ alternatim regendum dimiſiſſet, & Etheocles peracto ſui principatus anno, fratri cedere noluiſſet, mutuis vulneribus ambo ſe confecerunt.*

Labdacius Stat.lib.2.Theb.Labdaciumq; ducem præmiſſæ conſona menti.
Durus Ibidem, Ibi durum Etheoclea cernit.
Infandus Idem lib.3.Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ Stare queunt.
Oedipodionius. Idem lib.10.Oedipodionij mittent diademata patres.
Tyrius Idem lib.11.Sacra Ioui merito Tyrius pro fulmine ductor.
Sæuus Idem lib.12. Accipit & ſæui manes Etheoclis iniquos.
Nephandus Seneca, Pœnas nephandus frater vt vllas ferat.
Cadmæus Pamph.Nec ſe Cadmæi per mutua vulnera fratres.

### ETHVRIA.

*A Tyriis colonis, q venientes in Bœotiã, Thebas condiderunt. Tages primus omniũ Ethruſcis dedit diuinandi artem, vñ ſolers, maga Ethruria.*

Solors, acuta in aruſpiciis. Claud.Fulmineos ſolers Ethruria conſulat ignes.

### EVADNE.

*Euadne filia fuit Martis & Hyphiæ, quæ in rogum mariti ſui Capanei apud Thebas interfecti, dum celebrarentur exequiæ, ſe coniecit.*

Hyphias, Hyphiæ filia. Ouid.lib.5 Triſt. Auſaq; in accenſos Hyphias ire rogos.
Capeneia, vxor Capanei. Stat.lib.12. Auſa ante alias Campaneia coniunx.
Audax Idem li.12. Turbine quo ſeſe charis inſtrauerit audax Ignib. Euadne.
Fida Proper.lib.3.Nec fida Euadne, nec pia Penelope.

### EVAN.

Thyrſifer, cauſam vide in dictione Bacchus. Sabell.Qui thyrſifer Euan.
Semelius, filius Semeles. Stat.lib.1.Syll.Latous vatum pater, & Semeleius Euan.
Vuifer Mich.Angl.Corycides colitis Nymphæ, tuq; vuifer Euan.

### EVANDER.

*Filius fuit Mercurij & Nicoſtratæ ſeu Carmentis, qui quũ fratrẽ occidiſſet imprudens, relicta Arcadia, fugit in Italiã, & in Palatino monte conſedit, ibiq; Palanteum oppidum condidit.*

Arcadius Verg.lib.8.Iuppiter Arcadij, quæſo, miſereſcite regis.
Palatinus Idem lib.9.Sceptra Palatini ſedemq; petiuit Euandri.
Parrhaſius Idem lib.11.Qui Parrhaſio Euandro Armiger ante fuit.
Arcas Idem, Thyrrheniq; duces, Euandriq; Arcadis alæ.
Exul Ouid.lib.5.Faſt.Exul ab Arcadia Latios Euander in agros Venerat.
Nonacrius Idem Ouid.Et matri & vati paret Nonacrius heros.
Palantius Idem ibidem, Excipit officio iuuenem Palantius heros.

### EVENVS.

*Fluuius eſt aſcendens a Thracia, qui nomen ſumpſit ab eiuſdem nominis homine ibidem ſubmerſo. Calydoniam præterfluit.*

Turbidus Seneca in Hercule Onthæo, Euenus altum gurgitem in pontum ferens.

### EVGANEI.

*Populi Galliæ Ciſalpinæ.*

Veteres Mant.Euganei veteres, & gens antiqua Liburni.

EVME-



### EVMENIDES.

*Quoniam furiæ infernales dicuntur anguineas habere comas.*

Turbidæ Syll.lib.2.Eumenis in medios irrumpit turbida cœtus.
Sæuæ Idem, Dea concita ſæuam Eumenida incuſſit muris.
Ferales Idem, Quæ poſtquam congeſta videt feralis Erinnys.
Stygiæ Stat.li.4.Theb.Stygias luſtrare ſeueris Eumenidas perhibetur aquis
Cruentæ Idem lib.11.Scidit orſa nouo terrore cruenta Eumenis.
Anguicomæ Idem lib.12. Agmina & anguicomæ ducent vexilla ſorores.
Truces Polit.Truceſq; in vota vocabit Eumenidas.
Tartareæ Pamph, Placaſſe Eumenides Orphea Tartareas.
Crudeles Idem, Crudeles inter tunditur Eumenides.
Horrendæ Augurell. Et horrendas tremendi Eumenides famulas tyranni.
Diræ Quint.Hic diræ Eumenides poſuere cubilia taxo.
Furentes Cantalycius, Procul eſte furentes Eumenides.

### EVNVCHVS.

Delicatus Mart.lib.5.Et delicatus opere fruitur Eunuchus.
Imbellis Iuu. Sat. 6. Sunt quas Eunuchi imbelles ac mollia ſemꝑ Oſcula delectent.

### EVPHRATES.

Altus Verg.li.4.Geor.Cæſar dũ manos ad altũ Fulminat Euphratem bello.
Fertilis Luc.lib.3.Fertilis Euphrates Phariæ vice fungitur vndæ.
Vagus Stat.lib.5.Syl.Quid vagus Euphrates, quid ripã binominis Iſtri.
Tumidus Claud.Tumidus quaſcunq; pererrat Euphrates.
Celer Idem, Vos celer Euphrates timeat, ſic Nilus vbiq;.
Fluxuoſus Mart.Venus inſquammantibus aſtris Fluminis Aſſyrij.

### EVRIPIDES.

Cothurnatus Ouid.in Ibin, Vtq; Cothurnatum vatem.
Tragicus Fauſtus, Et tragicum rapiet turba cruenta canum.

### EVRIPVS FLVVIVS.

Euboicus Syll.lib.14.Euboici non per ſcopulos illiſa Caphareo Euripi.
Fuſilis Sidon.Fuſilis Euripus propter cadit vnda ſuperne.
Fugax Sene.in Herc.fur.Priuſq; & multo vicibus alternis fugax Euripus.
Vagus Augurell.Vt vagus incertis Euripus defluit vndis.
Varius Sabell.Has mare Mæandri ſpecie varioq; Euripo Implicitas.
Tenuis Plin.lib.4.Porrigitur inde tenuis Euripus 86.paſſ.ſpacio.
Inſtabilis Seneca Euripus vndas flectit inſtabilis vagas.
Aeſtuans Boetius, Aeſtuantis more fertur Euripi.
Lubricus Theodo.Non pollicentur ex diuitiarum fluxu lubricum Euripum.

### EVRISTHEVS.

*Filius fuit Steneli regis Mycenarum, qui Iunonis inſtinctu imperabat Herculi, vt varia monſtra ſuperaret.*

Argolicus Lucan.lib.9. Retulit Argolico fulgentia poma tyranno.
Durus Verg.Quis aut Euriſthea durum Aut illaudati neſcit Buſiridis æras.
Sthelenius Ouid.lib.9.Neq; adhuc Sthelenius iras Soluerat Euriſtheus.
Sæuus Stat.lib.3.Syl.Pertulit & ſæui Tyrinthius horrida regis Pacta.
Cruentus Seneca, Pœnas cruentus iam tibi Euriſtheus dabit.
Mycenæus Quint.Rege Mycenæo tot adire pericula.
Crudelis Mant.Altera crudelem referens Euriſthea, toruo Intonat ore.
Grauis Claud.Hunc grauis Euriſtheus, nam te quocunq; leuares.

### EVROPA.

*Filia fuit Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter rapuit, & ne agnoſceretur dolus, formæ bouis abduxit in Cretam.*

Tyria Ouid.lib.3.Met.Gaudet & à Tyria collectum pellice transfert.
Sidonis Ouid.lib.5.Faſt.Sidoni ſic fueras aſpicienda Ioui.

Creſſa Ouid.lib.1.de Arte,Creſſa Thyeſtæo ſi ſe abſtinuiſſet amore.
Agenoris Stroz.pater,Fert tumidam taurus Agenorida.
Roſea Pamph.Europam vexi roſeam quia tergore.

EVROPA REGIO.

Diues Barth.Et ſpumantibus æquora remis Diuitis Europæ.
Potens Stat.in Achil.Ardeat omne ſimul roburq; decuſq; potentis Europæ.

EVROTAS.

*Fluuius eſt Laconiæ, Spartam alluens, qui abundat lauris. Nomen ſumpſit à quodam Eurota Myletis filio, qui ſtagnantes per eam regionem aquas foſſa perduxit in mare.*

Tænareus Ouid.lib.2.Met.Mygdoniuſq; Melas, & Tænareus Eurotas.
Frigidus Idem lib.2.Eleg.Frigidus Eurotas,populiferq; Padus.
Aſper Stat.lib.1.Theb.Audijt & melius cœli Parnaſſus, & aſper Eurotas.
Oliuifer Idem lib.4.Theb.Taygetiq; phalanx, & oliuiferi Eurotæ.
Viridis Idem lib.1.Syll.Vix locus Eurotæ viridi.
Lacedæmonius.Mant.Populiferq; Padus,Lacedæmoniuſq; Eurotas.

EVRVS.

Animoſus Verg.lib.2.Georg.Quas animoſi euri aſſiduè franguntq; feruntq;.
Riphæus Idem lib.3.Georg.Gens effrena virûm Riphæo tunditur euro.
Stridens Lucan.lib.9.Illam non fluctus,ſtridenſq; rudentibus eurus Mouit.
Niger Hor.Niger rudentes eurus inuerſo mari.
Aquoſus Idem, Aquoſus eurus arua radat imbribus.
Præceps Ouid.lib.11.Fluctibus & præceps ſpirare valentior eurus.
Trux Idem lib.15.Vbi trux inſiliebat eurus.
Proteruus Idem in Epiſt.Imperat & pennis eure proterue tuis.
Indomitus Idem ibidem,Vror & indomitis ignem exercentibus euris.
Sæuus Idem, Demophoon reddit & ſæuos forſitan euros.
Tumidus Idem lib.1.Eleg.Nec freta preſſuras tumidos cauſabitur euros.
Aeolus Idem lib.3.Eleg. Aeolios Ithacis incluſimus vtribus euros.
Volucer Syll.lib.4.Volucriq; citatior euro.
Inſanus Idem lib.6.Atq; inſano ſæuior euro.
Rapidus Idem lib.8.Egiſſet rapidis claſſem Cyllenius euris.
Nubifer Idem lib.12.Vbi nubifer eurus Naufragium ſpargens operit freta.
Eous Stat.lib.2.Theb.Qua latus Eoos Ephyres ſe vertit ad euros.
Hiſpidus Val.Flac.lib.1.Hiſpidos & multa flauum caput eurus arena.
Nabathæus Vnde Ouid.Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna receſſit.
Phœbæus, eadem cauſa. Seneca, Qua phœbæis ſubditus euris.
Glacialis Pont.Diffundent terris hyemem glacialibus euris.
Rigens Idem, Rigentibus euris Contigerit.
Borealis Idem, Creſcentem prolem à Borealibus euris.
Celer Stroz.pat.Et celer eoos concitat eurus equos.
Leuis Stroz.fil.Vere nouo optandus,primo leuis eurus ab ortu.
Immitis Sabell.Siue Palæſtinis illa eſt, quæ immitibus euris.
Nebuloſus Mirand.Eurus ab auroræ populis nebuloſus anhelat.
Ferox Conrad.Et ferox eurus pelago patenti.
Peſtifer Franc.Petr.Peſtifer hinc eurus, hinc humidus irruit auſter.
Indicus Mant.Riphæus Boreas, aut Lybs, aut Indicus eurus.
Oriens Idem, Non oriens eurus potuit ſpirare diebus.
Impiger Idem, Rutilo volat eurus ab ortu Impiger.
Nimbifer Idem, Atq; procelloſus Boreas, & nimbifer eurus.
Velox Idem, Mobilior plumis, celeri velocior euro.
Furens Priſcian.Ni properè linquant ſua rura furentibus euris.
Citus Fauſtus, O humana citis, ò vita fugacior euris.





Præpes Idem, Præpes odoratos eurus deportat ad Indos.
Mollis Architr. Aſſidebat euris mollibus.
Extremus Claud.Venit & extremo Phœnix longæuus ab euro.

EVRYCLIA.

Cana Verg.lib.1.Aen.Cana Fides & Veſta remo cum fratre Quirinus.
Sancta Idem lib.7.Quid tua ſancta fides, quid cura antiqua tuorum.
Theſæa,propter mutuam Theſæi & Pirithoi amicitiam.Ouid.lib.1.Triſt.O mihi Theſæa pectora iuncta fide.
Penelopæa Idem lib.5. Triſt. Nomen inextinctum,Penelopæa fides.
Pia Idem,Et pariter ſerua meq; piamq; fidem.
Pura Ouid.lib.4.de Ponto,Quis labor eſt puram non temeraſſe fidem.
Tenax Idem lib.2.Eleg.Et ſtetit ad finem longa,tenaxq; fides.
Solida Idem lib.2.de Arte,Tectaq; ſint ſolida myſtica furta fide.
Sacrata Syll.lib.1.Sacrata gens clara fide.
Sacra Idem lib.13.Sacra fides, agitatq; virum fallacia corda.
Impolluta Idem,Proh barbara nunquàm Impolluta fides.
Iurata Stroz.pat.Nondum iuratam fallere docta fidem.
Conſtans Pont.Atq; fides conſtans,ingenuuſq; pudor.
Honeſta Idem, A te ſeruata eſt ſemper honeſta fides.
Indiuidua Lactant.Niſi deuota mens, & ſeruata inuicem fides indiuiduam fecerit charitatem.
Pacta Stroz.fil.Seruares pactam tempus in omne fidem.
Socialis Liuius,Fidemq; ſocialem ſanctiſſimam habeatis.
Intacta Pamph Nec tamen intactam contemnere fidem.
Stabilis Idem,Hæc æuo ſtabilis fides diurno.
Recta Idem,Eſt clemens pietas,fideſq; recta.
Intemerata Idem,Rectus amor, pietas, intemerata fides.
Religioſa Sabell.Non homo,ſed docuit religioſa fides.
Verax Augurel.Veracem ſequeris fidem.
Firmata Crin.Firmatamq; diu diſſoluit fidem.Hic eſt diæreſis.
Syncera Cantalycius, Ac ſyncera fides,tot iam celebrata per annos.
Incorrupta Hor.lib.1.Carm.Incorrupta fides,nudaq; veritas.
Candens Bapt.Pius,Candentemq; docent prorſus habere fidem.
Ingenua Idem,Tempora & ingenua lactea ſecla fide.
Vnanimis Idem,Corda ſed vnanimi peruia corda fide.
Oreſtæa Claud.Conſtat Oreſtæam nil valuiſſe fidem.
Socia Boetius,Et quam nunc ſocia fide Pulchris motibus incitant.

## F I D I S  S E V  F I D E S.

Propter Anacreōtem Lyricum poetam, cui⁹ patria fuit Teois Ionum ciuitas, ab epitheto Mercurij cui inuētū citharæ adſcribitur.

Canora Verg.lib.6.Aen.Threicia fretus cithara,fidibuſq; canoris.
Teia Horat.lib.1.Carm.Et fide Teia Dices laborantes in vno.
Aeolia,ab epitheto Sapphus.Idem lib.2. Aeolijs fidibus quærentem.
Cyllenia Hor.in Epo.Et fide Cyllenia leuare duris pectora Solicitudinibus.
Curua Ouid.lib.5.Faſt.Inuentor curuæ furibus aptè fidis.
Docta Capella, Aurataq; chely,ac doctis fidibus perſonare.
Dulciſona Idem,Nam muros Thebis dulciſonis fidibus.
Sonora Sidon. Arcas, & accitenens fidibus ſtrepuere ſonoris.

Iocoſa



Iocoſa Pont.Hinc cantu tenero,fide & iocoſa.
Querula Polit.Quum tacuit,querulam depoſuitq; fidem.
Aurata Stroz.fil.Ter ſonat aurata caſta Thalia fide.
Sonans Conrad.Vt cures fidibus ſuaue ſonantibus.
Blanda Idem,Seu iuuat blandis fidibus moleſtas Anxiæ mentis releuare curas.
Pindarica Idem,Pindaricis fidibus reponi.
Aonia,à Muſis,quarum domicilium fingitur eſſe in Bœotia,quæ & Aonia dicitur. Augurellus,Aoniis diu diſtinctum fidibus tendere Barbiton.
Dulcis Idem,Eiicitur dulci cuia moleſta fide.
Leuis Idem,Leuibus circum fidibus ſilentem.
Teſtudinea Mich.Angl.Ac teſtudineam pulcher Apollo fidem.
Threicia,ab epitheto Orphei,Mant.Threiciis clarum fidibus, plectroq; potentem.
Harmonica Bapt.Pius,Te trahit harmonica blandus Apollo fide.

## F I D V C I A.

Pallens Stat.lib.6.Theb.Speſq;,audaxq; vnà metus,& fiducia pallens.
Audax Idem,Membra natant,inde hæc audax fiducia tantum.
Superba Liuius,Vallo propè hoſtiū ſigna inferendo, ſuperbā fiduciā oſtentare.
Stolida Idem,Vt & ſtolidam fiduciam hoſti augeret.

## F I L I X.

Herbæ nomen.

Inuiſa Verg.lib.2.Georg.Et filicem incuruis inuiſam paſcit aratris.

## F I L V M.

Gracile Col.Et ſecum gracili conuectere carmina filo.
Tenue Horat.lib.2.Epiſt.Et tenui deducta poemata filo.
Subtile Lucret.lib.4.Quæ vulgò volitant ſubtili prædita filo.
Prætenue Plin.lib.11.Et tactu prætenuia fila mittit.
Teres Idem,Tam moderato vngue,tam tereti filo deducit ſtamina.
Leue Stroz.pat.Ac quicquid leuibus filis connectis & auro.
Sericum Sidon.Vel Syrias vacuaſſe colus,vel ſerica fila.
Textile Pont.Regia textilibus percurrere ſtamina filis.
Nodoſum Pacificus,Quo fila ſecabat nodoſa.
Leue Catull.Quæ prius in leui fuerant extantia filo.

Vide cām in dictione,Seres.

## F I M V S.

Pinguis Verg.lib.1.Georg.Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola.
Immundus Idem lib.5.Aen.Concidit,immundoq; fimo,ſacroq; cruore.
Vdus Idem, Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, & vdo Turpia membra fimo.
Bibulus Varro,Fictiles fimo bibulo obliniunt.
Liquidus Pallad.Rut.Alij prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant.
Tenax Pont.Et circum tabulata fimo iungenda tenaci.
Abiectus Fauſt.Dicitur abiecto vilior eſſe fimo.
Putris Idem,Adiacet vt putri porca voluta fimo.

## F I R M I T A S.

Saxea Pamph.Sax.Hæc eſt ſaxea firmitas amoris.

## F I S C E L L A.

Iuncea Verg.in Opuſc.Sunt & caſeoli,quos iuncea fiſcina ſiccat.
Fragilis Fran.Petr.Lacte præmens fragilem fiſcellam rumperet acri.
Contexta cannis. Polit.Contextaq; cannis Fiſcina,lacte madens.

Eſt fiſcina vas vimineum,aut iunco textum, quo exſiccantur caſei.

## F I S T V L A.

Arguta Verg.in Buc.Hic arguta ſacra pendebat fiſtula pinu.
Ruſtica Ouid.lib.8.Metamorph. Sic ruſtica quondam Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Dulcis Horat.lib.1.Carm.Vtcunq; dulci Tyndari fiſtula.

Suauis

Suauis Apul. Symphoniæ dehinc ſuaues fiſtulæ, tibiæq; modulis dulciſſimis perſonabant.
Caua Stat.lib.1.Theb.Suadetq; leues Caua fiſtula ſomnos.
Enodis Capella, Enodis fiſtula ſibilatrix.
Paſtoralis Idem, Ipſiſq; me paſtoralibus fiſtulis non negauit.
Leuis Calphurn. Iam leuis obliqua creſcit tibi fiſtula canna.
Tinnula Idem, Tinnula tam fragili reſpiret fiſtula buxo.
Septiforis Sidon. Adiungas fiſtulæ ſeptiforis armentalem Camœnam.
Paſtoria Idem, Ponem fiſtulas ipſe paſtorias.
Rauca Idem, Poſtq; chelyn placuit fiſtula rauca Ioui.
Indocta Seneca, Indocta referens carmina fiſtula.
Blanda Pont. Et ſeptem cecinit fiſtula blanda modos.
Canora Idem, Putet heu canoræ fiſtulæ.
Garrula Tibullus lib.2. Garrula ſylueſtri fiſtula ſacra deo.

FLABRVM.

Lene Verg.lib.3.Georg. Lenibus horreſcunt flabris, ſummæq; ſonorem Eant ſyluæ.
Tenue Ouid.lib.2.de Arte, Profuit & tenuit ventos mouiſſe flabello.
Animoſum Ruffus Feſt. Tunc & Threicij repetunt animoſa aquilonis Flabra polo.
Sæuum Idem, Sæua procelloſis immitunt flabra fluentis.
Procax Idem, Omnia terrarum mox flabra procacia verrunt.
Petulans Polit. Nec tronitu Iouis, aut petulantibus incita flabris.
Vagum Conr. Vaga conquierunt flabra ventorum.
Syluifragum Lucr.lib.1. Monteſq; ſupremos Syluifragis vexat flabris.
Pictum Hieron. Ang. At poſtquam pictum fecit ſibi Cælia flabrum.
Ventoſum Idem, Vt mouit crines ventoſo Cælia flabro.
Decorum Idem, Quæ tenet in niuea flabra decora manu.

FLAGELLVM.

Sanguineum Luc.lib.7. Sanguineum veluti quatiens Bellonia flagellum.
Prolixum Colum. Prolixiſve flagellis incitet.
Horribile Horat.lib.1.Serm. Ne ſcutica dignum horribili ſectere flagello.
Atrum Syll.lib.4. Quadriiugos atro ſtimulat Bellona flagello.
Cruentum Mart.lib.2. Cruenta pendent qua flagella tortorum.
Horriſonum Val.Flac.lib.7. Ipſum angues, ipſum horriſoni quaritira flagelli.
Tortum Idem li.8. Inde veluit torto furiarum erecta flagello.
Vitioſum Pont. Aut laudat tunica vitioſum arente flagellum.
Dirum Codr. Vrceus, Diris flagellis vexat humanum genus.
Durum Pamph. Mars furit, & durum quatiens Bellona flagellum.
Impium Quint. Rubet flagellis impiis corpus meum.
Acre Aegid. Delphus, Animis erat acre flagellum.
Mortiferum Mant. Viſcera mortiferis tandem contuſa flagellis.
Graue Idem, Grauib. flagellis Robuſtas armata manus.
Atrox Idem, Nudat & atroci proſcindit terga flagello.
Vulnificum Barth. Vulnifico committit bella flagello.
Triſte Idem, Triſtiq; horrenda flagello Deſæuit Bellona animis.
Rigidum Mant. Sua rigido intorquent liuentia terga flagello.

FLAGITIVM.

Deteſtabile Marull. Et populi flagitium leuis deteſtabile crederet.
Inauditum Idem, O toti nauditis obrute flagitiis.
Inſolens Crinit. O non ferendum flagitium inſolens.
Improbum Idem, Seruit flagitiis languidus improbis.

FLA-



FLAGRVM.

Durum Iuuen.Sat.5. Nec dura timebis Flagra pati.
Rigidus Mant. Et rigidis tandem flagris ac verbere cæſos.

FLAMEN.

Spumeum Valerius Flaccus libro 2. Iam venti rapuere ratem, iam flamina portant Spumea.
Sonorum Claud. Flare cupit pelagus, ſyluas, campoſq; ſonoro Flamine rapturus.
Diſſonum Nemeſ. Riſiſti calamos, & diſſona flamina Mopſi.
Spirans Fauſt. Pello igitur crebro ſpirantia flamina potu.
Rapidum Verg. Rapido pariter cum flamine portent.
Lene Hieron. Anger. Tu ventis Zephyris, & leni flamine gaudes.

FLAMMA.

Tremula Verg. in Buc. Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis.
Crepitans Idem lib.1. Geor. Atq; leuem ſtipulam crepitantibus vrere flammis.
Coruſca Idem in Aetna, Dextraq; coruſcam Armatus flammam renouat.
Torrens Idem lib.6. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.
Virgea Idem lib.7. Ira ſuper magno veluti quum flamma ſonora Virgea, &c.
Sequax Idem lib.8. Miſcebant operi, flammiſq; ſequacibus iras.
Stupea Idem, Stupea flamma manu, teliſq; volatile ferrum.
Vaga Horat. libro 1. Ser. Nam vaga per veterem dilapſo flamma culinam Vlcano.
Acris Lucret.lib.1. Tum glacies acri flamma deuicta liqueſcit.
Celer Idem lib.2. Et celeri flamma deguſtant ligna trabeſq;.
Calida Idem lib.3 Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis.
Ignea Idem lib.5. Ignea flamma quidem quum corpora fulua leonum.
Volans Idem, Noctiuagæq; faces cœli, flammæq; volantes.
Velox Idem lib.6. Excuſſit calidum flammis velocibus ignem.
Auida Ouid.lib 9. Nec modus eſt, ſorbent auidæ præcordia flammæ.
Rutila Idem lib.3. Faſt. Ecce deum genitor rutilas per nubila flammas ſpargere.
Viua Idem libro 6. Faſt. Nec tu aliud Veſtam quàm viuam intellige flammam.
Rapida Idem lib.4. de Ponto, Tunc ego thura feram, rapidis ſolennia flammis.
Feruida Idem lib.1. Eleg. Feruida vicino flamma vapore nocet.
Rogalis Idem lib.3. Eleg. Tene ſacer vates flammæ rapuere rogales?
Vigil Idem lib.3 de Arte, Illa poteſt vigiles flammas extinguere Veſtæ.
Lucens Syll.lib.1. Peſtis & in medio lucentes vulnere flammæ.
Roſea Idem lib.4. Surgebant roſeæ media inter cærula flammæ.
Vorax Idem, Flamma vorax imò penitus ſe gurgite tractos.
Multifida Idem lib.14. Flammaq; comantem Multifida pinum.
Volucris Idem lib.17. Ventilat, & volucres ſpargit per nubila flammas.
Errans Claud. Ardor, & errantes ludunt per cærula flammæ.
Micans Manil. Siue inis fabricauit opus flammæq; micantes.
Tumida Claud. Cultaq; iam tumidis lucent altaria flammis.
Clara Cæſ. Germ. Qua tempora claris ornantur flammis.
Radians Ruf. Feſtus, Omnia quæ flammis pingunt radiantibus æthram.
Flagrans Idem, Vt iubar occulerent flagrantibus obuia flammis.
Coruſcans Capella, Fulgidus & flammis coruſcantibus rutilans.
Fluctuans Sidon. Per templum male fluctuante flamma.
Ferox Seneca, Iuuenum feroces concitat flammas.

Agilis

Agilis Idem,Vt agilis altas flamma percurrit trabes.
Mobilis Idem,Non vna facies mobili flammæ fuit.
Feruens Idem,Similis volanti flamma feruens abſtulit.
Rapax Strox.pater,Ne flamma rapax corpuſcula lædat.
Rutilans Pont.Et flamma rutilante,ingenti & verbere.
Rubens Idem,Tractim flamma rubens atq; ignea fulget imago.
Vſtilans Idem,Cui longè eſt opus vſtilante flamma.
Viuida Thom.Rad.Viuidæ crebrò emiſſæ flammulæ.
Aeſtuas Crinit.Non æquè flammis ardet æſtuantibus.
Torrida Marull.Flammis peruſtum torridis.
Lucida Lactant.Quorum de medio lucida flamma micat.
Relucens Liu.Metus ipſe relucentis flammæ ex capite,calorq; ſtimulatos.
Sæuiens Pamph.Saxus,In flammas ſine fine ſæuientes.
Exardens Idem,Vrat & exardens Siculis me flamma caminis.
Ardens Pacificus,Quo magis ardentes cælat ſub pectore flammas.
Nigrans Crinit.Gigas nigrantes horridus flammas vomens.
Sonora Quint.Totam ſonoris machinam flammis ruat.
Ignita Idem,Sanguine & ignitas ventoſa per æquora flammas.
Sonax Idem,Stigmatibus flammiſq; ſonacibus Ennoſigæum.
Atrox Brixius, Surgit in immenſum geminatis ignibus atrox Flammā rogum.
Aetnæa Bap.Pius,Tu licet Aetnæis vras præcordia flammis.
Igniuoma Quint.Lumen & igniuomas ſpargens procul aurea flammas.
Stridula Pacificus, Accenſoq; rogo ſtridula flamma furit.
Calens Stroz.filius,Igne mihi venas,flammiſq; calentibus vrit.
Vndans Mant.Igne imitans,celſo vndantes de culmine flammas.
Audax Idem,Porrigit audaces flammas,rapidoq; fragore.
Comans Idem,Sæpius in ſomnis aſtrum,flammamq; comantem.
Mobilis Idem,mobilibus flammis plures ardebat in horas.
Vrens Idem,Suauia & vrentes ſenſit præcordia flammas.
Sonans Idem,Ignea tempeſtas,flammiſq; ſonantibus ardor.
Fugans vmbras.Idem Flammiſq; fugantibus vmbras.
Fulgens Idem,Sole micant humeri fulgentibus vndiq; flammis.
Alacris Idem,Permulcent alacres præcordia flammæ.
Furentes Verg.lib.2.Aen.Flammæq; furentes Culmina perq; hominum voluūntur,perq; deorum.
Crudelis Calent.Deſine me miſerum crudelibus vrere flammis.
Terrifica Cantal.Hæc ita terrificis pulſabant æthera flammis.
Populatrix Barth.Populatrix flamma cherucos Haurit.
Fumoſa Cato.Et flamma minus fumoſa exibit.

FLATVS.

Madibus Lucan.lib.1.Et madidis Euri reſolutæ flatibus Alpes.
Violentus Plin.lib.2.Flagrans hæc violento cum flatu.
Leuis Syll.lib.15.Leuis inde,ſecunda Aſpirans aura propellit carba
Rapidus Idem lib.17.Rapidusq; incendia flatus Ventilat.
Stridens Mart.lib.10.Stridentesq; feram flatus Aquilonis iniqui.
Anhelus Val.Flac.lib.2.Et flatu non inſcia gliſcit anhelo.
Gelidus Cæſ.Germ.Comparat aut gelidos flatus,cœliq; fragores.
Acer Polit.Acres Carceris Aeolij moneat conſurgere flatus.
Ventoſus Stroz.pater,Ventoſo extollit te vana ſuperbia flatu.
Viuificus Iuuen.Viuifici pariter viuant ſpiramine flatus.
Acrius Augurell.Sed erant flatibus editæ voces aerijs tuæ.





Acutus Mant.Nos nimium flatus boreas infeſtat acuto.
Præpes Idem,vertice nutantes pinus,& præpete flatu.
Multiuagus Claud.Putrida multiuagis populatur flatibus antra.
Sonorus Coetius,Nec ſonoris ſterni flatibus Euri.
Nimboſus Muſæus,Nimboſis vaſtum ſcuticantes flatibus æquor.
Horriſonus Mant.Continuò maris horriſono vada concita flatu.

FLETVS.

Manans Lucan.lib.6.Scire dedit mœſtum fletu manante cadauer.
Humens Syl.lib.6.Atq; humentes comprime fletus.
Pius Stat.lib.7.Theb.Et ſparſa videres Fletibus arma piis.
Mœſta Seneca,Rigat & mœſtis fletibus ora.
Luctiſonus Polit.Luctiſonis fletibus aula fremit.
Acerbus Marull.Ne foret aut fletus qui ſolaretur acerbos.
Miſer Stroz.pater,Nec dominæ miſeris fletibus ingemuit.
Turgidus Quint.Fletus deſtituant pectora turgidi.
Tepidus Claud.Tepidiſq; ſepulchrum fletibus irroret.
Amarus Idem,In amoros lumina fletus Soluit.
Rorans Fauſt.Ignea turgeſcunt roranti lumina fletu.
Tener Architr.Arentes oculos tenero compaſſio fletu.
Ttremulus Propert.lib.1.Et mæſtus tremulis orietur fletibus horror.
Tepens Mant.Oſcula iungentes fletu maduere tepenti.
Fontanus Hier.Ang.Fontano mulcens ego tunc incendia fletu.

FLEXVS.

Sinuoſus Verg.lib.1.Georg.Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis.
Vagus Lucan.lib.9.Si flexus oblita vagi,per recta cucurrit.
Tortuoſus Apul.Inq; flexibus tortuoſis eneruatam & exoſſam ſaltationem.
Curuatus Syl.lib.2.Curuatis claudens ingentem flexibus orbem.
Lunatus Idem li.5.Aut illi dextros lunatis flexibus orbes.
Sinuatus Idē lib.15.Nā qua curuatas ſinuatis flexibus amnis Obliquat ripas.
Circularis Colum.Vbi circulares flexus abraduntur.
Multiuagus Idem,Et ſacra multiuagos qua tollunt ſidera flexus.
Obliquus Seneca,Obliquis Hecate currere flexibus.
Labyrinthæus.Catull.Nec Labyrinthæis flexibus egredientem.
Labyrinthiacus.Mant.Calle ſalebroſo,labyrinthiaciſq; viarum Flexibus.

*FLORA.*

*Flora,meretrix fuit ditiſſima, quæ Romanum pop. conſtituit heredem, vnde & in deorum numerum relata eſt. Et floralia ſacra eidem conſtituta ſunt, quæ Aprili menſe fieri ſolebant,magno verborum & rerum omnium cùm laſciuia tum licentia. Capitur etiam pro dea florum, vt hic in pleriſq; locis.*

Iocoſa Mart.lib.1.Noſſes iocoſæ dulce quum ſacrum Floræ.
Ruſtica Idem lib.5.Qua videt antiquum ruſtica Flora Iouen.
Odora Idem li.6.Tantus veris honos,& odoræ gratiæ Floræ.
Delicata Idem lib.10.Et delicatæ aureum nemus Floræ.
Decens Capella,Flora decens,trina eſt anxia cum Charite.
Zephyritis Pont.His tum mulcebat dominam Zephyritida. Vxor Zephyri,qui etiā pater florum dr̃.
Lacticina,quum flores lacteſcunt.Crinit.Sed Floram mox adicit lacticinam.
Pulchra Remalcus,Et quos flaua Ceres,Floraq; pulchra citant.

FLORENTIA.

Syllana Mant.lib.1.de Cala.Syllanaq; Thuſcis Vrbs diuiſa vadis. Vrbs Italiæ a Syllanis militibus condita.

FLOS.

Blandus Verg.in Buc.Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores.
Rutilus Idem in Roſa,Ecce deduxit rutili coma Punica floris.

Lætus Idem de 4. Temp. Anni, Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Amicus Colum. Flores amiciſſimos apibus creant.
Odoratus Stat. lib. 3. Syll. Semper odoratis ſpirabunt floribus aræ.
Mollis Colum. Et vos agreſtes, duro qui pollice molles Demetitis flores.
Candidulus Pall. Rut. Mediocri arbore naſcuntur, & flore candidulo.
Niueus Idem, Niueos haud inuida flores Commodat.
Apricus Horat. lib. 1. Carm. Apricos necte flores.
Suauis Lucret. lib. 1. Tibi ſuaues Dædala tellus Submittit flores.
Dulcis Plato apud Gell. lib. 19. Dulcemq; florem ſpiritus duco.
Micans Apul. Humeros volatilis dei pinnæ roſidæ micanti flore candicant.
Vernus Ouid. lib. 9. Met. An quia quum legeret flores Proſerpina vernos
Aeſtiuus Suet. in Aug. Cõpitales lares ornare bis inſtituit vernis florib. & æſtiuis.
Odorus Ouid. lib. 1. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletum.
Pratenſis Plin. lib. 21. Pratenſes hi flores, ac ſine vſu.
Candidus Idem lib. 25. Flore candido ſpecioſo, radice ſuperuacua.
Odorifeta Syl. lib. 16. Odoriferis aſpergit floribus aras.
Sabæus Stat. lib. 5. Syl. Ver Arabum, Cilicumq; fluit, floresq; Sabæi.
Propter Hymetiũ Atticæ montem florĩ ferũ, & melliferum.
Elyſius Idem, Sertaq;, & Elyſios animæ proſternere flores.
Atticus Mart. lib. 9. Hyblam quod ſapit, Atticosq; flores.
Nectareus Claud. Pars nectareis aſpergere tecta Floribus.
Nitidus Marull. Ille colit nitidis gemmatum floribus hortum.
Decens Seneca, Quis me prohibet flore decenti vincire comam.
Gratus Pont. Semperq; nitentia gratis Floribus.
Fragrans Idem, Aurea fragranti ſpirant redolentia flore.
Illuſtris Idem, Illuſtres paſſim flores, monumentaq; diuùm.
Tener Calent. Iuppiter & teneris cum floribus omnia perdat.
Fuluidus Pont. Vt flos in verno lætatus ſole niteſcit Fulgidus.
Decorus Idem, Lilia albeſcunt, & hiat decoro flore hyacinthus.
Halans Polit. Commoritur foliis halantum gratia florum.
Purus Lactant. Floreſcet autem flos purus.
Pulcher Pamph. Flore quę pulchro celebranda pulchrum Dat ſibi nomen.
Olens Conrad. Ac olentes graminum flores.
Pictus Crinit. Proferunt pictos variata flores Rura.
Hyblæus Mant. Olfacere Hyblæos flores, & Hymettia prata.
Coruſcus Idem, Virga carens humore comas, floremq, coruſcum.
Beneolens Barth. Plenis hi calatis beneolentes ſpargere flores.
Vernalis Hier. Ang. Tempore vernales flores, argentea & arent Lilia.
Bellulus Idem, Bellule flos ſalue. Quis te flos bellule miſit?

## FLVCTVS.

Tumidus Verg. lib. 5. Quod tumidis ſubmerſum tunditur olim Fluctibus.
Tumens Idem lib. 7. Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti.
Reciprocans Pallad. Rutil. Alterius æſtibus reciprocans fluctus allueret.
Canus Lucret. lib. 2. Vertitur in canos candenti è marmore fluctus.
Multigrumus Gell. lib. 9. Itemq; tumidis, magniſq; fluctibus multigrumis.
Marinus Propert. lib. 2. Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos.
Spumans Pont. Illæ ſpumantes tumido æquore fluctus Includunt.
Procelloſus Fauſt. Illa procelloſis fluctibus icta ruet.
Surdus Ouid. in Epiſt. Nec faciam ſurdis conuicia fluctibus vlla.
Trux Idem, Gauiſum in fluctus æquora mota truces.
Patulus Syll. lib. 14. Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus.
Cæruleus Idem lib. 17. Iactaq; cæruleis innabant fluctibus exta.
Humens Stat. lib. 9. Atq; auidos tollens ad ſidera fluctus humentes.

Curuatus



Idem lib. 11. Quàm Scytha curuatis erectus fluctibus vnquam.
Curuatus
Fluuius Idem lib. 1. Syl. Si chalcida fluctus expellunt fluuij.
Sonorus Idem lib. 2. Syl. Hæc tecta ſonoros Ignorant fluctus.
Curuus Idem, Quæq; ferit curuos exerta magalia fluctus.
Altiſonus Brixius, Præterea altiſonis fremuit mare Fluctibus ingens.
Inquietus Mart. lib. 1. Et fluctu tenui, ſed inquieto.
Vaſtus Val. Flac. lib. 4. Aut vaſto riget ardua fluctu.
Penetrabilis Manil. In longè anguſto penetrabilis æquore fluctus.
Frigidus Seneca, Alluit gentes frigido fluctu.
Rapidus Pont. Fluctibus hinc rapidis, tremuloq; emergere ponto.
Raucus Idem, Fluctuq; exterrita rauco.
Madidus Idem, Stillabat madidos per membra rigentia fluctus.
Tremulus Idem, Sentis, tremulis vt fluctibus vdæ Ad numerum ſaliant Nereides.
Sonans Pont. Intraq; ſonanti Alluitur tellus fluctu.
Humectus Idem, Signa etenim maris, humectos referentia fluctus.
Agitatus Idem, Ipſe vides, quoties agitatis fluctibus æquor.
Minax Idem, Et minaces vincere fluctus.
Herboſus Thom. Rad. Smaragdineæ fluctu viridatis herboſe.
Reſonus Stroz. fil. Reſonos in carmina fluctus.
Proteruus Pamph. Et proteruis fluctibus ducit.
Nymboſus Idem, Dum mare nymboſis fluctibus aſtra petet.
Aequoreus Idem, Ligno ſi fragili fluctos diſſipat æquoreos.
Multiuagus Sabell. Aequora multiuago ſeſe cingentia fluctu.
Saxifragus Conr. Miſcet ſaxifragis æquora fluctibus.
Campiuagus Idem, Pontes diripiens, campiuagis fluctibus imperans.
Grandiſonus Idem, Grandiſonis concutiens littora fluctibus.
Liquidus Lud. Bigus, Aequore non liquidis agitato fluctibus.
Supinus Pacificus, Aduerſus iam natabat aquas, fluctusq; ſupinos.
Veſanus Crinit. Atq; veſanos adiiſſe fluctus.
Horriſonus Mich. Angl. Horriſonos panoples fluctus, tumidasq; procellas.
Vagus Quint. Omnes qua cedrus mittit vagos fluctus.
Sonax Idem, Fluctus ſonaces voluit ad littus ſuos.
Fugax Idem, Veluti fugaces circulos fluctus mari Iunctim ſequuntur.
Vitreus Quint. In fluctus oculis vitreos, ſic talibus orſus.
Paluſter Idem, A latere acceptat fluctus ſucculla paluſtres.
Vndoſus Mich. Angl. Hinc metus vndoſis fluctibus ora quatit.
Saliens Mant Correctum fluctu ſaliente cadauer.
Fremens Idem, Et ſolitam pelagi fluctus audire frementes.
Natans Idem, Et procul in Cyprum fluctus ſpectare natantes.
Arenoſus Idem, Arenoſi ſaliunt ad littora fluctus.
Vndans Idem, Vndantes etiam cit ab æquore fluctus.
Algidus Remacl. Intrare fluctus algidos.
Errans Idem, Oceani errantes fluctus.
Naufragus Barth. Atq; naufragis fluctibus vltima Thule eſt.
Pluuius Fauſt. Tanta nec a pluuio poſſunt incandia fluctu.
Profundus Idem, Fontanas epotat aquas, fluctuq; profundo.
Flexibilis Idem, Flexibili totum fluctu qui circuis orbem.
Reſonans Muſæus, Nec maris immenſo reſonantes murmure fluctus.
Validus Idem, Validis ſublatus fluctibus ibat.
Spumifer Stat. in Achill. Illi ſpumiferos glomerant a pectore fluctus.

## FLVENTVM.

Raucum Verg. lib. 6. Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta.

Cetoſum

Cetoſum, à piſcibus, qui dicuntur cete. Ruff. Thetios vndoſæ linquunt cetoſa fluenta.
Procelloſum Idem, Sæua procelloſis immittunt flabra fluentis.
Blandum Sidon. Tranſcendit amarus Blanda fluenta latex.
Tenue Idem, Tenuiq́; incerta fluento.
Trepidans Idem, Qua latè trepidantibus fluentis.
Vndiuagum Pont. Foſſarum immiſit rapido torrente fluentum Vndiuagum.
Madidum Idem, Hauariat vt ſolitos imbres, madidumq́; fluentum.
Amœnum Sabell. Naiades has ripas, & amœna fluenta tenere.
Glaucum Sedul. Et vaſti premit arua freti, glaucisq́; fluentis.
Sinuoſum Calent. Nouiſtis ripas, ſinuoſaq́; in amne fluenta.

## F L V M E N.

Frigidum Verg. in Buc. Frigida Daphni boues ad flumina.
Torrens Idem, Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.
Curuum Idem lib. 2. Georg. Camposq́; & flumina late Curua tenent.
Herboſum Idem, Paſcentem niueos herboſo flumine cycnos.
Labens Idem lib. 4. Georg. Omnia ſub magna labentia flumina terra.
Vagum Idem in Batt. Flectite currentes lymphas, vaga flumina retrò.
Gelidum Idem lib. 8. Vt procul è gelido ſecretam flumine vidit.
Latebroſum Idem lib. 8. Cæruleum in gremium latebroſaq́; flumina vinctos.
Liquens Idem lib. 9. Quales aeriæ liquentia flumina circum.
Sonorum Idem lib. 12. Stagnis quæ fluminibusq́; ſonoris Præſidet.
Nauigabile Colum. Nec procul à mari, aut nauigabili flumine.
Rapidum Horat. lib. 2. Serm. Illud idem in rapidum flumen iaceret vt cloacam.
Validum Lucret. lib. 1. Quæ veluti validum flumen quum procubere.
Decliue Ouid. lib. 1. Met. Fluminaq́; obliquis cinxit decliuia ripis.
Limoſum Idem, Incubat infelix, limoſaq́; flumina potat.
Circunfuſum Idem lib. 5. Faſt. Et circunfuſis inuia fluminibus.
Obliquum Idem in Epiſt. Ille refrenat aquas, obliquaq́; flumina ſiſtit.
Refugum Idem, Spemq́; ſuo refugi fluminis ore ſequi.
Turbidum Seneca, Qui capaci turbida cymba flumina ſeruat.
Spumans Syll. lib. 1. Nymboſoq́; ruunt ſpumantia flumina rictu.
Concitum Fauſtus, Concita Threicio qui ſiſtere flumina cantu.
Spumeum Val. Flac. lib. 2. Spumea reiiciunt curuatas flumina cymbas.
Ductile Mart. lib. 12. Hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Arduum Val. Flac. lib. 4. Atq; ardua flumina ripis.
Virens Idem lib. 5. Tumulumq́; virentia ſupra Flumina.
Sinuans Manil. Fluminaq́; errantes latè ſinuantia flexus.
Flexum Idem, Dumq́; ſurit flexo contortus flumine vortex.
Fontanum Auſon. Per medium autem vrbis fontani fluminis alueum.
Properans Calphurn. Et tenuere ſuos properantia flumina curſus.
Caducum Sid. Præ ſtrepitu caduci flumins mutuæ vocum vices minus intelliguntur.
Profundum Idem, Atq́; hunc fluminibus ſatis profundis.
Citatum Seneca Præceps citato flumini quærens iter.
Tumidum Idem, Frangebat ipſas fluminis tumidi minas.
Sinuoſum Pont. Incenſasq́; vehit ſinuoſum flumen arenas.
Vitreum Idem, Flumine ſub vitreo, calidone in fonte lauantem.
Viridans Idem, Quæ iuga gratorum nemorum, ac viridantia ripis Flumina.
Nebuloſum Idem, Aut propter liquidas nebuloſi fluminis vndas.
Cannoſum Idem, Hic aliquis cannoſa latens poſt flumina pallor.
Vdum Idem, Et vdis abdita fluminibus.





Humidum Idem, At humida flumina poſcunt Auxilio.
Nitidum Idem, Candidaq́; in nitido flumine membra rigas.
Rigens Marull. Nunc rigentia flumina Dura ſoluere compede.
Perlucidum Codrus, Cinxiſtis & perlucida flumina.
Violentum Stroz. pat. Vt violenta ruunt abruptis flumina ripis.
Vndans Pamph. Ruſticus vndanti flumine læta ſodit.
Currens Idem, Flumina quæ ſiſtit currentia.
Amœnum Sabell. His medijs terris, quas flumine ſulcat amœno.
Glaucum Idem, Glaucaq́; furtiuo complectens flumina nexu.
Inflexum Idem, Ripisq́; inflexa canoris Flumina.
Tumens Conrad. Albis tumenti flumine Teutonas.
Purum Iuu. Nunc ego præteritas maculas in flumine puro Abluere inſtitui.
Liquidum Calent. Aſſueti liquidis ludere fluminibus.
Deflexum Quint. Siſtit aquas, retroq́; premit deflexa reuerti Flumina.
Curuatum Mant. Curuataq; ripis Flumina.
Præceps Fauſt. Labitur aerea præceps ceù flumen ab Alpe.
Fruticans Idem, Accolæ Iordanis fruticantia flumina tollat.
Reſonans Idem, Flumen abit reſonans in vallibus imis.
Algiduum Barth. Trans algida Rheni Flumina.
Procidum Idem, Flumine prociduo vaſtum defertur in Iſtrum.
Exundans Fauſt. Humida & exundans lumina flumen habet.
Lubricum Mant. Vt lubrica flumina lymphis In mare deferri.
Priuiniferum. Hier. Ang. Cumq́; priuiniferis æquora fluminibus.

## *F L V V I V S.*

*Poetæ fluuios fingunt cornigeros, aut propter oſtia, quibus aquam effundunt, aut quia raucum ſonitum taurino ſimilem edunt. Hinc Horatius vocat Aufidum tauriformem. Et Val. Flac. lib. 1. Syluarumq́; deæ, atque illatis cornibus amnes.*

Rapax Verg. lib. 3. Georg. Carpere prata fuga, fluuiosq́; innare rapaces.
Liquens Idem lib. 4. Geor. Ignemq́; horribilemq́; feram, fluuiumq́; liquentē.
Minax Idem lib. 3. Georg. Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces.
Tumens Idem lib. 8. Tybris ea flumen (qua longa eſt) nocte tumentem Leniit.
Gelidus Lucr. lib. 6. In fluuios partim gelidos ardentia morbo Membra dabat.
Spumifer Ouid. lib. 3. Eleg. Tyburis Argæi ſpumifer arua rigas.
Humens Syll. lib. 13. Comere, & humenti fluuio reuocare colorem.
Trux Stat. lib. 5. Syl. Nec trucibus fluuijs idem ſonus.
Minans Claud. An fluuium per tecta vagum, ſummisq́; minantem Collibus.
Lubricus Sidon. Aut fluuios gelu lubricos.
Citatus Pont. Affer opem Eridane, fluuiosq́; immite citatos.
Algens Marullus, Modo algentes coactus in fluuios.
Torrens Stroz. fil. Fertur in agrum Torrenti ſimilis fluuio.
Sonans Sabell. Quæ ripis fluuiosq́; impoſta ſonanti.
Flexiuagus Idem, Hæc quoq; flexiuago pomœria grandia tractu.
Rapidus Quint. Fluuijs rapidis, torrente vado.
Vorax Idem, Et trahat in præceps fluuio nemora ampla voraci.
Nitens Idem, Inſula quum fluuio ſit conuallata nitenti.
Stagnans Rodulphus, Stagnantis fluuij, nigræ vt paludis hiatum.
Vndans Mant. Mos vt vndanti fluuio quotannis Labra coronant.
Furens Idem, Fluuiumq́; arcere furentem.
Spumans Barth. Cædeq́; ſpumantes fluuios.
Corniger Verg. Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.

## F L V X V S.

Fluens Mant. Petriq́; domus polluta fluenti Marceſſit fluxu.

## FOCVS.

Calens Lucan.lib.2.Semperq; calentes Mactauere focos.
Calidus Ouid.lib.1.Faſt.Vritur in calidis alba columba focis.
Tepidus Ouid.lib.2.Faſt.Sumptum de tepidis ipſa colona focis.
Fumoſus Idem lib.4.Faſt.Sectaq; fumoſis exta dedere focis.
Ardens Pont.Ardenti ſubdite ligna foco.
Odoratus Idem,Fumet odorato myrrhaq; thusq; foco.
Accenſus Pamph.Vrit vt accenſus robora ſicca focus.
Thuricremus.Sabell.Thuricremis abſcinde focis,arisq; relictis.
Sacrificus Idem,Sacrificis ſed date thura focis.
Vaporifer Lud.Bigus,Inq; vaporiferis aurea maſſa focis.
Stridens Mant.Stridentes ſalit ante focos.
Lucens Idem,Et tuba lucentes mugiet ante focos.
Feruens Plaut.in Capt.Atq; epulas foueri foculis feruentibus.
Flammiger Fauſt.Grandia flammigeris addita ligna focis.
Igniuomus Idem,Materna igniuomis quam dedit ira focis.
Sanctus Tibul.lib.1.Nec prodeſt ſanctis thura dediſſe focis.
Fumificus Textor,Fumifico imponens plurima ligna foco.

## FOEDVS.

Fœdera primus inuenit Theſeus, & Lycaon inducias.

Sociale Ouid.in Epiſt.Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam.
Iugale Val.Flac.lib.8.Promiſſamq; fidem thalamis,fœdusq; iugale.
Concors Pont.Cœleſtes genuini concordia fœdere iuncti.
Socium Stroz.pater,Et ſocio fœdere iuncta manus.
Dulce Pamph.Dulcia tranquillæ fœdera pacis amo.
Amicum Quintian.Iungite felices ſub amico fœdere dextras.
Stabile Calentius,Coniugium firmo ſtabiliq; in fœdere.
Compoſitum,Pont.Atq; ita compoſito iungebant fœdere curas.
Coniuratum Bap.Pius,Hi coniurato mouerunt fœdere bella.

## FOEMINA.

Tenera Colum.Nec tamen teneræ fœminæ comitentur.
Candida Ouid.in Eleg.Candida ſeu tacito me vidit fœmina vultu.
Culta Idem lib.1.de Arte,Cultaq; Iudæo fœmina ſacra viro.
Læta Idem lib.3.de Arte,Nos hilarem populum fœmina læta capit.
Imbellis Syll.lib.2.Parietibusq; domus imbellis fœmina ſeruet.
Callida Auſon.Callida ſed mediæ Veneris mihi vindicet artem Fœmina.
Luculenta Capella,Luculenta & inſignis fœmina ingreditur.
Dux malorum.Seneca,Sed dux malorum fœmina,& ſcelerum artifex.
Bella Pon.Tam bellas manibus tangere fœminas.
Scelerata Codrus,Quod ſcelerata gerit fœmina mente dolos.
Impudica Lactan.Impudicas fœminas inhoneſtis geſtibus metiuntur.
Mollis Pamphil.Impia commoueant ſpectacula fœmina mollis.
Feſtiua Plautus in Mil.Luculenta atq; feſtiua fœmina.
Fallax Pamph.Fallax, improba, ſæua, triſtis, amens, infirma, inſtabilis, procax, petulca quæq; eſt fœmina.
Iniqua Idem,Fœmina me laqueis cepit iniqua ſuis.
Labilis Pamph.Labilis,inconſtans,præceps,mutabilis,ardens,Inſulſa,ferox.
Mobilis Mant.in Buc.Mobilis,inconſtans,vaga,garula,vana,bilinguis,&c.
Prodiga Iuuen.Sat.6.Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum.
Loquax Plaut.in Aului.Nam multum loquaces meritò omnes habemur.
Largiloqua Idem in Ciſt. Largiloquæ exemplo ſumus, plus loquimur, quam fas eſt.
Inſidioſa Mant.Heu fœmina ſemper inſidioſa mari.

FOENE-



## FOENERATOR.

Auidus Auſon.Atq; vt auidus fœnerator improbum nummum maluit occupare quàm condere.
Lucripeta Plautus,Lucripeta fœnus fœnerator poſtulans.

## FOENVM.

Pratenſe Col.Sint vicia in faſcé ligata, & cicercula, itemq; pratenſe fœnum.
Autumnale Idem,Aluntur autem cõmodiſſimè ex fraxino vel autumnali fœno.
Molle Idem,Subſternatur autem mundiſſima palea,vel molle fœnum.
Aſperum Apul.Vt dulciſſimis illis relictis cibis,cœnarem aſperrimum fœnum.
Rigens Stroz.pater, Nec ſubijſſe caſam puduit fœnoq; rigenti.
Rigidum Mirandula, Ad tua præſepis rigido incunabula fœno.
Vile Idem,Non caper in vili poſuit cunabula fœno.
Herboſum Remaclus,Herboſo citius puerum perquirite fœno.

## FOENVS.

Auidum Luc.lib.1.Hinc vſura vorax,auidumq; in tempore fœnus.
Cumulatum Col.Vt redeant nobis cumulato fœnore meſſes.
Occultum Horat.lib.1.Epiſt.Multis occulto creſcit res fœnore.
Copioſum Apul.Fœnus deniq; copioſum ſub Arrabone auri & argenti.
Fœcundum Stroz.filius,Diluat vnde ſuam fœcundo fœnore noxam.

## FOETOR.

Hircinus,ab hircis,qui malè olent,quem fœtorem reddunt homines multum libidinoſi.
Peſtifer,quoniam ex immunditia cloacarum & fœtore peſtilentiam oriri certũ eſt.

## FOLIA.

Venefica cuius pria Ariminũ.

Ariminenſis Horat.Non defuiſſe maſculæ libidinis Ariminenſem Foliam.

## FOLIVM.

Molle Verg.in Buc.Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.
Tenue Idem in Opuſc.Hanc tenui folio purpura rubra notat.
Tenerum Claud.Nec teneris audet folijs admittere ſoles.
Criſpum Colum.Quæ deinde candida, & criſpiſſimi folij,menſe Martio rectiſſimè pangitur.
Mobile Horat.lib.3.Car.Nam ſeu mobilibus veris inhorruit Aduentus folijs.
Caducum Ouid.lib.2.Eleg.Verba puellarum folijs leuiora caducis.
Agreſte Claudian.Agreſtes calathos folijs agreſtibus implet.
Glaucum Idem,Glaucis tum prima Mineruæ,Nexa comam folijs.
Vernum Seneca,Hic verno platanus folio viret.
Opacum Pont.Inſolitum radiat folia inter opaca orichalcum.
Roſidum Idem,Quæ mane primo roſidis cinctos folijs.
Odoratum Idem,Vernaq; odoratis aura ſtrepens folijs.
Leue Stroz.pater,Et leuibus folijs abdita garrit auis.
Comans Pont.Sub folijs vmbroſa comantibus arbor.
Virens Lud.Bigus,Largiter aſpergant,folijsq; virentibus vndent.
Flexile Priſcianus,Latior at tellus foliorum ſeu flexile circum.
Tremulum Fauſt. Non tremulum hyberno folium ſic flamine pallet.
Tenellum Lud.Lazarellus in Bõbice,Principio foliis opus eſt nutrire tenellis.

## FOLLES.

Taurini Verg.li.4.Geor. Alij taurinis follibus auras Accipiunt,redduntq;.
Trementes Verg.in Aetna,Feſtinat,ignes quatiunt,follesq; trementes Exanimãt.
Ventoſi Idem lib.8.Alij ventoſis follibus auras Accipiunt,redduntq;.
Reflatiles Crinitus,Sed reflatiles folles ſubſterni curabat.
Caui Iuuen.Stat.7.Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles.
Aeolij Mant.Comprimit Aeoliis vndantem follibus auram.

S 2 FONS.

## F O N S.

Liquidus Verg.in Buc.Perditus & liquidis immiſi fontibus apros.

Muſcoſus Idem,Muſcoſi fontes, & ſomno mollior herba.

Gelidus Idem,Hic gelidi fontes, & mollia prata Lycori.

Irriguus Idem lib.4.Georg.Floreat,irriguumq; bibant violaria fontem.

Mundus Idem in Opuſc.Spectantis faciem mundiſſimus aſſimulat fons.

Montanus Lucan.lib 2.Et tu montanis totus nunc fontibus exi.

Largus Idem lib.4.Aut circum largos curuari brachia fontes.

Putealis Col.Vel ſi non ſit fluens aqua, fonte puteali poſſit rigari.

Amœnus Lucr.lib.4.*Flumen item,ſitiens,aut fontem propter amœnum.*

Largifluus Idem lib.5.Largifluum fontem ſcatere,atq; irrumpere flumen.

Frigidus Idem lib.6. Frigidus hanc ob rem ſit fons in luce diurna.

Dulcis Idem,Quod genus inde mari ſpirat fons dulcis aquai.

Viuus Ouid.lib.3.Met.Et petere è viuis libandas fontibus vndas.

Pellucidus Idem,Fons ſonat à dextra tenui pellucidus vnda.

Illimis ſine limo.Idem,Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.

Spumiger Idem lib.11.Spumigeroq; tuum fonti,qua plurimus exit.

Fœcundus Idem lib.14.Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti.

Vmbroſus Idem in Epiſt.Nunquid in vmbroſo quum velles fonte lauari.

Conſpicuus Plin.lib.6.Oritur in regione Armeniæ maioris,fonte conſpicuo.

Bullis ſtillans, Idem lib.31.Fontem habet inſignem, plurimis bullis ſtillantem.

Piſcoſus Syll.lib.14. Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat Alpheon.

Subtilis *Vitru.Ex omnibus fontibus leuiſſimis ſubtilibusq;.*

Purus Stat. lib. 9. Qui molles Thyrſos, Baccheaque cornua puro Fonte lauare feror.

Perſpicuus Idem lib.1.Syl.Perſpicui viuunt in marmore fontes.

Nitidus Val.Flac.lib.3. Tela manu procul ad nitidi ſpiracula fontis Ducit.

Rutilus Claud.Laxet rutilos tibi Lydia fontes.

Placidus Calph.Placidoq; in fonte lauatur Nais.

Algidus Sidon.Ambientibus ſeſe fontibus algidis.

Lenefluens Nemeſianus,Hic tibi lenefluens fons murmurat.

Candidus Seneca,Niueiq; lactis candidos fontes.

Vagus Pont.Colitisq; vagos per deuia fontes.

Vitreus Idem,Caput ad vitrei & caua cornua fontis.

Cæruleus Idem,Videas lapideſcere Sarni Cæruleo ſub fonte alnum.

Salebroſus Idem,Vnde fluit gelidus ſalebroſo fonte Trigella.

Cauus Pont.Erupitq; cauis fontibus auxilium.

Lutuoſus Idem,Deſpuit quem (proh dolor) lutuoſo edita fonte.

Vaporoſus Thom.Rad.Vaporoſos fontes & pulcherrima triclinia.

Præceps Polit.Eliciuntur aquæ,præcepsq; recumbit agro fons.

Lucidus Boetius,Fontem viſere lucidum.

Viuus Lactan.Sed fons in medio eſt,quem viuum nomine dicunt.

Gramineus Conr.Gramineis fontibus exitum præbens.

Riguus Idem,Et largus tribuat de riguis pocula fontibus.

Limpidus Augur.Irata ſecum limpidum ad fontem manu.

Sonans Franciſ.Petrar.Muſcoſoſq; ſitu ſcopuloſos, fonteſq; ſonantes.

Crepans Idem,Tum grauida fontes tellure crepantes.

Raucus Idem,Et ſapor & rauci per florea graminea fontes.

Montanus Mant.Et iam montanis veniunt qui è fontibus amnes.

## F O R C E P S.

Tenax Verg.lib.4.Georg.In numerum verſantq; tenaci forcipe ferrum.

Curua Ouid.lib.12.Quod forcipe curua Quum faber induxit.

Adunca



Adunca Perſius Sat.4.Eliſaq; nates labefactam forcipe adunca.

Denticulata Plin.lib.9.Præterea bina brachia denticulatis forcipibus.

Supina Mart.lib.7.Qualem forcipibus metit ſupinis.

Habilis Fauſt.Optimus eſt,habili tondet qui forcipe paſtor.

Cæſiua,à cædendo.Architr.Cæſiuæ vrbano præmordens forcipis vſu.

Ahena Mant.Diuiſas claueis, & aheno forcipe malas.

## F O R E S.

Aſperæ Horat.lib.3.Car.Ne tamen aſperas Porrectum ante fores.

Robuſtæ Idem,Robuſtæq; fores, & vigilum canum Triſtes excubiæ.

Obſeratæ Apul.Iamq; clauſis & obſeratis foribus.

Rigidæ Ouid.lib.1.de Ponto, Nec rigidam tumidis vocibus obde forem.

Difficiles Idem lib.1.Eleg.Difficilem moto cardine pande forem.

Surdæ Idem,Huc ades, & ſurdas flamine tunde fores.

Pictæ Stat.lib.10.Expoſcunt pictaſq; fores.

Querulæ Idem lib.2.Syll.Et querulæ iam ſponte fores.

Validæ Val.Flac.lib.2.Impulit acri Tum validas ſtridore fores.

Cælatæ Claud.Cælataſq; fores,medijſq; volantia ſigna Nubibus.

Tumultuoſæ Sidonius, Neque adhuc principis aulicorumq; tumultuoſis foribus obuerſor.

Aereæ Lactan.Fores æreas conteram, & ſeras ferreas confringam.

Ferreæ Quint.Poſtquam ſeueri ferreas limbi fores.

Fortes Idem,Ianua fortes Demonſtrat duplicata fores.

Ornatæ Iuuen.Sat.6.Ornatas paulò antè fores.

Duræ Tibul.lib.1.Et ſedeo duras ianitor ante fores.

Raſiles Catull.Raſilemq; ſui forem.

## F O R F E X.

Ferreus Vitru.Ante imum ferrei forfices religantur.

Acutus Calphurnius,Ne ſit acuto forfice læſa cutis.

Auarus Architr.Prodigus in latum,nec caſtigatus auaro Forfice.

Variæ ſententiæ de formę breuitate.

## *F O R M A.*

*De forma Iuuen.Sat.10.Rara eſt concordia formæ Atq; pudicitiæ. Et Ouid. in Epiſt. Lis eſt cum forma magna pudicitiæ. M.Varro. Quem puerum vidiſti formoſum, hunc deformem vides in ſenecta. Apuleius in Dæmonio Socratis ſignificare volens nihil eſſe breuius decore, ait, Formoſus eſt, expecta pauliſper, & non erit. Et Boetius lib.3. de Conſo. formæ breuitatem ſic deſcribit: Formæ verò nitor, vt rapidus, vt velox, & vernalium florum velocitate fugacior. Et mox. Sed æſtimare quàm vultis nimia corporis bona dum ſciatis, hoc quodcunque miramini, triduanæ febris igniculo poſſe diſſolui. Calphurn. Donum formæ breue eſt, nec ſe tibi commodat annis. Domitianus amiſſa forma, qua puer multum præſtiterat, ſic ad amicum ſcripſit. Scias nec gratius quicquam decore, nec breuius.*

Eximia Front.Quum inter captiuas eximiæ formæ virgo ad eum ducta eſſet.

Pulchra Ouid.lib.de Ponto,Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat.

Superba Idē in Epiſt.Hæc nobis formæ,te laudatore, ſuperbæ Cōtigit merces.

Lauta Idem lib.3.de Arte,Nos facimus placidis lautæ præconia formæ.

Decens Idem lib.1.de Remed.Fallit enim multos forma ſine arte decens.

Generoſa Idem ad Liuium,Vritur heù decor ille viri,generoſaq; forma.

Egregia Stat.lib.4.Theb.Vultus & egregiæ tanta indulgentia formæ.

Honeſta Pont.Tu quoq; ne formæ quicquam deeſſet honeſtæ.

Vitrea Claud.Vitreæ tardatur imagine formæ.

Ignea Idem,Quæ digna formæ laus erit igneæ.

Anceps Seneca, Anceps forma bonum mortalibus Exigui donum breue temporis.

Fugax Idem,Res eſt forma fugax,quis ſapiens bono Confidat fragili?

Argentea Pont. Enituit plantæ decor, atq; argētea nudi Forma pedis.
Breuis Idem, Et breuis eſt ætas, breuis eſt & forma puellis.
Velox Idem, Parcite veloci nimium confidere formæ.
Precioſa Idem, Venalis ſpecies, precioſa eſt forma decorq;.
Caduca Marull. Tum demum faciem, & formæ mala damna caducæ.
Fluxa Idem, Et quàm fluxa ſit ollis forma.
Tenera Stroz. pater, Dicam etiam, teneræ quanta inconſtantia formæ.
Nitens Mapph. Nate vbi forma nitens, niueaq; in fronte ſerenus Ille decor.
Candida Pamph. Forma placet magnis candida Cæſaribus.
Splendida Idem, Ablue, quæ magis eſt ſplendida forma, cadet.
Decora Crin. Vt natum ipſum decora & egregia forma habeant.
Venuſta Bapt. Pius, Traxit & attonitos forma venuſta viros.
Placida Corn. Gallus, Fare, ait, vt placidæ potiaris munere formæ.
Fragilis Mant. Fragilisquàm noxia formæ Blandimenta.
Lepida Bapt. Pius, Hic lepidam Aonio pingunt tibi nectare formam.
Niuea Idem, Nec male ſola iuuat, niueæ præſtantia formæ.
Scitula Apul. Scitulæ formæ iuuenem quempiam libenter aſpexit.
Elegans Theod. Statim formæ elegantis aculeis transfiguntur.

### FORMICA.

Metuens ſenectæ. Verg lib. 1. Geor. Gurgulio atq; inopi metuens formica ſenectæ.
Rapax Colum. Neu formica rapax populari ſemina poſſit.
Paruula Horat. lib. 1. Serm. Paruula nam exemplo eſt magni formica laboris.
Frugilega Ouid. lib. 7. Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo, Grande.
Granifera Idem, Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis.
Repens Plin. lib. 37. Repentis formicæ effigiem habet.
Solers Ruffus Feſtus, Quum proprias ſedes ſolers formica relinquet.
Patiens laborum. Polit. Progerit ora canis, patiens formica laborum.
Leuis Augurell. Ne quod forte leui formicæ contigit olim.
Parua Idem, Parua cano (dum ſæuit hiens) formica ſub Arcto Conſumit.
Breuis Mant. En formica breuis, ſed prouida beſtia condit In brumam noua farra, cauis æſtate latebris.

### FORMIDO.

Nigra Verg. lib. 4. Georg. Et caligantem nigra formidine lucum.
Turpis Idem libr. 2. Aen. Pars ingentem formidine turpi Scandunt rurſus equum.
Atra Idem lib. 12. Circumq; atræ formidinis ora.
Trepida Lucan. lib. 8. Trepida quatitur formidine ſomnus.
Miſera Hor. lib. 2. Serm. Impoſita haud vnquam miſera formidine priuet.
Exanguis Mant. Et circum poſitas formidine gentes Sauciat exangui.
Tetra Apul. Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis.
Pauida Ouid. lib. 1. Met. Fit timor, & pauida trepidat formidine pectus.
Gelida Idem lib. 2. Mentis inops, gelida formidine lora remiſit.
Horrida Syll. lib. 10. Subit horrida mentem formido.
Segnis Idem lib. 15. Nec conſulta fugæ ſegni formidine differt.
Sæua Stat. lib. 5. Theb. Anguibus & ſæua formidine cuncta repleuit.
Mæſta Ruffus Feſtus, Degener ac mœſtæ facies formidinis implet.

### FORNAX.

Caua Verg. in Aetna, Rupitq; cauis fornacibus ignes.
Vaſta Idem lib. 8. Vulnificuſq; chalybs vaſta fornace liqueſcit.
Calcaria Cato, Fornacem calcariam, pedes latam decem facito.
Calida Lucr. lib. 6. Vt calidis candens ferrum è fornacibus olim.
Terrena Ouid. lib. 7. Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti.

Sulphurea



Sulphurea Idem lib. 15. Nec quæ ſulphureis ardet fornacibus Aetna.
Vaporifera Stat. lib. 1. Syl. Quaq; vaporiferis iunctis fornacibus amnis.
Curua Idem, Indomituſq; ſilex curua fornace liqueſcit.
Ardens Mant. Voluit in ardenti durus fornace Pyracmon.
Abrupta Pont. Ire parat, mouet abruptis fornacibus Aetnam.
Occulta Idem, Præterea ſæpe occultis fornacibus ignis.
Ignea Marul. Non ſic capaci vis furit ignea Fornace clauſa.
Picea Lud. Bigus. Dij ſuperi triſidas picea in fornace ſagittas Ponite.
Rapida Mant. Aegida nam rapidis Chalybum fornacibus vſtam.
Profunda Idem, Quali è fornace profunda Saxa igni torquente crepant.
Ferraria Homer. apud Eraſmum, Ille domum petijt, qua ſtat ferraria fornax.

### FORNIX.

Olens Hora. lib. 1. Serm. Contra alius nullam niſi olenti in fornice ſtantem. Pro meretrice.
Suburrana Pamph. Deq; ſuburranis Thauda fornicibus. A ſuburra vico vrbis Romę meretricibus referto.
Olida Iuu. Sat. 11. Nudum olido ſtans Fornice mancipium.

### FORNIX TESTVDO.

Multicauus Sidon. Vmbrat multicauus ſpacioſo circite fornix.
Cauus Pont. Ille ille eſt, enixa cauo quem fornice tellus Expulit.
Cauernoſus Mant. Ante cauernoſi fornicis antra locas.
Niger Idem, Carceris vmbroſi nigro ſub fornice.
Conuexus Sabell. Commoda debentur conuexi fornicis vſus.
Curuus Fauſtus, Blumbea quum curuo poſita eſt ſub fornice capſa.
Curuatus Mant. In latos abeunt curuati fornicis arcus.
Piceus Idem, Proſpicit excurſus piceo ſub fornice longos.
Opacus Idem, Non aliter quàm ſi volucres claudantur opaco Fornice.

### FORTVNA.

Rhamnuſia Verg. in Cyri, Haud fallor, quod te potius Rhamnuſia fallat. Rhamnꝰ, oppidum Atticę, vbi colebatur Nemeſis, id eſt Fortuna, vnde Rhā nuſia.
Omnipotens Ouid. lib. 8. Aen. Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum.
Inconſtans Prius dictum.
Perfida Lucan. lib. 9. Quod te non paſſa eſt miſereri perfida magni Viuentis.
Lubrica Stroz. pater, Lubrica quem nunquam potuit fortuna mouere.
Anceps Lucan. lib. 4. Vt nunquam fortuna labet ſucceſſibus anceps.
Infida Idem lib. 7. Quamq; fuit læto per tres infida triumphos, Tam miſera Fortuna minor.
Fortis Colum. Et celeres fortis Fortunæ dicite laudes.
Rapace Horat. libr. 1. Carm. Hinc apicem rapax Fortuna cum ſtridore acuto Suſtolit.
Manca Idem lib. 2. Serm. In quam manca ruit ſemper Fortuna.
Superba Idem lib. 1. Epiſt. An qui fortunæ te reſponſare ſuperbæ.
Cæca, & exocula, quia quod melius eſt, diſcernere non poteſt. Apul. lib. 7. Met.
Peruicax Idem, Sed illa fortuna meis caſibus peruicax.
Licentioſa Mart. Quid non ſæua ſibi voluit fortuna licere?
Sæuiens Idem, Quam fuga celeri procellam fortunæ ſæuientis euadere.
Nepharia Idem, Quid metus mortis quotidianæ nephariæ fortunæ profuit.
Rhamnuſis Ouid. lib. 14. Memoremq; time Rhamnuſidis iram.
Dubia Cic. in Pari. Cui ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna.
Triſtis Ouid. in Epiſt. An miſeros triſtis fortuna tenaciter vrget.
Acerba Idem, An grauis in cęptū peragit fortuna tenorem, Et manet in curſu.
Improba Iuu. Sat. 6. Stat fortuna improba noctu, Arridens nudis infantibus.
Minax Idem Sat. 10. Quum fortunæ ipſe minaci Mandaret laqueum.
Inſolens Plin. Opprobriumq; inſolentis fortunæ.
Inſidians Seneca ad Lucilium, Munera iſta (quæ fortunæ putatis) inſidiæ ſunt.


Cauta

Cauta Syll.li. 7. Si factis nondũ minui te cauta probare Erudiit fortuna meis.

Dura Idem lib. 10. Dura inter pauidos alitur fortuna ſedendo, Et gliſcunt.

Sæua Boet. Hæc quum ſuperba verterit vices dextra, Aeſtuantis more.

Inuida Val. Flac. lib. 2. Inuida donec Laomedontæos fugeret fortuna penates.

Noxia Claud. Si nobis noxia vires Cum cœlo fortuna tulit.

Vaga Manil. lib. 4. Aſtron. Nec fortuna probat cauſas, ſequiturq; merentes. Sed vaga per cunctos nullo diſcrimine fertur.

Fluibunda, vide in antiloquio.

Deſultoria Bapt. Pius, His varia, inconſtans, fera, deſultoria, fallax Nortia &c.

Lenocinans, inſtar leonis blandiens. Sidon. Fortunæ diu lenocinantis perfidis finis.

Locuples Idem, Nam locuples fortuna domus non paſſa latere.

Fallax Seneca, O regnorum magnis fallax Fortuna bonis, in præcipiti, &c.

Fragilis Cic. li. 3. de Orat. O fallacem hominum ſpem, fragilemq; fortunam.

Fatalis Idem pro P. Sext. Sed fuit profectò quædam illa Reip. fortuna fatalis.

Velox Seneca, Nec vlli præſtat velox fortuna fidem.

Rapida Idem, Rapida fortuna ac leuis, præcepsq; regno eripuit, exilio dedit.

Impotens Idem, Tamen ſuperba & impotens flatu nimis fortuna magno ſpiritus tumidos daret.

Labans Idem, Subito labantis ecce fortunæ impetu.

Potens Stroz. fil. Et arbitrium nimis incuſare potentis fortunæ debes.

Sublimis Seneca Tragœd. Quantos intus ſublimis agit fortuna metus.

Mutabilis Soph. in Aiace ſcribit, Immutabili fortuna nullum eſſe peius hominibus malum.

Ambigua Ouid. Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat.

Maligna Marull. Fortunæ pariter malignæ vterq;.

Imperioſa Idem, *Et quorum imperioſa domi fortuna* paternæ.

Illudens Lact. Non diſſimili errore credunt eſſe fortunam quaſi deam quandam, &c.

Inſidioſa Stroz. pat. Sed fortuna diu greſſit non pergit eodem, Speſq; hominum vanas inſidioſa facit.

Caduca Boet. Crede fortunis hominum caducis.

Fugax Mant. Fidite virtuti, fortuna fugacior vndis.

Volucris Sabell. Huc quoq; deflexit volucris fortuna parumper Lumina.

Præceps Idem, Quò præceps fortuna ruis? quò pergitur vltra?

Bifrons Mant. Fortunam antiqui vates dixere bifrontem.

Aſpera Conrad. Diis eſt amicus, quem premit aſpera fortuna.

Inſtabilis Idem, Perge fortunæ inſtabilis fauorem Spernere.

Inſana Fr. Philel. Neq; enim noſtras inſana viciſſim res fortuna premit.

Bruta Vide in præcedentibus.

Iocans Iuuenal. Sat. 3. Ex humili magna ad faſtigia rerum Extollit, quotiens voluit fortuna iocari.

Immoderata Laberius in Mimis, Fortuna immoderata in bono æquè atq; in malo.

Impudens Crin. Et nunc probatos improbat impudens.

Audax Idem, Extollit audax obſequio leui Tardos, inertes & fatuos.

Multiformis Idem, Inquies tam varia, & multiformis imperatorum fortuna appareat.

Truculenta Fr. Phil. Heu miſeri ciues, quæ tam truculenta ſubegit Vos fortuna.

Verſuta Philelph. Humanas verſuta quidem, ſurſum atq; deorſum Res rotat.

Inanis Idem, Quid enim demens te credis inani Fortunæ.

Superba Idem, Fortunam monui ſæpe omnia poſſe ſuperbam.

Volubilis Quint. Mitigat atq; tuos fortuna volubilis orbes.

Varia Cic. li. 2. de Nat. deor. Fortuna, inquit, amica veritati cõſtãtiã reſpuit.

Malefida



Malefida Boet. Dum leuibus malefida bonis fortuna faueret.

Mobilis Mant. Fortuna viceſq; Mobilis alternat.

Deceptrix Mant. Deſine deceptrix hominum fortuna minari.

Mendax Mant. *O ſemper mendax* fortuna.

Magnipotens. Gualter. Magnipotens fortuna duci prouiderat ante.

Procax Idem, Diſcuſſit fortuna procax, quæ ſola tuetur Tuta.

Liuida Fauſt. Quod liuida noſtris Detraxit fortuna bonis.

Iniqua Seneca, Iniqua rarò maximis virtutibus Fortuna parcit.

Influens Idem, Quis influentis dona fortunæ abnuit.

Lucrifica Plaut in Perſa, Quæ iſtæc fortuna lucrifica eſt?

Prominens Crinit. Fortuna celſo vertice prominens.

Incerta Plin. Vaga, inconſtans, incerta, varia, indignorumq; fautrix.

Erratilis Quàm varia res eſt & erratilis, Fortuna dicebat Menander.

Præneſtina Luc. lib. 2. Vidit fortuna colonos Præneſtina ſuos, cunctos ſimul enſe receiſos.

In Præneſte oppido fuit eximiũ Fortunæ templum, vbi certa edebat oracula.

Varians Hinc Seneca, Ima permutat breuis hora ſummis.

Aeſtuaria Fortuna, inquit Eraſmus, dicitur volubilis, & Euripi inſtar reciproca, quod nunc huic fauere ſoleat, nunc illi.

FORTITVDO.

Armipotens Mant. Venit & armipotens virgo, quæ amplexa columnam.

FORVM.

Litigioſum Ouid. lib. 4. Faſt. Et fora Marte ſuo litigioſa vacant.

Verboſum Idem lib. 3. Triſt. Cedunt verboſi garrula verba fori.

Turbidum Stat. lib. 1 Syll. Fora turbida quæſtu Confugiunt.

Fremens Idem lib. 4. Syl. Eſt & frementi vox hilaris foro.

Triſte Mart. lib. 5. Nec lites tetricas, forumq; triſte.

Argutum Stroz. pat. Vendit in arguto roſida mala foro.

Clamoſum Idem, Nec pete clamoſo proxima templa foro.

Raucum Pamph. Sax. Vipereo rauci garrulla pica fori.

Stridulum Pamph. Per fora clamoſos exercent ſtridula lites.

Legiferum Idem, Fœdera ligiferi iuraq; ſacra fori.

Venale Mich. Angl. Ventoſaq; verba, Venali iactata foro.

Iudiciale Mant. Sacra damus feſtis, fora iudicialia ponunt.

Cupediarum, in quo venduntur cupediæ, ſeù lautiores epulæ.

Rigidum Hier. Anger. Denudans rigidi flectere iura fori.

FOSSA.

Præceps Verg. lib. 11. Pars in præcipites foſſas vrgente ruina, Voluitur.

Subita Lucan. lib. 4. In noctem ſubita circundedit agmina foſſa.

Prærupta Idem, Tunc inopes vndæ prærupta cingere foſſa.

Hians Colum. Vt in eas ora hiantium foſſarum competant.

Ima Idem, Pariter imæ foſſæ ſolum metitur atque perlibrat.

Madida Ouid. lib. 5. Triſt. Quàm multa malidæ celantur arundine foſſæ.

Putris Stat. lib. 5. Syl. Aut putri ſonitum daret Vulgata foſſa.

Caua Marull. Prima caua circumuolauit mœnia foſſa.

Concaua Stroz. pat. Quæ fluat in patulos concaua foſſa lacus.

Profunda Sabell. Appendice parat foſſaq; ambire profunda.

Obſcura Mant. Vrbs natat, obſcuræ fiunt cellaria foſſæ.

FOSSOR.

Robuſtus Verg. lib. 2. Georg. Et labefacta mouens robuſtus iugera foſſor.

FOVEA.

Putris Stat. lib. 12. Putribus in foueis atq; ignea buſta quieſcunt.

Atra Sedul. Flectere nixus iter foueam delapſus in atram.

FRAGA.

FRAGA.

Montana Ouid.lib.1.Met. Arbutæos fœtus, montanaq; fraga legebant.
Mollia Idem lib.13. Mollia fraga leges, ipſa autumnalia corna.
Rubentia Pont. Maturos fœtus, & fraga rubentia roſtro.
Redolentia Bap. Pius, Hic corna, & paruulo redolentia fraga quaſillo.
Naſcentia humi. Ver.in buc. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga.
Rutilantia Mant. Pectore nunc prono rutilantia fraga legebam.

FRAGOR.

Horriſonus Lucan.lib.5. Succidere horriſono poſſe omnia victa fragore.
Perterricrepus. Idem lib.6. Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem.
Triſtis Syll.lib.12. Conantem triſtis cœli cũ murmure vaſto Turbauit fragor.
Vehemens Vitru. Offenſi vehementi fragore validos in ſe recipiunt ſpiritus.
Horrendus Stat.lib.6.Theb. Quater horrendum pepulere fragorem Arma.
Fulmineus Val.Flac.lib.2. Fulmineus quatit ora fragor.
Reſultans Capella, Fragor intonet vnde reſultans.
Crepulus Sidon. Crepulo fradore circunſtrepit.
Terriſonus Idem, At tuba terriſono ſtrepuit graue rauca fragore.
Raucus Idem, Ille per obſtantes populos, raucoſq; fragores.
Reſonus Pont. Et littus reſono fragore plaudit.
Exſurdans Polit. Nili ve ruentis Exſurdans vicina fragor.
Triſtificus Idem, Nunc & triſtifico rebò ant montana fragore.
Terrificus Stroz.fil. Terrificum tellus dedit iſta fragorem.
Horrificus Sabell. Vndiq; & horifico nox perſtrepit atra fragore.
Moleſtus Quint. Sed nos moleſtus gentium obtundet fragor.
Rabidus Idem, Quid bella iuuat, rabidoſq; fragores Belligera reſonare tuba.
Horridus Rodolph. Agr. Atq; oculos flammæ fragor horridus occupat aures.
Reſonans Mant. Ecce nouæ gentis reſonans fragor impulit aures.
Altiloquus Archit. Altiloquus quatit aſtra fragor, tollitq; ſoporem.
Nymboſus Mant. Ecce fragor nymboſus adeſt, & ab æquore turbo.

FRAMEA.

Sanguinea Andr. Ammon. Dirus nam framea ſanguinea Getes.

FRANCI.

Fortes Mant. Miſiſſet fortes contra genera impia Francos.
Rigidi Barth. Vaſtaq; trans rigidos augeſcere littora Francos.
Acres Idem, Confertoq; acres inuadere milite Francos.
Horridi Conrad. Me Sueuus acer, Francus & horridus.

FRANCISCVS.

Lignipes Mant. Lignipediq; Lauerna viro, Carthuſia Hugoni.

FRAVS.

Occulta Lucan.lib.10. Nec parat occultæ cedem committere fraudi.
Maligna Mant. At Venus interea fraudem meditata malignam.
Ingenioſa Plin.lib.33. Sed eadem fraus, quæ in omni vitæ parte ingenioſiſſima eſt.
Scelerata Idem lib.14. Quam ſceleratiſſimam fraudem humani ingenij arbitror.
Nefanda Stat.lib.2.Theb. Nec piget ingenio ſcelerum fraudiſq; nefandæ.
Doloſa Idem lib.10. Quum ſi inſidiis & fraude doloſa.
Mala Idem lib.3.Syl. Fraudumq; malarum Faſcia.
Dira Val.Flac.lib.6. Reddit agens ſtimulis, ac diris fraudibus vrget.
Maſſylla, à Maſſyllis populis Aphricæ. Claud. Tollite Maſſyllas fraudes.
Infida Idem, Quæ nota nymborum, quæ fraus infida ſerenis.
Clandeſtina Manil. Et clandeſtinis ſurgentia fraudibus arma.
Tacita Idem, In lucemq; trahet, tacitaq; licentia fraude.

Flexuoſa



Flexuoſa Sidon. Nunc flexuoſa calumniarum fraude circumuehit.
Commentitia. Thom. Rad. Concolori fallacia commentitiaq; fraude.
Turpis Stroz.pat. Turpi fraude ſalus hoſti quæſita.
Hoſtilis Liuius, Ne qua fraus hoſtilis vagos exciperet.
Latens Petrarcha, Ipſe latentem Pamphilus haud noſcat fraudem.
Cauta Bap. Pius, Quæ læſit cauta fraude ſecunda Venus.
Neſaria Cic.act.3. in Verr. in fraudem tam ſceleratam ac tam neſariam deſciſti.
Inexpiabilis Idem lib.1. Vel in Republ. violanda fraudes inexpiabiles concepiſſet.
Impia Idem li.1. de Diu. Nec impia fraude, aut anili ſuperſtitione obligemur.
Inuiſa Mant. O dira inuiſæ ſpectacula fraudis.
Lycaonia Mant. Ouium molli ſub vellere, fraudes Mente Lycaonias ſeruant.

*FRAXINVS.*

*Fraxinus dicitur a fragoſis locis, in quib. naſcitur, procera eſt, teres, & pennata folio, Achillis haſta multum nobilitata. Materies eius ad multa eſt utilis. Quæ naſcitur in Ida Troadis monte, adeò eſt citro ſimilis, vt ementes fallat, ſublato cortice. Eius duo ſunt genera. Longa enodis, altera breuis durior, fuſcior, laureis folijs. Ampliſſimam habet Macedonia, quam Bumeliam vocant. Diuiduntur in ſitu. Campeſtris criſpa eſt, montana ſpiſſa. Folia fraxini iumentis mortifera ſunt, cæteris ruminãtium innocua. Succo expreſſo ad potum, contra ſerpentes, & impoſita vlceribus, opifera eſt. Tantaq; eſt vis, vt nec matutinas, nec occidentes vmbras ſerpens arboris eius attingat, adeò vt ipſam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis, & ſerpens, in ignes potius fugiet, quàm in fraxinum. Floret fraxinus, priuſquam prodierint ſerpentes, ante conditas folia non dimittit. Gaudet aquoſis montibus, meſſibus reddit ſemen. Obedientiſſima eſt quocunque in opere faciendis haſtis melior corylo, cornu leuior, ſorbo lentior.* Fraxini arboris conſideratio. Fraxinus ſerpentib. inimiciſſima.

Syluestris Colum. Neq; populus, neq; vlmus tam idoneæ ſunt, quàm orni & ſylueſtres fraxini.
Procera Horat.lib.3.Carm. Proceras manibus vertere fraxinus.
Vtilis haſtis Ouid.lib.10. Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis.
Vmbroſa Stat.lib.4.Theb. Ac populos vmbroſa creauit fraxinus.
Stridula Claud. Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret.
Odioſa colubris. Mant. Hic picæ pingues, odioſa colubris fraxinus.
Alta Verg.lib.11. Sonat alta bipenni fraxinus.

*FREMITVS.*

*Fremor nomen pro fremitus. Verg.lib.11. Variusq; per orta cucurrit Auſonidum turbata fremor.* Fremor pro fremitu.

Horriſonus Verg.lib.9. Fremituq; ſequuntur Horriſono.
Rapidus Luc.lib.5. Et rapidi fremitus, & murmura magna minarum.
Terrificus Gell.lib.5. Terrificoq; fremitu oculos omnium in ſe conuerterat.
Raucus Val.Flac.lib.2. Congruerat rauco fremitu.
Inſanus Claud. Quam penes inſani fremitus.
Flebilis Seneca, Quis fremitus auras flebilis pepulit meas.
Horrificans Mich. Angl. Quam concitus amnis Horrificante trahit fremitu.
Sonorus Mant. Fremituq; ſonoro Colluctantur aquæ.
Anhelus Claud. Prælia cum fremitu Romanam comitantur anhelo.
Mugiens Catullus, Fac cuncta mugenti fremitu retonent.

FRENVM.

Sonans Verg.lib.3.Georg. Et ſtabulo frenos audire ſonantes.
Spumans Idem lib.4.Aen. Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.
Rigidum Luc.lib.10. Saxa quatit pulſu rigidos vexantia frenos.
Pictum Ouid.lib.4.Metamor. Tu biiugum pictis, inſignia frenis Colla premis lyncum.
Lentum Ouid.lib.1.de Arte, Tempore lenta pati frena docentur equi.
Fuluum Syll.lib.4. Et fuluis donabere frenis.

Humens

Humens Syl.lib.5.Stat ſonipes,vexatq; ferox humentia frena.

Spumeum Stat.lib.5.Theb.Geminusq; ad ſpumea Triton frena natans.

Lubricum Idem lib.7.Venturum ſuper ora vident iam lubrica frena.

Arctum Seneca,Hippolytus arctis continet frenis equos.

Subſtrictum Idem & ora frenis domita ſubſtrictis ligat.

Vdum Fauſt.Hinnit,& vda ferox frena remordet equus.

Difficile Idem,Non benè difficili paret ſacer incola freno.

Fulgidum Conrad.Aut fulgidis auriga frenis.

Durum Mant.Vix dura feroces Frena domant.

## F R E T V M.

Cæcum Verg.lib.2.Georg.Sollicitant alij remis freta cæca.

Concitum Idem lib.3.Aen.Et crebis legimus freta concita ventis.

Torrens Luc.lib.3.Quaq; fretum torrens Mæotidas egerit vndas.

Aeſtuoſum Horat.lib.2.Carm.Vnda fretis tulit æſtuoſis.

Vaſtum Ouid.lib.3.Triſt.Miſcetur vaſto multa per ora freto.

Sæuum Idem lib.5.Triſt.dederit nanti per freta ſæua manum.

Longum Ouiid.in Epiſt.Vt pereas,dum me per freta longa fugis.

Rapicum Idem,Et teris in rabido tempora longa freto.

Inſanum Idem,Noctibus inſani ſit mora longa freti.

Turbidum Idem,Ipſa vides cœlum pice nigrius,& freta ventis Turbida.

Spumans Syll.lib.2.Spumantiſq; freti præceps immergitur vndis.

Neptunium Idem lib.3.Atq; imo freta contorquet Neptunia fundo.

Curuum Val.Flac.lib.1.Vnanimi freta curua ferunt.

Glaciale Claud.Tu ſi glaciale iuberes Veſtigare fretum.

Cæruleum Seneca,Nouit cærulelis Oceanus fretis.

Vndans Accius,Subter radices penitus vndanti freto.

Tumidum Seneca,Perdomita tellus,tumida ceſſerunt freta.

Profundum Idem,Meme profundi ſæue dominator freti.

Cærulum Idem,Cærula cum pratis mutat freta.

Spumoſum Pont.His ducibus ſpumoſa aries freta celſus obibat.

Salſum Idem,Permiſit maria,& remis freta ſalſa cienda.

Minax Marull.Iam nunc minax hiet fretum.

Surdum Pamph.Fluctibus & ſcopulis quàm freta ſurda rates.

Ventoſum Idem,Te duce tutus agens tenuem ventoſa phaſellum Per freta.

Stagnans Sabell.Stagnanti non vlla freto naualia.

Apertum Idem,Semper diſcurrit aperto Illa freto.

Viride Idem,Aſſimilis viridi tuq; ſmaragde freto.

Naufragum Conr.Fortuna iactans per freta naufraga.

Veliuolum Idem,Veliuolumq; peterent præcipiens fretum.

Feruidum Iuuencus,Tranſierat tandem ſulcans freta feruida puppis.

Tumeſcens Quint.Mea vela tumeſcens Parua quidem & maleſuada fretum.

Fremens Idem,Quas nulla frementis Ira freti rapido diſrumperet impete.

Rapidum Caſtellus,Qua fugiat rapidi dura pericla freti.

Saliens Mant.Littus Abydenum freta per ſalientia puppim.

Lubricum Idem,Nec habent freta lubrica pacem.

Fumans Idem,Propterea fumante freto,nebulaſq; vomente.

Vndoſum Remaclus.Neſciet vndoſum picta carina fretum.

Vndiſonum Fauſt.Et furit vndiſono miſſa procella freto.

Vndiſonans Muſæus,Vndiſonanſq; fretum antiquæ ſcruteris Abydi.

Hybernum Tullius lib.4.Aduerſis hyberna licèt tumeant freta ventis.

Impotens Idem,Et inde tot per impotentia freta.

Monſtriferum.Daniel Ceretus Brix.Quos vaga monſtriferi verberat vnda freti

FRI-



## F R I G V S.

Opacum Verg.in Buc.Et fontes ſacros,frigus captabis opacum.

Penetrabile Idem lib.1.Georg. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Pluuium Idem lib.3.Geor.Naſcitur & pluuio contriſtat frigore cœlum.

Concretum Idem lib.2.Geor.Frigora nec tantum cana concreta pruina.

Contractum Idem lib.4.Geor.Ignauæq; fame & contracto frigore pigræ.

Mordens Idem in Roſa, Ver erat & blando mordentia frigora morſu.

Hymale Idem de 4.Temp.Et ponunt frondes hyemali frigore ſyluæ.

Brumale Idem lib.6.Aen.Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum.

Glaciale Ouid.lib.9.Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.

Sterile Luc.lib.4.Sterili non quicquam frigore gignit.

Scythicum Idem lib.6.Extremum Scythici tranſcendam frigoris orbem.

Hybernum Col.At tum conficitur,quum obriguit hiberno frigore.

Torpens,torporem faciens.Idem,Poſt vbi Riphææ torpentia frigora brumæ.

Acerbum Hor.lib.1.Epiſt. Qui quæritur ſalebras, & acerbum frigus & imbres.

Rigidum Luc.lib.1.Rigidum permanat frigus ad oſſa.

Manabile Idem,Nec caper humorem,nec item manabile frigus.

Acre Idem lib 4.Acre ferit frigus.

Durum Idem lib.5.At nouitas mundi,nec frigora dura ciebat.

Ignauum,ab effectu.Ouid.lib.2.Met.Triſtis & ignaui pleniſſima frigoris.

Iners Idem lib.8.Frigus iners illic habitant pallorq; tremorq;.

Inhabitabile Idem lib.3.Triſt.Vlterius nihil eſt,niſi non häbitabile frigus.

Malum Idem lib.5.Triſt.Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis.

Gelidum Idem in Epiſt.Aſtrictum gelido frigore pectus erat.

Roſidum Plin.lib.18.Si luna qua dicta eſt ratione,roſidum frigus aſperſerit.

Animoſum Stat.lib.6.Theb.Concurrit ſummos animoſum frigus in artus.

Improbum Idem lib.1.Syl.Fragunt ſic improba ſolem Frigora.

Tumidum Idem lib.3.Syl.Inde meum tumido iam frigore pectus Labitur.

Pallidum Idem li.5.Syl.Sarmaticaſq; hyems, Iſtrũq; in pallida Reheni Frigora.

Pigrum,ab effectu.Mart.lib.4.Concretas pigro frigore ridet aquas.

Triſte Idem lib.10.Clauſuſq; fornix triſte frigus extendat.

Riphæum Claud.Non Rheni glacies,non me Riphæa tenebunt Frigora.

Dirum Ruffus Feſtus,Tum dirum cœlo frigus redit.

Pluuiale Idem,Paſtor id indicium pluuialis frigoris edet.

Algidum Capella,plena vadoſæ hymis,atq; algidi frigoris.

Lethale Calphur.Heu Melibœe iaces lethali frigore ſegnis.

Intolerandum.Iul.Cæſ.Frigoribus intolerandis ſtudioſiſſimè permanſerunt in labore.

Arctoum Seneca,Taurus coercet frigore arctoo rigens.

Strictum Pont.Cogitur,& ſtricto concreſcunt frigore guttæ.

Malignum Idem,Malignum Frigus & algentem latè complexa vigorem.

Crudum Idem,Quotiens crudo ſub frigore tellus Concreuit.

Mordax Polit.Nec vos mordaci frigore carpat hyems.

Sæuum Idem,Sæua vt Riphææ labefactant frigora brumæ.

Horridum Stroz.pat.Horrida nec Boreæ frigora curat amans.

Immite Idem,Scilicet immiti ne frigore(namq; vbi nullus ignis erat)puero.

Arcticum Conrad.Syluæ patentes frugus in arcticum.

Niuale Quint.Veluti niuale frigus,& durum gelu.

Horrens Mant.Paſſis horrentia plantis Frigora.

Intractabile Idem,Semper hyems,atq; intractabile frigus.

Boreale Idem,Amiſere comas borealia frigora paſſæ.

Rhodopeium.Idem,His ego ſub laribus patior Rhodopeia ſemper Frigora.

Pallens

Pallens Cimbriacus, Iam qui cornigeri pallentia frigora Rheni.
Iniquum Priſcianus, Sub terris Aquilo qua frigore damnat iniquo Europen.
Boreum, i. boreale. Idem, Oceanum boreo contingunt frigore durum.
Hyperboreum. Bapt. Pius, Frigus Hyperboreum, Synthoniasq; niues.
Mortiferum Idem, Procula mortifero frigore tincta ducis.
Canum Glareanus, Is fert alpinis frigore cana iugis.
Boryſtheneum. Bapt. Plautius, Atq; Boryſtheneum cantu depellere frigus.
Acutum Textor, Frigore ventoſas hyemes contriſtat acuto.

### FRONDES.

Virides Verg. in Buc. Fronde ſuper viridi, ſunt nobis mitia poma.
Caducæ Idem lib. 1. Geor. Sæpe leuem paleam, & ſi frondes volitare caducas.
Altæ Idem lib. 2. Georg. Frondesq; elapſus in altas.
Veſcæ Idem lib. 3. Geor. Nec veſcas ſalicum frondes, vluamq; paluſtrem.
Patulæ Idem in Cyri, Et patulæ frondis ſpecies concreſcere in vnum.
Teneræ Idem lib. 3. Aen. Impulit, & teneras turbauit ianua frondes.
Lætæ Col. Lætas frondes ſine fructu affert.
Tenues Idem, Aliquæ tenues frondes obiiciendæ ſunt.
Criſpæ Idem, Vel ſi criſpæ frondis id fieri malueris.
Arbuteæ Ouid. lib. 6. Faſt. Fronde ter arbutea limina fronde notat.
Agreſtes Horat. lib. 4. Carm. Spargit agreſtes tibi ſylua frondes.
Sylueſtres Apul. Mons horridus, ſylueſtribusq; frondibus vmbroſus.
Arboreæ Ouid. lib. 1. Met. frondibus arboreis & amara paſcitur herba.
Flacceſcentes. Vitr. Flacceſcente fronde ex terra recipientes radices arborum in, &c.
Gramineæ Stat lib. 6. Theb. Gramineæ frondes ſinuataq; ceſpite vino.
Odoratæ Idem lib. 10. Ponit odoratas Phœbæa inſignia frondes.
Glaucæ Val. Flac. lib. 3. Glaucaq; comas prætexere fronde.
Obſcuræ Claud. Rara per obſcuras apparent cornua frondes.
Tremulæ Calph. Deſiſtunt tremulis incurrere frondibus Euri.
Opacæ Seneca, Horrent opaca fronde nigrantes comæ.
Grauidæ Idem, Hinc illinc grauidis frondibus incubat.
Querulæ Pont. Ipſæ etiam querulæ iungunt ſuſpiria frondes.
Deciduæ Polit. Et deciduas ſinu Frondes excipit arborum.
Virentes Pamph. Arborum frondes quatiens virentes.
Peruenuſtæ Crin. Phyliraq; mollis peruenuſtis frondibus.
Comantes Petrarcha, Brachia ramorum, frondesq; tulere comantes.
Comoſæ Mich. Ang. Aethereum ſpirans numen, frondesq; comoſas.
Vmbroſæ Mant. Creuit, & vmbroſas porrexit in aera frondes.
Corymbiferæ. Idem, Ima corymbifera ſpargentia brachia frondes.
Vernantes Glar. Aſpice vernanti decoratum fronde poetam.
Odoriferæ Mant. Frondis odoriferæ lauros vbi ſylua comantes.

### FRONS.

Tenera Mart. lib. 4. Et frontis teneræ cupis videri.
Decora Manil. Illis cura ſuis vultus frontisq; decoræ.
Honeſta Pont. Decusq; Egregium formæ, & tot honeſtæ frontis honores.
Honora Idem, Tum mouit caput, & frontem percuſſit honoram.
Lucida Idem, Lucida frons, caput auricomum, roſeiq; capilli.
Læta Conrad. Lætaq; frons longè niueos anteibat olores.
Nitida Idem, Nitidam quis valeat cernere frontem.
Punicea Bapt. Pius, Quamuis punicea ſudor de fronte cadebat.
Berenicæa Idem, Et berenicæa ludentes fronte capilli.
Pura Propert. lib. 2. Siue vagi crines puris in frontibus errent.
Venuſta Mant. Frontemq; venuſtam Mouit.

Eximia



Eximia Mant. Pulcher, & eximiæ diuino frontis honore Præditus.
Siderea Idem, Sideream circa pulchro curuamine frontem.
Nitens Hieron. Ang. Inſignis crine, & fronte nitente ferox.
Niuea Idem, Cepit & in niuea fronte mouere comas.
Aetherea Idem, Illa illa ætherea quæ fronte ſuperbit.
Roſea Idem, Fronte renitebat roſea, frondente capillo.

### FRVCTVS.

Florens Col. lib. 5. Quippè florentem fructum mouere non expedit.
Terreſtris Idem, lib. 7. Terreſtres fructus exuberant.
Sylueſter Plin. libro 6. Quam Romæ à ſuauitate fructus ſylueſtris, Loton appellant.
Vber Sidon. Tecum vberem fructum ferat.
Amœnus T. Liuius, Magis amœnis, quàm neceſſariis fructibus.
Dulcis Pamph. Quæ ſicca eſt, dulces fructus non educat arbor.

### FRVGES.

Grauidæ Verg. lib. 2. Geor. Sed grauidæ fruges, & Bacchi Maſſicus humor.
Hornæ, vnius anni. Horat lib. 3. Carm. Si thure placaris, & horna Fruge lares.
Vberes Idem lib. 4. Fruges & ag[illegible] retulit vberes.
Nitidæ Lucret. lib. 1. At nitidæ ſurgunt fruges, ramiq; virentes.
Spiceæ Auſon. Antè quidem campis quàm ſpicea ſuppeteret frux.
Cereales Bud. Ad cerealem autem frugem vſq; adeò bona eſt regio Babylonia.
Herbidæ Lactant. Vt vel herbidæ fruges maturitate durentur.
Lætæ Pamph. Non capies lætas alio ſi vomere fruges.
Aureæ Crinitus, Cuius fronde noua, & frugibus aureis.
Teneræ Mantuan. Incipit æſtati teneras concedere fruges.

### FRVMENTVM.

Lactens Verg. lib. 1. Georg. Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.
Purum Colum. Pura deinde frumenta ſi in annos reconduntur.
Flaueſcens Gell. libro 2. Frumentis flaueſcentibus, pulli etiam tunc inuolucres erant.
Germinans Crin. Proſerpinam veteres frumentis germinantibus propoſuerunt.
Aeſtiuum Fauſtus, Aeſtiua in foſſis condens frumenta cauernis.

### FRVTETVM.

Gemmans Col. Vt propinquante vere, gemmantibus frutetis partus edatur.
Sylueſtre Idē, Sylueſtribus frutetis apes collecta mella cibariis hyemis reponūt.
Molle Pall. Rut. Præbeantur ei teneræ arborū ſummitates, & fruteta mollia.
Occultum Pontanus, Interim occulto latitans frutero.

### FRVTEX.

Ramoſus Plin. lib. 15. Et hic frutex eſt ramoſus craſſiore ac molliore quàm laurus folio.
Venoſus Idem lib. 12. Frutice venoſo, palmi altitudine.
Arboreus Conradus, Arboreos frutices & herbas.
Paruus Claudianus, Nec parui frutices iam meruere Tonantis.
Vmbroſus Mant. Vmbroſos tecti frutices mirantur euntes.

### *FVCVS.*

*Fucus herba ſimilis eſt lactucæ, quo in Cretæ veſtes tinguntur. Tria ſunt eius genera, latum, longū, & criſpum, quæ oīa ſunt ad tingendum accommodata. Hinc fucum accipimus pro adulterino colore, quo deformes fœminæ ſeſe pulchrificant. Metaphoricè capitur pro dolo.* (Fucus q̃d, & eius genera.)

Tænareus Val. Flac. lib. 1. Illis Tænareo pariter tremit ignea fuco Purpura.
Mendax Polit. Quem non mendaci reſplendens gloria fuco.
Vanus Sabellicus, Ardua res certe, eſt vani non indiga fuci.
Fallax Remaclus, Fucus vbi fallax, ſcommata fuſa iacent.

Phale-

| | |
|---|---|
| Phaleratus | Fauſtus, Et picta incendit phalerato gloria fuco. |
| Splendens | Tibullus lib.1. Quid fuco ſplendente comas ornare. |
| Roſeus | Catullus, Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco. |
| Cæruleus | Propert.lib.2. An ſi cæruleo quædam ſua tempora fuco Tinxerit. |

### F V G A.

| | |
|---|---|
| Furtiua | Lucan.lib.2. Vt tempora tandem furtiuæ placuere fugæ. |
| Trepidans | Idem lib.3. Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidante reliquit. |
| Præceps | Idem, Naualia pauci Præcipiti tenuere fuga. |
| Fœda | Idem lib.4. Nudataq; fœda Terga fuga. |
| Celer | Horat.lib.2.Carm. Tecum Philippos, & celerem fugam Senſi. |
| Pernix | Apuleius, Super ſcopulum ilico pernici ſe fuga proripiunt. |
| Cita | Ouid.lib.1.Met. Citæq; Victa labore fugæ. |
| Fœminea | Idem lib.6.Faſt. Turpia fœmineæ terga dedere fugæ. |
| Trepida | Idem lib.1.Triſt. Fida manet trepidæ duxq; comesq; fugæ. |
| Pauida | Syll.li.13. Pauidaq; petebat Cõſternata fuga poſitos ad mœnia câpos. |
| Vaga | Stat.lib.13. At vaga palantes campo fuga voluit Achiuos. |
| Turpis | Claud. Quid turpes iam mente fugas, iam Gallica rura Reſpicitis. |
| Molles | Idem, Quis molles ſinuare fugas, quis tendere contum Acrior? |
| Deſes | Pont. Armorum & deſes fuga nobiliumq; laborum. |
| Iners | Crinitus, Ac ſic inertem concipit tandem fugam. |
| Volucris | Politianus, Libatq; volucri Aequora ſumma fuga. |
| Sollicita | Stroz.pat. Sollicita repetens Gnoſia rura fuga. |
| Effuſa | Tit.Liuius, Suos à fuga effuſa, & a feroci pugna hoſtis continuit. |
| Timida | Pamph. Qui leuis eſt, timida ſpem locat ille fuga. |
| Triſtis | Idem, Quid ſit timor, & fuga triſtis Ignorant. |
| Probroſa | Crinitus, Probroſam reputans fugam. |
| Præpropera | Salmonius, Præpropera Chriſtum deſeruere fuga. |
| Præcipitans | Germanicus Brix. Præcipitante fuga per apertos euolat agros. |

### F V L C R V M.

| | |
|---|---|
| Eburnum | Propert. Nec mihi tunc fulcro ſternatur lectus eburno. |
| Acernum | Mant. In fulcris epulanda coquuntur acernis. |

### F V L G E T R A.

| | |
|---|---|
| Ardens | Mantuanus, Non ardens fulgetra metum, non nubila nymbum. |

### F V L G O R.

| | |
|---|---|
| Nitidus | Verg.in Culice, Attollit pectus nitidis fulgoribus. |
| Colorificus | Idem de Iri, Quumq; colorifico nymbos fulgore repleuit. |
| Coruſcus | Lucr.li.5. Claræq; coruſcis Fulgoribus pingues multa caligine te[illegible] |
| Calidus | Idem lib.6. Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. |
| Tremulus | Idem lib.2.de Arte, Aſpicies oculos tremulo fulgore micantes. |
| Aureus | Plin. libro 37. Coaſpides a flumine dicta eſt, viridis coloris, fulgo[re] aurei. |
| Niualis | Syll.lib.17 Inde comam rutilus, ſed cum fulgore niuali. |
| Igneus | Pont. In pedibuſq; micant ignes, micat igneus ore Fulgor. |
| Ignifer | Idem, Cum tonitru micat igniferis fulgoribus æther. |
| Roſeus | Idem, Vrebat roſeus per ora fulgor. |
| Splendidus | Conradus, Splendidus dum micat ore fulgor. |
| Gemmeus | Augurel. Abſtruſus olim vt fulgor hæret gemmeus. |
| Radians | Mant. Quam tibi ab æterno radians Hyperione fulgor. |
| Flammeus | Mirandula, Sed flammeus fulgor, & ardentis linguæ pila. |

### F V L G V R.

| | |
|---|---|
| Nictans | Lucret.lib.6. Semina quæ faciunt nictantia fulgura flammæ. |
| Rapidum | Ouid.lib.1.Faſt. Et Rapidum Aetnæo fulgur ab igne iaci. |





| | |
|---|---|
| Micans | Stat.lib.4.Theb. Quæq; ipſe micantia ſenſi Fulgura. |
| Clarum | Idem lib.10. Aſſiliunt nubes, & fulgure claro Aſtra petunt. |
| Triſte | Claud. Galeæ, nec triſte timentem Fulgur. |
| Rutilum | Ruſſus Feſt. Si boreæ ſtringat rutili coma fulgoris auras. |
| Iaculabile | Sidon. Fulminis & lapidem, ſcopulos, iaculabile fulgur. |
| Subitum | Sabel. Haud aliter quàm quum ſubitum per inania fulgur Concidit. |
| Igniferum | Quint. Ignigeri formidant fulmidis ictum. |
| Argens | Mant. Terrifico mugitu ardens ſecat aera fulgur Igniferum. |
| Flagrans | Idem, Attonitus ſenſit flagrantia fulgura miles. |

### F V L I C AE.

Eſt fulica auis aquatilis, degẽs prope ſtagna, & lacus, paulò minor columba. Pullos aquæ ante tẽpus excluſos nutrit.

| | |
|---|---|
| Marinæ | Verg.lib.1.Georg. Quumq; marinæ in ſicco ludunt fulicæ. |
| Paluſtres | Ouid.lib.8. Nunc celebres mergis, fulicíſq; paluſtribus vndæ. |
| Paruæ | Ruff.Feſt. Et quum parua fulix, trepido petit arua volatu. |
| Vagæ | Petrarcha, Nunc coruos, fulicaſq; vagas, nunc ſidera mœſta. |

### F V L I G O.

| | |
|---|---|
| Atra | Auſon. Et caput fuligine fucauit atra candidum. |
| Pulla | Sidon. Sæpe ignis animatus pulla fuligine infecit. |
| Nigra | Mant. Aeſtuat, ac nigra ſemper fuligine pallet. |
| Tetra | Brixius, Horribilem tetra offuſum caligine frontem. |
| Obſcura | Mant. Et miſerum ſcelus obſcura fuligine tinctum. |

### F V L L O.

| | |
|---|---|
| Auarus | Mart.lib.6. Tã male Thais olet, quàm non fullonis auari Teſta vetus. |

### F V L M E N.

A Pallenis oppido Theſſaliæ iuxta Phlægrã, vbi Gigãtes fulminati ſunt.

| | |
|---|---|
| Horridum | Verg.in Aetna, Horrendum magno quaterent ſub pondere fulmen. |
| Pallenæum | Lucan.lib.7. Pallenæa Ioui mutauit fulmina Cyclops. |
| Iracundum | Hor.lib.1.Carm. Iracunda Iouem ponere fulmina. |
| Inimicum | Idem, Tu parum caſtis inimica mittis Fulmina lucis. |
| Caducum | Idem lib.3. Titanas, immanemq; tubam Fulmine ſuſtulerit caduco. |
| Clarum | Lucret.lib.6. Sunt tempeſtates & fulmina clara cauenda. |
| Perterricrepum. | Idem, Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem. |
| Igniferum | Idem, Hoc eſt igniferi naturam fulminis ipſam Perſpicere. |
| Infeſtum | Idem, Diſcutit infeſto præclaras fulmine ſedes. |
| Vibratum | Ouid.lib.2.Met. Vnde mouet tonitrus, vibrataq; fulmina iactat. |
| Ineuitabile | Idem lib.3. Addidit & tonitrus, & ineuitabile fulmen. |
| Micans | Idem lib.11. Præbentq; micantia lumen Fulmina. |
| Penetrabile | Idem lib.13. Quiq; Iouem & cœlum ſperno, & penetrabile fulmen. |
| Fictile | Idem lib.1.Faſt. Inq; Iouis dextra fictile lumen erat. |
| Temerarium | Idem lib.3.de Ponto, Iuppiter in multos temeraria fulmina torquet. |
| Tortum | Idem in Epiſt. Quod veniant proaui fulmina torta manu. |
| Aetnæum | Idem lib.3.de Arte, Sed tamen Aetnæi fulminis inſtar habet. |
| Coruſcum | Auſon. Flammis coruſci fulminis vibratior. |
| Horridum | Syl.lib.9. Aegide præcellant quantum horrida fulmina, noſces. |
| Redolens | Idem lib.13. Ac redolentia in armis Fulmina. |
| Hiulcum | Stat.lib.1.Theb. Pleiadum, Boreæq; & hiulci fulminis expers. |
| Atrum | Idem lib.1.Syl. Nec fulminis atri Sit metus. |
| Rapidum | Idem lib.4. Ille vt inuicti rapidum ſecutus Cæſaris fulmen. |
| Horrificum | Val.Flac.lib.2. Aegidæ & horrifici formatis fulminis alis. |
| Rutilum | Idem lib.7. Aut niger ex antris, rutiliq; ex fulminis ictu. |
| Violentum | Manilius, Nec prius armauit violento fulmine dextram. |
| Rutilans | Pont. Ac rutilantia fulmina torquens. |
| Intortum | Sidon. Nec ſic intortum violatæ Phœbados vitrix In Dianos fulmen iacit. |

Calidum Idem, Intorto calidum reſtinguit flumine fulmen.
Igneum Pamph. Si ſcelus eſt, in me feriant me fulmina ſummo Ignea.
Obliquum Seneca, Obliqui via fulminis.
Triſculum Idem, Opifex triſulci fulminis ſenſit deus.
Improbum Idem, Proles fulminis improbi.
Dirum Idem, Et nube dirum fulmen eliſa micat.
Fugax Idem, Et cantu fugax ſit deprehenſum fulmen.
Terriſonum Pont. Hanc non terriſono proſternere fulmine Cyclops.
Aerium Idem, Aut parat immani fatum crudele ruina Fulminis aerij.
Crudele Thom. Rad. Iratus dum Iuppiter crudelia librat Fulminã.
Læuum Budæus, Fulmen læuum per totam propè Franciam extiterat.
Trifidum Pol. Emicat Heſperio trifidum, ſeu fulmen ab orbe.
Præpes Marul. Seu tu Gigantas fulmine præpeti.
Validum Idem, Vtendum valido fulmine nate erit.
Phlegræum Stroz. pat. Horrida Phlegræi fulminis ira petit.

A Phlegra Theſſaliæ valle, vbi Gigantes cũ cœleſtibus pugnauere.

Miſſile Idem, Spectat; & in dextra miſſilè fulmen habet.
Ardens Mant. Noua fert ardentia grabdo Fulmina.
Belliſonum Pamph. Placidæ ſub fulmine leges Belliſono.
Ferreum Mant. Obijciunt ſe tormentis, in ferrea currunt Fulmina mortales.
Tumidum Pamph. Labimur vt tumido diſiectus fulmine ramus.
Cadens Sabell. Feriat vt cadens per inania fulmen.
Minax Conrad. Et minax fulmen Iouis imprecatur.
Aethereum Bap. Pius, Liber ab æthereo fulmine amice redis.
Rabidum Augurel. Mox aprum rabidis fulminibus trucem.
Poſtularia, veteres vocauerunt, quæ votorum, vel ſacrificiorum ſpretam religionem repoſcebant.
Peſtifera, quibus interitus, aut exilium, aut aliqua clades denunciaretur.
Peremptalia, quæ ſuperiorum fulgurum, aut prodigiorum oſtenta, & ſignificationes perimerent.
Horriſonum Crinit. Diſiecta horriſono marmora fulmine.
Acerbum Bap. Egna. Acerbo Fulmineq; & montes, & montibus obruit ipſos.
Comans Quint. Aer comanti fulmine emiſſo ruas.
Ferox Idem, Proh quale toties fulmen exiſſet ferox.
Sæuum Ouid. lib. 2. Triſt. Quæ fuerat ſæuo fulmine tacta Iouis.
Retonans Quint. Ecquid Apollineam retonanti fulmine prolem Opprimis.
Cœleſte Mant. quàm proſtratus humi cœleſtia fulmina ſenſit.
Flagrans Idem, Nec mora flagranti correptum fulmine velum.
Reſonans Idem, Ventus & ardenti reſonans cum fulgure fulmen.
Radians Idem, Opportune alto radiantia fulmina cœlo.
Stridens Idem, Stridentia in Aetna, Pro diuum imperio, cudebat fulmine coniunx.
Flammiferum Idem, Flammiferumq; rotans Alphæa per oppida fulmen.
Tonans idem, Atq; tonans medio dum ſæuit in aere fulmen.
Latitonans Idem, Latitonante ruens caſu ſic afficit omnes.
Tetricum Remaclus, Autorem tetrici fulminis arbor habet.
Rubrum Idem, Fulmina iam dextras intrarant rubra tonantis.
Igniuomum Barth. Igniuomo referunt exuſtas fulmine quercus.
Sulphureum Idem, Sulphureo iam fulmine portas Vrite.
Horrens Idem, Hæc noſtris horrentia fulmina templis.
Acutum Idem, Et ſaxa & pharetras, & acuti fulminis ignes.
Tetrum Idem, Ne tetrum fulmen hiulco Impete dilaceret miſeros.
Tarpeium Iuu. Sat. 13. Per ſolis radios, Tarpeiaq; fulmina iurat.

FVMVS



## FVMVS.

Volucer Verg. lib. 2. Geor. Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosq; volucres.
Sequax Idem lib. 4. Georg. Fumosq; manu prætende ſequaces.
Sublimis Idem in Aetna, Surgit odoratis ſublimis fumus ab aris.
Ater Idem lib. 9. Aterq; ad ſydera fumus Erigitur.
Amarus Idem lib. 12. Veſtigauit opes fumoq; impleuit amaro.
Niger Lucan. lib. 3. Conſequitur nigri ſpacioſa volumina fumi.
Graueolens Pallad. Rutil. Nocentes ſpiritus fumi graueolentis exagitat.
Sordidus Hor. lib. 4. Sordidum flammæ trepidant rotantes Vertice fumum.
Lachrymoſus. Idem lib. 1. Ser. Villa recepiſſet lachrymoſo non ſine fumo.
Volans Lucr. lib. 6. Tam tenues quàm ſunt nebulæ fumiq; volantes.
Lethalis Apul. Nec ad exemplum machinæ truculentæ, ſulphuris lethali fumo necabo.
Tenuis Ouid. lib. 1. Met. Deiectuq; graui tenues agitantia fumos.
Calidus Idem lib. 2. Ferre poteſt, calidoq; inuoluitur vndiq; fumo.
Pinguis Syl. lib. 4 Voluitur & pingui contorquet nubila fumo.
Nubiuagus, à me dicitur, vocabulo quo vſus eſt idem Syll. lib. 12. dicens. Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu.
Viridis Val. Flac. lib. 8. Cerneret & tempe viridi lucentia fumo.
Piceus Auſon. Et tingit piceo lachrymoſa colonica fumo.
Igniuagus, à me dicitur dictione Capellæ ſcribentis, Exitusq; igniuagæ denunciationis agnoſcit.
Triſtis Seneca, Et ipſe fumus triſtis ac nebula grauis.
Fluctuans Idem, Et fluctuante turbidus fumo labat.
Incoctus Pont. Vrit & incocto tingit nigra corpora fumo.
Grauis Idem, Nigra grauem traxit denſa caligine fumum.
Arens Idem, Et latè arentes coeunt ad vulnera fumi.
Tremebundus Io. Catanæus, Effundens tremebundo extincta phalarica fumo.
Calens Polit. Quorũ quæq; nouã fumo explorata calenti Vertitur in faciem.
Vndans Sabell. Cernere & vndantem mixta caligine fumum.
Tenebroſus Mirand. Tenebroſus hiatu Aera tabificum fumus prætexuit.
Peruolitans Quint. Thure Sabæorum diuina altaria fumo Peruolitante oleant.
Turbidus Idem, Axis turbidum fumum dedit.
Inanis Mich. Angl. Et tenui fumo ſortem ſolatus inani.
Leuis Mant. Fumus vterq; leuis, rarum atq; volatile corpus.
Teter Barth. Teter per multa foramina fumus Euolat.
Opacus Fauſt. Quidve fimi memorem fumum exhalantis opacum.
Moleſtus Stroz. filius, Obtenebratq; oculos fumi caligo moleſti.
Tepidus Brixius, Ore trahit, tepido perfuſus tempora fumo.
Bacchans Mant. de Cala. Sed conata diù bacchantem extinguere fumum.

## FVNALIA.

Lucida Horat. lib. 3. Carm. Hic ponit lucida funalia.
Clara Syll. lib. 6. Cui nocturnus honos, funalia clara, facerq; Poſt epulas tibicen adeſt.
Cærata Polit. Omnis cæratis radiat funalibus ara.

## *FVNDA.*

*Baleares duæ ſunt inſulæ in mari Hiſpanico, apud quas vſus fundæ repertus eſt, & adeò celebratus, vt matres filios ſu[illegible]ali\is auibus olim veſci non paterentur, niſi quas funda fuiſſent adepti. Florus, Cibum (inquit) [illegible]er à matre nõ capit, niſi quid ipſa monſtrante percuſſerit. Plin. lib. 3. Baleares funda bellicoſos* Græci Gymnaſias *dixere. Luc. lib. 1. Et torto Balearis verbere fundæ Ocyor, Verg. lib. 1. Georg. Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ.*

Balearis Stat. lib. 10. Roboraq; & grauidas fundæ Balearis habenas.

Stridens Verg.lib.9.Stridentem fundam poſitis Mezentius armis.
Balearica Ouid.lib.2.Meta.Non ſecus exarſit, quàm quum Balearica plumbum Funda iacit.
Torta Syll.lib.5.Et Libys, & torta Balearis ſæuus habena.
Voluta Idem lib.10.Quem funda procul per inane voluta Sopierat.
Volubilis Veget.Quæ funda volubili in propugnacula diriguntur.
Teres Stat.lib.4.Theb.Teretes pars vertere fundas Aſſueti.
Aeria Pont.Deijcit aeriæ contorto verbere fundæ.
Leuis Idem, Acta manu cana tempora quaſſat Funda leuis.
Hiſpana Mant.Cautius Hiſpaniæ certamina diſcere fundæ.
Flexa Stat.in Achil.Et flexæ Balearicus autor habenæ.

## F V N G I.

*Erant enim quondam venenis accommodati, familias interemerunt, & tota conuiuia aliquando Anneum Serenum, præfectum vigilum Neronis, Tribunos item & Centuriones.*

Suilli Mart.Sunt tibi boleti, fungos ego ſumo ſuillos.
Pratenſis Horat.lib.2.Serm.Pratenſibus optima fungis Natura eſt.
Albi Ouid.lib.4.Faſt.Aut virides maluas, aut fungos colligit albos.
Ancipites, i.periculoſi. Iuuen.Sat.5.Vilibus ancipites fungi ponentur amici.

## F V N I S.

Tortus Verg.lib.4.Aen.Feſtinare fugam, tortosq; incidere funes.
Religatus Lucan.lib.8.Nautaq; ne buſtum religato fune moueret.
Loreus Cato, Funes loreos, priuos, vectes, ſenos, fibulas duodenas.
Spartheus, a ſpartho herba, qua optimum conficitur linum in Hiſpania. Idem, Funibus ſpartheis ducantur.
Torculus Idem, Romæ funem torculum ſi quis faciet.
Intortus Augur.Hunc forte intorto exiguus mus fune reuinctum.
Durus Quint.Tunc turba duris funibus læuam manum.
Volutus Idem, Collum volutis funibus ſtrinxit furens.
Canabinus Col.lib.7 Canabinisq; funibus cornua iuuencorum ligato.
Ductarius Vitr.li.10.Per cuius orbiculum ſummum traiicitur ductarius funis.
Antarius Idem, His explicatis, antarij funes antè laxi collocentur.

## F V N V S.

Crudele Verg.in Buc.Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnin Flebant.
Triſte Idem lib.4.Georg.Exportant tectis, & triſtia funera ducunt.
Acerbum Idem lib.6.Aen.Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.
Sæuum Idem lib.12.Et nos ſæua manu mittamus funera Teucris.
Miſerandum Lucan.lib.1.Arma ducum dirimens miſerando funere Craſſus.
Lachrymoſum.Ouid.lib.14.Funera ducebat media lachrymoſa per vrbem.
Atrum Lucret.lib.2.Ploratus mortis comites, & funeris atri.
Inhoneſtum Gell.lib.15.Pudore ſolo deterritas tam inhoneſti funeris.
Miſerabile Ouid.lib.14.Videamus, ait, miſerabile funus.
Mœſtum Ouid.lib.6.Faſt.Cantabat mœſtis tibia funeribus.
Iniquum Idem ad Liu.Dijq; latent tēplis, nec iniqua ad funera vultus Præbent.
Properatum Syll.lib.5.Atra Sichææ dies properato funere carpſit.
Crudum Stat.lib.9.Quo iam nec cruda nepotis Funera.
Dirum Claud.Quem dira Neronis Funera, quem rupes caprearum tetra latebit.
Lachrymabile.Sidon.Principis interea gladio lachrymabile funus.
Lamentabile Pont.Et triſtes luctus, & lamentabile funus.
Auarum Idem.Blanditias, Charitesq; omneis extinxit auarum Funus.
Immite Idem, Abſtulit immiti funere auara dies.
Sanguinolentum.Mant.Tot ſanguinolenta funera.

Lugubre



Lugubre Idem, Et erant lugubria tanquam Funera.
Flebile Idem, Et flebile ſanctæ Funus Anaſtaſiæ.
Cruentum Idem, Hic Cyri genus, & pugnæ, funusq; cruentum.
Truculentum Varan.Sic meretrix perdat truculento funere Carlum.
Tetrum Fauſt.Nil mirum eſt, ſi ſic funera tetra placent.

## F V R.

Nocturnus Stroz.pater, Vos quoq; nocturni procul hinc diſcedite fures.
Vagans Auſon.Tota regione vagantes Perſequeris fures.
Tacitus Fr.Petrar.Tempus in hoc ſolidos, tacitos quo tramite fures.
Peruigil Idem, Antraq; peruigiles circunſtant ditia fures.
Trepidus Mant.Sicut quum trepidi per cæca ſilentia fures.
Trifurcifer Plaut.in Aul.Vituperas me etiam fur trifurcifer.
Famelicus Reuchlin.in Sergio, Vos autem edaces & famelicos fures noui.
Rapax Cic.in Verrem, Furem aliquem rapacem accuſatis.
Crudelis Idem in Piſonem, Crudelis olim furunculus, nunc verò etiam rapax.

## F V R C AE.

Bicornes Verg.lib.1.Georg.Exacuunt alijs vallos, furcasq; bicornes.
Ferreæ Cato, Furcas ferreas octo, & ſarcula totidem fecit.
Rapaces Mant.Illi iraſcentes, indignatiq; rapaces Inijciunt furcas.
Tricornes Idem, Incipio paleas furca verſare tricorni.

## F V R F V R.

Triticeus Varro, Semeſtribus vitulis obijciunt furfures triticeos.
Ordeaceus Idem, Paſcuntur farre, & furfuribus ordeaceis.

## F V R I AE.

Vltrices Verg.lib.4.Aen Et diræ vltrices, & dij morientis Elyſæ.
Diræ Idem, Vltricesq; ſedent in limine diræ.
Colubriferæ Lucan.lib.9. Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Infernæ Horat.lib.1.Serm.Infernas errare canes, lunamq; rubentem.
Vipereæ Lud.Bigus, Vipereasq; vocat furias, Hecatemq; triformem.
Crinitæ anguibus. Idem, Anguibus implicitis crinitas ferre ſorores.
Immanes Stat.lib.1.Theb.Furijsq; immanibus emptum.
Tartareæ Idem lib.5.Tartareas inter thalamis volitaſſe ſorores.
Horrendæ Idem, Quum ſubito horrendas qui matura Polyxo Tollitur in furias.
Stygiæ Idem lib.10.Arma Iouem contra Stygiæ rapuere ſorores.
Anguicomæ Idem lib.12.Agmina & anguicomæ ducent vexilla ſorores.
Ardentes Val.Flac.lib.4.Sanguineosq; rotat furijs ardentibus orbes.
Deformes Claud.Sunt tibi deformes diræ.
Triſtes Idem, Sunt triſtes furiæ te coniuge dignæ.
Sonoræ Idem, Tranſnare ſonoras Torrentum furias.
Gigantææ Idem, Tu ne Gigantæis vrbem tentare deorum Aggreſſus furijs.
Rebelles Idem, Nec quod ſeruitium rurſus, furiæq; rebelles.
Squallidæ Seneca, Crinem ſolutis ſquallidæ ſerpentibus.
Horridæ Idem, Adeſte, thalamis horridæ quondam meis Quales ſtetiſtis.
Miniſtræ Ditis. Pont.Parcite crudeles Herebi Ditisq; miniſtræ.
Nephandæ Stroz.filius, Non adeò inter ſe furijs ſæuire nephandis.
Noxiæ Conrad.Obiectat furias qui mihi noxias.
Acerbæ Mant.Hic duo natum commiſit acerbis Vexatum furijs.
Crudeles Idem, Iam mihi crudeles furiæ cadentia Vincla intulerant.
Acherontigenæ. Idem, Sic & ſanctos Acherontigenarum Laruarum impietas.
Comantes angue. Idem, Tiſiphone furiæq; aliæ multo angue comantes.
Plutonides Idem quippè quibus dominabantur Plutonides vmbræ.
Præcipites Idem, Hæ ſunt præcipites furiæ, quibus vtitur ardens Orcus.

T 3 Seueræ

| | |
|---|---|
| Seueræ | Idem, Tortorem vmbrarum immanem, furiaſq; ſeueras. |
| Hydrigeræ | Bart. Hydrigeras magnæ famulas Iunonis auernæ. |
| Atræ | Idem, Quæ ſecum è furijs vnam coniunxerat atris. |
| Profanæ | Bap. Pius, *Aut furiæ mentem mihi corrupere profanæ.* |
| Alcmæoniæ | Propert. lib. 3. Aut Alcmæoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei. |
| Noctigenæ | Mart. lib. 12. Furias putaui nocte Ditis emerſas. |

Ab Alcmæone filio Amphiarai vatis & Eriphiles, q ꝑpter interfectam matrē furijs agitatus eſt.

FVROR.

| | |
|---|---|
| Validus | Pacificus, Namq; etiam timidis validus furor incitat iras. |
| Impius | Verg. lib. 1. Aen. Furor impius, intus Sæua ſedens ſupra arma. |
| Mœſtus | Idem lib. 12. Multaq; per mœſtum demens effata furorem. |
| Sæuus | Lucan. lib. 5. Nec longa furori Ventorum ſæuo dabitur mora. |
| Cæcus | Horat. Furorne cæcus, an rapit vis acrior. |
| Amens | Lucan. lib. 10. Proh cæcus & amens, Ambitioſe furor. |
| Violentus | Lucret. lib. 2. Telaq; præportant, violenti ſigna furoris. |
| Ardens | Polit. Qua ſe furor incitat ardens. |
| Noxius | Apul. Acerrimæq; bilis noxio furore perfuſus. |
| Miſer | Ouid. lib. 1. Met. Aſpicere & miſero præbere alimenta furori. |
| Igneus | Idem lib. 9. Quamuis intus erat furor igneus. |
| Dirus | Syl. lib. 1. Hunc poſtquàm Boreæ dirum euaſere furorem. |
| Tigrius | Text. Nam tua tunc fureret mater, fanatica mater Tigris. |
| Præceps | Idē lib. 14. Ta præcipiti materna furori Pyrrhus origo dabat ſtimulos. |
| Effrenus | Idem, Effrenum arceret populandi cuncta furorem. |
| Auidus | Stat. lib. 6. Theb. O iuuenes ſeruare animos auidumq; furorem. |
| Armifer | Idem lib. 11. Vidimus armiferos, quo fas erat, vſque furores. |
| Exundans | Idem lib. 10. Tandem exundanti permiſit verba furori. |
| Improbus | Val. Flac. lib. 2. Nec infeſtos dederat furor improbus ignes. |
| Prætumidus | Claud. Effera prætumido quatiebat corda furore. |
| Rabidus | Nemeſ. Aut poſſet rabidos medicare furores. |
| Armatus | Seneca, Erroriq; , & in ſe ſemper armatus furor. |
| Proteruus | Idem, Si tam proteruus incubat menti furor. |
| Rapidus | Idem, Quacunq; pauidos rapidus euexit furor. |
| Lymphatus | Idem, Furoris ore ſigna lymphati gerens. |
| Impotens | Idem, Quod imponenti facinus parat furore. |
| Demens | Idem, Fundam cruorem melius, ah demens furor. |
| Pertinax | Idem, Pertinax quorum furor armat miniſtros ſceleris. |
| Veſanus | Pont. Iraq;, veſanuſq; furor, comes additur & lis. |
| Exitialis | Marull. Tene furor exitialis habendi. |
| Sanguineus | Codrus, Martiſq; furorem Sanguineum. |
| Pernicioſus | Lactant. Si pernicioſo, & impio furore proiecto innocentes eſſe ac iuſti velint. |
| Inſanabilis | Idem, Excæcatos tum fuiſſe, atq; inſanabili furore correptos. |
| Irrationabilis. | Idem, Pergitur enim cæco & irrationabili furore. |
| Immitis | Stroz. pater, Nam furor immitis, quo perdere cuncta parabat. |
| Atrox | Idem, Atrox concidet ille furor. |
| Mauortius | Stroz. filius, Dum furor Auſonio ſæuit Mauortius orbe. |
| Cruentus | Pamph. Cruentus Non furor in clades, ſæuaq; bella trahit. |
| Ferreus | Idem, Ferreus augetur Martis furor. |
| Vagus | Mirand. Hinc virgo Cumæa vago circumacta furore. |
| Martius | Augur. At cum nefando Martius gradu furor. |
| Barbarus | Pacificus, Barbarus attonita ſæuit in vrbe furor. |
| Inſanus | Mant. Sed furor inſanus, rabieſq; infrena ſeueri. |
| Hoſtilis | Cleoph. Sola habet hoſtilis, queis cadat arma furor. |





| | |
|---|---|
| Iambæus | Cleoph. Cuius Iambæus manat ab ore furor. |
| Armipotens | Crinit. Surget (niſi ipſi fauero) armipotens furor. |
| Venenoſus | Mant. Corda venenoſum mox depoſuere furorem. |
| Pronus | Architr. Pronus in arma furor. |
| Immanſuetus | Mant. Atq; immanſuetum ſubitò extinxere furorem. |
| Infrenus | Idem, Quum ſubita infrenus ſurgit in arma furor. |
| Bellicus | Idem, Bellicus noſtras furor it per vrbes. |
| Stygius | Idem, Propterea Stygio feruens Iudæa furore. |
| Tartareus | Idem, Intima tartareum ſpirabant corda furorem. |
| Impatiens | Idem, Sed furor impatiens freni miteſcere nulla Voce poteſt. |
| Flagrans | Idem, Tollit & accenſus flagranti corda furore. |
| Fatuus | Calent. Excuſat fatui cauſa furoris, amor. |
| Barbaricus | Cantalyc. Barbaricuſq; furor, regniq; nephanda cupido. |
| Diſcors | Idem, Auxi diſcordes odioſa Megæra furores. |
| Terrificus | Cimbriacus, Non bella furoris Impia terrifici. |
| Triſtis | Idem, Quotiens triſtes Nabathæa furores In nos caſtra mouent. |
| Bacchans | Fauſtus, Et mala bacchanti quanta furore tulit. |
| Berecynthius | Mart lib. 11. Iuro per Syrios tibi tumores, Iuro per Berecyntios furores. |
| Vecors | Catullus, Quod ſi te mala mens, furorq; vecors. |
| Indomitus | Idem, Indomitos in corde gerens Ariadna furores. |
| Celæneus | Claud. in Eutr. Rauca Celæneus ad timpana diſce furores. |
| Bacchicus | Theodor. Arcana Bacchio acti furore ſciant. |
| Hoſticus | Cælius, Quid enim furor hoſticus vlla Vellet prior arma mouere. |
| Nepharius | Cic. in Verr. Iſte nephario quodam furore & audacia inſtinctus. |
| Inflammatus | Idem pro ſua domo, Ab iſtius inflammatu atq; ignito furore. |
| Effrenatus | Idem de Aruſpicum reſponſis, Cuius ego de effrenato & præcipiti furore quid dicam? |
| Herculeus | Mant. Herculeo accendit mens indignata furore. |

Qui verſibus Iābicis ſcribebantur opprobria & ſatyræ.

A ſacerdotib. Cybeles Berecinthiæ, q quum deę ſacra facerent, furorem ſimulabant.

A Celenis oppido Phrygiæ, ī quo Marſyas auſus eſt cógredi cum Apolline.

FVRTVM.

| | |
|---|---|
| Pauidum | Luc. lib. 2. Colligit & pauido ſubducit cognita furto. |
| Nocturnum | Sat. lib. 4. Theb. Veſter habebit honos, nocturnaq; furta licentum. |
| Turpe | Stroz. filius, Si turpia furta Quod dederant, laqueo ſurripuere caput. |
| Iniquum | Pont. Lætatur furtis olim doliturus iniquis. |
| Latebroſum | Idem, Inuitas faciles latebroſa ad furta Napæas. |
| Infandum | Stroz. pater, Polluat infandis inſignis adultera furtis. |
| Lachrymabile. | Mant. Coniuraſſe feras in tam lachrymabile furtum. |
| Nephandum | Priſcia n. Damnantq; nephando Periuros furto. |
| Impudens | Cic. in Verrem, Ea propter impudentiſſimum furtum aufugere. |

*FVSCINA.*

*Eſt inſigne Neptuni, quod alio nomine tridens vocatur. Fuſcina dimicabant retiarij gladiaturam exercentes. Hinc Iuuenal. Saty. ſecunda. Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi.*

| | |
|---|---|
| Minax | Mart. lib. 1. Fuſcina dente minax, nexu fuit anchora curuo. |

FVSVS.

| | |
|---|---|
| Grauidus | Verg. in Cyri, Nunc licuit grauidos penſo deuoluere fuſos. |
| Verſatus | Ouid. lib. 4. Met. Leuia verſato ducentem ſtamina fuſo. |
| Teres | Idem lib. 6. Siue leui teretem verſabat pollice fuſum. |
| Succinctus | Ouid. lib. 1. de Arte, Reiice ſuccinctos operoſo ſtamina fuſos. |
| Prægnans | Sidon. Prægnantis fuſi mollidum neſſe metallum. |
| Leuis | Pont. Viminaq; & fuſo ſtamina torta leui. |

Lanificus Sabell.Lanificos fuſos Cleſtor dedit.
Tortus Varan.Torto deducas ſtamina fuſo.
Libratus Catull.Libratum tereti verſabat turbine fuſum.

## G A B I I.

Rudes Volſcorũ populi do lo Tarquinij ſuperati.

Simplices Iuuen.Sat.3.Simplicibus Gabijs, aut proni Liguris arce.

## *G. A. D. E. S.*

*Gades, inſula eſt in Hiſpania, in fine Bethicæ prouinciæ, occidentem verſus, cuius habitatores dicuntur Gaditani, quarum puellæ laſciuæ licentiæ & impudici motus fuere. Hinc Mart. de Theleſina, Et Gaditanis ludere docta modis. Et Iuuen. Sat. 11. Forſita. expectes, vt Gaditana canoro Incipias prurire choro.*

Tyriæ Luc.lib.7.Tyrijs qui gadibus hoſtis Adiacet.
Herculeæ Syll.lib.16.Nam repeto Herculeas Erythræa ad littora Gadès.
Tinnulæ, agiles & aptæ ad ſaltationẽ. Stat.li.1.Syl.Illic cimbala, tinnulæq; Gades.
Occiduæ Claud.Diſſidet occiduis quod Gadibus arida Barce.
Heſperiæ Sabell.Heſperiæ Gades, & Boreale ſolum.
Vadoſæ Fr.Petrarcha, Atq; vadoſis Gadibus ora tepens.
Iocoſæ Mart.lib.1.Gaudent iocoſæ Canio ſuo Gades.

## *G. A. L. A. T. E. A.*

*Galateam Poetæ Nympham marinam eſſe dicunt, filiam Nerei, adamatam à Polyphemo.*

Nerine, Nerei filia. Verg.in Buc.Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ.
Nereis Ouid.lib.13.Nereis his contra reſecat a Crateide nata eſt.
Viridis Stat.lib.2.Syl.Cymodoce viridiſq; cupit Galatea lauari.
Procax Claud.Non ludit Galatea procax.
Candida Idem lib.3.de Raptu, Quod candida præfert, Sæpe mari pulchroq; ſecat Galatea natatu.

## G A L B A N A.

Herba frequẽs in Syria, quæ ſi comburatur, nidore fugat ſerpentes.

Noxia Colũm.Sed negat helleboros & noxia galbana ſuccos.
Peregrina Lucan.lib.9.Hic ebulum ſtridet, peregrinaq; galbana ſudant.

## G A L E A.

Comans Syll.lib.6.Aſdrubal ex auro pateram, galeamq; comantem.
Crinita Verg.lib.7.Cui triplici crinita iuba galea alta Chimæram Suſtinet.
Terribilis Idem lib.8.Terribilem criſtis galeam, flammaſq; vomentem.
Decora Idem lib.9.Tum galeam Meſapi habilem, criſtiſq; decoram.
Nitens Iden, Agnoſcunt ſpolia inter ſe, galeamq; nitentem.
Caua Idem, Tum ſcuta, cauæq; Dant galeæ ſonitum fluctu.
Aerea Idem lib.10.Procul ærea ramis Dependet galea.
Leuis Horat.lib.1.Car.Quem iuuat clamor, galeæq; leues.
Fulgens Syl.lib.1.Vt tegmina primum Fulgentis galeæ conſpexit.
Radians Ouid lib.13.Ipſe nitor galeæ, clare radiantis ab auro.
Coruſca Syll.lib.4.Roſtroq; coruſcæ Perſtringens conum galeæ.
Horrida Idem lib.9.Galea horrida fluctu aduerſæ ardeſcit galeæ.
Trux Idem lib.14.Dum criſtam galeæ trucis, exuuiaſq; precatur.
Ferrea Vegetius, Centuriones verò habebãt cataphracta ſcuta, & galeas ferreas.
Teres Stat.lib.3.Theb.Hi tereres galeas, magnorũq; ærea ſcuta Thoracum.
Minans Val.Flac.lib.7.Galeamq; minantem Quaſſat.
Solidata Calud.Solidatam criſta reſurgens Erexit galeam.
Victrix Idem, Fregi alpes, galeiſq; Padum victricibus hauſi.
Micans Sidon.Includit ſuras ocreis, capitiq; micantem Imponit galeam.
Renidens Claud.Loricas galeaſq; renidentes hyacinthis.
Minax Idem, Galeaq; minaci Falua cructarum prætenditur vmbra iubarum.

Rigens



Rigens Pont.Terribilem galeam tractare, atq; ære rigentem.
Conifera Idem, Coniferam, ingentem, atq; ignes, flammaſq; vomentem.
Tartarea Polit.Tartaream Pallas galeam, & phorcynida geſtat.
Aerata Marul.Simulq; & enſem dat puero, & galeam æratam, & hamis vndiq; nexilem.
Inſignis Cod.Et triſtis galeæ inſignes, phylireſq; decoræ.
Minitans Idem, Et galeam rubra minitantem vulnera criſta.
Criſtata Liuius, Galeæ criſtatæ quæ ſpeciem magnitudini corporum adderent.
Lethalis Pamph.Lethalem voluit galeam.
Ardens Mant.Mox ferrea paſſus Verbera, & ardentem galeam.
Lucens Idem, Arbore lucẽtem galeam, leuibuſq; pharetram Horrentẽ iaculis.
Pennicomas tollunt galeas, ac more Latino.
Dura Calent. Arma parat, dura contegitur galea.

## *G A L E R V S.*

Quòd eo vterentur Arcades, aut ab epitheto Mercurij Arcadici.

*Tegumentum eſt capitis, factum inſtar galeæ, quo Mercurius in ferendis deorum mandatis vtitur.*

Arcadius Stat.lib.4.Theb.Arcadij morem tenet ille galeri.
Picturatus Pont.Et Picturatum buxi de fronde galerum.
Rutilus Polit.Splendeat vt rutilo frons inuidioſa galero.
Flauus Iuuen.Sat.6.Et nigrum flauo crinem abſcondente galero.

## *G A L E S V S.*

A Therapnis vrbe Laconiæ.

*Fluuius eſt Laconiæ, quinq; millibus paſſuum diſtans a Tarento. Aqua eius pota oues candidas reddit, vnde albus dicitur.*

Therapnæus. Stat.lib.2.Syll.Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi.
Lacedæmonius. Idem lib.3.Syll.Et Lacedæmonij pecuaria culta Galeſi.
Vmbroſus Propert.lib.2.Tu canis vmbroſi ſubter pineta Galeſi.
Piger Pont.Quæq; nitet pigro tellus madefacta Galeſo.
Oebalius Mant.Cedit & Oebalio tellus vicina Galeſo.
Phalanthæus, à Phalantho fluuio Laconiæ. Polit.Iamq; Phalanthæi reſonat pineta Galeſi.
Liquidus Pamph.Vndaq; & liquidi bibat Galeſi.
Albus Mart.lib.12.Albi quæ ſuperas oues Galeſi.
Niger Verg.lib.4.Geor.Qua niger humectat flauentia culta Galeſus.
Spartanus Text.Vis armenta? Dabit Spartani armenta Galeſi.

## *G A L L I C Y B E L E S.*

*Galli ſacerdotes fuerunt Cybeles in Phrygia, dicti a Gallo flumine, cuius aquis poti, protinus furiabantur adeò, vt ſeipſos deteſticularentur, i. amputarent ſibi teſtes, & virilia. Hi vaticinabantur fanatico carmine, vt inquit Liuius. Samia teſta vtebãtur ad amputanda ſibi virilia, nec aliter caſtrabantur citra perniciem Tibull. Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos. Ouid. in Ibim, Attonitoſq; ſeces, vt quos Cybeleia mater Incitat. Aug. li. 7. de Ciui. Dei ſcribit, abſciſſos matri deũm ſeruire, vt ſignificaretur eos, qui ſemine indigeant, terram ſequi oportere, quæ mater deũm nominatur. Lucretius verò Gallos miniſterio Cybeles ideò dicit addictos, qm̃ qui violant matrem, digni ſunt vt emaſcularentur, quo minus poßint viuam procreare progeniem.*

Phryges Propert.lib.4.Et Phrygis inſanos cæditur ad numeros.
Sanguinei Clau.li.2.de Rapt.Sed tu ſanguineis vlulãtia Dindyma Gallis Incolis.
Reſupinati Iuuen.Stat.8.Et reſupinati ceſſantia tympana Galli.
Celenæi, à Celenis oppido Phrygiæ. Hora.lib.5.Et concubino mollior Celenæo.
Secti Idem, Quem ſectus vlulat matris Entheæ Gallus.

## G A L L I P O P V L I.

Feroces Lucan.lib.1.Cruerent in terga feroces Gallorum populi.
Truces Idem lib.7.Inde truces Galli ſolitum prodidiſtis in hoſtem.
Bellicoſi Saluſt.Præterea quòd natura gens Gallica bellicoſa eſt.

Romanis

Romanis infeſti. Idem, Gallorum gentem infeſtiſſimam Romano nomini ad bellū acceſſerunt.

Armorum auidi. Liuius, Conciturum auidas ſemper armorum Gallicas gentes.

Rebelles Pamph. Gallos ſic Roma rebelles Depulit.
Acres Idem, Aeſarum, Lyrim, Tyberimq; Gallus Poſſidet acer.
Stolidi Iulius Matern. Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur, Galli ſtolidi.
Fortes Mant. Expulit ingenti fortem munimine Gallum.
Tumidi Idem, Et tumidis Italos oſtendite Gallis, Fœmineum non eſſe genus.
Leues Idem, Perſuadens leuibus non videre Gallis.
Alacres Varan. Quinetiam nec vos Gallorum terreat ardens Impetus, eſt alacer Gallus.
Sæui Calent. Eripite hanc animam ſæuis mea numina Gallis.
Atroces Cantal. Donec ſciret atrox, quō verteret agmina Gallus.
Efferi Idem, His ita depulſis, conuerſo milite Gallus Efferus.
Ardentes Mant. Inſtant ardentes Galli, forteſq; repugnant.

## GALLIA.

Animoſa Claud. Animoſa tuas vt Gallia leges Audiat.
Ferox Cantal. Atq; inſigne ferox perpeſſa eſt Gallia probrum.
Diues Manil. Hiſpanas gentes, ſeu quòd fert Gallia diues.
Armipotens Auſon. Armipotens dudum [illegible] celebrari Gallia geſtis.
Fertilis Liuius, Gallia adeò fru[illegible] [illegible]num fertilis fuit.
Impotens Crinit. Vt impotentis [illegible] [illegible]um grauem.
Sæua Idem, Ferrata ſæuæ [illegible] [illegible]æ.
Fortis Mant. Et linguæ cult[illegible] [illegible]rtis habet.
Facunda Iuuen. Sat. 15. Gallia ca[illegible] docuit facunda Britannos.
Flaua Claud. de Laud. Stilich. [illegible] repexo Gallia crine ferox.
Ferax Barth. Loch. Frugum al[illegible] ferax, fœcunda virorum.

## GALLVS G[illegible]LINACEVS.

*Gallorum alitum natura & cōſuetudo.*

*Gallus, nuncius eſt lucis, Latonæ charus, q[illegible] parienti aſtiterit. Mortua fœmina oua incubat, Gloriam ſentit, noſcit ſydera, it cubitum cū ſole. Imperitat ſuo generi, & regnū in quacunq; domo fuerit, exercet. Certant inter ſe Galli ſtudio gloriæ, Canunt in victoria, & ſe principes teſtantur. Victi occultantur, lucemq; & aſpectū hominū refugiunt. Gradiuntur alta ceruice, & elatis criſtis. Cœlum crebro aſpiciunt. In ſublime falcatas erigunt caudas. Terrori ſunt leonib. Cæterum galli nobiles quondā habiti ſunt in auguriorum obſeruatione. Victoriam Bœotijs aduerſus Lacedæmonios præſagiuerunt, quum tota nocte cecinissent. Caſtrati deſinunt canere, non attinguntur à vulpib. ſi vulpinū iecur ederint. Eorum pituitæ ſanantur acinis liguſtri. Sacri ſunt ſoli, cui venienti aſſurgunt, & quo cū eunt dormitum. Contra ſerpentes & miluos pro galinis dimicant. Pergami omnib. gallorum, ſeu gladiatorū ſpectaculum publicè edebatur. Pugnaciſſimi Galli olim naſcebantur apud Tanagram & Rhodum. Secundus honor fuit Chalcidicis & Melicis, teſte Varrone, Politianus eleganter naturam huius volucris deſcribit in ſua Ruſtico.*

*Galli ſacri ſoli.*

*Quia vnicus gallus ſufficit multis gallinis ad Venerem.*

Excubitor Verg. in Moreto, Excubitorq; diem cantu prædixerat ales.
Salax Polit. Ipſe ſalax totam fœcundo ſemine gentem Implet.
Tanagricus Varr. Nec tamen ſequendum in femineo legendo Tanagricos, Melicos ac Chalcidicos.
Criſtatus Mart. lib. 9. Nondum criſtati rupere ſilentia galli.
Metuendus leonibus. Prius poſitum.

*Ab epitheto ſolis, cui ſacer eſt.*

Nuncius lucis Stroz. pat. Somniaq; excuſſit nuncia lucis auis.
Titanius Mant. Iam cecinit mediam volucris Titania noctem.
Auis Perſica, quoniam Ariſtoph. ſcripſit, gallū quandoq; imperaſſe Perſarū gentib.

## GALLINA.

*Gallinarū genera diuerſa.*

*Gallinarum varia ſunt genera. Cortales, quæ corte aluntur. Ruſticæ ſimiles ſunt fere villaticis, quæ decipiuntur aucupe. Numidicæ, varijs ſparſæ plumis, aliter vocantur Meleagrides à*

Mele-



*Meleagri tumulo, quas poetæ fabulantur ex filiabus Oenei, qui Meleagri fuit filius mutatas fuiſſe in has volucres. Aiunt gallinas non poſſe interfici ab aſpide, quo die ciminum animalis fœdiſſimi comederint. Villaribus gallinis religionem ineſſe ſcribit Plinius. Nam inhorreſcūt edito ouo, ſeſeq; excutiunt, & circumactæ purificant, aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant. Gallinas ſaginare Deliaci cœperunt. Albertus Magnus ſcribit. Gallinam fuiſſe apud Macedones, quæ duodeuiginti oua fecerit, & ex quolibet eorum duos ſuſceperit pullos.*

Tenera Cato, Gallinas teneras, quæ primum pepererint, concludat.
Africana Varro lib. 3. de re Ruſt. Gallinę Africanæ ſunt grandes, quas Meleagripes appellant Græci.

*De his loquitur Stat. lib. 1. Syl. Quas vdo Numidæ legunt ſub auſtro. Et Mart. Anſere Romano quamuis ſatur Annibal eſſet, Ipſe ſuas nunquam Barbarus edit aues.*

Cortalis Colum. Et cortalibus gallinis ſubijciat.
Numidicæ Mart. lib. 5 Et picta perdit, Numidicæq; guttatæ.
Glociens Stroz. pat. Quot ſub glocientibus in ſpem Venturæ ſobolis.
Glocitans Fauſtus, Non magis & glocitans criſtati fœmina galli.
Afra Horat. Non Afra auis deſcendat in ventrem meum, Non attagen Ionicus iucundior.
Meleagrides Suet. in Caligula, Hoſtiæ erant, phœnicopteri, pauones, tetraones, Numidicæ, Meleagrides.
Criſtata Mant. Vt mater criſtata ſolet, quo tempore miluus Inſtruit inſidias.

## GALLVS POETA.

*Fuit Cornelius Gallus Elegiographus Foro iulienſis. Is Auguſti fauore conſcendit ad gradū præturæ. Euphorionem Græcum in ſermonem Latinum tranſtulit. Scripſit quatuor libros Amorum ſuorum de Cithereide. Fuit primum amicus Octauij, poſtea tamen ſuſpicione coniurationis, quum in eius odium impegiſſet, conſciuit ſibi mortem anno ætatis ſuæ 43. Polit. Dum miſer ipſe ſuo fodiat præcordia ferro. Alij cauſam mortis adſcribunt importunæ eius loquacitati, cuius cauſa imperatoris odium incurriſſet. Quod & Ouid. confirmat his verbis, Non fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo, Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.*

Prodigus animæ. Ouid. lib. 3. Eleg. Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.
Doctus Polit. Perſonam falſæ laſciua Lycoridos affert in ſcenam, & docto.

## GANGES.

*Ganges Indiæ fluuius eſt incertæ originis. Tendit in Orientem, augeturq; fluuijs nauigalibus demū ſeptem oſtijs erūpit in mare. Tantæ magnitudinis eſt, ut vbi minus occupat latitudinis, octo millia paſſuū contineat, vbi plurimū, centū Altitudinis nuſquā minus uiginti paſſib. reperitur. Hunc Cyrus rex perſarū in 460. alueos diuiſit, ob amiſſum ibidem equum præcipuæ bonitate.*

Pulcher Verg. lib. 2. Georg Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.
Rapidus Luc. lib. 8. Qua rapidus Ganges, & aqua Nyſæus Idaſpes.
Spacians. Ouid. lib. 5. Triſt. Perfidaq; & læto ſpaciantem flumine Gangem.
Tepidus Idem in Ibin, Dum tepidus Ganges, frigidus Iſter erit.
Immenſus Claud: Gurgitis immenſum deducit in hoſtia Gangem.
Indicus Sidon. Indicus Auſonia potetur caſſide Ganges.
Corniger Idem, Corniger inde noui Ganges it pompa triumphi.
Cæruleus Pont. Cæruleo cum Gange, cauo & caput extulit antro.
Vndans Idem, Et Gangem latè vndantem, & Gangetida terram.
Eous Pamph. Non quas Eoi littora Gangis habent.
Diues Idem, Diuitis vt fuluas marmora Gangis opes.
Aurifer Conr. Seu Gangem auriferum, ſole ſub Indico.
Arenoſus Mant. Splendet, arenoſo qua tingitur India Gange.
Torrens Priſc. Finibus Indorum poſtremis gurgite torrens.
Magnus Mant. Magno qui proxima Gangi Rura tenent.

## GANNITVS.

Conſtrepens Apul. Gannitu conſtrepenti laſciuiunt paſſeres.

Dulcis

Dulcis Idem, Molles interdum voculas & aſſidua ſuauia, & dulces gannitus.
Tremulus Auſon. Principio tremulis gannitibus aera pulſat.

## GANYMEDES.

*Poetæ dicunt Ganymedem puerulum fuiſſe Troianum, elegantis formæ, & propterea raptum ab aquila, dum venaretur in Ida monte Troadis, adhibitumq́; menſæ Iouis, ad præminiſtranda ei pocula.*

Dilectus Ioui. Verg. Dilectusq́; Ioui puer, & duo ſydera piſces.
Troianus Idem, Troianusq́; puer, geminiq́; ſub æthere piſces.
Regius Idem lib.5. Aen. Intextusq́; puer frondoſa regius Ida.
Flauus Horat. lib.4. Carm. Cui rex deorum regnum in aues vagat.
Pocillator Apul. Quo ductu Cupidinis Ioui pocillatorem Phrygium ſuſtulerat.
Catamytus Mantuan. Rapuiſſe dicitur in aquila catamytum.
Phrygius Ouid. li.10. Rex ſuperum quondã phrygij Ganymedis amore Arſit.
Raptus Ioui Idem lib.11. Ilus & Aſſaracus, raptusq́; Ioui Ganymedes.
Iliades Idem lib.10. Arripit Iliadem, qui nunc quoq; pocula miſcet.
Idæus Ouid. lib.2. Faſt. Iam puer Idæus media tenus eminet aluo.
Phryx Idem lib.4. Faſt. Phryx puer, in ſyluis facie ſpectabilis altis.
Iliacus Idem lib.2. Triſt. Huc accedat Hylas, Iliacusq́; puer.
Sangarius Stat. lib.3. Syl. Cedat tibi Lathmius vltrò, Sangariusq́; puer.
Gracilis Mant. lib.11. Ille tamen gracili cum Ganymede iacet.
Dardanius Idem. lib.11. Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro.
Ephebus Ruffus Feſt. Troicus haurit aquas, funditq́; ephebus ab vrna.
Tros Pont. Tros puer & toto laticem diffundit ab amne.
Aureus Idem, Te propter fortesq́; tuos nitet aureus ille.
Roſeus Pamph. Aurea, ſac roſeo cum Ganymedem cubet.
Vrniger Fauſt. Vrniger & teneris Ganymedes cruribus inſtat.
Pulcher Bapt. Pius, Et tibi Phryx iuuenum pulcherrime carmina fundam.
Cinædus Pamph. Lygde qui forma ſuperas cinædum, Nobilem, pulchrũ, tenerũ.

## GARAMANTES.

*Garamantes, autore Plinio, matrimoniorum expertes paſſim cũ fœminis degunt. Nullas certas habent ſedes. Sub cilicijs ſemper agunt. Mulieres ſeruilia vbiq; miniſteria ſemper faciunt.*

Nudi Lucan. lib.4. Qua nudi Garamantes arant ſedere.
Peruſti Idem, Mixti. Garamante peruſto Marmaridæ volucres.
Inculti Idem lib.9. Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus vnum.
Sæui Syl. lib.12. Atq; vbi atrox Garamas, ſæuusq́; tetenderit Ammon.
Veloces Clau. Venerat & paruis redimitus Nuba ſagittis, Et velox Garamas.
Inops Seneca, Siue illud inops nouit Garamas.
Nigri Pamph. Quasq́; colunt nigri ſteriles Garamantes arenas.
Vagi Mant. Contriuit ductore vagos Garamantes.
Areniuagi Idem, Ad Libyæ campos & areniuagos Garamantes.
Matrimoniorum expe tes, vt ex præcedentibus patuit.
Infelices Claud. Hunc bibit infelix Garamas.

## GARGANVS.

Arduus Mant. Arduus Heſperio vobis Garganus ab orbe.
Appulus Lucan. lib. Adriacas exit Garganus in vndas.
Iapix Vergil. lib.11. Victor Gargani condebat Iapigis agris.

## GARGARA.

*Gargarus, mõs eſt & oppidũ in Phrygia, in imis radicib. Idæ, admodũ fera & frugib. Oui. Gargara quot ſegetes, quos hẽt Methymna racemos. Seneca, Hinc grata Cereri Gargara et diues ſolũ.*

Ardua Pacificus, Ardua luxuriant flauis vbi Gargara culmis.
Pangæa Val. Flac. lib.2. Vnoq; dei Pangæa ſub ictu Gargara.
Flaueſcentia Clau, Iã Paueſcentia centũ Meſſibus æſtiuæ detondẽt Gargara falces.

Culta



Culta Pamph. Quæq́; colit veluti Gargara culta Ceres.
Priameia Idem, Iugera fertilibus Priameiaq́; Gargara campis.

## GARRVLITAS.

Rauca Ouid. lib.5. Met. Raucaq́; garrulitas, ſtudiumq́; immane loquendi.
Odioſa Manil. Garrulitas odioſa datur, linguæq́; venenum.
Intempeſtiua. Mant. Hæc tua garrulitas intempeſtiua faceſſat.
Improba Idem, Improba garrulitas, verbisq́; procacibus ardens.
Inſana Fauſt. Sed magis inſana garrulitate premor.
Acris Mant. Garrulitate acri nunc hos, nunc mordicus illos Vexat.

## GARVMNA.

*Garumna, fluuius a Pyrenæis montibus defluens, Celtas ab Aquitanis dirimit, augetur tribus amnibus. Bituriges & Sanctones influit. Labitur in Oceanum.*

Aequoreus Auſon. Aequoreum liqui te propter amice Garumnam.
Validus Sidon. Et matrẽ validus ꝑ inquilinũ Defenſet tenuẽ Garũna Tybrim.
Veliuolus Idem, Remis veliuolum quatit Garumnam.
Refluus Idem, Oceanus refluum ſpargit per culta Garumnam.
Defluus Idem, In fontem iam non refluus, ſed defluus ire.
Celer Pamph. Quosq́; ferit rapidus Ganges, celer atq; Garumna.
Rapidus Idem, Cæſar & a Rhodano [illegible]iens, rapidoq́; Garumna.
Magnus Tibull. lib.1. Teſtis Arar, Rhodanusq́; celer, magnusq́; Garumna.

## GAVDIVM.

Lætum Quint. Se læta fundant gaudia.
Dulce Stroz. pater, Dulcia nec triſtis gaudia norit anus.
Candidum Stat. lib.2. Syll. Nõ frontem vertere minæ, ſed candida ſemper gaudia.
Fugitiuum Mart. lib.1. Gaudia non remeant, ſed fugitiua volant.
Molle Pont. Fuſus in amplexu dum mollia gaudia carpit.
Feſtiuum Thom. Rad. Semotis feſtiuis gaudijs, & mulcentibus modulis.
Delicioſum Sedul. Delicioſa ſequens luxus & gaudia.
Beatum Augurell. Hæc lux gaudia contulit beata.
Procax Crinit. Cur tam procaci lubrica gaudio.
Luxurioſum. Mant. Gaudia contempto luxurioſa deo.
Vagum Glareanus, Vmbra tibi vitam notat, & vaga gaudia mundi.
Blandum Verg. lib.5. Aen. Blanda viciſſim Gaudia pertentant.

## GAVRVS.

Bacchæus Stat. lib.1. Syll. Seu tibi Bacchæi vineta madentia Gauri.

Mons eſt Cãpaniæ in Italia, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis.

## GAZA.

Eoa Lucan. lib.7. Eoasq́; premunt tentoria gazas.
Perſis Stat. lib.1. Syll. Digne Mydæ, Crœſiq́; bonis, & Perſide gaza.
Lyda Idem lib.5. Babylonis opes Lydæ ſi pondera gazæ.
Nobilis Claud. Nobilibus gazis, opibusq́; cubilia ſurgant.
Externa Ruffus Feſtus, Omnibus externas veheret per inoſpita gazas.
Ptolemais, i. Aegyptia. Sid. Dorida diffuſam premeret Ptolemaide gaza.
Perſica Sabell. Regia quod Crœſi cepit, quod Perſica regum Gaza vetus.
Caduca Lud. Bigus, Pro gazis meruit breuis caducis.
Attalica Hieron. Balb. Quod domus Attalicis tibi ſplendeat æmula gazis.
Fluxa Mich. Angl. O vani fluxis confidite gazis.
Diues Idem, Nam diuite gaza, Et laceris veterum cæris certatur auorum.
Aſiatica Mant. Serica, odoratæ chlamydes, Aſiatica gaza.

## GEDEON.

Magnus Mant. in Maria, Velleraq́; & ſiccos magni Gedeonis imbres.

## GEHENNA.

Obſcura Quint. Sic in obſcura tenebras gehenna.

Capã

Caua Mant.Quod ſi ſorte cauæ metuis tormenta gehennæ.

## GELONI.

*Geloni populi ſunt Scythiæ, Agathyrſis proximi, dicti a Gelono Herculis filio. Solebant olim ſe pingere. Claud. Membraq; qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus. Sanguinem equinum bibebant cum lacte. Optimi ſunt ſagittarij. Multas ſinguli habent vxores. De hoſtium cutibus ſibi indumenta, & equis tegmina conficiebant. Contenti viuebant ſuis finibus. Horat. li. 2. Carm. Intraq; præſcriptum Gelonos Exiguis equitare campis.*

Acres Vergilius, Acerſq; Gelonus.
Sagittiferi Idem lib. 8. Hinc Lelegas, Caraſq;, ſagittiferoſq; Gelonos.
Volucres Lucan. lib. 3. Maſſagetes quo fugit equo, volucreſq; Geloni.
Pharetrati Horat. lib. 3. Carm. Viſam pharetratos Gelonos.
Sæui, prius dictum.
Flaui Claud. Ecce autem flauis Gradiuus ab vſq; Gelonis.
Imperioſi Idem, Equet Gelonis Imperioſior.
Equimulgi Sidonius, Ad Caucaſigenas Alanos, ad equimulgos Gelonos.
Diſperſi Sidon. Ille diſperſos domuit Gelonos.
Picti Verg. lib. 2. Georg. Pictoſq; Gelonos.

## GELV.

Brumale Verg. in Opuſc. Poſtquam brumali diriguere gelu.
Pigrum Lucan. lib. 4. Iam pectora pigro Stricta gelu.
Acutum Horat. lib. 1. Carm. Geluq; Flumina conſtiterint acuto.
Marmoreum Ouid. lib. 4. Faſt. Nec ſi marmoreo pallet aduſta gelu.
Aſtrictum Idem lib. 2. Triſt. Et maris aſtricto quæ coit vnda gelu.
Canens Idem lib. 5. Triſt. Glebaq; canenti ſemper obuſta gelu.
Gelidum Idem lib. 4. de ponto, Ipſe vides gelido ſtantia vina gelu.
Concretum Mart. lib. 1. Conceto riguit vincta repente gelu.
Hybernum Idem lib. 4. Decidit hyberno prægrauis vnda gelu.
Sæuum Val. Flac. lib. 1. Horrida ſæuo Quæ premis arua gelu.
Durum Seneca, Frigida duro Cynoſura gelu.
Frigidum Idem, Torpetq; vinctus frigido ſanguis gelu.
Niuale Idem, Et niuali cuncta conſtrinxit gelu.
Horrens Pont. Horrentiq; gelu riget altera.
Rigidum Idem, Sic rigido compacta gelu per inania grando.
Lethale Polit. Tum lethale gelu inuergens.
Riphæum Marull. Riphæo venio triſtis ab vſque gelu.
Scythicum Pamph. Et Scythico firmas lubrica tecta gelu.
Arctoum Idem, Horret & arctoo frigida bruma gelu.
Boriſtheneum. Idem Quiq; Boriſtheneo quem ferit vrſa gelu.
Acre Quint. Morientur acri palmitum faſces gelu.
Horrendum Idem, Famamq; duram, frigora, horrendum gelu.
Tremulum Idem, Regnante tremulo nudus errabam gelu.
Crudum Mant. Stabant tum flumina crudo Incruſtata gelu.
Geticum Idem, Tu Getico ſopita gelu, vel Gorgone viſa.
Sterile Idem, Terraq; ſub ſterili languet aduſta gelu.
Iners Idem, Sopit iners triſtia corda gelu.
Glaciale Idem, Glaciale gelu pila ruſtica vincit.
Boreale Idem, Iam medium Boreale gelu, torpentiaq; arua.
A Sithone Perſpicuum Idem, Perſpicuumq; gelu, mundiq; immobile culmen.
frigidiſſi- Somniferum Idẽ, Adde qđ extincto ſenib. facit omnib. igne Somniferũ natura gelu.
mo. Rigens Idem, Hyems dum ſæua rigenti Stringeret arua gelu.
Thraciæ Sithonium Bap. Pius, Sithonio vexans corpora noſtra gelu.
monte. Sarmaticum *Daniel Ceretus Brixianus*, Ruraq; Sarmatico ſemper operta gelu.

GEMI-



## GEMITVS.

Mœſtus Verg. lib. 9. Mœſtuſq; per omnes It gemitus.
Inſanus Stat. lib. 2. Syl. Mulceat inſanos gemitus.
Acerbus Val. Flac. lib. 2. Qualiter impleuit gemitu quum taurus acerbo Auia.
Stridens Seneca, intima creber Viſcera quaſſat gemitus ſtridens.
Timidus Idem, At timidum Phryges miſere gemitum.
Lamentabilis Idem, Veſtra lamentabili lugere gemitu funera.
Flebilis Idem, Flebilis gemitus mihi non extitiſſet.
Fremens Pont. Illa frementi Inuoluit cœlum gemitu.
Sæuus Stroz. pater, Nunc ſæuos inter gemitus, lachrymaſq; relinquor.
Durus Mapph. Duros gemitus ſub corde premebat.
Amarus Pamph. Grex tremit, & gemitu fugiens iuga pulſat amaro.
Grauis Pacificus, Irrigat, & gemitus ingerit vſq; graues.
Lachrymabilis. Verg. lib. 2. Aen. Gemitus lachrymabilis imo.
Atrox. Mant. Vix finit atroces gemitus audire dolentum.

## GEMMA.

Colorata Luc. lib. 3. Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.
Tumens Colum. Nec poſtea tumentes gemmæ lędantur.
Nobilis Cleoph. Nobilis Eoo renitеſcit in æquore gemma.
Nexilis Pallad. Rut. Nixilibus gemmis fœcundos implicat artus.
Florida Apul. Gemmulis floridis cuncta depingeret.
Lucida Ouid. in Epiſt. Nec premit articulos lucida gemma meos.
Teres Stat. li. 6. Theb. Tereteſq; hic vndiq; gemmæ irradiant.
Indica Stroz. pater, Quid iuuat in nitidis Indica gemma comis.
Diues Pont. Et diuite gemma Veſtit pampineas vitis opaca comas.
Ignea Syl. lib. 8. Et fuluo micat ignea gemma monili.
Eoa Idem lib. 12. Poculaq; Eoa luxum irritantia gemma.
Garamantis Syll. lib. 15. Ardebat gemma Garamantide cærula veſtis.
Lactea Mart. lib. 8. Hanc lucem lactea gemma notet.
Perſpicua Idem lib. 8. Condita perſpicua viuet vindemia gemma.
Viridis Mart. lib. 9. Et virides picto gemmas numerauit in auro.
Fulgens Val. Flac. lib. 5. Frenaq; & accinctum gemmis fulgentibus enſem.
Ardens Claud. Et ambirent ardentes tempora gemmæ.
Idaſpæa, ab Idaſpe fluuio. Idem, Diues Idaſpæis augeſcat purpura gemmis.
Erythræa Claud. Talis Erythræis intextus nebrina gemmis. A mari rubro, quod
Precioſa Mart. Cap. Cui gemmis inſitum diadema precioſis. Erythreũ
Radians Sidon. Immo equi radiantibus gemmis onuſti accedebant. dicitur.
Nitida Pont. Et ſtruxit nitidis ornata palatia gemmis.
Aurea Idem, Præluxit digitis aurea gemma tuis.
Culta Idem, Gemma quoq; in digitis non niſi culta placet.
Flexuoſa Thom. Rad. Flexuoſiſq; gemmis & auro ſinuatum patagium.
Scintillans Idem, In hoc ſcintillantes gemmæ multiplices colluctabant.
Radioſa Idem, Candidiſſinos olores radioſa gemma ſolis fecerat.
Multicolor Idem, Flores innumeros multicolor gemma donauerat.
Fulgida Polit. Cuius deuota humilitas gemmis ornata fulgidis.
Dis Stroz. pater, Ditibus incedas gemmi ornatus & auro.
Scythica Pamph. It Scythicis nitidus gemmis & iaſpide, quid tum?
Candens Idem, Candenti valeo notare gemma.
Clara Quint. Lux nitet, claras imitata gemmas.
Rutilans Mant. Splendidus & gemmis latè rutilantibus intrat.
Relucens Idem, Dona, relucentes gemmæ, vaſa aurea, ſignis Aſpera.
Micans. Idem, Fronduit argento, gemmas pro glande micantes.

Honeſta.

Honeſta Priſcian.Hæc eadem gemmis nimirum decoratur honeſtis.
Stellans Ouid.lib.1.Met. Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.
Pura Idem lib.2.Facta manu,puraq; magis perlucida gemma.
Flammata Architr.In quo Sapphiri flammata dieſcit gemmula.
Splendida Adr.Card.Gemmis ſplendidulis decora virgo.
Niuea Boetius,Quæ gemmis niuei vnda feracior.

GENAE.

Humentes Lucan.lib.5.Humentes mirata genas.
Pulchræ Horat.lib.4.Pulchris excubat in genis.
Purpureæ Ouid.lib.2.Eleg.Purpureas tenero pollice tange genas.
Molles Bapt.Pius,Cur lachrymis molles immaduere genæ.
Teneræ Pont.Occupat & teneras purpura grata genas.
Conſpicuæ Claud.Conſpicuas cum flore genas.
Pubeſcentes Capella, Ac iam pubſcentes genæ ſeminudum eum incedere non ſinebant.
Ambroſiæ Bapt.Pius, Ambroſias lacerata,genas,lacerata capillos.
Nitidæ Pont.Si nitidis nocturna genis, ſi fronte ſerena.
Eburnæ Idem,It decor,æq; genis ſtillat ros fuſus eburnis.
Turgidolæ Idem,Turgidulosq; oculos,turgidulasq; genas.
Niueæ Bapt.Pius Et tantus niueis ſtat decor in genulis.
Roſeæ Pont.Extinxit roſeas purpura fuſa genas.
Lacteolæ Polit.Pingit lacteolas purpura grata genas.
Rutilæ Marull. Rutilis verenda vultibus, rutilis genis.
Decoræ Pamph.Claris luminibus,genis decoris.
Candentes Hieron.Balb.Candentes vincunt lilia cana genæ.
Colorate Salmon. Atq; coloratis labra decora genis.
Blandidulæ Glarean.Virgineis manibus, blandidulisq; genis.
Irriguæ Bapt.Pius, Irriguis parce puella genis.
Ingenuæ Idem,Quid tegis ingenuas Chlori decora genas.
Sydereæ Idem,Sydereos oculos ſydereasq; genas.
Læues Nemeſian. Ambo genas læues, intonſis crinibus ambo.
Dulces Claud. Antè genas dulces quàm flos iuuenilis inumbret.
Eraſæ Propert.lib.4.Vincet vbi eraſas barba pudenda genas.
Cognatæ roſis. Textor,Cognatasq; roſis tonderet vngue genas.
Albentes Bapt.Pius,Irrigat albentes humida gutta genas.
Niuoſæ Muſæus,Rubra niuoſarum referens extrema genarum.

GENISTAE.

Lentæ Verg.lib.2.Georg.Curua tenent,vt molle ſiler,lentæq; geniſtæ.
Humiles Idem,Quid maiora ſequar? ſalices,humilesq; geniſtæ.
Virides Quint.Fraxinus,elumbes tiliæ,viridesq; geniſtæ.

GENIVS.

Genium dīt eſſe a-nimā, alij Deum, & ſpiritum quēdam, mortales ad volu-ptatē inci-tet,

Tutelator Capella,Hic tutelator,fidiſſimusq; germanus, animos omnium cuſtodit.
Lucifugus Bud.His enim Bigis genius ille lucifugus ſapientes multos, &c.
Hilaris Augur.Exultatq; hilaris genius,geſtuq; ſoluto.
Aeuiternus Crin.In antiquis verò elegijs æuiternum genium legimus.

GENS, GENTILITAS.

Stulta,ſuperſtitioſa,incerta, vana,mobilis,mutabilis,cæca,faſcinata, malefica, maligna,pagana,ethnica, incredula, impia, belua multorum capitum, inſtabilis, athea,barbara,Scythica,veſana, irrequietum animal,lubrica, nouitatū cupida, curioſa,tumultuoſa,commota,ſecum contraria, ſeditioſa,beligera, indomita,multiceps,affectib.obnoxia,expers rationis,iners,idololatra,dei ignara,inculta, varia, multiuo-



multiuola,lacera,vaga,inſipida,maleſana,intractabilis, præceps, effuſa, furibunda,percita,ſparſa,ſciſſa,diſſecta,illaudata,erratica,ſtupida,ſtolida,nolens, volens, oberrans,abominanda,multiloqua,recutita,Getica,nephanda,inuida, ſuſpicioſa, indigeſta,confuſa,ſcortum Babylonicum, erinnys, clauſa Babylon, formicarum cumulus,mutabilior Proteo, Vertumno, Euro, & omnium populorum adiectiua attributa habet,vt Galica,Anglica,Hiſpanica,Italica, &c. Vide infra Vetuſtas, & Titulo Vulgus litera V.

GENITALIA.

Mollia Iuuen.Sat.6.Mollia qui rupta ſecuit genitalia teſta.

GENV.

Succiduum Cæſar Germ.Succiduis genibus lapſum & miſerabile.
Prociduum Bap.Pius,Vade & prociduo dic bona verba genu.
Aegra & feſſa fame.Heſſus Pſal.109.Feſſa fame genua ægra labant.

GENVA VRBS.

Armiſona Pamph.Indomitos Ligures,Genuæ furentes, Armiſonæ.
Potens Mant.Nec tantum Genuæ potentis Regna, ſed pinguem teneas Ethruſci Littoris oram.

GERMANI.

Inuicti Iul.Cæſar,Intellecturum quid inuicti Germani virtute poſſent.
Transrhenani,Idem,Germanosq; traſrhenanos ſollicitare dicebantur.
Atroces Pamph.Si iaculatur atrox haſtam Germanus.
Potentes Conrad.Inde Germanos adijt potentes.
Feroces Cleoph.Germanusq; ferox, Pannonijq; truces.
Bellaces Priſcian.Qua ſunt Germani bellaces,atq; Britanni.
Truces Idem,Hic ſunt Germaniq; truces, & Sarmata bellax.
Cærulei Horat.Germanos vocat cæruleos,propter cæſios oculos.

GERMANIA.

Horrida Horat lib.4.Quis Germania quos horrida parturit.
Fera Ouid lib.4.Triſt.Iam fera Cæſaribus Germania totus vt orbis.
Rebellatrix Idem lib.3.Triſt.Teq; rebellatrix tandem Germania.
Dira Idem lib.2.de Ponto,Si quem dira tibi rapuit Germania Druſus.
Perfida Idem lib.3.de Ponto,Perfida damnatas Germania proijcit haſtas.
Ferox Claud.Te naſcente,ferox toto Germania Rheno.
Audax Idem, Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.
Flaua Manil.Flaua per ingentes ſurgit Germania partus.
Frigida Pont.Frigida,quod canis horret Germania campis.
Nebuloſa Idem,Quum nebuloſa canis fumat Germania campis.
Effera Stroz.pater,Effera,quid poſſes bello,Germania ſenſit.
Diues Sabell.Nec quas Germania diues Explicat hinc merces.
Bellax Mirand. Bellax riphæo Germania proxima cœlo.
Armipotens Mant.Quando Germania quondam Armipotens,nunc lenta iacet.
Pugnax Barth. Aut vaſtis pugnax Germania lucis Excitur.
Atrox Priſc.Saltibus Hercynis Germania ſubiacet atrox.
Fortis Bapt.Pius,Iura patrocinij Germania fortis adorat.
Barbara Mant.Barbara contremuit totis Germania campis.

GERMEN.

Molle Pallad.Rutil.Nec adoleſcentia molliſſimi germinis modò duræ conſtrictionis angatur.
Turgens Pont.Effundit gemmas,turgenti & germine frondet.
Odorum Polit. Et odoro germine pictum Elyſium tacita rapuit Proſerpina dextra.
Floriferum Idem,Pictaq; florifero germine vernat humus.

V Micans

Micans  Stroz.fil.Tum ſibi quiſque deæ de more micantia legit Germina.
Ambroſium Bapt. Pius, Hinc ſacer ambroſio germine fragrat odor.

GERRAE.

Ridiculæ  Mantuan.cur igitur tam ridiculis popularia corda Obſcurare opus eſt gerris.
Leues  Valer.Varranus, Quandoquidem leuibus nimium plebs credula gerris Decipitur.

*GERYON.*

*Geryon rex fuit Hiſpaniæ tricorpor, vt fingunt poetæ, quem Hercules ſuperauit.*

Tricorpor  Verg.lib.6.Aen.Gorgones, Harpiæq;, & forma tricorporis vmbræ.
Tergeminus Idem lib.8.Tergemini nece Geryonis, ſpolijsq; ſuperbus.
Amplus  Hor.lib.2.Carm.Qui ter amplum Geryonem, Tyriumq; triſti Compeſcit vnda.
Iberus  Ouid.lib.9. Nec me paſtoris Iberi Forma triplex, nec forma triplex ter Cerbere mouit.
Triformis  Seneca, Paſtor triformis littoris Tarteſſi.
Ferus  Idem, Ibera vicit turba paſtoris feri.
Minax  Remacl.Scyllaq;, Centauri, & Geryon ore minax.
Triplex  Bapt.Pius, Robora, vel triplicis corpora Geryone.

GESA.

Rigida  Seneca, Et rigida molli geſa iaculari manu.
Gallica  Codr.Et nudare leui Gallica geſa manu.
Ferrea  Pamph.Ferrea peltatus geſa Tutenus agit.
Alpina  Verg.lib.8.Aen.Duo quiſque alpina coruſcant Geſa manu.

GESTVS.

Loquens  Sidon.Clauſis faucibus, & loquente geſtu.
Petulans  Archit.Portio nec quatitur geſtu petulante.
Gratus  Pont.Hunc dulcis lepor, & grato facundia geſtu.
Mollis  Propert.lib.2.Siue aliquis molli deducit candida geſtu Brachia.
Venuſtus  Mant.de Cala.Luminibus motis aptè, geſtuq; venuſto.

*GETAE.*

*Getæ, populi ſunt Scythiæ, moribus inurbanis & barbaris. Nullos habent in agris limites, ſed fruges communes. Gaudent ſagittis & pharetris. Integuntur ferarum pellibus. Bibunt equinum ſanguinem permixto lacte. Non veſcuntur carnibus. Solebant olim mortuis viris uxores interficere. De moribus eorum & barbarie ſic inquit Ouid. In quibus eſt nemo, qui non corytom & arcum, Telaq; vipereo lurida fella gerat: Vox fera, trux uultus, veriſsima mortis imago, Nõ comæ, non ulla barba reſecta manu. Dextera non ſegnis fixo dare uulnera cultro, Quem vinctum lateri Barbarus omnis habet.*

Hyberni  Propert.lib.4.Hyberniq; Getæ, pictoq; Britannia curru.
Aſtuti  Idem, Quum ferit aſtutos comica mœcha Getas.
Rigidi  Ouid.lib.5.Triſt.Barbariam, rigidos effugiamq; Getas.
Infeſti  Idem lib.3.Triſt.Summouet infeſtos clauſaq; porta Getas.
Pharetrati  Idem lib.4.Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.
Crudi  Idem lib.5.Triſt.Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.
Marticulæ  Idem, Strymona veniſti, Marticolamq; Geten.
Stolidi  Idem, Derident ſtolidi verba Latina Getæ.
Squalidi  Idem lib.1.de Ponto, Non adimat ſtrictò ſquallidus enſe Getes.
Duri  Idem, Nec venit in duros Muſa vocata Getas.
Inhumani  Idem, Inter inhumanos eſſe poeta Getas.
Hirſuti  Idem, Aſpicit hirſutos cominus vrſa Getas.
Truces  Idem, Truxq; Getes armis, grandine pugnet hyems.
Feri  Idem lib.4.de Ponto, Tranſit noſtra feros ſi modo Muſa Getas.

Feroces



Feroces  Idem lib.2.de Ponto, Abſtulerisq; ferox hoc caput eſſe Getes.
Indomiti  Idem, Mittit ab indomitis hanc Meſſaline ſalutem, Qui ſolitus præſens eſt tibi ferre, Getis.
Diri  Idem lib.3.de Ponto, Quum tangant diros talia facta Getas.
Intonſi  Idem lib.4.de Ponto, Venit ab intonſis vſq; Seuere, Getis.
Sæui  Idem, Vt tandem ſæuos effugiamq; Getas.
Pelliti  Idem, Littore pellitos inter agenda Getas.
Armiferi  Stat.li.4. The. Armiferos geminæ iã ſidere brumę Orgia ferre Getas.
Flaui  Claud.Seu flauos ſtrauere Getas.
Fortes  Idem, Hic Cimbrios, forteſq; Getas, Stilicone peremptos.
Vagi  Seneca, Commiſit vnquam non vagus campis Geta.
Gelidi  Marull.Auferor & gelidi per loca vaſta Getæ.
Belligeri  Cleoph.Belligeri retinent hinc ſua iura Getæ.
Threicij  Mant.Threicios imitare Getas, qui extrema ſuorum Lætitia, &c.
Barbarici  Budæus, Senſit barbaricos Martia Romà Getas.
Infrenes  Barthol.Infreneſq; Getas, gelidumq; impelleret Hæmum.
Truculenti  Ouid.Nulla getis toto gens eſt truculentior orbe.
Illepidi  Textor, Intra Sauromatas, illepidoſq; Getas.

GLACIES.

Aſpera  Verg.in Buc.Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.
Cærulea  Idem lib.2.Georg.Cærulea glacie concretæ, atq; imbribus atris.
Frigida  Idem lib.3.Georg.Glacies ne frigida lædat Molle pecus.
Hyperborea Idem lib.4.Georg.Solus hyperboreas glacies, Tanaimq; niualem.
Futilis  Idem lib.12.Glacies ſeu futilis ictu Diſſoluit.
Aſtricta  Ouid.lib.1.Met.Canduit & ventis glacies aſtricta pependit.
Arctoa  Syll.lib.15.Non glaciẽ Arctoã, non experire furentis Ardorem cancri.
Niualis  Claud.Quum grauis armatur Boreas, glacieq; niuali Hiſpidus.
Alpina  Idem, Audiit, & ſi quem glacies Alpina coercet.
Riphæa  Idem, Riphæaq; ſimul feſſos porreximus artus In glacie.
Gelida  Seneca, His gelida pigri frigoris glacies ineſt.
Pendula  Polit.Et pendula tectis Diriguit glacies.
Acris  Marull.Igne calent multo, glacie torpentibus acri.
Lubrica  Liuius, Vt à lubrica glacie, non recipiente veſtigium.
Concreta  Idem, Hærent in dura & concreta glacie.
Caucaſea  Pamph.Mars tibi Caucaſeam ſanguine pro glaciem.
Fragilis  Idem, Vt fragilem ferro glaciem, vitreoſq; trientes.
Torpens  Mirand. Aequora torpenti glacie concreta ſub axe.
Hyemalis  Heliod. Atq; hyemale non ſentit glacies.
Arctica  Quint.Quaſcunq; glacies arctica effudit.
Hiſpida  Petrarcha, Glacies premat hiſpida colles.
Girſuta  Idem, Hunc hirſuta præmit glacies, & bruma perennis.
Ttrux  Mich.Angl.Et glacie barbata truci.
Filia lymphæ. Mant. Nam filia lymphæ Eſt glacies.
Imperuia ventis. Idem, Concretumq; gelu glacies imperuia ventis.
Rigens  Fauſtus, Solaq; cum glacie bruma rigente venit.
Mœotica  Iuuen.Sat.4.Quos operit glacies Mœotica.

A Mœoti de palude, in ſuperiori Aſię parte, intra quam Tanais dilabitur multoq; prius inflat⁹ Borea, immẽſam illuc conuehit glaciẽ, infeliceſque illos facit, qui vicina incolũt loca.

GLADIVS.

Minans  Lucan.lib.1.Gladij quum triſte minantes.
Furens  Idem lib.6.Ipſe furentes Dux tenuit gladios.
Frigidus  Idem lib.7.Frigidus inde Stat gladius.
Fulgens  Apul.Gladioq; fulgenti ſingulos abigens.
Immanis  Idem, Attollens immanes gladios ac ſecures.

 Minax

Minax: Claud.Gladioſq; tegat vagina minaces.
Triſtis Idem,Clementia triſtes Obtundit gladios.
Pinguis cædibus.Sidon.Pingues cædibus gladij.
Impius Seneca,Exceptus gladio paruulus impio.
Hoſticus Marullus,Infracti gladio hoſtico.
Immitis Pamphilus,Immites gladios, feras bipennes.
Mortifer Idem,Mortiferis & iam gladiis,atq; impius igne.
Strictus Iuuencus,Pars ſtrictis gladiis,pars fidens pondere clauæ.
Trux Salm.Quàm trucibus gladiis virgo Syonis hiat.
Crudelis Mant.Heu pectus gladiis crudelibus hauſit.
Ardens Idem,Et ardentes gladios,haſtaſq; trabales.
Gemmans Barth.Gemmantem gladium vagina extraxit eburna.
Acutus Fauſt.Vix etiam gladio Præcordia ſenſit acuto.
Fatalis Architr.Et ruta gladium fatalem ſorbeat aluo.
Ancepes Idem, Anceps hic gladius cladis eſt illatiuus.
Vibrans Apul.lib.9.Vibranti gladio connixus ab aggere dexter.

### GLADIATORES.

Ordearij,quoniam olim veſcebantur ordeo,vt docet Plin.lib.8.cap.7.
Rudiarij dñr,qui rude donati gladiaturam dimittebãt, vt Horatian.ille Veianius.
Boni Cic.in Philip.Tam bonus gladiator rudem iam accepiſti.
Conſummati,dicebant emeriti, ſicut milites conſummatos appellat Iul.Frontinus.
Samij, dicuntur qui frontes habebant inuſtas, & multis plagis cicatricoſas, quoniã Samiorum frontibus Athenienſes ſtigmata in vſſere.Cice.in 2.Tuſcul.Ergo hoc poterit Samius, ſpurcus homo.
Tunicati,gladiatores deſcendebant in arenam tunica induti,quod veſtimentum eſt ſine manicis,autore Marcello.Hinc Iuuen.Sat.2. Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi:Hic Gracchus nomen eſt gladiatoris.
Buſtuarij,qui ante ſepulchra in honorem defunctorum digladiabantur,vocabantur buſtuarij Cic.in Orat.Contra Piſonem, Si mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuiſſet.

### GLANDES.

Piſæ ſunt ferreę,aut plumbeę, quæ bellicis machinis intorquẽtur ad euertẽdos muros.

Volucres Stat.lib.8.Saxa pluunt volucres imitantur fulgura glandes.
Ignitæ Val.Var.Euomit ignitas hoſtilis machina glandes.
Plumbatæ Barth.Plumbataſq; & auita ærugina glandes.
Mortiferæ Idem,Eos quoq; mortiferæ properaſtis ad aſpera glandes Prelia.
Diræ Mant.Iaculatur & vlcera diris Glandibus.
Igniferæ Idem Cui Martius ardor Igniferæ glandis malas traiecit.
Ferreæ Idem,Quum ferrea læuam Glans ignita manum ferijt.

### GLANS.

Chaonia Verg.lib.1.Georg.Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.
Querna Idem,Sed tamen & quernas glandes nunc ſtringere tempus.
Hyberna Idem in Buc.Vuidus hyberna venit de glande Menalcas.
Iligna Colum.Laudantur qui ſunt feraciſſimi quernæ glandis & ilignææ.
Caduca Lucr.lib.5.Arboribus quoniam baccæ glandeſq; caducæ.
Vetuſta Apul.Vetuſtæ glandis ferino remoto pabulo.
Fagea Plin.Glans fagea ſuem hilarem facit.
Tenera Mant.Et nudare ſolet teneram velamine glandem.
Sonora Calent.Contempti nemorum pomis & glande ſonora.
Stricta Bapt.Pius, Tollat & immodicam glans mihi ſtricta famem.

### GLAREA.

Flaua Sidon.Impaluit,flauis rubet glareis.
Ieiuna Vergil.Nam ieiuna quidem limoſi glarea ruris.

Splendens



Splendens Hierony.In terra aurum quæritur, & de fluuiorum alueis ſplendens glarea profertur.

Terra ſicca & ſterilis in ripis fluuiorũ.

### GLAVCVS.

Fuit quidam Glaucus ex piſcatore in marinum deum cõmutatus, alter Minois filius. De priore vide Oui. in Meta.

Euboicus Ouid.lib.14.Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum.
Biformis Claud Glaucum ſeriis extrema biformem Accipit.
Viridis Sidon.Hic viridis patrio Glaucus pendebat amictu.
Minous Polit.Gramine Minoum Dictæo carcere Glaucum.

### GLEBA.

Putris Verg.lib.1.Georg.Liquitur, & putris Zephyris ſe gleba reſoluit.
Iacens Idem,Fortes inuertant tauri,glebaſq; iacentes.
Iners Idem,Multum adeò raſtris glebas qui frangit inertes.
Supinata Idem lib.2.Georg.Ante ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas.
Pinguis Luc.lib.4.Pingues manus vtraq; glebas Exprimit.
Vber Colum.Agrum habebimus ſalubri ſolo,vbere gleba.
Effoſſa Idem,Effoſſæ glebæ,& in fictili vaſe madefactæ.
Fœcunda Lucr.lib.1.Quæ nos fœcundas vertentes vomere glebas.
Friata Idem lib.1.Sic licet & glebis terrarum ſæpe friatis.
Madida Ouid.lib.11.Arua rigent,auro madidis pallentia glebis.
Pumicoſa Plin.lib.36.Eſt autem gleba pumicoſa.
Dis Syl.lib.3.Tum loca plena deo,dites ſine vomere glebas.
Vuifera Idem lib.8.Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis.
Frugifera Idem lib.12.Frugiferis Cerealis Anagnia glebis.
Redolens Claud.In medio glebis redolentibus acra diues.
Picea Sidon.Arcana expoſcit piceam pinguedine glebam.
Felix Pont.Qua felici nitet inclyta gleba.
Obiacens Bud.Videas grandiores glebas obiacentes.
Fertilis Conrad.Fertili gleba tua Praga cincta eſt.
Diues Bap.Egn Anglia clara opibus,& diuitis vbere glebæ.
Vliginea Mant.Tota vligineis tellus vberrima glebis.
Humens Idem,Humentes rediens in corpora glebas.
Ferax Varan.Et tribulos dat glebæ terra feracis.
Craſſa Fauſt.Et craſſas rigido glebas diſrumpo ligone.
Dulcis Architr.Vtilium mater,dulciq; puerpera gleba.
Virens Iuu.Sat.12.Ac molles,ornate focos, glebamq; virentem.
Fruticans Mant.Segnes fruticans vbi gleba colonos Reddit.

### GLIRES.

*Animalcula ſunt in arboribus degentia,quæ hyberno ſomno pingueſcunt, iuueneſcunt hyeme.Habebantur olim inter ſaginata animalia,dapeſq; generatas adeò, Vt Q.Scaurus & collega eius legem ſumptuariam ferentes prohibuerint,ne glires apponerentur.*

Somniculoſi Mart.lib.5.Somniculoſos ille porrigit glires.
Breues Mant.Glis breuis hyberno ſolitus pingueſcere ſomno.
Hyberni Fauſt.Haud dormit,rebus ceu glis hybernus ademptis.
Soporati Hen.Lab.Atq; ſoporatos à ſomno pellere glires.

### GLORIA.

Perfuſa fuco Ouid.lib.1.Faſt.Nec leuis ambitio,perfuſaq; gloria fuco.
Dulcis Architr.O gloria dulcis amaras Eliciens lachrymas.
Animoſa Stat.lib.6.Theb.Ergo vbi luctandi iuuenes animoſa citauit Gloria.
Hortatrix lethi.Idem lib.9.Suaſit & hortatrix animoſi gloria lethi.
Ardua Stat.lib.2.Syll. Ardua magnanimi reuireſcit gloria bleſi.
Inanis Stroz.pater,Nec tamen hanc illi vel inanis gloria mentem.
Triumphatrix.Sabel.Ipſa triumphatrix gloria veſtra venit.
Ventoſa Sedul.Quos non ventoſa loquendi Gloria alat.

 Fragilis

Fragilis Heſiodus, Arder adhuc fragileſq; placet tibi gloria rerum.
Inuidioſa Mãt. Quia gloria ſemp inuidioſa malas mẽtes & liuida acerba Corda.
Nobilis Cybeleius, Delectat quoniam gloria nobilis.
Lucens Verg. in Culyce, Gloria perpetuum lucens menſura per æuum.

G N A T O S.

Blandus Fauſtus, Qui blando patulas Gnatoni, commodat aures.

G N Y D O S.

Piſcoſa Ouid. lib. 10. Piſcoſamq; Gnydon, grauidamq; Amathunta metallis.
Arundinoſa Catull. Quæq; Ancona, Gnydonq; Arundinoſam colis.

G O L I A T H.

Philiſtæus Polit. Icta Philiſtæo ſecuit puer ora Giganti.
Superbus Quint. Hic rex ſuperbum contudit torta puer Giganta funda.
Id eſt alienigena. Allophylus Mant. Hoc docet allophylus, Solimæ qui verbere fundæ.
Minax Idem, Paruum minax Dauida ſuperbo Nec quicquam terrere ſono conatus.
Gigas Idem, Paruoq; Gigas cadit ictus ab hoſte.

G O R G O N.

*Gorgones, filiæ fuerunt Phorci, quarum hæc ſunt nomina: Scylla, Meduſa, Stenio, & Euriale. Habitauerunt Dorcades inſulas, in Aethiopico ſitas Oceano, Harum vnam, Meduſam ſcil. cum Neptunus ſtupraſſet in tẽplo Palladis, indignata Pallas, capillos eius mutauit in colubros, fecitq; eos lapideſcere, & in ſcopulos verti, à quibus conſpiceretur. Perſeus demum Iouis & Danaes filius, acceptis à Mercurio talaribus, & enſe falcato, dormienti Meduſæ caput abſtulit quod Pallas impoſuit ſuo clypeo. Ex Meduſæ ſanguine natus eſt Peſagus equus alatus, vt poſtea dicemus, qui propterea vocatur Gorgoneus.*

Sæua Verg. lib. 2. Aen. Inſedit nymbo effulgens & Gorgone ſæua.
Anguicoma Stroz. pa. Gorgonius anguicomæ cælatos Aegide vultus Pallas habet.
Aſpera Stat. lib. 8. Nec comites auferre valent, ſtetit aſpera Gorgon.
Anguifera Stroz. fil. Gorgonaq; anguiferam galeamq; haſtamq; reponit.
Rigida Claud. Te non penna vehit, rigida cum Gorgone Perſeus.
Terrifica Polit. Tutum terrifica Gorgone præſtitit.
Serpentigera Pamph. Quis ſerpentigeri crudelia lumina monſtri.
Cruenta Idem, Tibi dat cruentam Gorgona Pallas.
Dura Idem, Sacrificeum duræ Gorgonis atq; caput.
Saxifica Barth. Saxifica fieri vetuiſſet Gorgone pugnam.
Rigida Fauſt. Et rigida fultum Gorgone pectus habes.
Maura Iuu. Sat. 12. Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.
Phorcinis Mant. Hæ ſunt Phorcinides ore monſtrifico, extremis Libyæ, quæ finibus olim aſpectu mutare homines in ſaxa ſolebant.

G O R T Y N E.

*Eſt vrbs Cretæ, pulchris cincta muris, apud quàm naſcuntur calami ſagittis aptiſſimi.*

Parua Seneca, Parua Gortyne, ſteriliſq; trice.

G O T H I.

*Populi ſunt Scythiæ propè Daciam, qui principante Honorio Imperatore, Italiam ſubegerunt armis, & linguam Latinam ſua barbarie infecerunt, & contaminarunt.*

Sæui Stroz. fil. Annibalemq; trucem, ſæuorumq; arma Gothorum.
Armipotentes. Mant. Ora ſubit, Gothus armipotens, & Vandalus acer.
Immanes Idem, Immanes venere Gothi, gentemq; Latinam Euertere.
Infrenes Barth. Infreneſq; Gothos, madidumque cruore Latina Vandalon.
Feri Mant. Qua ferus algenti Gothus deſcendit ab axe.

G R A B A T V S.

Tenuis Val. Var. Tenui tum ſola grabato Decubuit.
Vilis Verg. in Moreto, Membra leuat ſenſim vili demiſſa grabato.





*G R A C V L V S.*

*Auis eſt loquax & obſtrepera. Hæc annuum faſtidium lauri folio purgat. Sero à populis recedens hiemem præſagit. Docilis eſt & facilè manſueſcens. Colitur in Lemno propter locuſtas quarum exitio occurrit aduerſo volatu.*

Frigulans Thom. Rad. Coruus crocitans, graculus frigulans, pauo pupillans.
Raptor Author Priaperorum, Non ſturnus mihi, graculuſve raptor.

*G R A C C H I.*

*Duo fuerunt fratres apud Romanos, Tiberius, & Caius Gracchi, qui multas factiones ſuſcitarunt in Repub. Voluerunt enim commouere plebem in ſenatum, & reuocare leges agrarias, de agris viritim diuidendis. Ambo tandem miſerè perierunt.*

Rabidi Bap. Pius, Turbida conueniunt rabidis ſubſellia Gracchis.

G R A D I V V S.

Trux Syll. lib. 3. Grandiuumq; trucem currus iam ſcandere.
Atrox Idem lib. 9. At gradiuus atrox remeantis in æthera diuæ.
Sæuus Idem lib. 12. Parte alia cerne, vt ſæuus Gradiuus in armis.
Feruidus Stat. lib. 3. Theb. Feruidus in læuum torquet Gradiuus habenas.
Horrendus Claud. Procubat horrendus Getico Gradiuus in aruo.
Potens Pont. Dic Mars, dic Gradiue potens, vbi cuſpis, vbi haſta.
Furens Crinit. Gradiuus valet furens.
Ferus Idem, Gradiuus valeat ferus.
Ferus Bap. Egn. Edomuit ſedemq; feri Pangæa Gradiui.
Fortis Quint. Belligera reſonare tuba, fortemq; Gradiuum.
Toruus Quint. Strenuus & toruo præſtantia ſumma Gradiuo.
Fulmineus Varan. Primaq; fulminei torquebit ſigna Gradiui.
Belliger Cantalyc. Belliger armorum pater ô Gradiue potentum.
Ardens Mant. Et ardenti comes it Bellona Gradiuo.

G R A D V S.

Penſilis Apul. Nudoq; veſtigio penſilem gradum paulatim minuens.
Celer Ouid. in Epiſt. Inq; tuo celerem littore ſiſte gradum.
Præceps Val. Flac. lib. 7. Præcipites agit ille gradus.
Citatus Seneca, Sed quid citato nuncius portat gradu.
Properus Idem, Inuiſa propera tecta penetrauit gradu.
Pegaſeus Idem, Aetas Pegaſeo corripiet gradu.
Præpes Stat. in Achil. Sæpe ipſe gradu me præpete Chiron.
Leuis Mant. Atq; leues circunfertq;, refertq; gradus.

G R AE C I.

Parentes mendaciorũ. Crin. Sicvt mendaciorũ parẽtes veteri prouerbio Græci ceſcantur.
Loquaces Mant. Aemathium Paulus regem, Græcoſq; loquaces Duxerat.
Facundi Ouid. Græcia facundum, ſed malè fortè genus.

G R AE C I A.

Mendax Iuuen. Sat. 10. Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.
Fallax Val. Flac. lib. 8. Te Græcia fallax Perſequor.
Vindex Clau. Sic Agamemnoniam vindex quum Græcia cladem Solueret.
Solers Ruffus Feſt. Cœleſtem memorat quem ſolers Græcia nodum.
Docta Idem, Græcia docta dedit.
Vltrix, propter Helenæ raptum. Seneca, Vltrix inultum Græcia hoc facinus feret.
Vana Sabell. Vana Therapnæos miratur Græcia fratres.
Vetus Idem, Nunc vetus Ogygios attollat Græcia muros.
Hellas Man. Quæ dant incrementa deo, venere per omnem Hellada.
Garrula Fauſtus, Garrula ſublimem ſi Græcia iactat Homerum.
Inſolens Seneca, Quicquid habet Romana facundia, quod inſolẽti Græciæ aut opponat aut præferat.

### G R A I I.

Fallaces Verg.lib.2.Aen.Fallaces Graios,ſimulataq; dona Mineruæ.
Mendaces Polit.Mendaces Graios, vanæ periuria gentis.

### G R A M E N.

Lætum: Verg.lib.2.Georg.Pinguesq; in gramine læto.
Viridans Idem in Cul.Tondebant tenero viridantia gramina morſu.
Tenerum Idem,Sæpe ſuper tenero procumbunt gramine.
Viride Ouid.in Eleg. Quum temerè in viridi gramine laſſa iacet.
Tenax Horat.Modo in tenaci gramine.
Molle Lucr.lib.2.Quum tamen inter ſe proſtrati in gramine molli.
Montanus Ouid.lib.2.Met.Quodq; procul montano gramine paſci Armentum.
Fertile Idem lib.1.de Rem. Aſpice tondentes fertile gramen oues.
Aculeatum Plin.lib.25.Sunt qui aculeatum gramen vocant.
Lubricum Stat.lib.12.Et lubrica tabo Garmina.
Floreum Mart.lib.9. Sic in gramine floreo reclinis.
Roſidum Claud.Roſida mobilibus lambebant gramina riuis.
Odorum Ruff.Herbarum carpiſſe comas, & gramine odoro Expleuiſſe famem.
Vernans Calphur.Tunc et enim toto vernanti gramine ſylua.
Frondens Pont.Induit & virides frondenti gramine colles.
Tenellum Tho.Rad.Puelli igitur tenello in gramine palæſtra decertantes.
Micans Polit.Contendunt herbæ,vernantq; micantia latè Gramina.
Fœcundum Stroz.pat.Hæc fœcunda die pubeſcunt gramina campis.
Pictum Pamph.Gramina narciſſi,gramina picta croci.
Apricum Conrad.Et aprica cultæ Gramina terræ.
Rorulentum Idem,Spirare auram rorulento gramine.
Virens Crinit.Sed in virenti detinentur gramine.
Florens Phileticus, Nunc Lilybæe tuos florenti gramine colles.
Iucundum Guil.Caſtel.Iucundo varijs gramine picta modis.
Odoratum Mantuan. Enna tibi Hyblæis hodie tranſmittit ab hortis Gramen odoratum.
Agreſte Idem,Inuenit agreſti veſtitam gramine mollem.
Odoriferum Idem, Filoq; inſerta ligabant Gramen odoriferum.
Florigerum Idem, It circunſpiciens viridantia gramine prata Florigero.
Fruticans Idem,Carpe renaſcentis fruticantia gramina menthæ.
Diſcolor Verg.in Hortulo,Flores niteſcunt diſcolore gramine.
Herboſum Mant.Et longe herboſo veſtiti gramine campi.
Debile Idem, Vt debile gramen Frondibus oppoſitis olitor defendit ab æſtu.
Halans Mant.Halantia palpant Gramina.
Humidum Idem,Sunt humida rore gramina adhuc.

### *G R A M M A T I C A.*

*Dicta à Rhemnio Palæmone Vicentino, qui inſignis Grammaticus Romæ habitus eſt ætate Quintiliani. Fuit tamen multis vitijs contaminatus, nihilominus alliciebat homines, tum memoria rerum, tum facilitate ſermonis. Poemata faciebat ex tempore. Vir alioqui tanta arrogantia, vt M. Varronem porcum appellaret, iactaretq; ſecum & natas literas, ac deinde ſecum morituras.* Gloriabatur *quoque ſe vim latronum & gladios celebritate nominis effugiſſe. Luxuriæ adeò deditus erat, vt ſæpius lauaretur in die.*

Ars Palæmonis.Iuu.Sat.6.Odi hanc quæ repetit,voluitq; Palæmonis artem.
Palæmonia Fauſt.Ille Palæmoniæ non inſcius arte reuoluit Implicita.

### G R A N A T A.

Diues Mant.Te cocco diues Granata rubenti.
Alta Idem, Alta Oretanis Granata in montibus.
Superba Idem,Qui videas Maurorũ vrbes,& magna ſuperbæ Mœnia Granatæ.





### G R A N D O.

Crepitans Verg.li.1.Geor. Tum multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
Dira Hor.lib.1.Car.Iam ſatis terris niuis atq; diræ Grandinis miſit pater.
Hyberna Ouid.lib.5.Met.Phinea tela volant hyberna grandine plura.
Brumalis Idem lib.4.de Ponto,Saxaq; brumali grandine plura ſubis.
Colonis inuiſa. Autor de nuce, At mihi nec grando,duris inuiſa colonis.
Aeſtiua Manil.Hyberna,æſtiua nix grandine mollior eſſet.
Concreta Cæſar Germ.Hybernæq; cadunt pluuiæ,concretaq; grando.
Immitis Idem,Immitis cœlo,quàm ſæpe ſonabit.
Sonora Auſon.Magna ſonoræ grandinis vi denſior.
Niuoſa T.Liuius,Tantum niuoſæ grandinis deiecit.
Lapidoſa Mirand.Armenta effugiunt lapidoſæ grandinis ictus.
Gelata Conrad.Imbris & lentæ niuis, & gelatæ grandinis iras.
Sonans Quint.Aut ſi crebra ſonans volitaret ab aere grando.
Terribilis Petrar.Horruit æther grandine terribili.
Glacialis Mant.Cuſtodite nouas glaciali à grandine fruges.
Saxea Idem,Nec minus imbriferæ nubes & ſaxea grando.
Horrida Idem,Sic contriuit,vti ſegetem ſolet horrida grando.
Reſonans Idem,Rugito ingenti reſonans volat aere grando.
Horriſona Idem,Grandinis horriſonæ cœlo indignantibus auſtris.
Sæua Iuuen.Sat.5.Fremeret ſæua quum grandine vernus Iuppiter.
Infelix Hieron.Ang.Peſtis,& infelix grando,niuisq; furore.

### G R A N V M.

Dulce Stroz.pat.Dulcia pallenti ſub cortice grana ferentes.
Calloſum Pallad.Rut.Maiores vuas pulchræ ſpeciei, grani calloſi.

### G R A S S A T O R.

Nocturnus Gell.lib.20. Aut nocturni graſſatoris violentiam non dignam eſſe capitis pœnæ exiſtimans.

### *G R A T I A.*

*Tres ſunt Gratiæ, quæ filiæ Iouis dicuntur. Aglaia letitiam, Thalia virentem, Euphroſine delectationem ſignificantes. Hæ dicuntur eſſe in comitatu Veneris. Hinc Horat. Feruidus tecum puer, & ſolutis gratiæ zonis. Nudæ ideò figurantur, & ſine nodis, quia amici animos ſolutos ac nudos & apertos inter ſe habere debent. Sunt, qui Liberi, & Veneris filias eſſe dicunt, nec immeritò. Nam per horum munera conciliantur Gratiæ. Earum vna aduerſa pingitur, duæ ad nos conuerſæ, quod profectò a nobis gratia duplex conuerti ſoleat. Finguntur etiam ridentes, vt doceamur voluntaria debere eſſe noſtra in amicos obſequia. Iuuenes item & virgines, & perlucida veſte, quia vera amicitia conſiſtit in rebus honeſtis. Item conſertis manibus, in ſe redeuntes inſtar chori, quia ordo beneficij per manum tranſeuntis, nihilominus ad dantem reuertitur, & tunc pulcherrimus eſt, dum cohæreſcit, & viciſſim reuertitur. Hilares ſunt, quales eſſe debemus in dandis, accipiendisq; beneficijs. Iuuenes, quia beneficij accepti gratia & recordatio non debent ſeneſcere. Homerus vnam gratiarum vocat Paſitheam.*

Grata Apul.Nam & ipſe gratas Gratias aſino meo memini.
Blanda Stat.lib.2.Theb.Non hoc Paſithea,blandarum prima ſororum.
Concors Polit.Mitis amor,concors gratia,pura fides.
Suauis Stroz.pat.Quum ſuauis placido comitatur gratia vultu.
Pulchra Stroz.fil.Ventre recepta tuo gratia pulchra ſinu eſt.
Triformis Pamph.Cui dant munera Gratiæ triformes.
Decens Horat.Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes.
Elegans Augurel.Aut quid elegantibus referta poſſit exhibere Gratijs.
Vrbana Idem,Vrbana proferre hæc tibi gratia.
Mitis Crinit.Mitisq; cœli gratia.
Blandiens Idem,Illic & alnus blandienti gratiæ.

Dia  Quint. Non Pompeiana ſeueræ Frontis abeſt grauitas, nec Gratia dia Catonis.
Aurea  Idem, O cunctis diuûm aurea Gratia ſæclis.
Triplex  Muſæus, Quam triplicem numero priſca eſt commenta vetuſtas.

GRAVEDO.

Somnolenta. Apul. Grauedine ſomnolenta iā demerſus domū peruadit ægerrime.
Frigida  Catul. Hic me grauedo & frigida, frequens tuſſis Quaſſauit.

GRAVISCAE.

Thuſcæ  Mant. Quiq; colunt Thuſcas, infamia rura, Grauiſcas. Nomen eſt ciuitatis Ethruriæ.

GRAVITAS.

Tarda  Ouid. lib. 11. Tardaq; Deus grauitate iacentes Vix oculos tollens.
Frontoniana Sidon. Nec Frontonianæ grauitatis, aut ponderis Apuleiani fulmen æqui parem.
Senatoria  Quint. Aelius Adrianus quum ſenatoriam grauitatem ſummis honoribus proſequeretur.
Tetrica  Mant. Atq; nouam tetrica legem grauitate.
Pompeiana Quint. Nec Pompeiana ſeueræ Frontis abeſt grauitas.
Matura  Architr. Indignata virum grauitas matura.
Senilis  Mant. In tenero grauitas ore ſenilis erat.
Iunonia  Idem, Iuncta Dionææ grauitas Iunonia formæ.
Saturnia  Idem, Grauitas oculos Saturnia triſtis Fecerat.

GREMIVM.

Prædulce  Quint. Quos non temeranda poeſis Prædulci eduxit gremio.
Dulce  Idem, Quam ſæpe tenebas In dulci oppreſſam gremio.
Amœnum  Pallad. Soranus, Amœno excipiet gremio protinus ille ſuo.

GRESSVS.

Properus  Val. Flac. lib. 4. Terga ſequi, properoſq; iubet coniungere greſſus.
Succiduus  Claud. Succidui titubant greſſus.
Anhelus  Pacificus, Dixerat & greſſu iam feſtinabat anhelo.

GREX.

Laniger  Verg. lib. 3. Georg. Lanigeros agitare greges, hirtaſq; capellas.
Villaticus  Varro, Villatico vero gregi in fundum ſatis eſſe Deos.
Laſciuus  Horat. lib. 3. Carm. Laſciui ſoboles gregis.
Errans  Idem in Epo. Proſpectat errantes greges.
Immundus  Manil. Immundoſq; greges agitant per ſordida rura.
Tinnibulatus. Sidon. Inter greges tinnibulatos per depaſta buxeta reboantes.
Opimus  Seneca, Huc appellite greges opimos.
Opulentus  Idem, Arcanus aries, ductor opulenti gregis.
Corniger  Idem, Illo ſequebar monte cornigeros greges.
Petulcus  Pont. Et petulci vir gregis bifrons caper.
Hirſutus  Stroz. pat. Fecerat hirſuto non ſatis apta gregi.
Hirtus  Stroz. fil. Hirtoſq; tuentur nocte, dieq; greges.
Velliger  Fran. Petrar. Velligeriq; gregis nedum leue vellus & hœdi.
Proteruus  Idem, Spoletana metunt armenta, gregeſq; proterui.
Herbiuagus Idem, Herbiuagos aluere greges, armentaq; belli Grata Deo.
Edax  Idem, Qui menſas, verſuq; gregem laceraret edacem.
Lanatus  Mich. Angl. Lanatiq; greges clauſo ſtabulantur ouili.
Celer  Corn. Gallus, At reperant celeres paſcua nota greges.

GRVES.

*Grues æſtate atque hieme æthera tranant, trianguli figura. Lapides pedibus librant contra vim ventorum. Gerunt bellum cum Pygmæis. Ducem quem ſequantur, eligunt, Habent & in extremo agmine diſpoſitos, qui viciſſim acclament, ne quæ deeſſe videatur, item qui gregem voce contineant. Ex his nonnullæ excubias agunt nocturnas, lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indiligentiam ſono coarguat. Ceteræ dormiunt, capite ſuper alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Silentio volantes per ſublime, ſerenitatem præſagiunt, feſtinantes verò tempeſtatem. Purgant ſe humo paluſtri. Ferunt eas nullis omnino laboribus delaſſari, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant.*



Strymoniæ  Verg. li. 1. Georg. Strymoniæq; grues, & amaris intyba fibris Officiūt.
Aeriæ  Verg. lib. 1. Georg. Aeriæ fugere grues.
Biſtoniæ. Luc. lib. 8. Deſeritur Strymon tepido committere Nilo Biſtonias conſuetus aues.

Qm̄ apud Strymonē fluuiū, & Biſtonē lacum Thraciæ, grues maxime p̄ eſtum morantur.

Aduenæ  Hor. in Epo. Pauidumq; leporem & aduenam laqueo gruem.
Altiuolantes Auſ. Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans grus.
Hybernæ  Stat. lib. 4. Syl. Diſtet ab hyberna Rhodopes grue.
Threiciæ  Ruffus Feſtus, Si Threiciæ per aperta Sponte grues trepidant.
Naupliadæ. Pol. Clangūt Naupliadæ volucres, & p̄ vſta pinnis Nubila conſcribunt.
Rapidæ  Pacificus, Inde grues rapidas, pullos, ipſoſq; parentes.
Querulæ  Quint. Atq; grues nimium querulæ, picæq; loquaces.
Profugæ  Petrarcha, Nonne grues profugas turpeſq; ad littore mergos.
Aues  Palamedis. Mar. Vnam perdiderat ſi Palamedis auem.
Thracum volucres. Iuu. Sat. 13. Ad ſubitas Thracum volucres, nubemq; ſonoram.
Sæuæ  Idem, Vnguibus & ſæua fertur grue.

GRYPHES.

*Gryphē habet India quadrupedem volucrē, recuruis unguib. dorſo nigrū, priori parte purpureū, alis albicantib. ore aquilino, igneis oculis, difficilem captu, niſi rapiatur pullus & inuolucer. Nidificat in altis montib. Congreditur cuiuis ferè animali. Equis infeſtus eſt maxime. Vnde Verg. per argūm ab impoſſibili, Iungentur iam gryphes equis. Aurum fodit apud Bactrianos in deſertis locis. Nidos ex eo ſibi texit, & prope accedentes abigit. Ad quod accipiendum numeroſæ hominum turmæ ſimul eunt magno ſuo periculo. Superat elephantos & dracones, & omnia animalia præter tigridem, quam propter lenitatem nequit arripere. Gryphis in recto caſu legitur, apud Mant. lib. 3. de Cala dicentem, Multicolor pardus, gryphis naribus vncis.*

Hyperborei Polit. Gryphas Hyperboreos, Nemeſis Citheræa columbas.
Obunci  Sidon. Lauro cui gryphas obuncos Docta lupata ligant.
Auidi  Mant. Sicut Hyperboreis rutilans in vallibus aurum Gryphes amant, auidiq; tenent.

GVLA.

Luxurians  Gell. li. 7. Quibus delicatorum hominū luxuriantem gulā confutauit.
Implicata  Ouid. lib. 8. Tum quoq; dira fames implicatæq; vigebat Fama gulæ.
Damnoſa  Sabell. Formaq; damnoſæ luxurioſa gulæ.
Ingenioſa  Mart. lib. 13. Paſcitur & tenebris ingenioſa gula eſt.
Helluans  Polit. Vno expatrauit patrimonium die gula helluante.
Turpis  Stroz. pat. Turpi frena gulæ daret, inuidiaq; careret.
Lata  Pamph. Et latam dapibus gulam ſuperbis.
Rapida  Idem, Et rapidæ largo munere ſæpe gulæ.
Nocens  Conr. Atq; gulam ſequimur nocentem.
Vorax  Quint. Euan voracis labilem in vitium gulæ.
Rabida  Caſtellus, Quum dederis rabidæ ferrea lora gulæ.
Aperta  Mant. Potens hominum tot millia aperta Abſorbere gula.
Deſes  Idem, Cui comes eſt omnis deſidis aula gulæ.
Laſciua  Idem, Votaq; laſciuæ ſomniculoſa gulæ.
Ventricola, dicitur à me vocabulo quo vſus eſt Architren. dicens, Inter ventricolas verſatur quæſtio.
Ardens  Idem, Addet opes, acuetq; gulis ardentibus ignes.

Impatiens

Impatiens  Mant.Impatiens famis,eſcarum infinita vorago.
Garrula.Idẽ,Garrula,lęta,ſalax,petulãs,ĩprouida,turpis,Immemor,indocilis,&c.
Immenſa  Fauſt.Immenſæ abſumunt alta barathra gulæ.

GVMMI.

Croceum.Lud.Lazar. in Bombyce, Ante tamẽ croceo ſunt æmula viſcera gummi.

GVRGES.

Canus  Verg.in Cyri,Quæ ſimul vt ſeſe cano de gurgite velox.
Curuatus  Idem lib.3.Aen.Tollimur in cœlum curuato gurgite.
Turbidus  Idem lib.6.Turbidus hic cœno vaſtaq; voragine gurges.
Spumeus  Lucan.lib.2.Atq; omnes trahe gurges aquas,vt ſpumeus alnos.
Gelidus  Idem lib.3.Quod gurgite Bactros Includit gelido.
Rapidus  Idem lib.5.Arctatus rapido fertur qua gurgite pontus.
Violentus  Idem lib.10.Moturum totas violenti gurgitis iras.
Arenoſus  Col.At Arenoſi gurgites planos quidem non peſſime,ſed pelagios melius paſcunt.
Cæruleus  Ouid.lib.2.Met.Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones.
Limoſus  Idem lib.6.Limoſoq; nouæ ſaltant in gurgite ranæ.
Cœnoſus  Fauſtus.Nec qua iterum mergar cœnoſo in gurgite cauſa.
Spumans  Syll.lib.3.Spumanti Rhodanus proſcindens gurgite campos.
Anhelus  Idem,Mixtus Arar, quem gurgitibus complexus anhelis.
Lucens  Idem lib.4.Somni feram ducit lucenti gurgite lympham.
Gemmans  Idem,Perſtringint tacitas gemmanti gurgite ripas.
Curuus  Idem lib.9.Aufidus & curuo circum errat gurgite ripas.
Sinuatus  Idem lib.13.Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes.
Canens  Idem lib.14.Spumat canenti ſulcatus gurgite limes.
Flumineus  Idem lib.15.Flumineis veluti deprehenſus gurgitis vndis.
Tumidus  Ruffus Feſtus,Hoc duce per tumidi freta gurgitis.
Animoſus  Stat.lib.7.Ceſſit adhuc ripis animoſus gurges anhelis.
Purus  Idem lib.4.Syll.Puro gurgite prouocare Lirim.
Refluus  Idem.li.5.Syll.Ceſſet, & refluo circumſona gurgite Thule.
Salſus  Ruffus Feſtus,Verret ſalſi vada gurgitis Eurus.
Profundus  Idem,Sed non aurigam quum gurgitis ille profundi.
Spumoſus  Idem,Dexteraq; vlnarum ſpumoſi gurgitis æſtu.
Raucus  Idem,Maior & hæc rauci verſabit gurgitis vndas.
Fluctigenas  Mart.Capella,Fluctigena ſpectans quaſi ſub gurgite Nereus.
Intortus  Pont.Qua cecidit,timuitq; intortor gurgite vortex.
Fumans  Idem,Intortumq; hauſit fumanti gurgite monſtrum.
Vndoſus  Idem, Diues & vndoſis Abdua gurgitibus.
Spacioſus  Stroz.pater,Claudere victurum ſpacioſo gurgite piſcem.
Præruptus  Liuius, Duobus in præruptum gurgitem in conſpectu hoſtium hauſtis ipſe perijſſe creditus.
Piſcoſus  Pamph.Te mihi dilectam piſcoſi gurgitis arcem.
Multifidus  Sabell.Iſtuc multifido tranſmittat gurgite Nymphas.
Præceps  Idem,Gurgite præcipiti ſinuoſus ſonitus ambit.
Confluus  Conr.Vrbes quinentiam concutiant gurgite confluo.
Fluctiuagus  Idem,Poſtquam fluctiuagi conſenuit gurgitis impetus.
Fluctuoſus  Idem, O diua fluctuoſo nata gurgite.
Fontanus  Iuuencus,Qua nulla excurrit fontani gurgitis vnda.
Irriguus  Priſcian.Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam.
Liquidus  Idem,Quam iuxta liquido Boſirenus gurgite currit.

GVSTVS.

Acutus  Nec ſatis lancinare ora guſtu feruido & acuto.

GVTTA.



GVTTA.

Teres  Verg.in Coppa,Caulibus, & patulis teretes colludere guttas.
Manans  Lucre.lib.6.Sudent humore, & guttis manantibus ſtillent.
Frigida  Ouid.lib.4.Eleg.Perq; meos artus frigida gutta fluit.
Turgens  Stat.lib.5.Syll.Vdaq; turgentes impellunt lumina guttas.
Decidua  Sidon.Paſſim & deciduis in arua guttis.
Irrigua  Pont.Liquitur,irriguæq; cadunt ex aere guttæ.
Fluitans  Idem, Ducat limoſam gutta fluitante lacunam.
Nitidam  Idem,Inducit nitidis per colla argentea guttis.
Vaga  Pacificus,Et vaga ſucciduis gutta cadebat aquis.
Lucida  Stroz.pat.Triſtis & ex oculis lucida gutta cadet.
Liquida  Mirand.Liquidæq; fluunt per inania guttæ.
Exigua  Augurell.Qui rupe cadebat Exiguis humor guttis.
Procidua  Barthol.Prociduis tellus guttis & ſanguine fœta.
Humida  Bap.Pius,Irrigat albentes humida gutta genas.
Spumicoma Muſæus,Spumicomamq; fleti ſtillantem corpore guttam.

GVTTVR.

Cauum  Syll.lib.2.Mors graditur vaſto pandens caua guttura rictu.
Patulum  Idem,Patuloq; redundat Gutture ructatus largè cruor.
Canorum  Nemeſianus,Non vlla canoro Gutture cantat auis.
Hians  Pont.Viſcere paſta ſuo ſaturent & hiantia condant Guttura.
Vdum  Idem,Dum ſpiritus vdo Gutture,dum querulo ducitur ore ſonus.
Cycnæum,dulce vt eſt cycni.Polit.Vel miſer exilium cycnæo gutture deflet.
Sonorum  Conrad.Gutture quis ſonoro Concinunt lætæ volucres.
Concauum Fauſtus,Concaua detruſit rigidum per guttura ferrum.
Blandiſonum.Bapt.Pius,Gutturæ blandiſono plectriſq; loquacibus vndæ.
Ambroſium Idem,Gratia & ambroſio gutture mella fluunt.
Candidum Pont.Nigro ſub candida guttura næuo.
Nitidum  Heſſus,Et pluſquàm nitidum balſama guttur habet.

GVTTVS.

*Erat & corneus guttus ad balnea ex cornu rhinocerotis, qui propterea dicebatur quandoque rhinoceros. Erat poculum oris anguſti quo in ſacrificijs vtebantur, dictum quod guttatim diſtillaret.*

Eburnus  Mant.Dixit & ambroſio gutto,caput,ora,lacertos,Pectus,&c.
Faginus,factus fago.Curius, Negauit ſe ex præda habere quicquam præter guttũ.
Samius  Gell.Guttum Samium imprudens manem,tanq̃ ſi eſſet oleum, affert.

GYARI.

Breues  Iuuen.Sat.1.Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum.

Gyaros inſula eſt in mari Aegeo, ad quam relegantur noxij.

GIGANTES.

*Gigantes a poetis finguntur fuiſſe filij Terræ & Titanis, tanta ſuperbia, vt impetum fecerint in Deos, eosq; cœlo detrudere conati ſint, cuius rei cauſa Dei Omnes mutatis delituerunt formis in Aegypto.*

Coniurati  Verg.lib.1.Georg.Et coniuratos cœlum reſcindere fratres.
Aetnæi  Idem lib.3.Aen.Aetnæos fratres,cœlo capita alta ferentes.
Titanij  Idem lib.6.Aen.Hic genus antiquum, Terræ Titania pubes.
Sæui  Lucan.lib.1.Non niſi ſæuorum potuit poſt bella Gigantum.
Terrigenæ  Idem lib.3.Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra Gigantes.
Rabidi  Idem lib.7.Non aliter Phlægra rabidos tollente Gigantes.
Ardui  Horat. lib. 2.Carm. Tu quum parentis regna per arduum Cohors Gigantum ſcanderet impia.
Anguipedes Pont Iam manus anguipedum, cœloq; irata iuuentus.
Serpentiferi Ouid.lib.4.Triſt.Sphingaq; & Harpyas,ſerpentigeroſq; Gigantas.

Vaſti

Vaſti Manil. Vaſtos quum terra Gigantes In cœlum furibunda tulit.
Tumidi Idem, Tumidi, quoque magnos Quæſiuere Deos.
Phlegræi Seneca, Nunquid ſtruitur via Phlegræos alta per hoſtes.
Feri Idem, Aduerſus ferox audax Gigantes obuias ferrem manus.
Magnanimi Codrus, Non magnanimos in bello Gigantas.
Pallænei Idem, Quum Pallenæos diſiecit fulmine fratres.
Furentes Idem, Quæ quondam cecinit furentum bella Gigantum.
Indomiti Stroz. pat. Sæuior indomitis fratribus ille fuit.
Audaces Stroz. filius, Terrigenæ audaces noſtro detrudere cœlo.
Serpentiferi Pamph. Si ſerpentiferi facerent fera bella Gigantes.
Centimani Mant. Dij veteres, qui centimanos vicere Gigantes.
Ventrimani Idē, Protulit & vaſtos immania mōſtra Gigantes Ventrimanos olim.
Superbi Cantal. Crederet vt tellus congeſta mole ſuperbos Affectare iterum.
Theomachi Bud. Neq; enim in tantam vecordiam prolapſuros ſe aiunt.

Pallene, ciuitas Macedoniæ iuxta quam fulminati ſunt.

Theomachi, q contra Deos arma ferunt, non ſine allegoria.

*G Y G E S.*

*Hunc Gygem Heſiodus in Theogonia facit Terræ & Cœli filium. Eſt etiam Gyges lacus Lydiæ Proper. lib. 3. Lydia Gygeo tincta puella lacu. Item proprium viri apud Verg. lib. 9. Principio Phalarim & ſucciſo poplite Gygem Excipit. Producitur quoque pro puero formoſo apud Hor. lib. 2. Carm. dicentem: Luna mari, Gnydiusve Gyges.*

Centimanus Ouid. lib. 4. Triſt. Centimanumq; Gygem, ſemibouemq; virum.
Tumidus Seneca, Quo vaſtus Briareus, quo tumidus Gyges.

G Y M N A S.

Therapnæa Sidon. Sparta Therapnæa pugilem cum gymnade pinguem.

*A Therapnis vrbe Laconiæ, cuius habitatores plurimum paleſtræ ludos exercuerunt, vt Græci omnes.*

Proterua Stat. in Achi l. Neue exercere proteruas Gymnadas, aut luſtris nemorum concede vagari.

Gymnas eſt palæſtra qua pueri nudi & vncti ſe exercebant.

GYMNOSOPHISTAE.

Syluicolæ Tertul, Neq; enim Brachmanæ, aut Indorum Gymnoſophiſtæ ſumus ſyluicolæ.
Nudi Auguſt. lib. 15. de Ciui. Dei, Indorum gymnoſophiſtæ, qui nudi perhibentur philoſophari in ſolitudinibus Indiæ, a generando ſe cohibent.

Indorum philoſophi vel monachi nudi ſyluis inhabitantes.

G Y P S V M.

Craſſum Col. lib. 13. Poſt hoc opercula ſupponi & oblini craſſo gypſo.
Siccum Pall. Rutil. Alij in patina noua ſicco gypſo obruunt.

G Y R V S.

Sinuatus Syl. lib. 6. Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.
Lunatus Idem lib. 14. Claſſis & arctabat lunato cærula gyro.
Rotatilis Sidon. Inter rotatiles cataſtropharum gyros duplicabantur.
Volutus. Idē, Quid tot annorū gyro voluto magnū Alexandrū parentaſſe manib.
Obliquus Mich. Ang. Sic duodena legens obliqui ſydera gyri.
Arctus Fauſt. Atque arctum in gyrum luctantia flectere colla.
Curuus Tibul. lib. 4. Seu libeat curuo melius contendere gyro.

# H A B E N A.

Valida Lucret. Inde manu validas potis eſt moderantur habenas.
Teres Gell. lib. 13. Cætera prope nuda, & teretibus habenis iuncta ſunt.
Effuſa Syll. li. 1. Quum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis Cornipedem
Vaga Stat. lib. 7. Deus ipſe vagis ſuccedit habenis.
Stricta Idem lib. 11. It præceps ſonipes ſtrictæ contemptor habenæ.
Anguſta Tibull. lib. 1. Hic placet anguſtis, quod equum compeſcit habenis.

Cita



Cita Val. Flac. lib. 3. Atque ipſe citis Gradiuus habenis Fundit equos.
Facilis Claud. Flectenti faciles Medus tibi ceſſit habenas.
Rapida Pont. Ipſe Deus rapidis inſiſtens pronus habenis.
Vndans Stroz. fil. At ſimul vndantes collo præſenſit habenas.
Lenta Varius de Morte, Quem non ille ſinit lentæ moderator habenæ.
Laxa Verg. lib. 1. Aen. Et laxas ſciret dare iuſſus habenas.

*H AE M O N.*

*Fuit Hæmon Thebanus iuuenis, qui tanto amore dilexit Antigonem Oedipi & Iocaſtæ filiā, vt ad mortuæ tumulum ſe interfecerit, Fuerat aūt Antigone iuſſu Creontis, qui vetuerat Græcorum cadauera inhumari, iugulata, quod Polynicem fratrem mortuum noctu ſepelire voluiſſet.*

Bœotius. Proper. lib. 2. Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon.

H AE M V S.

Thracius Lucan. lib. 3. Tunc linquitur Hæmus Thracius.
Gelidus Horat. lib. 1. Carm. Aut ſuper Pindo, gelidove in Hæmo.
Oeagrius Ouid. lib. 2. Met. Virgineuſq; Helycon, & nondum Oeagrius Hæmus.
Vmbroſus Idem in Epiſt. Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hæmum.
Geticus Stat. lib. 1. Theb. Greticoq; pecus ſtabulare ſub Hæmo Dignius.
Nubifer Claud. Mauros nubifero ſeu tu procumbis in Hæmo.
Niualis Idem, Præda ſumus iam Biſtonijs, Hæmoq; niuali.
Niueus Cæſar Germ. Stridentes auras, niueus quas procreat Hęmus.
Virens Pont. Et ſaltus gelidos virentis Hæmi.
Viridis Codr. Perſonet in viridi qualis iam Thracius Hæmo.
Arduus Sabell. Arduus ad ſuperos mons nomine tollitur Hæmus.
Latus. Quint. Lâto degebat ſolus in Hæmo.
Squallens Mant. Vſque ad perpetuis ſquallentem nubibus Hæmum.
Nubiger Barth. Iratus vel nubigero compellat ab Hæmo.
Threicius Priſc. Cernitur hinc niueas attollens vertice rupes Hæmus Threicius.
Orphæus Martian. lib. 1. Venit ab Orphæo cultor Rhodopeius Hæmo.
Vaſtus Bart. Loch. Et vaſto latitant quæcunque ſub Hæmo.
Spectabilis Pont. Niuibuſq; riget ſpectabilis Hæmus.

Hæmus, mons eſt Thraciæ, a quo Macedonia dicta eſt Hæmonia. Ab Oeagro fluuio Thraciæ.

H AE R E S.

Auidus Horat. lib. 2. Serm. Ni tua cuſtodis auidus iam hæc auferet hæres.

H A L E C.

Putre Mart. Capparin, & putri cæpas halece natantes. Genus eſt liquaminis & piſcis.

H A L E S V S.

Sicanius Colum. Et quæ Sicanij flores legiſtis Haleſi. Fluuius eſt Siciliæ.

H A L Y S.

Turbidus Claud. Turbidus Argæa ſeu niue lauit Halys.
Tortus Ouid. lib. 4. de Ponto, Influit & crebro vortice tortus Halys.

Fluui[9] eſt defluēs ex radicibus Taurimōtis.

H A L T E R.

Stultus Mart. in Apo. Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?

H A M V S.

Prærosus Horat. lib. 2. Serm. Inſidiatorem præroſo fugerit hamo.
Opertus Idem lib. 1. Epiſt. Accipiterq; ſuſpectos laqueos, & opertum miluius hamum.
Curuus Ouid lib 11. Oraq; adunca dedit, curuos dedit vnguibus hamos.
Aduncus Idem lib. 13. At ſua crudelitas in aduncos egerat hamos.
Vncus Idem lib. 15. Nec cælata cibis vncos fallacibus hamos.
Fallax Idem lib. 2. de Ponto, Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo.
Tortus Syll lib. 5. Loricam induitur, tortos huic nexilis hamos.
Prædans Idē li. 5. Aſſuetū Thraſymene tuos prædantib. hamis Exhaurire lacus.

Eſt pōdus illud, qđ ad ſaliendum velocius ī manibus accipi ſolet.

Latens

Latens Mart.Cap.Latentis hami nexu interitus tenebatur.
Ferreus Iul.Cæſ.Ferreis hamis infixæ totæ in terram fodiebantur.
Ineſcatus Thom.Rad.Modo piſcationem hamo poſtulat ineſcato.
Cardiulcus Bud.Hamus ille cardiulcus,ideſt,eximendo cordi aptus.
Piſcarius Plaut.in Sti.Arundinemq; fert ſportulamq;,& hamum piſcarium.
Pernicioſus Tho.Pernicioſumq; hamum obducens alios quidem fallit,perditque hominum.

HARA.

Immunda Ouid.in Epiſt.Tertius,immundæ cura fidelis haræ.
Humilis Idem lib.3.Eleg.Et minor ex humili victima porcus hara.
Obſcœna Marull.Obſcœnis ſtabulantur haris,nec tecta paterna.
Moſtellaria Plaut.in Muſt.Ruſticus hircus,hara moſtellaria,capra commixta.

HARMONIA.

Medica Henr.Boger.Germ.Deducet medicæ cantibus harmoniæ.

HARPALICE.

Threiſſa Verg.Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice.
Dura Pacif.Cogo me dura referre Harpalice. Nomen eſt vnius Amazonum quæ patrem ſuum,Thraciæ regem,à Getis captum liberauit.

HARPE.

Harpe gladiusé Mercurij quo vsũ ferunt Perſeum.

Cyllenis Ouid.lib.5.Met.Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Adamantis Pont.Quæ matrem clypeo galeaq;,adamantideq; harpe Inſtruxit.
Incurua Polit.En chelyn incuruam,atq; incuruam ſuſtinet harpen.

*HARPOCRATES.*

*Deus fuit Aegyptiorum ex Iſide & Oſyride natus, cuius ſimulachrum fingebatur digito labris admoto.*

Aegyptius Luc.Veſtraq; Sigalion Aegyptius ora reſignet.

*HARPYIAE.*

*Harpyias, Seruius ait fuiſſe Neptuni & Terræ filias, volatiles, vultu virgineo, vncis manibus, dictas a rapina, quæ Græcè Harpyia dicitur. Poetæ dicunt eas a dijs immiſſas fuiſſe ad polluendas dapes Phinei regis Arcadiæ, quòd is filios interfeciſſent, fugatas demum a Zete & Calai Argonautis, & filijs Boreæ. Heſiodus ait eas fuiſſe Iris ſorores ex Thaumante genitas. Morabantur in Stymphali Arcadiæ lacu. Vnde Arcadicæ & Stymphalides vocantur. Sidonius Harpyias poſuit pro cruētis raptoribus qui lucro immoriuntur dicens, In foro Scythæ, in cubiculo viperæ, in exactionibus harpyiæ, in collocutionibus ſtatuæ. Earum nomina ſunt Aello, id eſt, alienum tollens, Ocypete citius auferens. Celeno nigrōrem ſignificans. Quartam Homerus addidit Thyellam, Per has autem quidam ſuperbiam, auaritiam, & inuidiam intelligunt.*

Stymphalides.Verg.Deijcit horriſono quinto Stymphalidas arcu.
Diræ Idem lib.3.Aen.Siue deæ ſeu ſint diræ,obſcœnæq; volucres.
Rapaces Horat.lib.2.Carm.Vellem,ait,arpyis gula digna rapacibus.
Arcadiæ Lucret.lib.5.Vnguibus Arcadicæ volucres Stymphala colentes.
Tartareæ Val.Flac.lib.4.Quum mihi tartareas ſæuo clangore volucres Protulit ira Iouis.
Truces Claud.Harpyiasq; truces,inſopitisq; refuſum.
Auidæ Seneca,Terretq; menſas auida Phinæas auis.
Paluſtres Fauſtus,Nec ceruam æripidem fixit, volucresq; paluſtres.
Phinææ Seneca,Phinæis auibus prȩda fugacior.
Herculeæ Claud.Et cognitus hiſtrix Herculeas affirmat aues.
Stymphaliȩ Catull.Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta.
Infeſtȩ Mantuan.Harpiȩ funeſta lues,fluxuq; fameq; Infeſtȩ volitant.
Immundæ Idem,Hæ immundæ Phinæi volucres,quæ ventre ſoluto.
Typhonides,quoniam Val.Flac.lib.4.facit eas filias Plutonis,qui dicitur Typhon.





HASTA.

Longa Verg.lib.9.Stant longis adnixi haſtis,& ſcuta tenentes.
Rigida Idem lib.10.Aduenit,& rigida Dryopen ferit eminus haſta.
Grauis Hor.Nequicquàm thalamo graues haſtas,& calami ſpicula Gnoſij.
Martia Gell.lib.4.In regia haſtas Martias mouiſſe.
Immitis Ouid.lib.8.Dirigere immitem non inſcius audeat haſtam.
Fraxinea Ouid.lib.12.Fraxineam miſit mentis quoq; viribus haſtam.
Bellica Idem lib.2.Eleg.Bellica non dextræ conuenit haſta tuæ.
Acuta Idem lib.1.de Remedio,Vitricus & gladijs & acuta dimicet haſta.
Valida Syl.lib.1.Et validam duris euellet ab oſſibus haſtam.
Fatalis Idem lib.2.Enſem vnum,ac multis fatalem millibus haſtam.
Raſilis Idem lib.4.Picenti raſilis haſta Ripis lecta Padi lethum tulit.
Rapida Idem lib.6.Ticini rapidam in Rutulos contorſerat haſtam.
Sæua Idem lib.12.Terrificis ſæuam fundit ſtridoribus haſtam.
Intorta Idem lib.13.Concitat intortam furiatis viribus haſtam.
Trabalis Stat.lib 4.Theb.Dextraq; trabalem haſtam intorſit agens.
Infeſta Idem lib.8.Infeſtaq; abeuntem vidimus haſta.
Funeſta Idem lib.11.Tela,& funeſtæ caſum prior occupat haſtæ.
Belligera Mart.lib.5.Hermes belligera ſuperbus haſta.
Stridens Val Flac.lib.6.Stridentesq; viri circum caput amouet haſtas.
Vibrans Idem lib.8.Cuncta pauens fugit infeſtos vibrantibus haſtis.
Minax Sene.Quicquid haud haſta minax,aut ægide,aut furore Gorgoneo pōt.
Cruenta Pamph.Non decet imbelles haſta cruenta manus.
Sanguinea Pont.Cui ſanguinea manus horreat haſta.
Ferrata Idem,Ferratis inſtant haſtis,acuuntq; tridentes.
Torta Idem,Obiecta ſcuta,& tortam ferus excutit haſtam.
Flammans Idem,Mox flammantem haſtam,& calui tela horrida Iuli.
Velitaris Liuius,Quale haſtis velitaribus ineſt.
Prælonga Idem,Vſus prælongarum haſtarum,ſariſſas Macedones vocant.
Fortis Pamph.Lictoremq; petit,ſocios quoq; fortibus haſtis.
Miſſilis Cleoph.Nec iacitur forti miſſilis haſta manu.
Teres Mant.Teretemq; manu complectitur haſtam.
Oblonga Idem,Haurit,& oblongis decernitur eminus haſtis.
Biliquor Idem Mant.Biliquorē agnouimus haſtā,Sanguineis ſparſam maculis.
Vulnifica Barth.Sed vulnifica poſt terga ruebat haſta.
Abiegna Mant.Scuta tot & fagos teretes,haſtasq; abiegnas.
Anſata Ennius apud Macrob.Haſtis anſatis concurrunt vndiq; telis.
Amentata Amentum lorū eſt,quo media ligatur haſta, vt iaciatur longius.Syll. lib.14.Haſta iuuatur amento.Hinc amentare pro iacere poſuit Lucanus.

Qua vtuntur velites, id eſt, leuis armaturæ homines.

Scelerata Verg.lib 2.Aen.Et tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Pura Idem lib.6.Ille,vides pura iuuenis qui nititur haſta.
Tremebunda.Idem lib.10.Ac tremebunda ſuperuolat haſta.

Haſta pura dr̄,nullo ferro p̄pilata.

HASTILE.

Corneum Verg.lib.5.Aen.Cornea bina ferunt præfixo haſtilia ferro.
Lentum Idem lib.11.Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat.
Criſtatum Mant.Et paribus criſtata legunt haſtilia pinnis.
Sanguinolentum Idem,Sanguinolenta graui vibrans haſtilia ferro.
Picturatum Idem,Picturata ferunt longis haſtilia roſtris.
Ahenum Idem Mant.Et amarus aheno Verberat haſtili.
Longum Idem,Filius haſtili longo vexilla ferebat,
Solidum Idem,Qui feriat ſolidis turpes haſtilibus vrſos.
Validum Verg.lib.2.Geor.Et myrtus validis haſtilibus, & bona bello Cornus.

### HAVSTVS.

Auidus — Stroz.pater; Quiplures auido calices ingurgitat hauſtu.

### HEBE.

Fuit Iunonis filia, Herculis vxor, dea iuuẽtutis, præfecta Iouialib^a poculis. Sed demũ cum pudẽdas partes concidens ſuperis oſtendiſſet, officio amota: cuius loco ſubrogat^9 eſt Ganymedes.

Iunonia — Ouid.lib.9.Met.Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe.
Nobilis — Pont.Cui gener Alcides, cui filia nobilis Hebe.
Formoſa — Iuuen.Sat.13.Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor.
Cœleſtis — Propert.lib.1.Nec ſic cœleſtem flagrans amor Herculis Heben Senſit.

### HEBENVS.

Enodis — Mant.Nec decolor India tantum Parturit enodes hebenos.
Nigra — Verg.li.2.Geor.Diuiſæ arborib.patriæ, ſola India nigrã Fert hebenũ.
Mareotica, id eſt Aegyptia. Lucan.Hebenus Mareotica vaſtos Non operit poſtes.

### HEBRVS.

Oeagrius — Verg.lib.4.Georg.Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus.
Volucer — Verg.lib.1.Aen.Volucremq; fuga præuertitur Hebrum.
Gelidus — Idem lib.12.Qualis apud gelidi quum flumina concitus Hebri.
Arenoſus — Idem lib.3.Faſt.Ibat arenoſo Satyris comitatus ab Hebro.
Sacer — Idem in Epiſt.Et ſacer admiſſas exigit Hebrus aquas.
Corniger — Stat.lib.7.Theb.Et mugire refractis Corniger Hebrus aquis.
Spumifer — Idem lib.9.Non ſpumifer altius Hebrus Gradiuo ſpumante rubet.
Murmurans — Idem lib.3.Syl.Sic ripis ego murmurantis Hebri.
Dites — Val.Flac.lib.4.Non externa mihi, nam rex ego diuitis Hebri.
Vndans — Idem lib.6.Tunc & terrificis vndantem cornibus Hebrum.
Spumans — Claud.Quos tũ impauidos contra ſpumantis ad Hebri Tendit aquas.
Odryſius — Idem, Odryſium pariter Getico fœdauimus Hebrum Sanguine.
Rapidus — Seneca, Rapidusq; campos fertiles Hebrus ſecat.
Fluuialis — Idem, Ad caput tractus fluuialis Hebri.
Getes — Idem, Defeciſſe putant Getem Hebrum Biſtones vltimi.
Vagus — Pont.Eurydicen vehat Aegeas vagus Hebrus ad vndas.
Turbidus — Pacificus, Errabatq; vagis turbidus Hebrus aquis.
Thracius — Stroz.pat.Iſmarus & Rhodope, nequicquam & Thracius Hebrus.
Impiger — Quint. Non magis Eridanus Latium, non impiger Hebrus Odryſios fines.
Nitidus — Idem, Te colit Iſmaria; & nitidus quà confluit Hebrus.
Rhodopeius — Mant.Rurſum rubuit Rhodopeius Hebrus.

### HEBRAEI.

Patinarij — Theod.Cyren.Etenim quum Hebræos ſciret quadam ſuperſtitione ſubtrepidos, patinariosq;.

### *HECATE.*

*Hecate, dicitur Proſerpina & Luna; vel à triplici poteſtate, quam habet; qm̃ in cælis Luna, in terris Diana, Proſerpina in infernis vocatur: vel à centum victimis, quæ eidẽ immolabantur. Quod ſacrificiũ vocatur Hecatomb e. Eſt ẽt filia Perſei, quæ inde vocatur Perſeis & Perſeia.*

Tergemina — Verg.lib 4.Aen.Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
Perſeis — Ouid.lib.7.Ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras.
Triceps — Ouid lib.7.Tuq; triceps Hecate, quæ cœptis conſcia noſtris.
Phœbæa — Idem in Epiſt.Phœbæaq; Hecates ſomnia vera vides.
Perſeia — Val.Flac.lib.6.Hanc reſidens altis Hecate Perſeia lucis Flebat.
Nocturna, noctu lucens. Idem lib.7.Sit mihi nocturnæ Hecates noſtriq; vigoris.
Triformis — Seneca, Hecate triformis in ædes cœptis faues.
Audax — Idem, Ter latratus audax Hecate dedit.

### HECTOR.

Ferox — Horat.lib.4.Carm.Non ferox Hector vel acer Deiphobus grauis.
Homicida — Idem in Epo.Luxere matres Iliæ addictũ feris, Alitib.atq; canib.&c.

Priamides



Priamides — Idem lib.1.Ser.Hectora Priamiden, animoſum atq; inter Achillem.
Splendidus — Hom.apud Gell.l.15.Abſtulit hunc fatis præclarum ſplẽdidus Hector.
Inclytus — Ouid.lib.13.Per me iacet inclytus Hector.
Impiger — Idem in Epiſt.Quum laceret Danaas impiger Hector opes.
Flebilis — Idem lib.6.Eleg.Raptus & Hæmoniis flebilis Hector equis.
Fortis — Idẽ li.2.Arte, Fecit in Andromachẽ prius hoc fortiſſimus Hector.
Magnus — Syll.lib.1.Syll.Ipſe nec Aeneas, nec magnus duceret Hector.
Ferus — Pont.Aeacidæ vt telo caderet ferus Hector, vt arcu.
Venalis — Manilius, Hector venalem cineri, priamumq; ferentem.
Setoſus — Codrus, Robore ſetoſus quanto non claruit Hector.
Armipotens — Polit.Quid te caſtris, valloq; minantem Priamide armipotens.
Sanguineus — Idem, Hectora ſanguineum, violentumq; hauſit Achillem.
Priameius — Mant.Qualis Priameius Hector, Et proles Iouis Alcides ſe in bella ferebat.
Atrox — Quint.Atrox Hector, & crudus Nero.
Troicus — Mant.Quem Troicus Hector Horreat armatum.
Belliger — Idem, Herbipotens Chiron, belliger Hector erat.
Mauortius — Idem, Et conſanguineus Phœbi Mauortius Hector.
Phrigius — Varan.Agere vel Phrygio Hectori ferendis.
Troius — Calent.Qualis in Aeacidem Troius Hector erat.
Furibundus — Idem, Aſt ipſe ad tumulum magni furibundus Achillis Hector abit.
Barbarus — Proper.lib.3.Dum vincunt Danai, dum reſtat barbarus Hector.

### *HECVBA.*

*Hecuba filia fuit Ciſſei regis Thraciæ, & vxor Priami, quæ grauida ex Paride, ſomniauit ſe parituram facem, qua arderet Ilium. Hæc, Troia diruta, præ nimio dolore, mutata eſt in canem, vt fabulantur Poetæ.*

Ciſſeis — Verg.lib.7.Ciſſeis prægnans ignes enixa iugales.
Priameia — Ouid.lib.13.Troia ſimul Priamusq; cadunt, Priameia coniunx. Mant. Hac rabie ſuccenſa feram Priameia coniunx Induit.
Fœcunda — Sen.Tot illa regũ mater te regimen Phrygũ, Fœcunda ĩ ignes Hecuba.

### HEDERA.

Errans — Verg.in Buc.Errantes hederas paſſim cum baccare tellus.
Victrix — Claud.Aſtringunt hederis victricibus Indos.
Pallens — Verg.lib.3.Georg.Pallentesq; hederas & amantes littora myrtos.
Ligans — Verg.in Culice, Vmbroſæq; manent fagus, hæderæq; ligantes.
Serpens — Idem de Obitu Mecœnatis, Serpentes hederæ vix habuere locum.
Virens — Horat.lib.1.Carm.Læta quod pubes hedera virenti.
Laſciua, propter amplexus arctiſſimos. Idem, Laſciuis hederis ambitioſior.
Procera — Idem in Epo.Arctius atq; hedera procera aſtringitur ilex.
Flexibilis — Ouid.lib.10.Vos quoq; flexibiles hederæ veniſtis & vnà.
Grata — Idem l.3.Faſ.Cur hedera hæc tincta eſt? Hedera eſt gratiſſima Baccho.
Bacchica — Idem lib.1.Triſt.Deme meis hederas, Bacchica ſerta, comis.
Rigens — Plinius, Eſt & rigens hedera, quæ ſine adminiculo ſtat ſola.
Fruticoſa — Idem, Spinoſa, fruticoſa ramis, folio hederaceo.
Hilaris. Sat.lib.5.Syll.Taxea marcet Sylua comis, hilaresq; hederas plorata, &c.
Crinalis — Claud.Leuisq; ſimul procedit Iacchus, Crinali florens hedera.
Læuis — Calphurnius, Tu tamen aut læues hederas, aut molle ſalictum.
Bicolor — Sidon.Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.
Baccifera — Seneca, Hederave mollem Baccifera religare frontem.
Viuax — Idem, Viuaces hederas ramus tenet.
Frondens — Pont.Implexis hedera frondente capillis.
Sequax — Codrus Vrceus, Vosq; qui veſtras hedera ſequaci Comites ſequaces.

 Albicans

Albicans. Idem, Et cedro olente & albicantibus hederis.
Flexipes. Pamph. Nos bacchi flexipedes hederas.
Viridis. Laberius, Racemoſq; & fluentes virides hederas.
Præuiridis. Crinit. Hedera ſacros crines præ viridi ligat.
Teres Mant. Et ad teretes hederas coniungere thyrſos.
Comans. Idem, Vicina comantes Plauſtra vehunt hederas.
Tenax. Catull. Vt tenax hedera hac & hac arborem implicat errans.
Ambitioſa. Bernard. Bolog. Cremon. Sic hedera aſſurgens ambitioſa manu.

## H E D Y M E L E S.

Montes ſunt Atticæ.

Tener Iuuen. Satyr. 6. Quo tener Hedymeles operam dedit, hunc tenet, hoc ſe Solatur.

## H E G A L E O S.

Diues Stat. lib. 12. Diues & Hegaleos nemorũ, Perneſq; benignus Vitibus.

## H E L E N A.

De Helena vid. Ouid. lib. 1. Eleg.

Argiua Verg. lib. 1. Aen. Ornatus Argiuæ Helenæ.
Tyndaris Idem lib. 2. Aen. Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacenæ.
Lacena. Idem lib. 6. Aen. Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacenæ.
Lædæa. Idem lib. 7. Lædæamq; Helenam. Troianas vexit ab vrbes.
Spartana. Luc. lib. 10. Quantum impulit Argos, Illicaſq; domos facie Spartana.
Adultera Horat. lib. 3. Iam nec Lacenæ ſplendet adulteræ Famoſus hoſpes.
Infamis Horat. in Epo. Infamis Helenæ Caſtor offenſus vice.
Graia Ouid. lib. 12. Victus es à timido Graiæ raptore maritæ.
Fugitiua Vide in teſtimonijs ſecundi epitheti.
Tenaræa Ouid. in Epiſt. Aut te Tenareæ faciem culpaſſe maritæ.
Oebalis, quoniam Laconia vocatur Oebalia. Idem, Applicor in terras Oebali.
Iliaca Stat. lib. 4. Syl. Iliacæ longè nymboſa ſororis Aſtra fugate, precor.
Candida Idem lib. 4. Syllan. Qualis maternis Helenæ iam digna paleſtris, Inter, &c.
Lacedæmonia. Mart. lib. 14. Nos Lacedæmoniæ paſtor donauit amicæ.
Infeſta Val. Flac. lib. 7. Atq; iterum infeſtæ ſe feruere cæde Lacænæ.
Pulchra Mart. Capella, Prudens puella pulchræ mater fuit Lacænæ.
Ioue nata Sido. Hippodame, ceras, cygno Ioue nata coronam.
Perfida Stroz. pat. Perfida ſecurum ſic te Menelae fefellit Externa ad Troiam.
Auricoma Pamph. Iuncta ſed auricomæ Iulia Tyndaridi.
Iniqua. Idem, Et Menelaæam liquit iniqua domum.
Blanda Fauſt. Laudatur Cupido blanda Lacæna Pari.
Formoſa Pacificus, Frons tua formoſæ non eſt ceſſura Lacænæ.
Bis rapta, ſemel a Theſeo, rurſum à Paride. Idẽ, Bis raptæ sũt monumẽta Helenæ.
Cygno generata. Bap. Pius, Carmine formoſa eſt cygno generata Lacæna.
Cycnigena Textor. Cycnigenam præ te iuro nihil eſſe puellam, Qua Danais cecidit Troia ſuperba rogis.
Mœcha Cat. Ne Paris abducta gauiſus libera mœcha Ocia pacato duceret in Thalamo.
Alumna Spartæ. Stat. in Achill. Progeniem cœli, Sparteq; potentis alumnam.
Therapnæa Ouid. lib. 2. de Rem. Probra Therapnææ qui dixerat antè maritæ.
Oebalia Idem ibidem, Si non Oebalia pellice læſa foret.

## H E L E N V S.

Helenus, vide Cic. li. 1. de Diuinat.

Priamides Verg. lib. 3. Aen. Priamides multis Helenus comitantibus affert.
Troiugena Idem, Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi.
Dardanius Ouid. lib. 13. Quàm ſum Dardanio (quem cepi) vate potitus.
Phrygius Idem, Regnaq; vati Buthrotos Phrygio.
Troianus Mant. Vbi Chaonis ora, Troiano regnata Heleno.





Vates Verg. Præterea ſi qua eſt Heleno prudentia vati.

## H E L I S O S.

Incuruus Stat. lib. 4. Theb. Quus pigra vado Langia tacenti Lambit, & anfractu riparum incuruus Heliſos. Fluuius eſt Atticæ regionis.

## *H E L L E.*

*Helle filia Athamantis regis Thæbarum, inſidias Nouercæ cum Phryxo fratre fugiens, arietem auri velleris conſcendit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos cùm per mare ferret aries, contigit vt Helle puella perterrita caderet in Pontum, qui inde ſumpſit nomen.*

Nephelias Luc. lib. 9. Qua pelago nomen Nephelias abſtulit Helle.
Nepheleis Ouid. lib. 11. Anguſtum circa pontum Nepheleidos Helles.
Phryxea Idem lib. 4. Faſt. Longaq; Pryxeæ ſtagna ſororis adit.
Athamantis Idem ibidem, Et fruſtra pecudem quæres Athamantidos Helles.
Aeolia Idem lib. 1. Triſt. Quæ ſimul Aeoliæ mare me deduxit in Helles.
Pauida Val. Flac. lib. 1. Vectorem pauidæ Caſtor dum quæreret Helles.
Flebilis Sabel. Quid flebilis Helle Se ſub Achemenia queritur iacuiſſe carina.
Trepida Mant. Iunctus erat Soli, trepidæ non immemor Helles.
Infelix Fauſt. Præſtitit vt patrijs infelix fluctibus Helle.
Trepidans Architr. Cui magis accedit trepidantis portitor Helles.
Nereis Stat. in Achill. Fluctibus inuiſis iam Nereis imperat Helle.

## *H E L L E S P O N T V S.*

*Eſt Helleſpontus anguſtum mare, Helles & Lyandri iuuenis caſu nobilitatum, Aſiam ab Europa ſeptem ſtadijs tantùm diſterminans.*

Rapidus Catull. Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto.
Longus Ouid. lib. 13. Longus in anguſtum qua clauditur Helleſpontus.
Læandrius Syll. lib. 8. Mille rates vidit Læandrius Helleſpontus.

## *H E L L E B O R V S.*

*Herba eſt, cuius frequens & præcipuus quondam vſus erat, aduerſus morbos & vitia capitis & mentis.*

Triſtis Catull. Suauiolum triſti triſtius helleboro.

## H E L O R V S.

Fluuius eſt Siciliæ, teſte Plin. lib. 3. Natur. hiſto. è Pachino inter ſaxa defluens.

Stagnans Verg. Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.
Clamoſus Syll. lib. 14. Sidonias Drepanæ, atq; vnum clamoſus Helorus.

## H E L V E T I I.

Feri Bapt. Egn. Vnde etiam fera gens armis Heluetia.
Armipotentes. Mant. Heluetij, genus armipotens.
Sæui Calent. Eripite hanc ſæuis dij, precor, Heluetijs.
Truces Bapt. Pius, Et Galatæ, Heluetijq; truces, pictiq; Britanni.

## *H E L I A D E S.*

*Filiæ fuerunt Solis & Clymenes, quæ quũ ruinã fratris ſui dolentiſſimè ferrent, nimia mæroris impatientia diriguerunt in populos arbores. Earum nõa ſunt, Phaetuſa, Lãpetia, et Lapetia, Vocantur* Heliades, *à patre Sole, qui Græcè dicitur* Helios, *Phaetontiades à Phaetonte fratre.*

Clymeneides Ouid. ad Liuiam, Sic fleuit Clymene, ſic & Clymenides altæ.
Populeæ Val. Flac. lib. 5. Flebant populeæ iuuenem Phaetonta ſorores.
Frondoſæ Claud. Roſida frondoſæ reuocant electra ſorores.
Mœſtæ Lud. Bigus, Populeos mœſtæ in ramos creuere ſorores.

## H E L I A S.

Candidus Mant. in Alphonſo, Candidus Helias Thesbæo à ſanguine cretus.

## *H E L I C E.*

*Helice eſt maior vrſa, ſeu ſidus Septentrionale, quod nauigando ſequuntur, & obſeruant Peloponenſi.*

Torua Claud. Torua Lycaonijs Helice miretur ab aſtris.
Gelida Manil. Expoſitum, gelidamq; Helicen, quod tangit ab illo.

Niuoſa Seneca, Durior terris Helices niuoſæ.

Truculenta Aratus apud Cic. aduerſum caput hinc Helice truculenta tuetur.

## HELICON.

*Helicon mons eſt Bœotiæ, non procul à Parnaſo, Phocidi vicinus, Apollini ſacer, & Muſis, quæ propterea Heliconiades vocantur à Perſio.*

Amœnus Lucret. lib. 1. Qui primus amœno Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Canorus Stat. lib. 1. Syl. Procul ecce canoro Demigrant Helicone deæ.

Aonius Ruffus Feſt. Nunc hinc Aonio quondam memorant Helicone.

Pierius Cæſar Germ. Gorgonis hinc proles in Pierio Helicone.

Sacer Polit. Cui ſacer hybernos Helicon intercipit ortus.

Celſus Codr. Vrceus, Orantem, & celſo muſas Helicone vocantem.

Laurifer Stroz. pat. Lauriferi certe ſacras Heliconis ad vmbras.

Virgineus Pamph. Pellor & à montis culmine virginei.

Doctus Sabell. Namq; ego tum Cyrrham, doctumq; Helicona tenebam.

Diuinus Calent. Viſcera diuini vates Heliconis.

Organicus Bapt. Pius, Fas erit organico non Helicone frui.

Virens Hor. lib 2. Epiſt. Vt ſtudio maiore petant Helicona virentem.

## HERACLEA.

*Ciuitas eſt Boſphorana, in finibus Europæ, quæ prius dicebatur Perinthus.*

Perinthus Mãt. Qua magna Perinthus Ante fuit, priſcũ mutauit Heraclea nomẽ.

## HERACLETVS.

Scotinus, quaſi tenebroſus, ab obſcuritate ſic dictus. Vix enim poterat intelligi à ſudantibus etiamnum philoſophis.

## HERBA.

Suauis Verg. in Buc. Tunc caſia atq; alijs intexens ſuauibus herbis.

Mollis Idem, Dicite quandoquidem in molli conſedibus herba.

Viridis Idem, Aut herba captum viridi, aut armenta ſecutum.

Tenera Idem, Quum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.

Florens Idem, Quis humum florentibus herbis Spargeret.

Læta Idem lib. 1. Georg. Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.

Gemmans Idem in Culice, florida quid tellus gemmantes picta per herbas.

Agreſtis Idem ibidem, Floribus agreſtes herbas variantibus addunt.

Pubens Idem lib. 4. Aen. Pubentes herbæ nigri cum lacte veneni.

Beneolens Stroz. pat. Spargamq; ſinus beneolentibus herbis.

Iucunda Col. Nec minus iucundiſſimas herbas eſſe.

Pruinoſa Idem, Nam pruinoſa ijs herba pecudi grauedinem creat.

Roſida Idem, Si hœdi roſidas herbas depauerint.

Stercoroſa Idem, Quod naſcitur in oleribus & ſtercoroſis herbis.

Spinoſa Ouid. lib. 2. Met. Quàm quum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis.

Viridans Lucr. lib. 2. Tempora conſpergunt viridantes floribus herbas.

Opaca Ouid. lib. 3. Met. Abſtrahere inde poteſt, ſed opaca fuſus in herba.

Dulcis Idem lib. 15. Sunt herbæ dulces, ſunt quæ miteſcere flamma.

Pallens Verg. Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

Odorata Ouid. lib. 2. Faſt. Hortus odoratis ſuberat cultiſſimus herbis.

Fertilis Idem lib. 3. Faſt. Fertilis occultas inuenit herba vias.

Cerealis Idem lib. 4. Faſt. Aſpera rubigo parcas Cerealibus herbis.

Decens Idem lib. 5. Faſt. Suſtulit hoc nymphæ, cinxitq; decentibus herbis.

Vda Idem in Epiſt. Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis.

Tenuis Plin. lib. 24. Ethruria hoc nomine appellat herbam in pratis tenuem.

Fruticoſa Idem lib. 27. Herbam fruticoſam, anguloſis caulibus.

Potens Stat. lib. 3. Theb. Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis.





Mitis Mart. lib. 9. Nec fœtu memorum gaudent, nec mitibus herbis.

Medica Claud. Siue lyræ cantus, medicas ſeu diceret herbas.

Rorans Manil. Integra quæramus rorantes prata per herbas.

Fluuialis Pont. Qualis ad Eridani ripas fluuialibus herbis.

Bibula Idem, Et quibus aut rores bibula funduntur in herba.

Syluestris Calent. At deus hortorum ſylueſtribus abditus herbis.

Arenoſa Stroz. filius, Paruus arenoſas, qua Scandalus irrigat herbis.

Fragrans Idem, Hic ver perpetuum fragrantes educat herbas.

Tenella Pamph. Non herbas pedibus mouet tenellas.

Florida Idem, Florida campis Herba velut curuo vomere preſſa cadit.

Decidua Conrad. Rorem deciduis adhauſit herbis.

Olens Augur. Herbarum videar non male olentium.

Verſicolor Idem, Huic cognominis herba Terræ verſicolor ſuæ.

Halans Idem, Quæ tibi halantes Pieris per herbas.

Roſea Quint. Roſeas vitiare per herbas Deſtinat Eurydicen.

Redolens Idem, Vt legeret mixtis redolentes floribus herbas.

Sitiens Fran. Petrar. Elicit optatos herbis ſitientibus imbres.

Sapida Idem, Miſcuit, & ſapidas aſpergine reddidit herbas.

Hortenſis Mant. Eſca, vel hortenſes herbæ.

Virens Idem, Iam frigebat hyems, inimica virentibus herbis.

Multicolor Idem, Floribus apricis, & multicoloribus herbis.

Odora Fauſtus, Illud erit nobis, & odora ſuauius herba.

Irrigua Idem, Tu tamen irrigua meditans ſpaciaris in herba.

Tremula Bap. Pius, Et tremula in paſſos confluit herba ſinus.

Verſilis Idem, Surgit odoratis verſilis herba iugis.

Rudis Architr. Quod folijs, rudibusq; innititur herbis.

Edulis Idem, Addit olus, quod item cum ruris edulibus herbis Legerat.

Arens Claud. Arentes tepidis de collibus eligit herbas.

Circæa, i. venefica. Idem, Membraq; Circæis effeminat acrius herbis.

Medæis Mant. Tantum Medæides herbæ, Virgineq; preces poterant.

Salubris Tibul. lib. 2. Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis.

Secreta Propert. lib. 4. Vnus erat tribus in ſecreta lectulus herba.

Salutifera Stat. in Achil. Noſſe ſalutiferas dubijs animantibus herbas.

Pæonia, i. medica. Claud. Pæonias nequicquam admoueris herbas.

## HERCVLES.

Tyrinthius, à Tyrintho oppido. Vergil. lib. 7. Gerione extincto, Tyrinthius attigit arua.

Amphitryoniades. Luc. lib. 9. Amphitryoniades vidit, quum vinceret Hydram. — *Quoniam credebatur filius Amphytrionis.*

Vagus Horat. lib. 3. Carm. Hac arte Pollux, & vagus Hercules.

Magnus Idem lib 4. Et magni memor Herculis.

Impiger Idem, Optatis epulis impiger Hercules.

Alcmena creatus. Ouid lib. 9. Nam quod te iactas Alcmena matre creatum.

Ioue natus Idem, Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.

Laborifer Idem, Nanq; laboriferi quum iam natalis adeſſet Herculis.

Oetheus Idem lib. 5. Faſt. Appulerat ripæ vaccas Oetheus Iberas.

Falſiparens Bap. Pius, Falſiparens genitum Thyomadante deus.

Magnanimus. Val. Flac. lib. 1. Magnanimus ſpectat pharetras, & inutile robur Amphytrioniades.

Profugus Idem lib 3. Scilicet in ſolis profugi ſtetit Herculis armis.

Intrepidus Claud. Intrepidusq; fero riſerit ore puer.

Fortis Idem, Forti negatum ſolueret Herculi.

Anguitenens Cæſar Germ. Anguitenens humeris committitur.

Hirtus  Sidon. Pampineus Liber, Mars trux, Tyrinthius hirtus.
Violentus  Seneca, Quæ ferat tyranni iuſſa violento queunt Nocere iuueni.
Ferox  Idem, At ille rupto carcere vmbrarum ferox.
Trux  Idem, Paruuſq; minimas trucis Alcidæ flexit Priamus.
Horridus  Idem, Namq; vt ſubactus Herculis claua horridi.
Indomitus  Idem, Maliſq; tantis Herculem indomitum refer.
Domitor ferarum. Idem, Sed tu domitor magne ferarum.
Victorioſus  Thom. Rad. Minerua, victorioſiſſimuſq; Hercules congaudebunt.
Alexiacus  Lactan. Et ſimulachrũ eius ſub Herculis Alexiaci nomine cõſtitutum.
Tremendus  Polit. Clypeumq; tremendi Herculis.
Bellipotens  Idem, Illi bellipotens excubet Hercules.
Inuiſtus  Codr. Herculis inuicti nodoſum robur in agmen.
Turbidus  Conr. Vel noſtra ſpectet turbidus Hercules.
Toruus  Quint. Xerxes ſuperbus, Hercules toruus.
Doricus  Michel. Angl. Quod Doricus hoſpes Intulit ablatis malorum ſtipite pomis.
Amphytrionius. Mant. Preſſit vt inuictis puer Amphytrionius armis.
Thebanus  Idem, Brachia Thæbanis pingit labor Herculis hydra.
Thyrſigena  Bap. Pius, Thyrſigenæ quoniam auxilio enituere Boœtæ Herculis.
Eximius  Propert. lib. 4. Herculis eximij ne ſit inulta ſitis.
Genoroſus  Theodoritus, Cræci quoq; Herculem ſibi deum fecerunt.
Auxiliaris  Idem, Nihilo tamen ſecius Herculem, patremq; auxiliaremq; appellarunt.
Celifer  Claud. Firmior Herculea mundus ceruice pependit.
Victor  Var. Diui. lib. 4. Victorem Herculem putat dictum, quod omne animalium genus vicerit.
Conopius  Hercules apud Cercos colitur, quoniam conopas, i. culices extinxerit.
Epitrapegius, ab epitrapegiis vaſis, quæ ſunt apta menſis.
Laſciuus  Theodoritus Cyrenſis, Multa enim Tyrij, ciuitateſq; aliæ ingentia tẽpla Herculi excitarunt, neq; ei ſolum feſtiuitates annuas celebrabant, ſed quarto quoq; anno ludos eidem, ac certamina dedicabant, & ſi mortalem fuiſſe hominem ſcirent, nec temperatum, nec ſapientiæ amatorem, ſed qui vitam in licentia & libidine tranſegiſſet. Vt enim cætera eius flagitia taceantur, hoc narrare ſatis eſt, quòd nocte vna quinquaginta virginibus ſtuprum intuliſſe dicitur.

HEREBVS.

Durus  Capella, Nam Thrax quo duri rumpere regna Herebi.
Profundis  Seneca, Rupere Herebi clauſtra profundi.
Dirus  Pont. Suuſq; quiſque dirus eſt Herebus ſibi.
Tenebroſus  Mant. Quotquot de carcere longo Suſtulerat tenebroſi Herebi.
Niger  Idem, Vſq; ad caua nigri Antra Herebi.
Infernus  Idem, Hi proceres inferni Herebi.
Silens  Barthol. Dij quibus vmbrarum cura eſt, Herebiq; ſilentis.
Triſtis  Bapt. Pius, Qui cantu triſtes herebos, & lurida tranas.
Altus  Mant. Et alto egreſſas Herebo furias.

EREMITA.

Soliuagus  Vrceus Cremonenſis, Soliuagos inter degit eremicolas.

EREMVS.

Vacua  Conradus, Horridas ſyluas, vacuamq; eremum.
Tacita  Mant. Quum puer eſſet, adhuc tacitam cupiebat eremum.
Vaſta  Idem, Sola quod in vaſtam nondum diſceſſit eremum.
Sancta  Valer. Var. Extremumq; diem ſub ſancta clauſit eremo.
Cæca  Glareanus, Quia tu cæcam quoq; habebis eremum.





HERMAPHRODITVS.

Fuit Mercurij, & Veneris filius.

Satus Mercurio. Auſon. Mercurio genitore ſatus, genitrice Cithere.
Semiuir  Idem, Quod crudelis Eryx, quod ſemiuir Hermaphroditus.

*HERMIONE.*

*Hermione Menelai fuit filia & Helenæ, admodum ſpecioſa, cuius cauſa Oreſtes Pyrrhum cui nupſerat, interfecit, quod ſibi prius fuiſſet deſponſata.*

Lædæa, Lædæ filia. Verg. lib. 3. Aen. Lædæam Hermionem, Lacedæmonioſq; hymenæos.
Spartana  Propert. lib. 1. Spartanam referas laudibus Hermionem.
*Hermiona verò urbs eſt in Aegæo mari, producitq; duas medias. Verg. in Cyri, Hinc ſinus, hinc ſtatio, contra patet Hermiona.*

*HERMVS.*

*Fluuius eſt Lydiæ, qui aureas arenas habere fertur. Põt. Felices Hermi ripæ ditãte metallo.*

Turbidus  Idem lib. 2. Geor. Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus.
Lydius  Sabell. Poſteritas opulenta locis, quam Lydius Hermes Voluat.
Sordidus  Mart. lib. 8. Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro Hermus.
Felix  Glaud. Gemuit Nyſæo palmite felix Hermus.
Diues  Pont. Et diues rutilis ſordeat Hermus aquis.
Metallifer  Stroz. fil. Quodq; metalliferis egerit Hermus aquis.
Lydus  Sabell. Fluctibus Heſperiis, & Lydo ditior Hermo.
Vagus  Quint. Nimium profluit & vagus Hermus fluctibus aureis.

*HERO.*

*Hero puella fuit ſpecioſiſſima, Veneris ſacerdos, ex Seſto urbe Helleſponti, propinqua Abydo. Hæc correpta amore Leandri adoleſcentis Abydeni, lucernam accenſam noctu ponebat in faſtigio turris, ad cuius lumen natabat Leander ipſe. Sed tandem furentib. uentis, & tẽpeſtate ſub orta, extincta eſt lampas, & ſubmerſus natator. Mutuas utriuſq; flammas, amoreſq; vehementiſſimos egregie commentauit Muſæus poeta Græcus, quem Guillermus de Mara Latinũ fecit.*

Seſtias  Stat. lib. 6. Theb. contra autem fruſtra ſedet anxia turre ſuprema Seſtias in ſpeculis.
Seſta  Ouid. in Epiſt. Si cadat vnda maris Seſta puella tibi.
Venuſta  Muſæus, Ore venuſta quidem generoſa à ſanguine creta Virgo miniſtra fuit.
Formoſa  Formam illám ſic deſcribit idem Muſæus.
Specioſa  Idem, Sic cunctas ſuperans miro ſpectabilis ore, Eſt noua viſa Venus, Veneris ſpecioſa miniſtra.
Spectabilis  Idem, Et virgo inſigni forma ſpectabilis Hero.

*HERODES.*

Herodes tres proprios filios occidit.

*Herodes, à M. Antonio rex Iudææ creatus eſt, poſt cuius mortem demeruit ſibi, & conciliauit Auguſtum, petita uenia, quod Antonij partibus ſtuduiſſet. Liberos ſeptem ſuſcepit, quorum tres primos occidit, ut ſibi ſuſpectos. Cui ſceleri adiecit innocentium cædem. Nam multa puerorum millia occidi iuſſit, ut autorem noſtræ ſalutis interciperet.*

Malus  Stroz. pat. Quos vitare mali ſedes Herodis iniquas.
Barbarus  Idem, Barbare quid nunc tot puerorum millia ferro Occidis.
Crudelis  Idem, Auſus es huic igitur puero crudelis apella Non vna indignam.
Idumæus  Mant. Traxit Idumæi genus hinc vecordia regis.
Trux  Idem, Moxq; trucem vidit regem, g adioq; frementem.
Cruentus  Iuuencus, Rex fuit Herodes Iudæa in gente cruentus.
Ferus  Idem, At ferus Herodes ſibimet ſuccedere credit.
Turbidus  Quint. Impio cæſi furore turbidi Herodis.

HERODOTVS.

Torrens  Sidon. Torrens Herodotus, tonans Homerus.
Dulcis  Quintil. lib. 9. Denſus & breuis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides, dulcis

dulcis & candidus, & effuſus Herodatus, ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior, &c.

HEROES.

Magnanimi Verg.lib.6. Aen. Defunctaq; corpora vita Magnanimi Heroes.
Semidei Stat.lib.5. Theb. Nec robora proſunt Semideum Heroum.
Magni Manil. Aut magnos Heroas aget, ſceniſq; rogatas.
Inſignes Stroz.filius, Aſpicio inſignes, & pace Heroas & armis.
Veteres Stat.in Achill. Aut monſtrare lyra veteres Heroas alumno.

HEROINAE.

Formoſæ Proper.lib.1. Illic formoſæ veniant chorus Heroinæ.

*HESIODVS.*

*Heſiodus Poeta natus eſt in Aſcra Bœotiæ uico. Hic miſſus a patre ad ouium cuſtodiam, dormiens ſomniauit ſe repente factum Poetam. Vnde Perſius, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo memini, repente, ut ſic Poeta prodirem. Scripſit poemata. Theogoniam Aſpida, Heroidum mulierum catalogum, Epicedium in quendam Batracum, & quædam alia. Iugulatus eſt ab Antipho & Crimeno fratribus. Primus agriculturæ præcepta tradidit. Primus fabulas ſcripſit.*

Aſcræus Verg.in Buc. Aſcræo quos ante ſeni, quibus ille ſolebat.
Bœotius Col. Non minimum noſtræ profeſſioni contulit Heſiodus Bœotius.
Præceptor arandi. Ouid.lib.6. Faſt. Ecce deas vidi, non quas præceptor arandi.
Agricola Idem lib.4. de Ponto, Auſa eſt agricolæ Muſa docere ſenis.
Heliconius Politian. At tibi Dædaleos monitus Heliconie vates.

*HESPERIDES.*

*Heſperus Iapeti filius tres habuit filias, quæ a patris nomine dicuntur Heſperides. Earum nomina ſunt Aeglæ, Heretuſa, Heſperetuſa. Poetæ fabulãtur hortum eius fuiſſe auriferis arborib. conſitum, cui cuſtodem adhibuerunt draconem peruigilem, quo tamen uel ſopito uel occiſo, Hercules aurea ſuſtulerit poma.*

Afræ Iuuen.Sat.5. Credere quæ poſſes ſurrepta ſororibus Afris.
Pomicolæ Pont. Et qui pomicolas rideat Heſperides.

*HESPERVS.*

*Sydus eſt nocti præuium. & ſacrum Veneri, quod aliter etiam ueſper & ueſperugo dicitur. Plautus, Nec veſperugo nec Vergiliæ occidunt. Eadem ſtella mane vocatur Lucifer. Verg. in Buc. Naſcere præq; diem ueniens age Lucifer almum.*

Roſidus Ouid.lib.2. Faſt. Heſperus & fuſco roſidus ibat equo.
Dilectus Veneri. Claud. Dilectus Veneri naſcitur Heſperus.
Nuncius noctis Seneca, Qualis eſt prima referens tenebras, Nuncius noctis.
Florifer Conr. Sub axe verno florifer Heſperus.
Niger Mane. Aere voluebant piceo, niger Heſperus ore.
Index noctis Valer.Var. Aſt vbi vicinæ noctis venit Heſperus index.
Lucidus Pont. Ora refert tua nunc mihi candida lucidus Heſper.

HETRVRIA.

Solers Stroz.pater, Hic docuit, quicquid ſolers Hetruria miſit. Quoniam ars aruſpicina fert ibidem inuenta.

*HIARBAS.*

*Filius fuit Ammonis ex Garamantide Nympha, teſte Vergilio & rex Getulorum, qui quum viduam Didonem cogere uellet, ut ſibi nuberet, eam ad inferendam ſibi mortem compulit.*

Procax Auſon. Sed furias fugiens atq; arma procacis Hiarbæ.
Getulus Verg.lib.4. Aen. Deſtruat, aut captam ducat Getulus Hiarbas.
Libycus Marull. Quid ne coniugio Libyci violare tyranni Cogerer.
Maurus Pont. Et potitur capta Maurus Hiarba domo.
Zelotypus Iuuen.Sat.5. Zelotypo iuuenis prælatus Hiarbæ.

HIATVS.

Vaſtus Lucan.lib.1. Vaſto & graue murmur hiatu Infremuit.
Patulus Ouid.lib.3. Met. Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.

Vacuus



Vacuus Claud. Vacuo qualis diſcedit hiatu Impatiens remeare leo.
Cauus Pont. Siue cauo putei gradientem abſorbet hiatu.
Terrificus Stroz.pat. Illic terrificis fera pandit hiatibus ora.
Patens Liuius, Nunc in patentes terræ hiatus ad deos manes ſe deuouiſſe.
Cauernoſus Quint. Cauernoſa perterritus orbis hiatu eſt.
Sophoclæus Iuuen.Sat.6. Grande Sophoclæo carmen bacchamur hiatu.
Tenebroſus Ouid.lib.7. Met. Specus eſt in tenebroſo cæcus hiatu.

HIBISCVS.

Gracilis Verg. Dum ſedet, & gracili fiſcellam texit hibiſco.
Viridis Pont. Supparus & viridi circum variatus hibiſco. Calphur. Colligerem, viridiq; famem ſolarer hibiſco.

HIERA.

Syluestris Verg.lib.9. Aen. Quos Iouis eduxit, luco ſylueſtris Hiera. Nomẽ eſt Nymphę.

HIERONYMVS.

Trilinguis Quint. Hanc tantum extimuit trilinguis ille.
Stridone ſatus. Mant. Hic ſtridone ſatus loquitur pater ore trilingui.

HIERVSALEM.

Opulenta Tertull. Oculi tui videbunt Hieruſalem, ciuitatem opulentam.
Magnifica Quint. Iuit magnificam Chriſtus in vrbem.

HINNITVS.

Acer Syll.lib.2. Arrectiſq; auribus, acrem Hinnitum effundens.
Acutus Mant. Et procul hinitu campus ſonat omnis acuto.
Tremulus Idem, Tremulis hinitibus aer Clangit.

HIPPOCRATES.

Cous Auſon. Cincta mari tellus quænam creat Hippocratem.

*HIPPOCRENE.*

*Fons eſt in Bœotia, ſacer Muſis & Apollini, quem equus Pegaſus Neptuni & Meduſæ Gorgonis filius, ungula pedis elicuit, vnde & traxit nomen. Alio nomine vocatur fons Caballinus.*

Aganippis Ouid.lib.5. Faſt. Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes.
Camœnalis Ruffus Feſt. Lympha camœnalem fudit procul Hippocrenen.
Clara Idem, Ceruice erigitur claræ dator Hippocrenes.
Vitrea Sidon. Texerunt vitreæ vado Hippocrenes.
Pallida Quint. Litto margine pallidæ Hippocrenes.
Sacra Mant. Et vidiſſe deas, quibus eſt cuſtodia ſacra Fontis.
Phorcinis Mant. Qua liquor erumpit Phorcinidos Hippocrenes.
Heliconis Polit. Dum lauat in lymphis Heliconidos Hippocrenes.

*HIPPODAMIA.*

*Oenomaus rex Achaiæ quum accepiſſet ab oraculo ſe periturum, quum Hippodame filia nuberet, certamen curule procis inſtituit cum ipſa, ea lege, vt qui vinceret, filiam haberet, victus ſubiret mortem. Ad hoc itaque certamen veniens Pelops filius Tentali, amore puellæ exarſit protinus. Cuius nuptias vt aſſequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, ſic vt ille axes infirmos & fragiles ſubiunxerit currui. Quo factum eſt, vt Pelops fieret victor. Fuit & alia eiuſdem nominis Attracis filia, & vxor Pirithoi, quam quum mero caleſcentes, & æſtuantes libidine Centauri rapuiſſent, bello periti ſunt ab ipſo Pirithoo. Vnde Propertius puellam Iſchomachen vocat. Ex ſequentibus epithetis primum & tertium dicuntur de Hippodamia Pelopis, ſecundum & quartum de vxore Pirithoi.*

Piſæa Ouid.lib.2. Triſt. Piſæam Phrygijs vexit eburnus equus.
Lyrneſſis Idem lib.3. Triſt. Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.
Attracis Ouid.in Epiſt. Indicere bellu coegit Attracis Aemonios Hippodamia viros.
Velox Ouid.in Epiſt. Vt qui velocem curſu petiere puellam.
Iſchomacha Propert.lib.2. Qualis & Iſchomachæ Lapithæ genus heroinæ.

HIP-

HIPPODROMVS.

Puluereus Mant. Vita hæc hippodromus, vita hæc eſt grande theatrum.

*HIPPOLYTE.*

*Regina fuit Amazonum, quam Hercules debellatam dedit Theſeo, ex qua Theſeus ſuſcepit Hippolytum. Fuit & altera Achaſti regis Magneſiæ filia, cui primum Epithetum conuenit.*

Magneſſa Horat. lib. 3. Car. Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens.
Ferox Seneca, Vidit Hippolyte ferox pectore è medio rapi ſpoliū & ſagittas.
Thermodontia. Idem, Hoſtisq; traxi ſpolia Thermodontiæ.
Virago Claud. Quoties arcton populata virago Hippolyte.
Felix Propert. lib. 4. Felix Hippolyte, nudæ tulit arma papillæ.
Threicia Verg. Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo.

HIPPOLYTVS.

Vide Ouid. li. 15. Met.
Virbius Verg. lib. 7. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius.
Pudicus Hor. lib. 4. Carm. Neque enim Diana pudicum Liberat Hippolytum.
Theſeius Ouid. lib. 15. Dixerunt quoties flenti Theſeius heros.
Amazone natus. Idem, At nymphas tetigit noua res, & Amazone natus.
Amazonius Ouid. in Epiſt. Mittit Amazonio Creſſa puella viro.
Theſides Ouid. in Epiſt. Theſides, Theſeusq; duas rapuere ſorores.
Miſerabilis, prius citatum.
Seuerus Seneca, Talis ſeueri mater Hippolyti fuit.
Caſtus Idem, Ille efferatus, caſtus, intactus, rudis.
Inſons Idem, Iuuenisq; caſtus crimine ince ſtæ iacet, Pudicus, inſons.
Rigidus Stroz. pat. Fractaq; mens rigidi cederet Hippolyti.
Verecundus Fauſt. Turba verecundo caſtior Hippolyto.

*HIPPOMENES.*

*Fuit Hippomenes adoleſcens Megareos, Neptuni nepos, qui beneficio Veneris ſuperauit Atalantam Schœnei regis filiam. Quæ curſu decertabat in procos, ea lege, ut ei nuberet à quo uinceretur, uicti interficerentur omnes, ut iam docuimus in Atalanta. Sed ambo mutati ſunt in leones, quod in Cybeles templo rem feciſſent Veneream.*

Aonius, prius poſitum.
Proles Neptunia. Ouid. li. 10. Quid me ſollicita proles Neptunia voce Inuocat Hippomenes.
Megareius Idem, Pelle moram, vinces, dubium Megareius heros Gaudeat.
Cupidus Stat. li. 1. Syl. Vidi ego & immiti cupidam decurrere cāpo Hippomenē.

HIPPONAX.

Acer Horat. Aut acer hoſtis bubalo.
Ferus Polit. Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus Bubalon & ſtratum morſu leniauit Athenin.

*HYPSIPYLE.*

*Hypſipyle fuit filia Thoantis, qui regnauit in Lemno inſula. Hæc Iaſonem ad vellus aureum proficiſcentem, patrio ſuſcepit hoſpitio, & adamauit, ſuſcepitq; ex eo gemellos, abeuntemq; multis lachrymis proſecuta eſt. Nec poſt amorem Iaſonis quenquā adamauit. Nam fugiens ex Lemno rapta eſt a piratis, et perducta ad Lycurgum Nemiæ regem, cuius filium Ophelten nutriuit. Qui mox relictus in herba, & occiſus eſt a ſerpente.*

Thoantis Stat. lib. 5. Theb. Laceras comitata Thoantis Adduxit exequias.
Pulchra Idem lib. 4. Errantes ſubito pulchram in mœrore tuentur Hypſipylen.
Lemnias Idem lib. 5. Paulum fletu cunctata modeſto Lemnias orſa refert.
Lemnia Idem, Iamq; pererratis infelix Lemnia campis.
Efflera Idem, Huc magno curſum rapit efflera luctu.
Thoantias Ouid. in Epiſt. Hæc ego coniugio fraudata Thoanties oro.

HIRCVS.

Corniger Verg. de Signis, Armatusq; arcu Chiron, & corniger hircus.





Leuis Horat. Ametq; ſalſa leuis hircus æquora.
Grauis Idem, An grauis hirſutis cubet hircus in alis.
Vilis Idem in Arte, Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.
Annoſus Apul. Hircū annoſum, horricomē Marti ſecutori comitiq; victimant.
Immundus Ouid. lib. 2. de Arte, Victimat, immundum ſima capella marem.
Piger Mart. lib. 4. Quod preſſa piger hircus in capella.
Saliens Calphurn. Laſciuumq; pecus ſalientes accipit hircos.
Setiger Pont. Vnà ingens bos, vnà ariesq;, & ſetiger hircus.
Hirſutus Idem, Quanta nec hirſutis tercentum pendeat hircis.
Cinyps Pont. Iure cui Marſi inuideant & Cinyphes hirci.
Olidus Polit. Quosq; alios olidum cantor produxit in hircum.
Auidus Idem, Auidos olidum pecus accipit hircos.
Barbiger Codrus, Barbiger in primis quercum circūdedit omnem Quercus.
Imbellis Pamph. Imbellem mos eſt hircum mactare colonos.
Vagus Petrar. Qui nemus omne vagis lacerandum præbuit hircis.
Olens Idem, Secum aget ardentes, & olentes turpiter hircos.
Procax Idem, Laſciuos errare greges, hircosq; procaces.

HIRVDO.

Paluſtris Theocr. Viſceris hac anima, velut vna paluſtris hirudo.

HIRVNDO.

Arguta Verg. lib. 1. Georg. Aut arguta lacus circum volitauit hirundo.
Garrula Idem lib. 4. Georg. Garrula quàm tignis nidum ſuſpendit hirundo.
Prænuncia veris. Ouid. lib. 2. Faſt. Fallimur, au veris prænuncia venit hirundo.
Vagus Polit. in Ruſt. Canus olor ripis, tecto vaga plorat hirundo.
Agreſtis Pli. li. 16. Alterum genus hirundinum eſt ruſticarum & Agreſtium.
Biſtonis Seneca, Non quæ tectis Biſtonis ales Reſidens.
Peregrina Pont. Qua nidum in ſtagnis peregrina reponit hirundo.
Triſans Thom. Rad. Anſer gratitans, hirundo triſans.
Daulias Polit. Daulias & Getici tandem ſecura mariti Ales adeſt.
Laſciua Idem, At laſciua lacus alis perſtringit hirundo.
Pandione nata. Marull. Ni fœtus exoſa tuos Pandione nata.
Funeſta & Attica. Propert. lib. 2. Non tam nocturna volucris funeſta querula.

HISPANI.

Vænales Syll. lib. 13. Subito vænale, cohortes Hiſpanæ, vulgus.
Feroces Cantal. Hiſpaniq; tui quicquid genuère feroces.

HISPANIA.

Fertilis Mart. Cap. Lumenq; Hiſpaniæ contributum fertili frugum.
Pugnax Pont. Qua vaſto circumpugnax Hiſpania Ponto Alluitur.
Bellax Io. Fr. Mirand. Illum mox vaſto bellax Hiſpania tractu Suſpicit.
Horrida Iuuen. Sat. Horrida vitanda eſt Hiſpania, Gallicus axis.
Audax Tibull. lib. 4. Nec latis audax Hiſpania terris.
Populoſa Lud. Lazar. Gaudet & ipſa ſuo populoſa Hiſpania fœtu.

*HISTORIA.*

*Hiſtoria, teſtis eſt temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. Primæ hiſtoriæ lex eſt, inquit Cic. lib. 2. de Orat. Ne quid falſi dicere audeat, deinde ne quid veri tacere, ne qua ſuſpitio gratiæ ſit, ne qua ſimultatis.*

Bella Mart. lib. 2. Hiſtorias bellas, carmina bella facis.
Præterita Quint. Præteritas canis hiſtorias Clio inclyta.
Seuera Sidon. Aut quum ſe hiſtoriæ dabat ſeueræ.
Arguta Propert. lib. 3. Et caput argutæ præbeat hiſtoriæ.

HISTRIO.

Ridiculus Sidon. Abſunt ridiculi vultu & veſtibus hiſtriones.

Funepeus Thom.Rad.Hiſtrionem funepeum periclitantem & geſticulantem.
Auarus Fauſt.Hiſtrio nec noſtras poſcet auarus opes.

HISTRIX.

*Hiſtrices aculeatas habent pinnas, quas iaculi modo intorquent. Sunt ex Erinaceorum genere, maioribus tamen aculeis, quibus ora urgentium canum figunt. Hibernis menſibus ſe condunt. Partus conceptus hiſtricum cinis potus continet.*

Hirſuta Hic iam poſitum.
Noxia Mant.Sus ferus & canibus iaculis bicoloribus hiſtrix Noxia.
Terribilis Adr.Card.Captam terribilem hiſtricem fremebant.

HOEDVS.

Petulcus Verg.lib.4.Georg.Hœdiq; petulci Floribus inſultent.
Tener Horat.lib.3.Sic tener pleno cadit hœdus anno.
Tenellus Catull.Vt puella tenellulo Delicatior hœdo.
Petulans Seneca,Molli petulans hœdus in herba.
Vagans Pont.Nec longius hœdos Inſultare ſolo patitur ſine matre vagantes.
Corniger Idem,Cornigeriq; greges totidem queis fronte ſub hirta.
Mollis Idem,Primitias,mollem hœdum cum pinguibus agnis.
Lactens Poſt tener & lactens & primis cornibus hœdus.
Laſciuus Pamph.fera laſciuis tigris ſit mitior hœdis.
Alacer Mant.Hœdi alacres,& ceruorum laſciua iuuentus.

HOEDI.

Nymboſi Ouid.lib.1.Triſt.Sæpe ego nymboſis dubius iactabar ab Hœdis.
Pluuialis Verg.lib.9.Quantus ab occaſu veniens pluuialibus Hœdis Verberat imber humum.

HOLOCAVSTVM.

Sacrum Codrus,Hoc profecta decent,holocauſtaq; ſacra,merumq;.

HOMERVS.

Colophoniacus, à Colophone vrbe Lydiæ, ſeu Mæoniæ vnde à pleriſq; originem traxiſſe fertur.Bap.Pius,Et Colophoniaco iunctus Maro fulget Homero.
Smyrnus, à Smyrna oppido minoris Aſiæ, vbi etiã natus fertur.Lucanus li.9.Quantum Smyrnæi durabunt vatis honores.
Mæonius, à Mæonia regione minoris Aſiæ, vnde hortum volũt Homerum nõnulli. Horat.lib.4.Carm.Non ſi potiores Mæonius tenet Sedes Homerus.
Magnus Idem lib.1.Serm.Tu nihil in magno doctus deprehendis Homero.
Vinoſus Idem lib.1.Epiſt.laudibus arguitur uini vinoſus Homerus.
Inſignis Idem in Art.Poſt hos inſignis Homerus,Tyrthæusq; mares animos.
Aeternus Ouid.lib.2.de ponto,Tu canis,æterno quicquid reſtabat Homero.
Antiquus Idem lib.2.de Arte,Sit licet antiquo Nireus adamatus Homero.
Achæus,id eſt,Argiuus.Ouid.in Ibin,Inq; tuis opifex vati quod fecit Achæo.
Conditor Iliados.Iuuen.Sat.11.Conditor Iliados cantabitur,atq; Maronis.
Magniloquus.Stat.lib.5.Syl.Fors & magniloquo non poſt habuiſſet Homero.
Cæcutiens Mart.Cap.Poetæq; præcipuè Oeagrium citharistam ſecuti, cæcutientiſq; Mæonij ſuauior quàm ſenectutem.
Cæcus Idem,Cæci poetæ Graium verſum Mercurio probante commemorat.
Tonans Sidon.Torrens Herrodotus,tonans Homerus.
Oculis captus.Pont.Vnde oculis capto nomen permanſit Homero.
Mæonides Marull.Quærite Neoniden Muſæ,redit alter Achilles.
Sapiens Codr.Mellifluo ſapiens cantu illuſtrauit Homerus.
Diuinus Idem,Cui vix exundans diuini carmen Homeri Sufficeret.
Doctus Glarean.Septem vrbes certant,docto quæ patria Homero.
Salaminiacus.Mirand.Nec Salaminiaci numeroſa precamina vatis.
Sacer Pacific.Ille rogat,ſacri referat vel carmen Homeri.

A Samali vrbe ſeu inſula maris Euboici, cuius incolæ Homerũ ſibi vendicãt.

Diuus



Diuus Fr.Phileph.Eloquij partes diuo concedit Homero.
Grauis Idem,Studijsq; grauis nec abhorrent Homerus.
Grandis Quint.Grandem comitetur Homerum Ennius ipſe pater.
Altiſonans Idem,Quod bellum canit altiſonans Argiuus Homerus.
Altiloquus Pallad.Sor.Spiritus altiloqui non eſt infuſus Homeri.
Colophonis alumnus.Mant.Seu Smyrnæ,ſeu Mæonij Colophonis alumnum.
Sublimis Fauſt.Sic Maro ſublimen ſperans æquauit Homerum.
Iucundus Quint.lib.10.Hinc quemadmodum ex Oceano dicit Aratus, amnium vim fontiumq; curſus initium capere,omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit.
Meleſigenes,à Melete fluuio,iuxta quem natus dicitur.Bap.Pius,Noſtra Meleſigenes,non noſtra Oeagrius Orpheus Dulcibus æquabunt plectra canora modis.
Colophonius Idem,Cedit Apollinei vates Colophonius oris.
Florens Idem,Zoilus vt verſus ſemper florentis Homeri.
Immortalis Idem,Nirea diuinum facit immortalis Homerus.
Solers Mant.Vt cecinit ſolers rerum ſpeculator Homerus.

HOMICIDA.

Nefarius Apul.Ne nefarius homicida totam ædium lanienam (quam cruenter exercuit) impune commiſerit.

HOMO.

Bipes Plin.Terreſtrium ſolus homo bipes.
Nudus Pont.Nudus,inops,quem dura ſolo ſuſcepit egeſtas.
Mendax Codr.Omnis homo mendax,qui pro me exponere vitam Iurarat.
Vilis Remaclus,Vilis homo,cognoſce tuæ monumenta ſalutis.
Fragilis Fauſtus,Et fragili commune homini.
Caducus Idem,O ſpes,ô hominum fallacia vota caducum.
Senſibilis Lactant.Igitur quia homo ſenſibilis eſt.
Imbecillus Idem,Quæruntur hominem nimis imbecillum & fragilem naſci.
Prouidus Idem,Hoc animal prouidum,ſagax,multiplex,acutum,memor,&c.
Incautus Mant.Ipſe ſibi blanditur homo,ſolerſq; putari Vult animal,&c.
Puſillus Iuuen.Sat.15.Terra malos homines nunc educat atque puſillos.
Aerumnoſus.Theod.Et Homerus quidẽ imbecillũ ærumnoſumq; appellat hoĩem.
Lubricus Idem,Tantũq; incitamentũ præbent lubricis ad peccandum hoĩbus.

HONOR.

Egregius Apul.Tibi ciuitas omnis pro iſta gratia honores egregios obtulit.
Inuidioſus Ouid.lib.6.Faſt.Hic honor in nobis inuidioſus erit.
Prodigioſus Claud.Sæuit in autorem prodigioſus honor.
Terrenus Lactant.Et vitia terrenis honoribus aut pœnis æſtimauerunt.
Celebris Mapph.Ingredere,& celebres cape,quos ſpondemus,honores.
Solennis Liuius,Plebs fraudari ſolenni honore ſupremum diem tãti viri noluit.
Eximius Lud.Big.Cedat in eximium tanti paſtoris honorem.
Fragilis Idem,Et fragiles hominum ſemper contempſit honores.
Conſpicuus Idem,Nec me conſpicui fucus titillat honoris.
Mundanus Mant.Mundani hulſus honoris amor.
Mollis Marull.Ebria titillat pectora mollis honor.
Tumidus Propert.lib.2.Qui nunc ſe in tumidum iactando venit honorem.
Popularis Cic.Quid tandem futurum eſt ijs,quorum vita remota ab honore populari.
Ambitioſus Idem lib.5.Quæſt.Tuſc.Omitto quæ præferant,quæq; patiantur ambitioſi honoris cauſa.
Mirificus Mant.Cum duce mirificis effecit honoribus ipſum.
Ambitus Claud.Fallit,& ambitos a principe vendit honores.

HORA.

## HORA.

Properans Lucan.lib.7.Mortis vicinæ properantes admouet horas.
Fugiens Horat.lib.3.Quod fugiens ſemel hora vexit.
Velox Ouid.lib.2.Met.Iungere equos Titan velocibus imperat horis.
Mobilis Seneca, Volat ambiguis mobilis alis horis. Pamph. Mobilis aut certos temperat hora dies.
Celer Mant.Euolat, & celeres ad curſum concitat horas.
Breuis Polit.Proh ſuperi, quid non homini breuis eripit hora?
Auricoma Idem, Auricomæ iubare exorto de nubibus adſunt Horæ.
Subita Iuuenc.Aduentus domini ſubitas deſcendet in horas.
Leuis Petrarch.Quid vano ſermone leues conſumitis horas?
Rapida Mant.Dies rapidis, ſi qua eſt bona, præterit horis.
Fugax Idem, Non ſinit hora fugax, & anhelo concita curſu.
Mutabilis Barth.Certa dies, nulliq; datur mutabilis hora.
Præceps Architr.Præceps hanc imminet hora Suppreſſura fugam.
Agilis Boet.Agiles noctis diuidis horas.

## HORATIVS.

*Q.Hor.Flac.natus eſt in Venuſio Appuliæ oppido, Patre Libertino, duobus annis ante coniurationem Catilinæ. Puer dedit operam Orbilio Beneuentano, prouectior factus Athenas ſe contulit, vt Philoſophiæ vacaret. Moribus fuit impudicis. Natura in iram propenſa, ſed tamen facie placabili. Tribunitiam Romæ adeptus eſt dignitatem. Præter cæteros coluit Mecænatem, a quo plurimum etiam amatus. Compoſuit libros Carminum 4. Epodon, & Secülare carmen, libellum de Arte poetica, duos Satyrarum, ac totidem Epiſtolarum. In Satyris imitatus eſt Lucilium. Eius carminibus ſumme oblectabatur Ouid. Statura fuit breui, corpore obeſo, oculis lippis, mortuus eſt anno 57. ætatis ſuæ.*

Fidicem Horat.lib.1.Epi. Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis Vulgaui fidicem.
Numeroſus Ouid.lib.4.Triſt.Detinuit noſtras numeroſus Horatius aures.
Vafer Perſius Sat.2.Omne vafer vitium ridenti Flaccus amico.
Caleber Mart.lib.8.Sic Maro nec Calabri tentauit carmina Flacci.
Mordax Sidon.Mordacem faciat ſilere Flaccum.
Venuſinus Pont.Hinc acer Venuſinus amaro ſublita felle Verba iacit.
Acer Codrus, Et Flaccus acer te colebat.
Doctus Hier.Balbus, Ebrius eſt, dicit quem doctus Horatius Ohe.
Lippus Horat.lib.1.Epiſt.Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.
Suauis Fr.Caluus, Naſo tener, ſuauis Flaccus, laſciua Properti Cynthia.

## HORMIVS.

Felix Stat.lib.7.Theb.Tuq; ô Permeſſe canoris, Et felix Hormie vadis.

## HORREVM.

Penſile Colum.Oportet penſile horreum, quo imponuntur fructus.
Terrenum Ouid.lib.5.Triſt.Quàm multæ gracili terrena ſub horrea ferre.
Cereale Pont.Effoſſa tellure vapor Cerealibus horreis.
Ligneum Quint.Triticeamq; parat ſuper horrea lignea meſſem.

## HORROR.

Sæuus Verg.lib.2.Aen.At me tum primum ſæuus circumſtetit horror.
Frigidus Idem lib.3.Aen.Mihi frigidus horror Membra quatit.
Dirus Lucan.lib.3.Diri tum plena horroris imago.
Niger Idem lib.5.Niger inficit horror Terga maris.
Acerbus Lucr.lib.2.Ne tu forte putes ferri ſtridentis acerbum Horrorem.
Tremulus Ouid.lib.9.Decidere, & tremulo ramos horrore moueri.
Luridus Idem lib.14.Me luridus occupat horror.
Gelidus Ouid.in Epiſt.Obſtupui gelidusq; comas erexerat horror.





Ferus Val.Flac.lib.7.Nix & cærulei Boreæ ferus abſtulit horror.
Martius Polit.in Ruſt.Hinc facies procera, hinc fronti Martius horror.
Exanguis Claud. At procul exanguis Ruffinum perculit horror.
Seruilis Idem, Conſcia ſeruilis præcordia concutit horror.
Implacabilis Ruff.Feſt.Exerit ille ſali, furit implacabilis horror.
Exitialis Tho.Rad. A lugubri nanq;, ſæuientiq; exitiali horrore.
Tranquillus Auſon.Qui locus horrore tranquillo raro eundem animum præſtat.
Ater Marul.Dum noctis atrum Delia horrorem excutit.
Truculentus Quint.Truculentus horror vocis.
Barbarus Idem, Cruda vbi barbaries, & barbarus infremit horror.
Terribilis Pall.Soran.Quis mihi terribilis præcordia conterit horror.
Terrificus Mant.Terrificus tenebrarum hic incipit horror.
Sonorus Barth.Vrbemq; ſonoro Terruerant horrore tubæ.

## HORTVS.

Halans Verg.lib.4.Georg.Inuitant croceis halantes floribus horti.
Pinguis Pont.Non fructus, non poma daret de pinguibus hortis.
Ferax Verg.in Hort.Laudem feracis prædicemus hortuli.
Mollis Idem de Obit.Mecœ.Pierides, Phœbumq; colens in mollibus hortis.
Riguus Ouid.lib.10.Vt ſi quis violas, riguoq; papauera in horto.
Irriguus Horat.lib 2.Serm.Irriguo nihil eſt elutius horto.
Florens Mant.Brumaq; florentes noua contriſtauerat hortos.
Sitiens Lib.1.de Porto, Et dare, quas ſitiens iam bibat hortus aquas.
Frondens Pont.Si curæ tibi ſit lecta è frondentibus hortis Seruare.
Hilaris Colum.Quàm nititis hilares collucent fœtibus horti.
Fœcundus Idem, Iamq; eruca ſalax fœcundo prouenit horto.
Excultus Idem, Excultoſq; iubet, claudamus vt hortos.
Cultus Ouid.lib.5.Met.Et cultis dum ſimplex errat in hortis.
Fertilis Idem lib.5.Faſt.Rura nec in precio fertilis hortus erat.
Pomoſis Tibul.Pomoſiſq; iubet cuſtos ponatur in hortis.
Algens Mart.lib.5.Algentem modò qui reliquit hortum.
Suburbanus Idem lib.7. Parua ſuburbani munuſcula mittimus horti.
Felix Idem lib.13.Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.
Pomifer Pont.Ac mihi pomiferis vacet Antiniana ſub hortis.
Redolens Pont.Dona legens ſi lecta manu redolentibus hortis.
Odoratus Idem, Mala & odoratis non indecor arbutus hortis.
Inſignis Idem, Inſigneſq; auro & pomis radiantibus hortos.
Fragrans Idem, Torpet humus, decor ille horti fragrantis.
Occultus Idem, Seruat in occultis virgo iam nubilis hortis.
Secretus Idem, Illi ſecretis fons eſt nitidiſſimus hortis.
Floridus Idem, Temanet irriguis floridus hortus aquis.
Roſidulus Idem, Qualis roſidulo florens hyacinthus in horto.
Apricus Idem, Vt tener aprico creſcens hyacinthus in horto.
Floridulus Idem, Qualis floridulo nitens in horto.
Viridis Idem, Et penus & virides horti, & genialis & vmbra.
Placidus Idem, Ludere me placidos Sebethi ad fluminis hortos.
Florifer Polit. At vaga floriferos errant diſperſa per hortos.
Genialis Stroz.pat. Dum vagus huc illuc hortis genialibus erro.
Generoſus Idem, Nec patris Alcinoi generoſis legit in hortis.
Amœnus Idem, Cedriferi colles, & amœni collibus horti.
Conſpicuus Sedul.Conſpicuos pomis non deficientibus hortos.
Viridans Mich.Angl.Non horti rapidus Boreas viridantis honorem.
Pictus Guil.Caſt.Mitia poma tibi pictis naſcentur in hortis.

Albens Val.Var.Et albentes incedit flora per hortos.
Specioſus Remacl.Dic,ait,ò cuſtos ſpecioſi laurifer horti.
Lætus Calent.Nec longè nimium lætos conſeuimus hortos.
Auricomus Corn.Gall.Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis.
Septus Catull.Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis.
Odorifer Pacific.Quicquid odoriferis violarum creſcit in hortis.
Floricomus Textor,Floricomo quid adhuc damiſella quieſcis in horto.

HOSPES.

Mobilis Claud.Nec bibit ignotas mobilis hoſpes aquas.

HOSPITALITAS.

Comis Quint.Tum comi,hilariq; hoſpitalitate ſedulo habeat.

HOSPITIVM.

Come Liuius,Atque inde comi hoſpitio acceptum.
Dulce Crinit.Marulle hoſpitium dulce tibi exhibet.
Amœnum Quint.Peregrinæ gentis amœnum Hoſpitium.
Benignum Verg.li.4.Aen.Benigno indulge hoſpitio, cauſasq; innecte morandi.

*HOSTIA.*

*Hoſtia,erat victima, quæ immolabatur cæſis hoſtibus. Sacrificabatur autem Laribus, quorum ope victi credebantur hoſtes.Ouid.Hoſtibus à domitis hoſtia nomen habet.*

Pinguis Verg.lib.11.Nunciet hac lucos vocet hoſtia pinguis in altos.
Tenera Seneca,Donetur tenera mitior hoſtia.
Opima Lactant.His opimas & pingues hoſtias immolant.
Placabilis Mant.Sit iratæ placabilis hoſtia diuæ.
Myſtica Tibul.lib.1.Hoſtiaq; è plena myſtica porcus ara.

HOSTIS.

Aduerſus Verg.in Buc.Tela inter media,atq; aduerſos detinet hoſtes.
Infeſtus Idem in Battar.Quis tamen infeſtum pugnans deiecerat hoſtem.
Impius Idem in Aetna,Infeſtæ diuis acies,atq; impius hoſtis.
Sæuus Lucan.lib.3.Sæuus complectitur hoſtem Hoſtis.
Barbarus Idem lib.4.O fortunati,fugiens quos barbarus hoſtis.
Ferus Idem,Sollicitatq; feros non æquis viribus hoſtes.
Cruentus Hor.lib.1.Car.Acer,& Mauri peditis cruentum Vultus in hoſtem.
Perfidus Idem lib.3.Qui perfidis ſe credidit hoſtibus.
Neſcius miſereſcere.Syl.lib.2.Ceſſaſſent caſtra,ac miſereſcere neſcius hoſtis.
Trux Claud.Clypeusq; trucem porrectus in hoſtem.
Callidus Idem,Callidus ante pedes venientibus obijcit hoſtis.
Iniquus Pont.Succurrit populis,& inique ex hoſte recepit.
Violentus Idem,Qua ſe violento ex hoſte recepit.
Lethifer Idem,Sed neq; me,vel tela mouent,vel lethifer hoſtis.
Acerbus Idem,Heus pharetris parcas hoſtis acerbe tuis.
Fallax Codrus,Hanc metuit fallax hoſtis,amicus amat.
Inuiſus Sabel.Inuiſum tormenta queat procul ictibus hoſtem.
Ferox Idem,Quando ferox hoſtis Vulcania circum Semina diſſeruit.
Inſolens Conrad.Vt hoſtis inſolens feret.
Truculentus Augurel Hoſtibus opponit truculentis.
Pernicioſus Idem,Pernicioſis hoſtibus ingredi.
Terriſonus Balbus,Et qui terriſono nunc vndiq; cingor ab hoſte.
Dirus Quint.Vireſq; diris hoſtibus libens dedit.
Rixoſus Mant.Quorum ope rixoſos agerent de finibus hoſtes.
Belliger Idem,Cui nunquam belliger hoſtis ingruit.
Crudus Idem, Supplicium crudo quodcunq; videbitur hoſti.
Peſtifer Cantal.Sed quod peſtifero ſic nos ſeruaris ab hoſte.





Infenſus Germ.Brixius,Infenſos veſtris hoſtes defendite ab horis.
Pugnax Propert.lib.3.Vel tibi Mœdorum pugnaces ire per hoſtes.
Sanguinolentus.Pictorius,Quiq; hoſtis fuerat ſanguinolentus amat.

HOSTIVM.

Rimoſum Stroz.fil.Singula dum luſtro,rimoſa per hoſtia cerno.

HVMERI.

Albi Horat.lib.2.Carm.Non Chloris albo ſic humero nitens.
Muſculoſi Veget.Humeris muſculoſis,valentibus digitis.
Fortes Seneca,Et ſi fortibus leue pondus lacertis.
Candentes Pont.At ſi candentes humeros,& eburnea colla.
Pulchri Pamph.Atq; comam,pulchroſq; humeros aurata flagellat.
Niuei Sabell.Aut niueos exutæ humeros,ſparſiſq; capillis.
Candidi Corn.Gallus,Productum benè candidis humeris.
Albentes Mant.Pectus & albentes humeros irrorat.

HVMVS.

Pinguis Verg.lib.Georg.At quæ pinguis humus,dulciq; iligine læta.
Cretoſa Col.Denſa,cretoſaq; & vliginoſa humus, ſiligmem & far adoreum.
Lutoſa Idem, Ne lutoſa humus inculcata maioré in foſſore laborem præbeat.
Dulcis Colum.Tum mihi ferrato verſetur robore pallæ Dulcis humus.
Vda Horat.lib.3.Car.Et vdam Spernit humum fugiente penna.
Arenoſa Ouid.lib.2.de Remed.Nunc in arenoſa laſſa iacebat humo.
Diues Idem lib.1.Met.Nec tantum ſegetes, alimentaq; debita,diues Paſcebatur humus.
Humida Idem lib.5.Met.Frigora dant rami,varios humus humida flores.
Herboſa Stroz.pater,Errat in herboſa ſegnis onagrus humo.
Dura Ouid.lib.4 Faſt.Viuat,& in dura ſæpe laboret humo.
Picta Polit.Pictaq; florifero germine vernat humus.
Viridis Ouid.lib.6.Faſt.Pars viridem celeriter pede pulſat humum.
Gelida Stroz.pat.Iampridem in gelida deſeruiſtis humo.
Graminea Ouid.in Epiſt.Aut in graminea ponere corpus humo.
Lata Ouid.in Epiſt.Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
Solida Idem lib.1.Eleg.Et ſolidam longo carmine findit humum.
Madida Idem lib.2.Eleg.Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum.
Immunda Idem lib.1.de Arte,Collige & immunda ſedulus effer humo.
Limoſa Idem lib.1.de Rem.Et quam limoſa canna paluſtris humo.
Comans Stat.lib.5.Theb.Languentiaq; ora comanti Mergit humo.
Frigida Val Flac.lib 4.Et frigida raris dentibus arcet humus.
Altrix Sidon Humum altricem nunc velut hoſtium ſolum fugias.
Foſſilis Idem,Non ſola penetratur,aut arena ſubtilis,aut humus foſſilis.
Sitiens Pont.Et grato ſitiens rore madeſcit humus.
Florida Idem,Quaq; mouet greſſus,florida ridet humus.
Fœcunda Stroz.Sparſaq; fœcundæ ſemina mandat humo.
Gleboſa Pamph.Gleboſam Cereri ſcindere taurus humum.
Patens Augur.Vtq; patentem Repentes per humum.
Cærulea Pallad Sor.Ceruleæ veſtra eſt tradita mater humo.
Virens Mant.Si vidiſſet humum curua in conualle virentem.
Fruticans Idem,Tota pauperibus fruticans humus.
Herbida Idem,Vbi fert omnes humus herbida fructus.
Limifera Remaclus,Limifera productus homo non appete cultu.
Lapidoſa Mant.Qualis humus ſegnis,lapidoſa rebellis aratro.
Tenera Tibull.lib.1.Et teneram ferro ſollicitauit humum.
Formoſa Propert.lib.1.Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores.

Vernans Mant. Vernant humus alta ſodile Eleuat.

H V M O R.

Gelidus Verg.lib.1.Georg. Vere nouo gelidus canis quum montibus humor Eliquitur.
Tener Idem lib.2.Geor. Laxant arua ſinus, ſuperat tener omnibus humor.
Aquatilis Varro, Qui eſt humor aquatilis ac detrimentũ conditum in vas ſictile.
Defluens Colum. Namq; defluens humor cæcat oculum.
Pluuius Pallad.Rut. Humorem pluuium cliuo fallente deducens.
Exundans Idem, Humor exundans per gradus quoſdam.
Liquidus Lucr.lib.1. Liquidus humor & vberibus flent omnia guttis.
Dulcis Plin.lib.3. Dulcem intra ſe colligunt humorem.
Nebuloſus Vitruu. Ex his nullus ſurgit humor nebuloſus.
Conglobatus Idem, Excitat humores, & etiam conglobatos in altitudinem tollit.
Spumeus Nemeſianus, Spumeus inq; humeros & pectora defluit humor.
Fumidus Pont. Fumidus & medicas extulit humor.
Lucidus. Idem, Myrteolæq; fluet lucidus humor aquæ.
Roſidus Idem, Nox vdula humore tingit roſido.
Frigidus Conrad. Eximit ſacræ Cereri dicatus Frigidus humor.
Aquaticus Mant. Quàm calor & venti ſimulant, & aquaticus humor.
Pinguis Idem, Protulit & pingui ramos humore fluentes.
Tenax Idem, Palpebras leuat hærentes humore tenaci.
Madidus Fauſt. Lucenteſq; micant, madidus quum defluit humor.
Roſidus Catull. Roſido nutriunt in humore.
Aqueus. Theodor. Aqueuſve humor ab igne corrumpitur.
Lentus Verg.lib.1.Georg. Noctis lentus non deficit humor.

H V N N I.

Turpes Claud. Iam parat inſidias, qui nos aut turpibus Hunnis.
Peſtiferi Sabell. Huc ego peſtiferi depulſus mœnibus Hunni.
Minaces Idem, Cogere Pannonias acies, Hunnuſq; minacem.
Feri Idem, Verſabat, quum iam ferus omnia perderet Hunnus.
Torui Conr. Varo perempto cum legionibus, Hunniſq; toruis.
Belligeri Barth. Francorumq; manus Heruliq; & belliger Hunnus.

*H Y A C I N T H V S.*

*Hyacinthus puer fuit Laconicus, ſpecioſiſſimus ab Apolline ſimul & Zephyro vento adamatus, Qui quum in Apollinis amorem magis inclinaret, ob zelotypiam in ſe Zephyrum armauit. Quum igitur ſe diſco cum Apolline ſe exerceret. Zephyrus vehementius flare cœpit, diſcumq; ab Apolline in aerem coniectum ita repercuſſit in Hyacinthum, vt ipſum interfecerit. Apollo autem ne tam formoſi pueri memoria interiret, ipſum in ſui nominis florem commutauit.*

Rubens Verg.in Buc. Munera ſunt lauriq;, & ſuaue rubens hyacinthus.
Ferrugineus Idem lib.4.Georg. Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacintos.
Cæruleus Colum. Nec non vel niueos, vel cæruleos hyacinthos.
Corycius Idem, Nec minus cœleſtis numinis hyacinthus Corycius.
Amyclides Ouid.lib.10. Te quoq; Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus.
Dænarides Idem, Tollere Tænarides orbem properabant.
Oebalides Stat.lib.2.Syll. Oebalidem illo præceps mutaret Apollo.
Oebalius Mart.lib.11. Oebalius flammas iuſſit abire puer.
Purpureus Manil. Pallentes violas & purpureos hyacinthos.
Ephedus Auſon. Ephebus iſte flos erit.
Blandus Pont. Mixtaq; roſa, blandiſq; hyacinthis.
Roſeus Idem, Ad frontem roſeus diffulgebat hyacinthus.
Mollis Idem, Deq; ſinu fluxere roſæ, moleſq; hyacinthi.
Florens Idem, Qualis roſidulo florens hyacinthus in horto.

Tener



Tener Idem, Vt tener aprico creſcens hyacinthus in horto.
Purpuraſcens. Tho.Rad. Ex hyacintho purpuraſcenti vir maieſtatis eximiæ.
Salaminiacus. Polit. Et ſalaminiaci ſcribunt ſua nomina flores.
Candidus Pamph. Candidus Oebalides hoc tibi Phœbe placet.
Dulcis Remaclus, Hic date, verbenas caſiam, dulces hyacinthos.
Luteolus Idem, Nec quum luteolo vaccinia pulla hyacintho.
Ruber Fauſt. Pallentes alia violas, rubroſq; hyacinthos.
Pulcher Hieron. Aug. Narciſſi, atque tuæ pulchre hyacinthe comæ.

*H Y A D E S.*

*Septem ſunt ſtellæ in ore & cornibus Tauri, quæ quoties naſcuntur, vel occidunt, pluuias creant. Ferunt aũt Atlantis filiæ ex Aethra, quæ quum Hyan fratrẽ interfectum à leæna, continua deflerent lamentatione, in ſtellas verſæ ſunt. Alio nõie vocantur Atlantides & Suculę, vel dictæ ſunt pluuia. De his Ouid. Ora micant Tauri ſeptem radiantia flammis. Nauita quas Hyadas Grauius ab vrbe vocet. Pars Bacchum nutriſſe putat, pars credidit eſſe Tethios has neptes Oceaniq; ſenis. Earum nomina ſunt, Eudora, Ambroſia, Pyridile, Croni, Phito, Polixo, Thiene.*

Inſerenæ Stat.lib.1.Syll. Non tantis Hyas inſerena nymbis.
Nymboſæ Claud. Nymboſaq; Taurum Ducat Hyas.
Pluuiæ Codrus, Non pluuias Hyadas, non ſeptem ſigna Trionum.
Triſtes Conr. Pleiades nautis, Hyadaſq; triſtes.
Suculæ Plin.lib.2. Qualiter in ſuculis ſentimus accidere, quas Græci ob id pluuio nomine Hyadas appellant.

H Y A L I.

Fragiles Mant. Cum gemmis fragiles hyalos, cum Palladis imbre. Hyalum ponit pro vitro, vt vult commentator.

*H Y B L A.*

*Mons eſt Siciliæ apibus & optimi mellis copia abundans, vt Hymettus Atticæ. Ouid. Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.*

Crocea Colum. Sicanij croceæ deſcendant montibus Hyblæ.
Florida Mart.lib.2. Florida per varios vt pingitur Hybla colores.
Trinacris Ouid.lib.5.Triſt. Et careat dulci Trinacris Hybla thymo.
Alta Idem lib.2.de Ponto, Altaq; quàm multis floreat Hybla thymis.
Sicula Idem in Ibim, Nanq; neq; quot flores Sicula naſcuntur in Hybla.
Fertilis Claud. Pubeſcunt virgulta velis, vt fertilis Hybla.
Mellifera Sidon. Quales mellifera virent in Hybla.
Sicanis Pont. Tunc mihi corda liquant vel mella Sicanidos Hyblæ.
Floricoma Auſon. Quales floricoma violæ naſcuntur in Hybla?
Diues Pont. Regna tenet laticis, quem florida deliquat Hybla.
Herboſa Mant. Alluit, herboſa quæ ſunt, effuſa ſub Hybla.

H Y D A S P E S.

Nyſæus Lucan.lib.8. Qua rapidus Ganges, & qua Nyſæus Hydaſpes.
Fabuloſus Hora.lib.1.Car. Caucaſum, vel quæ loca fabuloſa Lambet Hydaſpes.
Gemmifer Seneca, Tepidis Hydaſpes gemmifer currens aquis.
Aurifer Claud. Auriferum veniam poturus Hydaſpem.
Nabathæus Sidon. Texta Nabathæum pro remo ſulcat Hydaſpem.
Diues Seneca, Ruraq; diues cingat Hydaſpes.
Lenis Quint. Non Nilus Pharios, non Indos lenis Hydaſpes.
Longinquus Mant. Siue meos vultus teneat longinquus Hydaſpes.
Mœdus Verg.li.4.Geor. Lydia, nec populi Parthorum, aut Mœdus Hydaſpes.
Clarus Sabell. Ecce Indus, Tigridiſq; rapax, en clarus Hydaſpes.
Tumidus Mirand. Hydaſpem ſpectauit tumidum.

*H Y D R A.*

*Hydra fuit ſerpens in Lerna palude, propè Agros. Cui quum Hercules caput vnum amputabat,*

*tabat, duo protinus renaſcebantur. Hanc tamen interemit Hercules ipſe.*
Renaſcens  Verg. de Obitu Mecœnatis, Tunc ne renaſcentem terreret velociter hydram.
Lernæa.  Idem lib. 8. Lernæus turba capitum circunſtetit anguis.
Stridens  Verg. lib. 6. Aen. Ac belua Lernæ Horrendum ſtridens.
Immanis  Idem, Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra.
Colubrifera  Ouid. lib. 5. Meta. Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Dira  Horat. lib. 1. Epiſt. Diram qui contudit hydram.
Vallata colubris. Lucret. lib. 5. Hydra venenatis poſſet vallata colubris.
Ramoſa  Stat. lib. 4. Theb. Squallet triplici ramoſa corona Hydra recens obitu.
Improba  Mart. lib. 5. Improba Niliacis quid facit hydra feris.
Fœcunda  Idem lib. 9. Fœcundam vetuit reparari mortibus hydram.
Virens  Claud. Lernæamq; virens obſederat hydra paludem.
Argolis  Codrus, Diffudit criſtas Argolis hydra nouas.
Superba  Idem, Centauri & damnis hydra ſuperba ſuis.
Nocens  Pamph. Mortibus innumeris lac dedit hydra nocens.
Ferox  Idem, Mortibus innumeris ſurgit vt hydra ferox.
Multiplex  Augur. Lec ſeruens refugit tundere viuidũ Hydræ multiplicis caput.
Horrenda  Guill. Caſtellus, Preſſit horrendam domitor Tyrinthius hydram.
Septemplex  Mant. Bellaq; & atroces iras ſeptemplicis hydræ.
Frigida  Idem, Frigida limoſis incluſa paludibus hydra.
Rediuiua  Idem, Ac rediuiuam mortibus hydram.
Tumens  Fauſtus, Lernæamq; hydram, rediuiua in colla tumentem.
Populoſa  Architr. Quin nocuo fœtu populoſa repullulet hydra.

HYDRIA.

Fictilis  Bud. Lagena vas eſt ea forma, qua hydriæ fictiles hodie à Bellouacis improbantur.

HYDROPICVS.

Sitiens  Fauſt. Quum biberis ſitiens optatam hydropicus vndam.
Dirus  Hor. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, Nec ſitim pellet, niſi cauſa morbi Fugerit venis, & aquoſus albo Corpore languor.
Inſaturatus  Textor, Lydiacis hydrops inſaturatus aquis.

*HYDROPISIS.*

*Morbus eſt aqueus ſubcutaneus, quando ſcilicet ſub cute eſt aqua, quæ facit ventrem turgeſcere & inflari. Quo morbo qui laborant explere ſitim nequeunt.*
Tumida  Architr. Mœroris tumidam curas hydropiſin ægro.

*HYDRVS.*

*Hydri in aqua viuunt, nulli ſerpentium inferiores veneno. Horum iecur ſeruatum aduerſus percuſſos a iis, auxilium eſt. Percuſſis ab hydro grauis excitatur torpor, afficiuntur inſuper obliuione rerum, videntur nebulam præ oculis habere, in horrorem ac rabiem agi, tertia demum die pereunt.*
Immanis  Verg. lib. 2. Georg. Inuertere ſatis immanis dentibus hydri.
Turpis  Ouid. lib. 4. Met Gorgoneum crimen turpes mutauit in hydros.
Stridens  Stat. lib. 11. Ora reducentem premit, ac ſtridentibus hydris.
Niger  Val. Flac lib. 2. Tormenti genus, & nigris amplectitur hydris.
Sæuus  Idem lib. 6. Terrentem ſæuis ſqualentem ſuſtulit hydris.
Cadmæus  Idem lib. 7. Ac tibi Cadmæi dum ſeminis exeat hydri.
Echionius, ab epitheto Cadmi. Idẽ li. 8. Sæuaq; echionij ferro ſata pſequar hydri.
Sons  Claud. Coniurant furiæ, crinitaq; ſontibus hydris Tiſiphone.
Gorgoneus  Idem, Gorgoniusq; premens aſſibilat hydris.
Pinguis  Idem, Illyricis pingues pectebat cladibus hydros.
Toruus  Idem, Toruos aurum circumligat hydros.





Liuens  Pont. Sed quid liuentes in me conuertitis hydros.
Rabidus  Quint. Pectentes rabidos longis pro crinibus hydros.
Longus  Idem, Cui longum calcaret hydrum.
Niligena  Mant. Niligena abiens ab ouilibus hydrus.
Cærulæus  Idem, Omnia cærulæis auras lambentibus hydris.
Libycus  Bartho. Proſilit, & Libycos violentior explicat hydros.
Intortus  Architr. Sollicitumq; minus intorto verberat hydro.
Sepulchralis  Mant. Tecta ſepulchrales hydri poſuere.

HYEMS.

Aquoſa  Verg. in Buc. Sythoniasq; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.
Ignaua  Idem lib. 1. Georg. Nudus ara, ſere nudus hyems ignaua colono.
Triſtis  Vergil. lib. 4. Georg. Et quum triſtis hyems etiam nunc frigore ſaxa Rumperet.
Dura  Idem ibidem, Sin duram metuens hyemem, parcesq; futuro.
Glacialis  Idem, de Glacie Strinxit aquas tenues vt glacialis hyems.
Aſpera  Idem lib. 2. Aen. Sæpe illos aſpera Ponti intercluſit hyems.
Atra  Idem lib. 7. Atra ſubegit hyems veſtris ſuccedere terris.
Frigens  Colum. Hoc per hyemem frigentem alimentum præbeat.
Acris  Horat. lib. 1. Carm. Soluitur acris hyems grata vice veris.
Informis  Idem lib. 2. Informes hyemes reducit Iuppiter idem.
Iniqua  Pont. Conuertit terga, atq; hyemem poſt egit iniquam.
Crepitans  Lucret. lib. 5. Hyems ſequitur crepitans, & dentibus alget.
Lethalis  Ouid. lib. 2. Met. Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit.
Horrida  Idem lib. 15. Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu.
Adoperta gelu. Ouid. li. 3. Faſt. Quid quod hyems adoperta gelu tunc deniq; cedit.
Improba  Idem lib. 1. Triſt. Improba pugna hyems, indignaturq;.
Pigra  Idem lib. 3. Eleg. Quas tibi diuitias pigra miniſtrat hyems.
Deformis  Syll. lib. 3. Sedesq; tuetur Perpetuas deformis hyems.
Frigida  Claud. Frigida ter decies nudatum frondibus Hæmum Tendit hyems veſtire gelu.
Prægelida  Plin. lib 18. Nam quum hyeme prægelida capræ ſegetes eſſent.
Pluuioſa  Idem, Nubilo occaſu pluuioſam hyemem denunciat.
Sæua  Idem, Tempus præparandi ſe contra ſæuam feramq; hyemem.
Fera  Stat. lib. 5. Theb. Quum fera ponit hyems.
Ventoſa  Heſiodus, Vertitur in ventoſam hyemem fuge prouidus illam.
Atrox  Mant. Fragrantia primi Veris, atrox dum ſæuit hyems.
Imbrifera  Syll. lib. 3. Imbriferamq; hyemem permixta grandine torquet.
Immitis  Syll. li. 12. Auſtri nebuloſam vertice frontẽ Immitis condebat hyems.
Aedonia, ab Aedone Thraciæ monte gelidiſſimo. Stat. lib. 5. Theb. Dulcius Aedonies hyemes, Arctumq; frementem Excipere.
Ferrea  Idem ibidem, Et ferrea nymbis Certat hyems.
Aeolia  Idem lib. 12. Rumpitur Aeolia, & longam indignata quietem Tollit hyems. Ab Aeolo ventorum rege.
Sarmatica  Idem libro 5. Syll. Sarmaticasq; hyemes, Iſtrumque, & pallida Rheni Frigora.
Cæca  Val. Flac. lib. 3. Vt cæca profundo Currit hyems.
Aquilona  Idem libro 6. Quum ſubito immiſſis præceps aquilonia nymbis Venit hyems animos.
Armata  Claud. Cui fundit ab antris Aeolus armatas hyemes.
Turbida  Vaſtis quæ turbida ſyluis Spargit hyems.
Vndoſa  Martian. Capella, Hyems vndoſa genuerat.
Torrida nymbis. Calphurnius, Ne torrida nymbis Inſtet hyems.

Maligna  Pont. ſub Ioue quæ ferat æſtates, hyemiq; malignæ.
Ferox  Idem, Igne ferox lenitur hyems.
Segnis  Idem, Ocia ſegnis hyems, ocia quærit amor.
Cana  Idem, Sæuit hyems in cana gelu, riget horrida bruma.
Grauis  Idem, Perq; graues hyemes, frigora perq; vitent.
Pluuialis  Stroz. pat. At pluuialis hyems Zephyro ſpirante recedit.
Gelida  Liuius, Inſignis annus hyeme gelida ac niuo a fuit.
Operoſa  Mant. Surgit hyems operoſa, inopi damnoſa ſenectæ.
Niuoſa  Mant. Tu facis æſtatem, tu ver, hyememq; niuoſam.
Borealis  Idem, Nec borealis hyems vincat.
Mala  Idem, Et perpeſſa malas hyemes, perpeſſa rigorem.
Nymboſa  Idem, Non nymboſam hyemem, nec iniquæ frigora brumæ.
Inuiſa  Calent. Ventus, & inuiſæ ne noceant hyemes.
Aegæa  Claud. Aegæas hyemes, Ioniumq; domat.

*H Y AE N A.*

*Animal eſt ſexum alternatim mutans & naturam, nunc mas, nunc fœmina. Vim habet ſoporiferam, qua actos in prædam canes enecat. Quinetiam ſimulato hominis uomitu, eoſdem illectos interficit.*

Callida  Mant. Callida, & vt perhibent, noſtræ æmula vocis hyæna.

*H Y L A S.*

*Hylas filius fuit Thyodamantis, quem Hercules ob eximiam formam adamauit ſupra modũ, & cum Argonautis Colchos nauigans, ſecum duxit: ſed quum in Myſia ad hauriendã aquam Aſcanij fluuij vrnam extuliſſet, nimio pondere demerſus eſt. Vnde poetæ finxerunt eum a Nymphis ob ſpeciem raptum. Amici ruinam dolentiſſimè tulit Hercules, cumq; magna & altiſſima vociferatione frequenter inclamauit.*

Tener  Ouid. lib. 2. de Arte, Naiadumq; tener crimine captus Hylas.
Quæſitus  Iuuen. Sat. 2. Et multum quæſitus Hylas, vnamq; ſecutus.
Herculeus  Stat. lib. 1. Syl. Flumina & Herculei prædatrix cedat alumni.
Thyodamanthæus. Proper. lib. 1. Thyodamanthæo proximus ardor Hylæ.
Pulcher  Auſon. Lethifera experiens gaudia pulcher Hylas.
Clarus  Val. Flac. lib. 3. Clarus Hylas ſaltuſq; tuos, fonteſq; pererret.
Paruus  Idem, Certa moræ, ne paruus Hylas.
Tirynthius Bap. Pius, Non tantum geminatus Hylas Tirynthius.
Thyodamante genitus. Idem, Falſiparens genitum Thyodamante deus.
Formoſus  Propert. lib. 1. Formoſum Nymphis credere viſus Hylan.

*H Y M E N.*

*Hymen, ſeu Hymenæus, filius fuit Veneris & Liberi patris, Deus nuptiarum ab antiquis creditus, quod primus certas nuptias inſtituerit. Capitur quandoq; pro ipſo connubio, & interdum pro cantu nuptiali.*

Vinctus ſertis. Ouid. in Epiſt. Affuit & ſertis tempora vinctus Hymen.
Formoſus  Idem, Turpia formoſus corpora iungit Hymen.
Floricomus Ruffus Feſtus, Orchilos infeſtus ſi floricomis Hymenæis.
Lætus  Pont. Lætus vt ad thalamos carmina pangit Hymen.
Pulcher  Idem, Pulcher Hymen Hymenæe, Hymen, Hymen, ò Hymenæe.
Mitis  Idem, Mitis Hymen, Hymenæus, Hymen cui mollia curæ Coniugia.
Dulcis  Idem, Dulcis Hymen, Hymenæus, Hymen.
Mollis  Idem, Mollis Hymen, Hymenæe, Hymen, Hymenæe venito.
Blandus  Idem, Blandus Hymen ſine veſte iubet dormire maritos.
Connubialis Stroz. pat. Fœdere non certo connubialis Hymen.
Honeſtus  Stroz. fil. Iunxit honeſtus Hymen tædis illuſtribus omnes.
Tædifer  Calen. Audis tædiferum pueros Hymenæa canentes.
Feſtus  Ruraq; compleret Thracia feſtus Hymen.

Erro-



Errorinagus Muſæus, Atq; erroriuago perſuſi ſunt Hymenæo.

*H Y M E T V S.*

*Mons eſt Atticæ, clarus & abundans apibus, & copia mellis optimi.*

Actæus  Col. Naryciæ picis, aut Actæi mellis Hymetti.
Florens  Ouid. lib. 7. Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Dulcis  Iuuen. Sat. 13. Dulciq; ſenex vicinus Hymetto.
Cecropius  Sabell. Cecropioq; vagentur apes, quum vernat Hymetto.
Olens  Stat. lib. 12. Et olentis arator Hymetti.
Theſæus  Mart. lib. 13. Hoc tibi Theſæi populatrix mittit Hymetti.
Vernus  Val. Flac. lib. 5. Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti.
Erechthæus Sidon. Pallas Erechthæo Xantum mutabat Hymetto.
Pulcher  Pont. Regna tenet mellis pulcher Hymette tui.
Viridis  Pamph. Veronæ ſemper viridis præponit Hymetti.
Cerealis  Sabell. Taygetuſq; virens, nec non Cerealis Hymettus.
Tepidus  Mant. Attica, & in primis tepidi iuga mollia Hymetti.

H Y M N V S.

Iſmarius  Quint. Iam tacita Iſmario poſitis vlulatibus hymno.
Sacer  Mant. Hic ſuperum dñi matrem decorauit, & hymnis Excoluit ſacris.
Alacer  Idem, Altiſonis alacres cecinerunt vocibus hymnos.
Dulcis  Idem, Dulces vt ſenſit apoſtolus hymnos.
Honoratus  Fauſtus, Semper honoratos vni tibi concinet hymnos.

H Y P A N I S.

Sonans  Verg. lib 4. Georg. Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caycus.
Biſapor  Mant. Et latos Hypanis latices biſaporis & Iſtrum.

*H Y P AE P A.*

*Hypæpa, Hypæporum vrbs eſt Lydiæ, monti adiacens, ſub cacumine.*

Parua  Ouid. lib. 6. Met. Orta domo parua, paruis habitabat Hypepis.

## I A C C H V S.

Dulcis  Colum. At metuimus læti tua munera dulcis Iacche.
Ogygius, quoniam colebatur Thebis, quæ dicuntur Ogygiæ. Stat. lib. 2. Theb. Luxus at Ogygij ſi quando afflauit Iacchi.
Lenis  Claud. Exoritur, leniſq; ſimul procedit Iacchus.
Tumidus  Mirand. Hic etenim tumidi rabiem reſtinguit Iacchi.
Cornutus, vide cauſam in dictione Bacchus. Con. Vide cornuto turbantem Iaccho.
Mitis  Mant. Vitiſatorq; pater miti deluſus Iaccho.
Corymbifer Idem, Feſta corymbifero Thyas renouabat Iaccho.
Mollis  Idem, Atq; inter fluctus molli exhilarantur Iaccho.
Spumans  Idem, Naribus applaudunt, nidor ſpumantis Iacchi.
Vitalis  Idem, Quos tam vitali deus inſigniuit Iaccho.
Pulcher  Fauſt. Tu quoq; cum Sicula pulcher Iacche dea.

I A C T V R A.

Dura  Stroz. pat. Dura fuit rerum iactura, vt ſcribis.
Flebilis  Stroz. fil. Veſtra eſt mihi flebilis æquè iactura.

I A C V L V M.

Velox  Verg. lib. 2. Georg. Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.
Acutum  Idem lib. 3. Aen. Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.
Stridens  Idem lib. 11. Infelix fugit in iaculo ſtridente Camilla.
Leue  Idem lib. 12. Ante leui iaculo longum per inane ſecutus.
Lethale  Lucan. lib. 3. Multi inopes teli iaculum lethale reuulſum.
Volans  Ouid. lib. 8. Ferrumq; Diana volanti Abſtulerat iaculo.

Tremulum

Tremulum Idem in Epiſt. Aut tremulum excuſſo iaculum vibrare lacerto.
Intortum Syll.lib.1. Verba ocyus acer Intorto ſancit iaculo.
Maurum, a Mauris venatoribus, qui clarent exercitio ſagittandi. Idem lib.3. Metiri iaculove extendere prælia Mauro.
Volucre Idem lib.9. At ſaxis, fundaq; alius, iaculoq; volucri.
Ales Idem lib.17. Infert, & iaculo circumuolat alite campum.
Aſperum Pont. Et dirus quatit in terras iacula aſpra Gometes.
Lethiferum Pamph. Deſine lethiferis figere tot iaculis.
Gnoſiacum Mant. Gnoſiacis Alcon iaculis clarebat & arcu.
Vulnificum Barth. Vulnificumq; manu iaculum Dictynna coruſcans.
Fulmineum Architr. Fulmineiſq; manum iaculis armatus & ira.
Læue Ouid.lib.2.Met. Et modo læue manu iaculum, modo ſumpſerat arcū.

*I A C V L V S.*

*Iaculus ſerpens, arbores ſubit, è quibus vi maxima turbinatus penetrat quodcunque animal obuium fecerit fortuna. Autor Plin.lib.8.cap.23.*

Volucer Lucan.lib.9. Et natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.

*I A D E R.*

*Fluuius eſt in Adriaticum mare defluens, iuxta quem eſt oppidum, quod Iadera dicitur.*

Tepidus Lucan.lib.4. Et tepidum in molles Zephiros excurrit Iader.

I A M B V S.

Criminoſus, i. maledicus. Hor.lib.1.Car. Quem criminoſis cunq; voles modum Pones iambis.
Celer Idem, Feruor & in celeres iambos Miſit furentem.
Parius Pallad.Sor. Diceris & primus Parijs comitatus iambis.
Citus Sidon. Citos iambos, elegos acutos.
Liber Ouid.lib.1.de Rem. Liber in aduerſos hoſtes ſtringatur iambus.
Pugnax Idem in Ibin, Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi.
Vltor Stat.lib.2.Syl. Carmina ſeu minax vltorem ſtringit iambum.
Volucripes Auſon. Per hanc ſalutem præpes & volucripes.
Ferox Sidon. Ferox iambus, & trochæus hactenus.
Ferus Idem, Non læſi Archilochi feros iambos.
Triſtis Polit. Nunc ſuperos celebrat, nunc triſtibus ardet iambis.
Laſciuus Idem, Comica laſciuo proſcænia laxat iambo.
Vulnificus Idem, Gaudet vulnificos elegis qui miſcet iambos.
Echidnæus Idem, Neq; enim is metuendus iambo Certet Echidnæo.
Lachrymoſus Acroluc. Induit Archilochum lachrymoſo fretus iambo.
Tumultuoſus Quint. O durum exitium, tumultuoſis Solo nomine condecens iambis.
Tragicus Idem, Non quum ſub tragicis crudelia vulnera iambis Diſſererem.
Horrendus Fr.Caluus, Perſonat horrendos Annæus triſtis iambos.
Mordicus Laur.Cing. Et mordicis atrox iambis.
Rabidus Mant. Archilocus docuit, rabido qui certet iambo.
Rabioſus Fauſt. Siue Lycambæo rabioſos ſanguine iambos.
Lycambæus Bap.Pius, Iſq; Lycambeis agitat fera regna procellis.
Trux Cat. Dediſſemq; truces vibrare iambos.

I A N V A.

Dura Bap.Pius, Infertur poſti ianua dura tuo.
Oppeſſulata Th.Rad. Ianuam firmiter oppeſſulatam pulſare vocaliter inceperunt.
Aerea Quint. Cuius in acceſſu varijs micat ærea ſignis Ianua.
Crudelis Pont. Crudeles poſtes, crudelis ianua.
Firma Tibull.lib.1. Clauditur & dura ianua firma ſera.
Ferrea Mant. Ferrea marmoreos attollit ianua poſtes.





I A N V A R I V S.

Brumalis Auſon. Brumales, Ianus, Frebuarius, atq; December.
Ninguidus Sidon. Iani Numæq; ninguidos mēſes in otio fuliginoſo tranſmittere.
Gelidus Mant. Iam gelidi decimo Iani Titane reuerſo.
Torpens Idem, Septimam poſt decimam torpentis frigore Iani.
Sterilis Idem, Poſt brumam, & Ianos ſterile, gelidoſq; Decembres.

I A N V S.

Bifrons Verg.lib.7. Saturnuſq; ſenex, Ianiq; bifrontis imago.
Belliger Lucan.lib.1. Ferrea belligeri compeſcat lumina Iani.
Matutinus Hor.lib.2.Serm. Matutine pater, ſeu Iane libentius audis.
Anceps Ouid.lib.14. Dicitur ancipiti peperiſſe venilia Iuno.
Biceps Ouid.lib.1.Faſt. Iane biceps, anni tacitè labentis origo.
Biformis Idem lib.1.Faſt. Quem tamen eſſe deum dicam te Iane biformis?
Sacer Idem, Tum ſacer ancipiti mirandus imagine Ianus.
Patultius, quia bello cauſæ eius patent, pace clauduntur, inquit Macrobius. Idem Nomina ridebis, modo nāq; Patultius idē, Et mō ſacrifico Cluſius ore vocor.
Clauiger Idem, Emenſis longi clauiger orbis iter.
Geminus Plin lib.34. Præterea Ianus geminus à Numa rege dicatus.
Pacificus Mart lib.8. Quorum pacificus ter ampliauit Ianus Nomina.
Antiquus Quint. Lucida vt antiqui ſuperet ſacraria Iani.
Quirinus, quaſi bellorum potēs, ab haſta quam Sabini curim vocant. Ianum, inquit Crinitus, pontifices multis varijsq; nominibus vocant, vt Geminum, bifrontem, Quadrifrōtem, Patrem, Quirinum, Iunonium, Cluſium, Patultium.
Iunonius, quòd non Ianurij ſolùm, ſed omnium menſium ingreſſum teneat, & Calendas, quæ ſacræ ſunt Iunoni.
Conſiuius, à conſerendo, id eſt à propagine generis humani, quæ à Iano [illegible] ſeritur.

I A P E T V S.

Trux Val.Flac.lib.1. Iapeti poſt bella trucis, flegræq; labores. Filius fuit Cœli & Terræ & Promethei pater.

I A S I O N.

Mitis Ouid.lib.9. Queritur caneſcere mitem Iaſiona Ceres.

*I A S O N.*

*Iaſon, filius fuit Aeſonis fratris Peliæ, regis Theſſaliæ qui collecta iuuenum expeditorum manu Colchos ad rapiēdum vellus aureum profectus eſt, ibiq; adamatus à Medea filia Aeti regis Colchorum, ex qua liberos ſuſcepit, quos illa demum interfecit, ægreferens ſuperinductam ſibi Creuſam filiam Creontis, amauit & Hypſipylem Thoantis regis filiam, quam, ſuſcepta iam prole, reliquit eadem perfidia.*

Candidus Horat. Vt Argonautas præter omnes cādidum Medea mirata eſt ducē.
Clarus Ouid.lib.7. Multaq; perpeſſi claro ſub Iaſone tandem.
Aeſonides, Aeſonis filius. Idem, Aeſonidem mutaſſe velim quo coniuge felix.
Aeſone natus Idem li.7.Met. Et caſu ſolito formoſior Aeſone natus.
Hæmonius Idem lib.7.Met. In caput Hæmonij iuuenis torquere parentes. Qm̃ Theſſalia vocatur Hæmonia.
Pagaſæus Ouib.lib.8.Met. Longius it autor teli, Pagaſæus Iaſon.
Pelaſgus Ouid.in Epiſt. Quod ſi fortè virum non dedignare Pelaſgum.
Peregrinus Idem, Virginitas facta eſt peregrini præda latronis.
Fallax Fauſt. Non profugam fallax qui Colchida luſit Iaſon.
Efferus Stat.lib.5.Theb. Socioſq; appellat Iaſon Efferus.
Aſper Val.Flac.lib.4. Talia dicta dabat, quùm protinus aſper Iaſon.
Theſſalicus Idem lib.5. Theſſalici da bella ducis.
Theſſalus Idem, Debitus Aeæis dux Theſſalus appulit oris.
Albanus Idem lib.5. Adnuitur thalamis Albani virgo tyranni.

Achiuus Idem lib.6.Iuno duci ſociam coniungere quærit Achiuo.
Superbus Idem, Quoq; hunc videam virtute ſuperbum Aeſonidem.
Trux Idem lib.7.Filia prima trucis vocem mirata tyranni.
Magnanimus Idem, At ſua magnanimum contra Pagaſæa iuuentus Proſequitur.
Prædo Val.Flac.lib.8.Vt volucris poſſem prædonis in ipſius ora Ire.
Acer Quint.Quibus acer Iaſon Ire per Ionium pelagus.
Armipotens Idem, Interea armipotens Pelia ſtimulatus Iaſon.
Periurus Calent.Credidit Aeſonidæ periuri vela ſecuta Colchis.
Phæreus Cic.lib.3.de Na.deor.Nec prodeſſet Phreo Iaſoni is, qui gladio vomicam eius aperuit.
Aeſonius Ouid.in Epiſt. Aeſonio iuueni, quod rogat illa damus.
Formoſus Medea apud Ouid. in Epiſt. Et formoſus eras, & me mea fata trahebant.
Perfidus Idem Ouid.Perfide ſenſiſti, quis enim bene celat amorem?

## IASPIS.

Fulua Verg.lib.4.Aen.Atq; illi ſtellatus iaſpide fulua Enſis erat.
Eoa, ideſt, orientalis Stat.lib.4 Theb.Electro pollens & iaſpide clarus Eoa.
Viridis Claud.Sæpe manu, viridiq; anguſtat iaſpide pectus.
Rutila Quint.Et tecta, & rutilas vrere iaſpides.
Effulgens Petrarc.Effulgens obnubit tempora iaſpis.
Virens Mant.Multa ſinus, & colla virens ornabat iaſpis.
Teres Claud.Collectæ tereti nodantur iaſpide veſtes.
Pulchra Laur.Lipp.Quum digitis iunctus pulcher iaſpis erit.
Præclara Iuuen.Sat.5.Præclara illic laudatur iaſpis.

## IBERIA.

Ferox Horat.Herbasq; quas Colchos atq; Iberia Mittit venenorum ferax.
Venenifera Th.Rhad.Iberia venenifera, Armenia montoſa.
Diſcolor Val.Flac.lib.6.Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas.

*Iberia, regio ab Ibero amne primum cognominata eſt, demum ab Hiſpalo Hiſpania. Iuſtino autore.*

## IBERVS.

*Fluuius eſt vlterioris Hiſpaniæ, qui regioni fecit nomen. Cantabros alluit, & Balearicum ingreditur mare. Iber quoque tertiæ declinationis, legitur pro populo Armeniæ. Lucan. Occurrent Iberibus alter. Priſcian. Quem iuxta terras habitant Orientis. Iberes.*

Diues Claud.Lentus Arar, Rhodanusq; celer, & diues Iberus.
Tarteſſiacus Sidon.ad Tarteſſiacum venit Indus aquator Iberum.
Veliuolus Stroz.filius, Veliuolusq; alio freta ſanguine tinxit Iberus.
Aurifer Barth.Regna ſub aurifero deſerta relinquet Ibero.
Extremus Claud.Erret, vt extremos alter ſcrutetur Iberos.

## IBERI.

Iber, i. Hiſpan⁹, quãm Iberes in Armenia.

Feri Lucan.lib.2.Quiq; feros mouit Sertorius exul Iberos.
Duri Lucan.lib.6.Si tibi durus Iber, aut ſi tibi terga dediſſet.

## ICARVS.

*Filius fuit Dædali, qui metu Minois fugiens à Creta, fretus alarum quas fecerat pater, fiducia, dum altius in auras euolaret, liquefactis à ſole pennis cereis, in mare cecidit, quod ab eius ruina Icarium capit dici.*

Dædaleus Horat.lib.3.Carm.Iam Dædaleo ocyor Icaro. Glarean. Implumisque vocor, Dædaleusq; puer.
Audax Auſon.Icario qui fecit nomina ponto.
Infelix Sabell.Icarus infelix qui ſe male credidit alis.
Temerarius Mant.Mensq; magis refugit, quando Icarium reminiſcor.
Dædalides Text.in Dialogis, Et qua Dedaliden Icaron vnda Premit.





## ICHNEVMON.

Pernicioſus Mart.lib.7.Delectat Marium ſi pernicioſus ichneumon.
Cautus Bapt.Pius, Nilicolamq; feram cautus crocodilon ichneumon Diliget.

## ICTVS.

Validus Lucan.lib.3.Validos dum præbeat ictus Sanguis.
Mortifer Colum.Eſt etiam mortifer ſerpentis ictus.
Vehemens Lucret.lib.6.Nimirum, quia quum vehementi perculit ictu.
Durus Syl.lib.4.Idem nunc roſtro, duris nunc ictibus alæ.
Lethifer Idem lib.7.Dexteriore gena ſedi, cui lethifer ictus.
Crepitans Idem lib.10.Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas.
Lethalis Idem, victorem aſſequitur, lethaliq; occupat ictu.
Reſonus Val.Flac.lib.1.Puppis in obliquum reſonos latus accipit ictus.
Ventoſus Idem lib.2.Pampineamq; quatit ventoſis ictibus haſtam.
Fortis Claud.Tum forti ſaucius ictu Diſſiluit.
Horrificus Stroz.fil.Percutit horrifico cadit ille impulſus ab ictu.
Reſultans Sidon.Vlla reſultanti non comes malleus ictu.
Incitatus Seneca, Fractum incitatis ictibus guttur ſonet.
Flammeus Idem, Quem quærit, aut quo flammeos ictus parat.
Violentus Stroz.pat.Hinc vbi percuſſam violentis ictibus ornum.
Sonorus Conrad.Sonoro aera commonefecit ictu.
Bombifer Cantalicius, Hugo vbi bombifero cecidit Cardonius ictu.
Horriſonus Architr.Et horriſonis quàm litigat ictibus aere.

## IDA.

*Mons eſt Phrygiæ, aquis & fontib. abundãs. Ex quorũ duob. Scamãder & Simois ſcaturiũt. in hoc monte Paris ſnĩam tulit pro Venere, de pomo aureo, aduerſus Palladem, & Iunonem.*

Phrygia Verg.lib.4.Georg.Et viſco, & Phrygiæ ſeruant pice lentius Idæ.
Frondoſa Val.Flac.lib.2.Pars & frondoſæ raptus expreſſerat Idæ.
Aquoſa Oui.li.6.Faſt. Ne quas Priamides in aquoſæ vallibus Idæ Contulit.
Humida Ouid.lib.10.Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ida.
Vmbroſa Idem lib.11.Aeſacon vmbroſa furtim peperiſſe ſub Ida.
Ardua Idem lib.4.Faſt.Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ida.
Amœna Ouid.lib.4.Faſt.Dyndimon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam.
Opaca Idem lib.6.Faſt.Dij temere errabant in opacæ valibus Idæ.
Sacra Idem in Epiſt.Impleuitq; ſacram querulis vlulatibus Idam.
Alta Idem, At Venus hoc pacta eſt & in altæ vallibus Idæ.
Pinifera Idem, Piniferamq; Idam falſus luſtrauerat ales.
Cliuoſa Ouid.lib.2.Eleg.Qualem cliuoſæ madidis in vallibus Idæ.
Nemoroſa Ouid.lib.1.de Arte, Forte ſub vmbroſis nemoroſæ vallibus Idæ.
Dardana Stat.lib.1.Syl.Nec ſi Dardania paſtor temerarius Ida.
Gelida Claud.Interea gelidæ ſecretis partibus Idæ.
Rhœteia Sidon.Me quoq; Rhœteia damnaſſe paſtor in Ida. A Rhœto ꝓmontorio Troadis.
Fœcunda Pont.Ide altrix ſyluarum, Ide fœcunda fœrarum.
Multifons Thom.Rad.Ida multifons, Cyzicus Romanis honora.
Frondifera Polit.Sic frondifera lignator in Ida Stat dubius.
Sigæa Sabell.Sigæa vultum flexiſſe ab Ida.
Cupreſſifera Mant.Nunc in Taygeto, cupreſſifera vel in Ida.
Iliaca Idem, Quum paris Iliaca tria numina vidit in Ida.
Dardana Idem, Dardana cliuoſo qua tumet Ida iugo.
Phœbæa Architr.Iam faſtidiuerat Idæ Arctari Phœbæa iugis.
Viridis Catul.Viridem citas ad Idam properante pede chorus.
Perfida Stat.In Achil.Eia age, rumper moras, ſine perfida palleat Ida.
Iniuſta, propter iniquum Paridis iudicium.

### IDA CRETENSIS.

Cretæa Verg.lib.12.Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Aeriſona Valer.Flac.lib.1.Haud ſecus æriſona volucer quum Dædalus Ida Proſiluit.

### IDALIVM.

Frondoſum Catull.Quiq; regis Colchos,Quiq; Idalium frondoſum.

### IDOLVM.

Profanum Remacl.Templa vides turgere,crucis periere profana Idola.

Vanum Mantuan. Verùm etiam qui vana ſacris idola profanis. Et fragiles coluere Deos.

### IDVME.

*Vrbs eſt Phœniciæ, palmarum fertilitate luxurians. Lucan. Et arbuſto palmarum dives Idume. Verg.lib.3.Georg. Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.*

Palmifera Syll.lib.3.Palmiferamq; ſenex bello domitabit Idumen.

Florens Stat.lib.3.Syll.Hacis iter quàm dulce nemus florentis Idumes.

Ferax Pont.Finitimos palmæq; feracem germine Idumen.

Fragrans Barth.Quinetiam per agros palma fragrantis Idumes.

Dis Bap.Pius,Cui Saba mollis Arabs,cui balſama ditis Idumes.

Opulenta Polit.Ac ſuas nobis opulenta palmas Mittet Idume.

### IECVR.

Calidum Front.Quum iecur calidum rapuiſſent,& a rege militi eſſet oſtenſum.

Palpitans Quint.Pulmone rupto,palpitans friget iecur.

Feruens,æſtuans ira.Horat.Feruens difficile bile tumet iecur.

### IEIVNIVM.

Languidum Iuuenc.Languida concipient animis ieiunia flentes.

Triſte Idem,Non præſente illo ieiunia triſtia portant.

Atrum Mich.Ang.Pacabis fauces,ieiuniaq; atra reſolues.

Durum Mant.Vulgus inops,poſt dura obiens ieiunia paſſim.

Improbum Fauſt.Improba concuſſa pelli ieiunia quercu.

### IESVS.

Salutifer Iuuen.Illa ſalutiferum poſtquam conſpexit Ieſum.

Clarus Idem,*Ecce die medio clarus ſe oſtendit Ieſus.*

Victor Idem,Victorem lethi pauide venerantur Ieſum.

Nazarenus Quint.His Nazarenum quærimus Ieſum locis.

### IGNAVIA.

Torpens Stat.lib.10.Et nunquam vigili torpens ignauia vultu.

Deſes Pont.Ocia mulcebant Venerem,atq; ignauia deſes.

Turpis Crin.Turpemq; ignauiam ſeueriſſimè culpauit.

Languida Mant.Languida nec fecit tardos ignauia ſenſus.

Mater ſomni Idem,Occupat exanguis,ſomniq; ignauia mater.

Serpens Architr.Non attingit humi ſerpens ignauia culmen Pigra.

Titubans Idem,Sudor & abſciſſis titubans ignauia neruis.

Iners Cic.de Senect.Sed inertis ignauiæ,ſomniculoſæq; ſenectutis.

### IGNIS.

Torridus Verg.de Signis,Et Lædæ ſoboles,& cancri torridus ignis.

Liquidus Lucr.lib.6.Deuolet in terram liquidi color aureus ignis.

Rutilus Verg.lib.1.Georg.Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni.

Auidus Verg.in Aetna,Et circa geminos auidus ſibi temperat ignis.

Edax Idem lib.2.Aen.Ilicet ignis edax ſumma ad faſtigia vento Voluitur.

Fulmifer Verg.lib.9.Fumiferos infert Mezentius ignes.

Thuricremus Idem lib.9.Votaq; thuricremos non irrita fundit in ignes.

Coruſcus Horat.lib.1.Carm.Namq; Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidens.

Celer



Celer Idem lib.3.Nec perdit impoſitam celer ignis Aetnam.

Penetrabilis Lucr.lib.1.Nec item manabile frigus,Nec penetrabilem ignem.

Aeſtifer,ab inferendo æſtu.Idem, Aeſtifer ignis vti lumen iacit,atq; vaporem.

Subtilis Lucan.lib.2.Dicere iam poſſis cęleſtem fulminis ignem Subtilè magis.

Calidus Lucan.lib.2.Deniq; iam calidos ignes gelidamq; pruinam.

Tremulus Lucr.lib.4.Iamq; rubrum tremulis iubar erigere ignibus altè.

Volans Lucr.lib.6.Vnde volans ignis peruenerit.

Flammeus Apul.Luna flammeos ſpirabat ignes.

Leuis Ouid.lib.3.Met.Igne leui ceræ matutinæq; pruinæ.

Fumificus,à me dicitur,vt mugitus ab Ouid.lib.7.dicente, Fumificiſq; locum mugitibus impleuere.

Nitidus Ouid.lib.8.Met.Dumq; volant gemmæ,nitidos vertuntur in ignes.

Infeſtus Ouid.lib.1.Triſt.Me reor infeſto (quum tonat) igne peti.

Ater Ouid.li.2.Faſt.Conde tuas Hymenęe faces,& ab ignibus atris anfer.

Rapidus Idem lib.3.de Ponto,Sic nunquam rapido lampades igne vacent.

Odoratus Idem lib.3.de Ponto,Omnis odoratis ignibus ara calet.

Aetnæus Syll.lib.8.Aetnæos quoq; contorquens è faucibus ignes.

Feruidus Idem lib.10.Tum face coniecta populatur feruidus ignis.

Vulcanius Stat.lib.1.Theb.Lacte nouo profuſus edet Vulcanius ignis.

Impius Stat.lib.5.The.Templa Iouis,quid enim hoc licitũ,ferat impius ignis.

Auarus Propert.lib.2.Has omnes ignis auarus habet.

Aeſtiuus Propert.lib.3.Tu quoq; qui æſtiuos ſpacioſius exigis ignes.

Roſeus Claud. Efflantes roſeum frenis ſpumantibus ignem.

Acutus Ruff.Feſt.Orbe ſed haud pleno finit ignis feruere acutus.

Vorax Idem, Aſtra vorax ignis,flammæ ſola cuncta coquebant.

Effluus Idem,Si flammis emicet ignis Effluus.

Volucer Manil.Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras.

Feſtinus Idem,Feſtinos Capricorne foues penetralibus ignes.

Radians Idem,Gemmarumq; Iuli radiantes lucidus ignes.

Perſpicuus Mart.Cap.Et concaua,perſpicui ignis aggeſtio.

Reſonans Seneca,Ignis æternis reſonans caminis.

Vagus Idem,Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent.

Incandens Pont.Quinentiam qua ſe incandens nocte extulit ignis.

Flammatus Idem,Concepit vbi ignis Flammatos ignes.

Fumans Idem,Eructanſq; vomit fumantes pectoris ignes.

Violentus Idem,Excoquit ſaxum violentus ignis.

Rubens Thom.Rad.Qui niueo rubeoq; igne rutilans.

Lucidus Marull.Lucidum hunc ignem,mediaſq; terras.

Ardens Pamph.Sax.Sudat ardenti retrahens ab igne Tela Pyracmon.

Flagrans Idem,Torquet me alma Venum,flagranti torqueor igne.

Splendidus Augurell.Domus renidet igne læta ſplendido.

Amorifer Fr.Philel.Venis hauſit amoriferos penitus flagrantibus ignes.

Acer Mant.Quod decies acri torruit igne ſacer.

Vulnificus Ioan.Cal.Tu quem vulnificis genitrix Cithereia torquet Ignibus.

Flammans Mant.in Iulio,Eſt in cella igni ſubter flammante coactus.

Flammiger Mant.Qui traxit Olympo Flammigeros ignes.

Flammiuomus,Idem,Flammiuomos altis ſpectabant in montibus ignes.

Lemniacus Calent.Seu tibi Lemniacos libeat tranſire per ignes.

Flammifer Bap.Pius,Det molles,det flammiferos,det pectoris ignes.

Vigil Architr.Eſt,vbi per quinq; Phœbi vigil excubat ignis.

Fumoſus Calent.Fumoſoq; obuius igni Caſeus.

Micans Barth.Atq; igne micante tenebras Diſcutiunt noctis.

Omnicremus

Omnicremus Architr. Quàm iecur omnicremo fricuiſſe libidinis igne.

Puniceus Bap. Pius, Puniceo qualis candor in igne micat.

Pendulus Bœotius, Pendulus ignis Surgat in altum.

Nebuloſus Ant. Reſinus Seſſanus, Thure quod Eoo nebuloſus fumigat ignis.

### IGNOMINIA.

Damnoſa Stroz. pat. Damnoſamq́; ignominiam, cladesq́; cruentas.

### IGNORANTIA.

Stupida Budæus, Sed ſtupidam eorum ignorantiam aut incuriam diſſolutam intuenti.

### ILERDA.

Aprica Mant. in Alph. Et apricæ cum flumine collis Ilerdæ.

Alta Lucan. Altæq́; ad mœnia rurſus Ilerdæ.

### ILLECEBRAE.

Dulces Verg. lib. 3. Georg. Dulcibus illa quidem illecebris, & ſæpe ſuperbos.

Blandæ Mant. Non illum blandis vnquam peritura voluptas Flecteret illecebris.

Fallaces Gel. lib. 20. Quid de iſtiuſmodi admirationem fallaci illecebra ſentiremus.

Facinoroſæ Apul. Sed caue fortiter a malis artib. & facinoroſis illecebris.

Doloſæ Claud. Interius fucata genas, & amicta doloſis Illecebris.

Molles Auſon. Burdigalæ molles liquimus illecebras.

Concubinales. Si. Quod differat ille honeſtiſſimus vxorius amor figmentis illecebrisq́; concubinalibus.

Suaues Lactant. Sed eam voluptatibus & illecebris ſuauibus mancipatam morte aſſiciunt ſempiterna.

Inanes Crin. O quantum inanes illecebræ anxia Paſſim virorum pectora diſtrahunt.

Petulantes Mant. Vt caperent mentem illecebris petulantibus altam.

Muliebres Idem, Traxit ab illecebris mentem muliebribus altam.

Enerues Remaclus, Illecebres prius enerues maleſana colebat.

Mites Bapt. Pius, Mitibus illecebris, plectriq́; loquacis ab ictu.

Fœmineæ Mant. Sed fœmineis, qui vicerat omnes, Vincitur illecebris.

### *ILEX.*

*Ilex arbor eſt glandifera, in cuius gñe duplex reperiri ſexus dr̃. Folia habet aculeata, quæ nõ decidunt, glandem breuem & gracilem. Nullo flore exhilaratur. Nimus in ea fructus cum Autumno pendet. Non naſcitur circa Elim, & Lacedæmonem, ꝓpea incolæ in carpentarijs fabricis eius loco vtuntur ſubere. Ciuica corona primò fuit ilignea, poſtea magis placuit ex eſculo.*

Caua Verg. in Buc. Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.

Nigra Idem, Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

Frondens Verg. li. 5. Aen. Hac viridem Aeneas frondenti ex ilice metã Cõſtituit.

Opaca Idem lib. 6. Aen. Talis erat ſpecies auri frondentis opaca Ilice.

Littorea Idem lib. 8. Littoreis ingens iuuenta ſub ilicibus ſus.

Nodoſa Lucan. lib. 3. Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex.

Tremens Horat. Frangit trementes ilices.

Viridis Ouid. lib. 1. Met. Flauaq́; de viridi ſtillabant ilice mella.

Ramoſa Idem lib. 8. Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.

Curuata Idem lib. 10. Enodisq́; abies curuataq́; glandibus ilex.

Vmbroſa Stat. lib. 5. Theb. Quum piger vmbroſa populatus in ilice ſerpens.

Hirſuta Mart. lib. 6. Hirſuta peperit rubicunda ſub ilice coniunx.

Plena fauis Claud. Ilex plena fauis, venturi præſcia laurus.

Alta Claud. Tum quum per altas impiger ilices.

Atra Ruff. Feſt. Rurſum ſigna poli cum ſpinis ilicis atræ.





Patula Nemeſianus, Torrentem patula vitabant ilice ſolem.

Triſtis Barth. Lethiferam taxum, triſtiq́; ex ilice frondes.

### *ILIA.*

*Fuit Ilia Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulſo iam Numitore fratre, & interfecto eiuſdem filio Lauſo, Veſtalem fecit, vt habendæ prolis occaſionẽ adimeret, & ne quid ſupereſſet de progenie Numitoris. Veruntamen Ilia fato quodam à Marte oppreſſa. Remum & Romulum fratres gemellos concepit, quos Amulius iuſſit interfici, & eorum matrem Iliam defodi viuam propè Tyberim, unde & Tyberi fluuio nupſiſſe fingitur. Et Tyberis ea cauſa vocatur amnis vxorius Iliæ, apud Horat. lib. 1. Carm. Cæterum miniſtri, qui pueros occidendos portauerunt, viſa lupa territi aufugerunt, relictis in Tyberis ripa infantulis, quos fera pro ſuis catulis educaſſe fertur. Adulti demùm Numitorem reſtituerunt in regnum.*

Troica Horat. lib. 3. Carm. Troica quem peperit ſacerdos.

Romana Idem, Romana vigui clarior Ilia.

Dardana Stat. lib. 1. Syll. Niſi Dardana furto Cepiſſet Martem, nec me prohibente ſacerdos.

Martia Idem, Martia fluminea poſuit latus Ilia ripa.

### ILIA.

Craſſa Polit. Et caſtigatum cohibent craſſa ilia ventrem.

Ventoſa Mant. Nunc ventoſa tument, & contrahit ilia flatus.

### ILIVM.

Sacrum Horat. lib. 3. Et pugnata ſacro bella ſub Ilio.

Crematum Idem lib. 4. Gens quæ cremato fortis ab Ilio.

Vſtum Idem in Epo. Quum Pallas vſto vertit iram ab Ilio.

Superbum Verg. Ceciditq́; ſuperbũ Ilium, & oĩs humo fumat Neptunia Troia.

Altum Ouid. lib. 14. Met. Poſtquam alta cremata eſt Ilios.

Hoc noĩe vocata eſt Troia ab Ilo Trois regis filio.

### ILLVVIES.

Fœda Pontan. Fluit æquora fœda Illuuies. Marull. Et fœdam illuuiem nube rotat caua.

Immunda Idem, Illuuiem immundam, craſſisq́; liquoribus hauſtam.

Obſcœna Ganguinus, Sordibus obſcœna proluis illuuie.

### ILVA.

Metallifera Stroz. filius, Quiq́; metalliferæ ſaxa ardua ſubdidit Iluæ.

Inſula eſt adiacens Tuſciæ metallis fœcunda.

### *ILLYRIA.*

*Illyrium, ſeu Illyria regio eſt Epiro contermina, propinqua Italiæ, ab Illyrio Poliphemi filio nominata.*

Gelida Propert. lib. 1. An tibi ſum gelida vilior Illyria.

### IMAGO.

Aurata Cato, Quorum imagines ad forum auratæ ſtant.

Cerea Horat. An quæ mouere cereas imagines.

Aerea Suet. in Auguſt. Nactus puerilem imagunculam eius æream.

Picta Conrad. Pictasq́; in auro tollat imagines.

Exculpta Vitru. Singulorum ventorum imagines exculptas contra ſuos cuiuſq́; flatus deſignauit.

Decora Pont. Reliquit Veneris decora imago.

Lucida Conr. Quot ſtellas gererent lucidæ imagines.

Culta Quint. Effigies rerũ Gallorum, & marmora cultis Splẽdida imaginib.

### IMBER.

Ater Verg. in Buc. Cærulea glacie concretæ atq́; imbribus atris.

Frigidus Idem lib. 1. Georg. Frigidus agricolam ſi quando continet imber.

Fœcundus Idem lib. 2. Geor. Tum pater omnipotens, fœcundis imbribus æther.

Pluuius Pont. Soluitur & pluuij rumpunt de nubibus imbres.

Cæruleus Verg. lib. 3. Aen. Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

Effuſus Idem lib.5. Aen. Vix hæc ediderat, quum effuſis imbribus atra Tempeſtas.

Turbidus Idẽ, Ruit æthere toto Turbidus iber aqua, dẽſisq; nigerrimus auſtris.

A Deucalione, ſub quo, vt ferunt, maxima per terras inũdatio facta eſt.

Deucalioneus. Lucan. lib. 1. Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres.

Hybernus Idem lib. 8. Et ſteriles egeant hybernis imbribus agri.

Edax Horat. lib. 3. Carm. Quod non imber edax, non aquilo impotens Poſſit diruere.

Intempeſtiuus. Lucret. lib. 2. Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.

Gelidus Idem lib. 6. Stridit vbi in gelidum propere demerſimus imbrem.

Vagus Lucr. lib. 6. Adde vagos imbres, tempeſtatesq; volantes.

Humidus Enn. apud Gel. Humidus vnde oritur imber, ſonitu ſæuo & ſtrepitu.

Aequoreus Ouid. lib. 4 de Ponto, Aequoreo madidas quæ premit imbre comas.

Ventoſus Plin. lib. 18. Corui ſingultu quodam latrantes, ſeq; concutientes, &c.

Inſanus Syll. lib. 11. Excipere inſanos imbres, cœliq; ruinas.

Saxeus Idem li. 13. Tela ſimul, flammæq; micant, tunc ſaxeus imber Ingruit.

Repentinus Veget. Sæpe repentinis imbribus ſolet exundare torrentes.

Spumeus Stat. lib. 4. Theb. Exhalat calidam nubem non ſpumeus imber.

Effluus Ruff. Feſt. Pax aderit, nuſquam mundo ruet effluus imber.

Largificus Cice. lib. 4. de Orat. Grando mixta imbri largifico, ſubita præcipitans cadit.

Sæuus Pont. Non auſtrum vrentem, non ſæuos ſentiat imbres.

Madens Pontan. Arentes hortos, ſed imbre madenti Affer opem.

Saxatilis Tho. Rad. Verum rabidis canum morſib. & ſaxatili imbre protelandi.

Infeſtus Stroz. fil. Euocet, infeſtumq; citet venantibus imbrem.

Defluus Boetius, Hyemem defluus irrigat imber.

Fluuialis Pacificus, Sic ſubitus torrens fluuiali concitus imbre.

Sonorus Quint. Imber ſonorus arborum frondes domans.

Niger Mant. Fumat hyems, æter nigro ſubtexitur imbre.

Viuificus Idem, Sub te viuifico madefacta repullulat imbre.

Niuoſus Idem, Chironem torpore gelu, caprumq; niuoſis imbribus.

Aquoſus Idem, Et vitijs vmbrare animas, vt puluis aquoſo Imbre coit.

Fluidus Idem, Exurgensq; niger fluido Vulcanus ab imbre.

Præceps Germ. Brix. Præcipitesq; ruunt liquefactis nubibus imbres.

Vligineus Mant. Atque vligineum bibulis radicibus imbrem.

Terrificus Cimbriacus, Sic quos terrificis proprijs premit imbribus vrſa.

Decolor Claud. Tum decolor imber, Infantumq; noui vultus.

Obſcurus Bap. Pius, Funditur obſcuro nymbus temerarius imbre.

Stridens Mant. Stridens medijs in nubibus imber.

Nymboſus Boetius, Nymboſisq; polus ſtetit imbribus.

## IMMANITAS.

Barbara Sopho. apud Cic. Non Graia vis, non barbara vlla immanitas.

Horrida Conra. Num barbarorũ te fugabit horrida Morumq; dira immanitas.

## IMPERIVM.

Durum Syll. lib. 13. Inſultant duro imperio, non dura, nec æqui.

Violentum. Pont. Conſilia aut ſenioris aui violentaue Martis Imperia.

Potens Idem, Victrices manus, terraq; mariq; potenti Imperio.

Manlianum Verg. lib. 6. Sæuumq; ſecuri Aſpice Torquatum.

Inſolens Crin. Vt vulgi imperium inſolens, Ceu dirum fugiam nefas.

Superbum Verg. lib. 8. Rex deinde ſuperbo Imperio.

## IMPENSA.

Profunda Claud. Magnarum, nec parcus opum, geminare profundas Diſtulit impenſas.





## IMPETVS.

Amens Stat. lib. 7. Theb. Primis ſalit impetus amens E foribus.

Sæuus Horat. lib. 3. Car. Nec ſæuus Arcturi cadentis impetus.

Viuidus Idem lib. 4. Demiſit hoſtem viuidus impetus.

Vaſtus Idem, Ferrata vaſto duruit impetu.

Celer Lucr. lib. 6. Hanc ob rem celeri volat impete labens.

Procliuus Idem, Et procliuus item fiat minus impetus vndis.

Validus Idem lib. 2. Traſmittunt valido quatientes impete campos.

Acer Idem lib. 6. Poſt vbi commouit vis eius & impetus acer.

Tremulus Idem, Nubes & tremulo tempeſtas impete fulget.

Minax Apul. Impetu minaci frequenter inhibebat.

Sæuiens Idem, Sæua modeſtia ſæuientes eius impetus mitigas.

Coloratus Idem, Primæ iuuentutis coloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimaui.

Furioſus Idem, Vix eum ab impetu furioſo cohibuiſſem.

Veſanus Idem, Impetuq; veſano, lapidibus crebris in eum velitantur.

Vehemens Vitru. Quod ſolis vehemens impetus propter nullam obſtantiam vmbrarum eripit.

Viuus Stat. li. 1. Syl. Cui rigidis ſtant colla iubis, viuusq; per armos Impetus.

Furibundus Seneca, Siſte furibundum impetum.

Demens Idem, Compeſce dementem impetum.

Ferus Idem, Tandem laſſa feros exuat impetus.

Violentus Idem, Mitte violentum impetum doloris.

Ferox Seneca, Victor feroces impetus primos habet.

Iratus Idem, Factura terram prono & irato impetu.

Furialis Idem, Siſte furialem impetum.

Effrenus Idem, Currus effreno impetu Effugit aciem.

Procelloſus Pont. Aut impetum Cœli procelloſum ſacro abigat carmine.

Citatus Marullus, Siſtat citatum curſibus impetum.

Hoſtilis Lactan. Aut hoſtili aliquo impetu diruuntur.

Feruens Stroz. pater, Verboſum feruens impetus iſte cadet.

Periculoſus Liuius, Aut temerarius periculoſusq; ſequentium impetus.

Infeſtus Idem, Non ſuſtinuiſſent tam infeſtum impetum Barbari.

Sceleratus Pamph. Impetus belli ſceleratus ardet.

Fremens Conr. Quàm cum frementi pulſat actus impetu.

Potens Crinitus, Fauſtum potenti deijcit impetu.

Dirus Idem, Et celſa diro concutis impetu.

Sonorus Quintianus, Aliquando impetu Imber ſonoro concidens ſecum trahet.

Præceps Mant. Tam ſubito præceps totam impetus obruit arcem.

Alacer Plautus, Cum clamore inuolant, impetu alacri.

Stridens Mant. Impetus auditur ſtridens per nubila.

Vagus Architr. Pronus in arma furor, ſtricto vagus impetus enſe.

## IMPIETAS.

Crudelis Lactan. Audax auara, ambitioſa, ſuperba & crudelis *impietas*.

Ingenioſa Mant. Repperit impietas trucis ingenioſa tyranni.

Stulta Idem, O ſtulta impietas, incauta audacia.

Temeraria Idem, Quò te temeraria traxit Impietas?

Cruda Valerandus Varanius, Armorum cruda impietas non parcit.

Fera Verg. in Culice, Atque alias alias denſat ſuper agmine turbas Impietate fera.

Dira Mant. Non ego centimanum dira impietate Gigantum.

Atrox Mant. Annibal, Syllæ impietas & Cæſaris atrox.

I M P O S T V R A.

Magica Theodor. Impoſturasque magicas ab eiſdem perdocti ſacrificijs magiſtros.

I M P R O B I T A S.

Impia Mant. Impia vulgi Barbarici improbitas diuis illudere paſſim Cœperat.

Odioſa Idem, Improbitas odioſa Deo eſt, ſine lege voluptas.

I M P V D E N T I A.

Infelix Sidon. Arnandus iam tunc infelici impudentia concito gradu medijs.

Impudica Cic. in Orat. de Auruſpicum reſponſis, Putaui mihi reprimendam eſſe Publij Clodij impudicam impudentiam.

I N A C H V S.

Antiquus Seneca, Antiqui genus Inachi.

Argiuus Tertull. Audiſtis interim Moyſem, Argiuo Inacho parem ætate.

I N A R I M E.

Ardens Mant. Dixere priores Eſſe ſub ardenti tellure Typhoea clauſum. Atq; Gigantæo flammas accendere flatu.

I N C E N D I V M.

Impium Ouid. lib. 14. Impia ſubiectis fugere incendia pennis.

Vagum Syll. lib. 7. Et vaga per colles ceruice incendia iactent.

Vulcanium Idem lib. 7. Per iuga per valles errat Vulcania peſtis.

Atrum Stat. lib. 4. Theb. Tumidus atra vadis Phlegeton incendia voluit.

Veſuuinum Stat. lib. 5. Iamque & flere pio Veſuuina incendia cantu Mens erat.

Aſperum Val. Flac. lib. 7. Quæq; aſpera ſemper perpetior duræ iamdudum incendia mentis.

Dirum Val. Flac. lib. 8. Atque alius rueret tam dira incendia raptor.

Furens Sidon. Mones aſſiduitatem furentis incendij reſtinguit.

Veſanum Marullus, Et tamen hic etiam veſana incendia durant.

Potens Crinitus, Seu cum potenti ſæuiens incendio Perire.

Furibundum, Quint. Quùm canerem Latij furibunda incendia belli.

Triſte Mant. Triſtia ſurgentis memorare incendia belli.

Fumoſum Idem, Quùm vomit Aetnæus fumoſa incendia crater.

Flammatum Fauſt. Proſiliens circum flammata incendia pubes.

Sæuum Claud. Nonne vides, vt ſæua ſenex incendia monſtrat.

Nigrum Mant. Illic ſulphureos incendia nigra liquores Lambunt.

Lethale Theodoritus, Ipſumq; ſibi lethale incendium intuliſſe.

Clarum Verg. lib. 2. Aen. Dant clara incendia lucem.

I N C E S S V S.

Pompoſus Sidon. Splendor in phaleris, pompoſus inceſſus, animus ſerius.

I N C E S T V S.

Nefandus Mant. Hæc fera adulterium parit, inceſtusq; neſandos.

I N C L E M E M T I A.

Sæua Fauſt. Quid non ſæua domat duræ inclementia mortis.

Dira Mirand. At nimium rigidæ dira inclementia mortis.

I N C O M M O D V M.

Triſte Stroz. pat. Triſtiaq; afflictæ miſerans incommoda natæ.

Damnoſum Cantalycius, Nulla timere meis damnoſa incommoda rebus.

Acerbum Cice. in Epiſt. famil. Me à ſcribendo iniuſtiſſimis atque acerbiſſimis incommodis retardarunt.

I N C V N A B V L A.

Tenera Mant. Sed infantum tenera incunabula, & ipſas Infantum matres.

INCV-



I N C V R I A.

Diſſoluta Bud. Sed ſtupidam eorum ignorantiam, aut incuriam diſſolutam intuenti.

I N C V R S V S.

Vagus Pont. Hoſtias, & incurſus continuiſſe vagos.

Subitus Mant. Subitis ne incurſibus hoſtis Aduolet.

I N C V S.

Sicula, propter Vulcanum deum fabrorum, cuius officina fertur eſſe in Lemno, Sicili & Aeolijs inſulis. Lucan. lib. 7. Martius incaluit Siculis incudibus enſis.

Aeolia Stat. lib. 1. Theb. Brachia & Aeolijs deſunt incudibus ignes.

Nigra Pont. Exercet fabrum aut nigris incudibus Aetna.

Horriſona Idem, Inſula Cyclopum, horriſonis incudibus antrum.

Rigida Fauſt. Et rigida percuſſum incude reſiſtit.

I N D A G O.

Curioſa Mart. Cap. Ac deorum omnium ſedes curioſæ indaginis perſcrutatione pertranſire.

Vigil Stroz. filius, Obſeruant in equis vigiliq; indagine ſyluas.

Solers Mant. producenda modis ſolerti indagine monſtrant.

I N D I.

Colorati Verg. lib. 4. Georg. Vſq; coloratis amnis deuexus ab Indis.

Sitientes Idem ibidem, Iam rapidus torrens ſitientes Syrius Indos.

Poſiti ſub ignibus. Ouid. lib. 1. Metamor. Aethiopasq; ſuos, poſitosq; ſub ignibus Indos.

Depexi Idem lib. 3. Faſt. Interea liber depexos crinibus Indos Vicit.

Decolores Idem lib. 5. Triſt. Et quaſcunq; bibit decolor Indus aquas.

Eoi Idem lib. 2. Eleg. Pſittacus eois ales mihi miſſus ab Indis.

Nigri Idem lib. 1. de Arte, Andromeden Perſeus nigris portarit ab Indis.

Rubri Idem lib. 12. Lucet in aure lapis rubris aduectus ab Indis.

Odorati Syl. lib. 17. Qualis odoratis deſcendes Liber ab Indis.

Diſcolores Pamph. Flumine quaſque ſuo diſcolor Indus habet.

Longæui Sidon. Eſt locus Oceani, longæuis proximus Indis.

Mennonij, à Mennone filio Auroræ, quæ apud Indos incipit primum apparere. Idẽ, Non hic Mennonios canemus Indos.

Fluxi Idem, Fluxus odoratis vexat venatibus Indus.

Subditi Phœbo. Seneca, Indusq; Phœbo ſubditus cancro Libys.

Olentes Pont. Dona ferens aduecta Arabe, ac benè olentibus Indis.

Gemmiferi Codrus, Littora qua pulcher Ganges, qua gemmifer Indus.

Fuſci Stroz. pater, Lucra petens, mercem fuſcis vehit alter ab Indis.

Odoriferi Idem, Venit odoriferis victor dum Bacchus ab Indis.

Extremi Sabel. Dixit, & extremis ſubito ſe promit ab Indis.

Imbelles Mant. Vaſtat & imbelles inuoluit cædibus Indos.

Ardentes Idem, Bacchus & ardentes victricia ſigna per Indos.

Picti Calent. Scribere vis Satyras, pictos properabis ad Indos.

Vſti Fauſt. Hæc Arabas molles, vſtosq; coercuit Indos.

Graciles Iuuen. Sat. 5. His emitur, quicquid graciles huc mittitis Indi.

Obſcuri Idem Sat. 11. Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus.

Longinqui Propert. lib. 2. Qui ſi longinquos miles retineret ad Indos.

Dites Idem lib. 3. Arma deus Cæſar dites meditatus ad Indos.

I N D I A.

Diues, quoniam abundat frugibus, gemmis, vnguentis precioſiſſimis, auro, item & argento. Horat. lib. 3. Carm. Theſauris Arabum, & diuitis Indiæ.

Decolor Ouid. lib. 4. Met. Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Z 3 Thyrſi-

Thyrſigera, id eſt, gerens thyrſos, id eſt, haſtas pampineas. Seneca, Et tu thyrſigera Liber ab India.

Diſcolor Stroz. filius, Præbet odoratas quæ diſcolor India meſſes.

Prodiga Sabell. Quicquid gemmarum prodiga mittit India.

Nigra Bapt. Pius, Nigra racemiferum veluti colit India Bacchum.

Toſta Catull. Solus in Lybia, Indiaq; toſta.

INDIGNATIO.

Præceps Architr. Verum partumidis venit indignatio præceps.

INDOLES.

Egregia Mant. Indolis egregiæ ſobolem de coniuge ſancta.

Generoſa Pacificus, Conſpicuum forma, generoſaq; indole natum.

INDVLGENTIA.

Blanda Mant. Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.

Mitis Pont. Imperium crudele, ſed indulgentia mitis.

INDVSTRIA.

Solers Pont. Et quantum primis ſolers induſtria cœptis Addiderat.

Sedula Apul. Quum induſtriam eius ſedulam fallere nequiuiſſent.

Antelucana Cic. lib. 4. Quæſt. Tuſc. Cui non ſunt auditæ Demoſthenes vigiliæ, qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana victus eſſet induſtria?

Vigilans Mantuanus, Hanc tua ſcabritiem vigilans induſtria longo Deterſit ſudore.

Sagax Idem, Fecit opes parcæ q; ſagax induſtria vitæ.

Audax Mant. Hæc non eſt audax induſtria dixit, Romanæ virtutis.

INERTIA.

Sepulta Horat. lib. 4. Paulum ſepultæ diſtat inertiæ.

Mollis Idem in Epod. Mollis inertia cur tantam diffuderit imis Obliuionem ſenſibus.

Stolida Conrad. Germanos ſtolida carpere inertia.

Degener Crin. Sed mox degeneri mollis inertia.

Laſciua Mant. Ne laſciua meam maculare inertia mentem.

Parca laboris Architr. Pigraq; mollicies, & inertia parca laboris.

Languida Mant. Languida mœrentes hebetauit inertia ſenſus.

Tarda Idem, Tardaq; frigentes hebetaſſet inertia ſenſus.

Cœnoſa Fauſt. Cœnoſa ignaui non grunnit inertia porci.

INFANS.

Paruus Lucr. lib. 1. Nam fierent iuuenes ſubito ex infantibus paruis.

Flebilis Stat. lib. 6. Theb. Hic reptat flebilis infans. Hic iacet.

Vagiens Mart. lib. 11. Et vagientes intus audit infantes.

Tener Pont. Subijce & infantem tenerum nutricis amato.

Paruulus Idem, In cuius gremio vagiuit paruulus infans.

Blandus Idem, Accepi infantem blandum, do pro rude doctum.

Credulus Lactan. Fabulas tanquam infantibus credulis finxit.

Stolidus Calent. Naſcimur infantes ſtolidi, rationis egentes.

INFANTIA.

Lactens Sidon. Inter lactentis infantiæ rudimenta raptatam.

Vagiens Idem, Hic vagientis infantiæ lactentia membra formauimus.

Primæua Mant. Maxima pars noſtræ primæua infantia gentis.

Cruda Idem, Cruda nouæ frugis triſtes infantia ſuccos.

INFAMIA.

Horribilis Mant. Rumor & horribilis ſceleratæ infamia Romæ.

Maculoſa Idem, Dedecus æternum maculoſa infamia noſtris inducet titulis.

Lupanaris Apul. lib. 9. ſuæ Met. Larem mariti lupanari maculaſſet infamia.

INFE-



INFERIAE. Sacra ſunt mortuorum.

Miſeræ Catull. Aduenio has miſeras frater ad inferias.

Triſtes Idem, Tradita ſunt triſtes munera ad inferias.

INFERNVS.

Ater Quint. At atri Ruperis inferni leges.

Opacus Idem, Barathro inferni mergit opaci.

INFORTVNIVM.

Graue Mant. Currere ad ætatis grauia infortunia noſtræ.

Crudum Idem, Sed cruda Philippus Inſubrium ductor regum infortunia fleuit.

Durum Valerand. Quam Lycios premerent dura infortunia.

Crudele Mant. Crudelia poſtquam Ferre queat pectus tenerum infortunia.

INFVLA.

*Infulæ dicebantur, faſciæ factæ inſtar diadematum, à quibus vtrinq; dependebant vittæ.*

Lanea Verg. lib. 3. Georg. Lanea dum niuea circundatur infula vitta.

Alba Stat. lib. 4 Theb. Albaq; Puniceas interplicat infula vittas.

Sacrata Seneca, Sed cur ſacratas diripis capiti infulas.

Pulchra Quint. Ornabis pulchris infulis coram patre.

Longa Ouid. lib. 4. de Ponto, Ambiat vt fuluas infula longa comas.

INGENIVM.

Solers Manil. Ingenium ſolers, ſuaq; in compendia pugnax.

Velox Pont. Hinc his ingenium velox, & rebus agendis.

Acutum Pamph. Inclyta progenies, animoſum pectus, acuti Ingenij.

Præſtans Pont. Diiq; ingeniis preſtantibus adſunt.

Perſpicax Tho. Rad. Ingenij perſpicaciſſimi, contemplationis altiſſimæ.

Acre Polit. Nam preditus acri Nimirum ingenio.

Memor Codr. Accipe, ſed memori ingenio, ſi tradere ſcriptis.

Aſtutum Stroz. pater, Vtitur aſtuti viribus ingenij.

Verſatile Idem, Ingenium verſatile notum eſt.

Sagax Stroz. fil. Ipſa ſed a doctis iam veſtigata ſagaci Ingenio.

Mobile Liuius, Nimio pluſquam velim ingenia noſtrorum ſunt mobilia.

Vegetum Idem, Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat.

Docile Mirand. Et varias docile ingenium duxere per artes.

Diuinum Idem, Supero qui mentes paſcis in orbe Diuino ingenio.

Candidus Crinit. Tam ſacra ingenij fœdera candidi.

Amœnum Quint. Vbi Pallas amœna fatigat Ingenia.

Viuax Mant. Et dolor ingenium viuax ſopiuit & artes.

Præclarum Corn. Gallus, Per quam præclarum pluſmicat ingenium.

Dædaleum, id eſt, ingenioſum. Mant. Dædalei ſignum ingenij fœlicibus ortum Auſpiciis.

Fertile Idem, Fertilis ingenij pinguia rura cole.

Penetrabile Idem, Nam lemures, quibus ingenium penetrabile, vafrum, Inſidû verſutum, audax, auidumq; nocendi.

INGLVVIES.

Atra Verg. lib. 3. Geor. Hic piſcibus atram Improbus ingluuiem ranisq; loquacibus implet.

Vorax Stroz. filius, Harpiarumq; voracem Ingluuiem.

Profunda Calud. Quorumq; profundam Ingluuiem non Ægæus, non alta Propontis.

Fœda Sidon. Mihi fœda vitelli Intulit ingluuies.

Inexplebilis Bud. In ingluuiem tranſmiſſus inexplebilem.

Improba Stroz. fil. Quando improba creſcit habendi Ingluuies.

Dira Mirand. Solus compeſcere diram Ingluuiem, & ſedare ſitim.

 Lurida

Lurida. Idem, Tum lurida gliſcit Ingluuies.

Patens Conrad. Ingluuiem ceſſat patentem.

Acerba. Mant. Tu protoplaſtis acerbam Ingluuiem delebis.

Ebria. Architr. Ebria ventris Ingluuies, humiles faſtidit prodiga menſas.

### I N G V E N.

Setoſum. Verg. in Moreto, Et læua veſtem ſetoſa ſub inguina fulcit.

Obſcœnum Horat. lib. 1. Serm. Inguen & obſcœnum ſubductis vſq; facetus.

Rubrum. Ouid. lib. 1. Faſt. Quiq; rubro pauidas inguine terret aues.

Tumidum. Idem lib. 2. Faſt. Et tumidum cornu durius inguen erat.

Craſſum. Iuuen. Sat. 11. Craſſa nec oppoſito pauidus tegit inguina gutto.

Vdum. Idem Sat. 10. Quid enim vlla negauerit vdis Inguibus.

### I N I M I C I T I A.

Trux. Horat. lib. 1. Epiſt. Ita truces inimicitias & funebre bellum.

Viperea. Th. Rad. Vipereas inimicitias, efferaciſſimam in te rabiem offendiſſe.

Hoſtilis Liuius, Publicas inimicitias & hoſtiles eſſe.

Acerba. Propert. lib. 2. Nullæ ſunt inimicitiæ niſi amoris acerbæ.

Grauis Cice. de Amic. Cauendum eſt ne in graues inimicitias amicitiæ ſe conuertant.

### I N I V R I A.

Atrox. Liuius, Indignemini bonis ac fidelibus ſocijs tam atroces atque indignas iniurias ab legato veſtro militibusq; fieri.

Intolerabilis Cic. de Amic. Niſi quædam intolerabilis admodum iniuria exarſerit.

### I N O.

*Ino, filia fuit Cadmi & Hermiones, & uxor Athamantis regis Thebarum, quæ quum uidiſſet raptum furijs, & Learchum filium occidiſſe, cum altero filio Melicerto fugam arripuit, & ſeſe in mare præcipitauit. Poetæ finxerunt ambos poſtmodum factos fuiſſe deos marinos.*

Flebilis Horat. in Arte, Sit Medea ferox, inuictaq; flebilis Ino.

Nutrix Bacchi. Ouid. in Ibin, Vt teneri nutrix, eadem matertera Bacchi.

Cadmeia, Cadmi filia, Seneca, Nereidumq; choris Cadmeia cingitur Ino.

### I N S A N I A.

Scelerata. Verg. lib. 7. Sæuit amor ferri & ſcelerata inſania belli.

Præceps Stroz. pat. Nam malè compoſitæ præceps inſania vitæ.

Furibunda. Idem, Neu tua me quotiens furibunda inſania læſit.

Miſeranda. Maph. Corpora quæ duri miſeranda inſania belli Arripuit.

Feruens Rodolph. Tincta rapit bilis, feruensq; inſania mentem.

Titubans. Mant. Fertur & incerto titubans inſania greſſu.

Crucians. Idem, Hinc hominum ſurgit crucians inſania mentes.

Rabida. Theod. Qui contra factorem ſuum rabida inſania debacchantes.

### I N S C I T I A.

Socrates dicere ſolebat vnicum eſſe bonũ ſciẽtiam, malum vnicum inſcitiam.

Rudis Polit. in Epiſt. Te vnà cum Laurentio Picoq; iudicem ſibi contra rudem inſcitiam nuncupauerunt.

### I N S I D I AE.

Clandeſtinæ Gell. lib. 17. A clandeſtinis epularum inſidijs cauiſſe.

Nefaria. Apul. Nefarias inſidias tibi comparant.

Latentes Idem, Vitantes vndiq; latentes inſidias.

Turpes Stat. lib. 3. Theb. Auſa ducis ſcelus, & turpes primordia belli inſidias.

Fallaces Val. Flac. lib. 5. Inſidijs qui nunc fallacibus ambit.

Nefandæ Claud. Qui fortè nefandas iam parat inſidias.

Bilingues Idem, Tollite Maſſylas fraudes, remouere bilingues inſidias.

Viperinæ Mart. Cap. Sub pallio occulebat viperinas inſidias.

Hoſtiles Pont. Dicit, & hoſtiles præterit inſidias.

Iniquæ Pont. Ridemus iniquas Fortunæ inſidias.

Sæuæ





Sæuæ Polit. Quid ſæuas bellica virgo inſidias prius & venientem reſpicis haſtam.

Obſcuræ Liuius, Obſcuris ſubſidere in inſidijs iuſſit.

Truces Bapt. Pius, Arma nec inſidias corde micante truces.

Præparatæ Theodor. Alter præparatis ante inſidijs, certo animo cui necem intulerit.

Crudeles Cic. pro Sylla, A quo & crudeles inſidias in Rempub. factas, &c.

Abſconditæ Idem in Catil. In tantis & abſconditis inſidijs ſalui eſſe poſſemus.

### I N S O L E N T I A.

Superbiens. Crinit. Superbienti tumidus inſolentia.

### I N S O M N I V M.

Falſum Verg. lib. 5. Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.

Vanum Mant. Vana execrantis Mahometi inſomnia ſero intellecta.

Turbidum Idem, Turbida imaginibus ſurgunt inſomnia diris.

### I N S T I T A.

Serica Mant. Serica ab intexto gratum decus accipit auro inſtita.

Longa Ouid. in Arte, Quæq; tegit medios inſtita longa pedes.

### I N S T I T O R.

Fallax Pont. Inſtitor & fallax, ales & ipſe rapax.

### I N S V B R I A.

Eſt regio Galliæ Ciſalpinæ.

Audax Adr. Card. Ducem Inſubria quem tremebat audax.

### I N S V L A.

Nemoroſa Col. Itaq; genus alitum nemoroſis paruulis inſulis facilè continetur.

Diues Horat. lib. 4. Vatum diuitibus conſecrat inſulis.

Saxoſa Syll. lib. 8. Inarime, non antiqui ſaxoſa Telonis inſula.

### I N S V L T V S.

Repentinus Mant. Repentino inſultu irrumpemus.

Subitus Idẽ, Teutones attoniti, ſubitis inſultib. vnum Collecti fecere globum.

### I N T E G R I T A S.

Illibata Colum. lib. 9. Illibatam ſeruant integritatem.

### I N T E R I T V S.

Fatalis Mant. Fatalem interitum, belliq; incendia pacis.

Grauis Iſtem, Cominus enſe grauem interitum, quo territus hoſtis.

Infelix Idem, Ni fortuna virum nimis aduerſata, dediſſet interitum tam infelicem.

### I N T Y B V S.

Syluestris Colum. Et intybi ſylueſtris ac nigri papaueris flores.

Agreſtis Pallad. Rut. Fœnum Græcum, agreſtia intyba, lactuculas ſerenas.

### I N V E N T O R E S.

Ingenioſi Bud. Qui rerum noxiarum inuentores ingenioſi & ſolertes videri, &c.

### *I N V I D I A.*

Inuidiæ definitio. Deſcriptio eiuſdem.

*Inuidia, eſt ægritudo ex alterius rebus ſecundis, quæ nihil noceant inuidenti, Herebi, & Noctis filia, vt fingunt poetæ. Quam Ouidius deſcribit hoc modo: Concuſſe patuere fores, videt intus edentem Vipereas carnes, vitiorum alimenta ſuorum Inuidiam, viſamq; oculis auertit, at illa Surgit humo pigrè, ſemeſarumq; reliquit Corpora ſerpentem, paſſuq; incedit inerti.*

Obliqua Verg. lib. 11. Aen. Quem gloria Turni obliqua inuidia, ſtimulisq; agitabat.

Acris Horat. lib. 1. Serm. Quum genus hoc inter vitæ verſetur, vbi acris inuidia.

Nefaria Apul. Inuidiæ nefariæ lethali plaga percuſſi.

Gliſcens Idem, Iamq; gliſcentis inuidiæ felle flagrantes.

Noxia Idem lib. 5. Veſanæ libidinis & inuidiæ noxiæ ſtimulis agitata.

Sæuiens

Sæuiens Idem lib.7.Hunc ſimulatum quorundam aſtu proiecit extorrē ſæuiens inuidia.
Exitiabilis Suet. Verū præcipuam & exitiabilem ſi inuidiā hinc maximè mouet.
Praua Syll.lib 16.Prauo obtrectante ſuorum inuidia.
Aegra Stat.lib.1.Theb.Gentiliſq; animos ſubijt furor, ægraq; letis inuidia.
Trux Idem lib.2. Ante omnes epulaſq; trucem ſecreta coquebat inuidiam.
Infelix Idem lib.2.Syll.Inuidia infelix animi vitalia vidit.
Inhumana Mart.lib.7.Lector inhumana liber ab inuidia.
Minax Claud.Cadat iſte minacis inuidiæ cumulus.
Furens Idem, Eſt aliquod meriti ſpacium quod nulla furentis inuidiæ menſura capit.
Peſtilis Sidon.Si verò calumniam peſtilis ſufflamat inuidia.
Inexpiabilis Bud.Inexpiabili ſe inuidia flagrare non animaduerterunt.
Ardens Idem, Hi ante maximè auaritia, ardente inuidia & ſtimulante.
Faſcinatoria Idem, Inuidiæ faſcinatoriæ, ſuperbiæ Titanicæ diuerſorium habet.
Iniqua Polit.Quo nulla aſpiret iniquæ Tempeſtas fœda inuidiæ.
Triſtis Idem, Triſti degener inuidia. Sene Inuidia triſtis victa conſenſu pio.
Degener Polit.Aut celſa conſpectus in arce Degeneri pateat inuidiæ.
Cæca Liuius, Cæca inuidia eſt, patres conſcripti, nec quicquàm aliud ſcit, &c.
Pallida Mirand.Et fraus & ficti mores, & pallida ſemper inuidia.
Mordax Lud.Big.Liuida mordacis dentibus inuidiæ.
Liuens Crinit.Non liuentis iners inuidiæ fames.
Loquax Fauſtus, Miſeranda loquaci inuidia fortuna caret.
Morbificans Architrenius, Inuidiæ morſus quo morbificante bonorum Febricitat nomen.
Oblimans Fauſtus, Inuidia haud infra meritum oblimante triumphum.
Comes virtutis.Cic.lib 4.Rhet.O virtutis comes inuidia, quæ bonos inſequeris.
Virulenta Cæl.In diſſimiles, & quos vnquàm nouerimus, non exoritur virulenta hæc rabies.

INVLA.

Nomē eſt herbæ.
Triſtis Colum.lib.11.Capparis & triſtes innulæ, ferulæq; minaces.

*IO.*

*Filia fuit Inachi regis Arginorum, quam Iupiter adamauit, & ne Iuno cognoſceret furtiuos amores, commutauit in vacam. Cui tamen Iuno ſuſpicata id, quod erat, cuſtodem adhibuit Argum paſtorem centoculum, quem demum Iouis mandato Mercurius interfecit. Eadem Io poſtmodum vocata eſt Iſis, & ab Aegyptijs habita pro numine.*

Vaga Horat.in Arte, Perfidus Ixion, Io vaga, triſtis Oreſtes.
Candida Iuuen.Sat.6.Si candida iuſſerit Io, ibit ad Aegypti finem.
Memphitis Bap.Pius, Incinet Hydriadum chorus, vt Memphitide vacca arſerit.

IOCVS.

Scurrilis Gell.lib.4.Cauſamq; hanc ioci ſcurrilis apud ſe dicti ſubſcripſit.
Liberalis Apul.Iam riſus affluens, & ioci liberales.
Ridiculus Idem, In meas fortunas ridiculo inſtruebat iocos.
Venenatus Ouid.lib.2.Triſt.Nulla venenato littera mixta ioco eſt.
Iucundus Ouid.lib.2.de Ponto, Nec data iucundis tempora pauca iocis.
Dulcis Ouid.lib.3.de Arte, Vertere conueniunt dulcibus illa iocis.
Lætus Ouid lib.2.de Arte, Miſcenda eſt lætis rara repulſa iocis.
Furtiuus Ouid.lib.2.de Arte, Cælent furtiuos balnea multa iocos.
Ridens Stat.lib.1.Syll.Et ridens iocus, & ſales proterui.
Hilaris Idem lib.4. Scr. Hilareſq; ioci brumalem abſumere noctē Suaſerunt.
Laſciuus Pont.Laſciuis relegens oſcula blanda iocis.

Blandiloquus



Blandiloquus Sidon.Iocos Thaliæ ſcripſit blandiloquos ſuo Celeno.
Blandus Pont.Num facie, & blandis grata Terrina iocis.
Ornatus Idem, Condijt ornatis & ſua dicta iocis.
Mollis Idem, Dulceſq; illecebras, iocoſq; molles.
Gratos Idem, Quæ gratis animos iocis laceſſit.
Leuis Polit.Subijciatq; leues nuda Thalia iocos.
Solutus Liuius, Ab riſu, ac ſoluto ioco res aduocabatur.
Petulchus Pamph.Si iocos blandis ſalibus petulcos.
Cupidineus Idem, Blanda Cupidinei munera prima ioci.
Venuſtus Augurell.Molliculus iocis Ridet venuſtis in labijs decor.
Lepidus Bap.Pius, Mixtaq; cum lepido vita modeſta ioco eſt.
Argutus Cleoph.Et argutis carmina plectra iocis.
Alacer Quint.Huc alacres properate ioci, riſuſq; ſaleſq;.
Pellax Mich.Angl.Pellaceſq; iocos fictoq; lepore doloſas Effugito illecebras.
Placidus Calent.Templa deum & placidis alta theatra iocis.
Humilis Idem, Blanditias, humileſq; iocos, hilareſq; choreas.
Idalius Bap.Pius, Ludere, & Idalijs Chlori ſerena iocis.
Cecropius, id eſt, dulcis, inſtar Cecropij mellis. Idem, Cecropio videas omnia plena ioco.
Inſanus Stroz.pat.Dum vacat inſanis ebria turba iocis.
Vrens Hier.Ang.Et quibus vrenti non eris apta ioco.

IOLE.

Euryti Ouid.lib.9.Eurytidos lachrimas admoto pollice ſiccat.
Coa Ouid.in Epiſt.Dicitur & Coæ ſediſſe in veſte puellæ.

IONIA.

Mollis Propert.lib.1.Attu ſeu mollis qua tendit Ionia.
Diues Ouid.lib.6.Faſt.Nec Latium nec quem præbet Ionia diues.

IOPAS.

Crinitus Verg.lib.1.Aen.Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.
Iucundus Glar. O quàm dulce melos, viuat iucundus Iopas. Nomen eſt citharœdi.
Pulcher Gauardus, Amphion tegitur, vel Arion, pulcher Iopas.

IOSEPH.

Formoſus Mant.Sic alacer Samſon, ſic & formoſus Ioſeph.
Fatidicus Idem, Multiplices caſus, & longa pericula cernat Fatidici iuuenis.
Cananæus Idem, Vbi deſudet Cananæus Ioſeph.

IPHIGENIA.

Mycenis Ouid.lib.12.Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.
Pelopeia Ouid.lib.4.Triſt.Hic pro ſuppoſita virgo Pelopeia cerua.
Agamemnonia.Propert.li.4.Idem Agamemnoniæ ferrum ceruice puellæ Tinxit.
Iphianaſſa Lucret.Iphianaſſæo turparunt ſanguine fœde.

*IRA.*

*Iram, ſunt qui dicant eſſe accenſionem ſanguinis circa cor. Lactan. Ira, inquit, eſt commotio mentis & perturbatio, quæ perinde ac ſæua tempeſtas, tantos quandoque motus excitat, vt ſtatū mētis immutet, ardeſcant oculi, os fremat, lingua titubet, dentes concrepent, alterius vultum maculet, nunc ſuffuſus rubor, nunc pallor albeſcens. Seneca, Ira, inquit, eſt cupiditas vlciſcendæ iniuriæ. Poſſidon. Ira, eſt cupiditas puniendi eius, à quo inique putet læſum. Alij ſic, Ira, eſt concitatio animi ad nocendum ei. qui aut nocuit, aut nocere voluit. Ariſt. Ira, eſt cupiditas doloris reprimendi. Cicero, Ira, eſt libido vlciſcendi. Eius ſedes eſt in iecore, cauſa in fellis humore. Ariſtoteles ſcribit, eos qui non iraſcuntur, pro quibus oportet, & vt oportet & quibus oportet fatuos eſſe. Idem lib.7. Et hic, inquit, Iram corpus manifeſtè permutare, nonnulloſq; in furorem atque inſaniam adigere.*

Acerba

Acerba Lucr.lib.5.Quum tribuit facta, atq; iras adiunxit acerbas.

Violenta Ouid.lib.8.Conſumptis precibus violentam tranſit in iram. Syll.li.5. Huc immittit ouans violentas Appius iras.

Bellatrix Claud.Bellatrix etiam nunc ira caleret.

Effera Val.Flac.lib.5.Sciat effera regis Ira mei. Pallad. Sor. Effera præcipiti corruat ira pede.

Rabida Verg.lib.8.Rabida ex ira tum corda reſidunt.Ouid.lib.7.Met.Cerberū attraxit, rabida qui concitus ira.

Implacabilis Verg.in Cul.Implacabilis ira iacet vini alitis eſca.

Bacchans Mant.Et placidis mulcet bacchantem vacibus iram.

Odij parens Architr.Ira parens odij, quod proles tertia liuor Subſequitur.

Sæua Ouid.lib.4.Triſt.Hoc etiam ſæuas paulatim mitigat iras.

Sanguinea Val.Flac.lib.7.Et quæ ſanguinea luna diſtrinxit ab ira.

Vndans Claud.Error & vndantes ſpumis furialibus iræ.

Rapida Stat.lib.3.Theb.Sed ducis infandi rapide non hactenus iræ.

Acris Lucr.lib.3.Quin proclinius hic iras decurrat ad acres.

Vltrix Claud.Enſis & vltrices in ſe conuerterat iras.

Impia Seneca, Sic dirus Atreus capita deuota impiæ Speculator iræ.

Stygia Mant.Amphytioniades Stygiam compeſcuit iram.

Improba Stroz.pat.Improba non te Tranſuerſum attonitis ſenſibus ira trahit.

Audax Stat.lib.7.Theb.Stetit audaces effuſus in iras.

Noxia Conr. Libido feruens iraq; noxia.

Inſana Stat.lib.5.Theb.Lachrimasq; inſana reſorbet Ira patris.

Diſcors Stroz.pat. Iraq; diſcors Seruat deprenſas inter vtroſq; rates.

Immanis Verg.lib.9.Atq; ira ſimul immani per proxima motu Euolat.

Spumans Mant.Auxilijsq; canum ſpumanti concitus ira.

Commota Stat.lib.3.Theb.Obliquatq; preces commotæ quæſtibus iræ.

Indomita Ouid.lib.5.Met.Tum verò indomitas ardeſcit vulgus in iras.

Proterua Augur.Vt ſuos iræ impatiēs proteruæ Acribus fixit iaculis amores.

Venenoſa Mant.Plura venenoſa membra afflictauerat ira.

Litigioſa Textor, Litigioſa cauis horruit ira oculis.

Inquieta Mant.Minus inquieta fulminat ira.

Triſtis Verg.in Buc.Nonne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras.

Horribilis Verg.lib.3.Geor.Hoc quondam monſtro horribilles exercuit iras.

Calida Lucan.lib.2.Rumpit Cæſar iter calida prolatus ab ira.

Cruenta Hor.li.4.Car.Quem cruenta per medias rupit ira cædes.

Capitalis Hor.lib.1.Ser.Hectora Priamidem animoſum atq; inter Achillem Ira fuit capitalis.

Tumida Ouid.lib.2.Met.Excidit vtq; animus tumida feruebat ab ira.

Feruens Ouid.lib.8.Met.Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.

Memor Ouid.lib.12.Met.Exercet memores pluſquam ciuiliter iras.

Cæca Ouid.lib.1.Eleg.Cæcaq; me prædam fecerat ira ſuam.

Trux Ouid.li.3.de Arte, Candida pax homines, trux decet ira feras.

Mœſta Syll.lib.2.Correptos arcus ter mœſta mouit ab ira.

Accenſa Idem lib.4.Senſit & accenſa ductor violentius ira.

Mobilis Idem lib.8.Sed mobilis ira Turbati vulgi.

Fulminea Idem lib.11.Fulminea toruum exclamat Marcellus ab ira.

Præceps Archit. Molliret percepsq; Iouis lenteſceret ira.

Fœda Stat.lib.3.Theb.præculerat fœdasq; palam ſatiauerat iras.

Armigera Idem lib.6. Degere & armigeras laſſare aſſueuerat iras.

Rubens Idem lib.7. Primis ſalit impetus amens E foribus, cæcumque neſas iræq; rubentes.

Prompta



Prompta Idem li.11.Confeſſus timidè promptamq; coercuit iram.

Crudelis Idem lib.2.Syl.Nec fera crudeles Colchis duraſſet in iras.

Terribilis Mart.lib.1.O quàm terribiles exarſit pronus in iras.

Hirta Val.Flac.lib.2.Hirtæq; genis palentibus iræ, Et dolus, & rabies.

Ardens Val.Flac.lib.4.Iunonem ardenti trepidam grauis increpat ira.

Furens Claud.Ira furens ſtrictis odio mucronibus explet.

Fremens Sidon.Stetit ira fremens, atq; hoſte propinquo.

Viuax Seneca, Viuacesq; aget violentus iras animus.

Minax Sabell.Vt virgo ſtet cincta rotis, irasq; minaces Negligat.

Auſtera Pont.Plectit & auſteras prætoris concitat iras.

Indecor Pont. Mox indecor ira Monſtroſos partus, fumantemque o Aetnam.

Vitioſa Lact.Iram autem, quam poſſumus, vel furorem, vel iracundiam nominare, &c.

Horrida Stroz.pat.Horrida Phlegræi fulminis ira petit.

Atrox T.Liuius, Ex hac clade atrox ira maioris cladis cauſa atque initiū fuit.

Fœta curis Sabell.Cui terror eunti It comes & fœtæ curis vltricibus iræ.

Hoſtilis Mirand.Senſit, & hoſtiles effugit principis iras.

Infrenis Augurell.Infrenis ira, ſpesq; inanis non abeſt.

Ferox Quint.Nunquid egregium decus Sæuire in iſtud corpus extinctum?

Flagrans Mant.Et quo flagrantem premeret proconſulis iram.

Phlegetonthæa. Idem, His Phlegetonthæas iras inſpirat.

Impatiens Idem, Vel ira impatiente alijs ſæui cruciatibus.

Tartarea Idem, Torua tuens, ſpiransq; oculis flammantibus iram Tartaream.

Grauis Idem, Sanguinolenta grauem diuum ſatiauerat iram Vltio.

Flammigerans. Idem, Continuo in furias ſurgens Dacianus & iram Flammigerantem

Formidabilis Idem, Vix ea finieram quum formidabilis iræ Caſtra ſequens.

Celer Idem, Celeresq; fremens Pluto induit iras.

Fulgurans Idem, Ferre & Accenſo Ioue fulgurantem fortiter iram.

Flammata Val.Var.Inſpicit, vrget equum, & flammatam colligit iram.

Torua Calent.Sauciat, & torua correptum ſtrangulat ira.

Nocens Barth. Armorumq; minas, iramq; inferre nocentem.

Veſana Idem, Deſiſtunt venti, & veſana Propontidos ira.

Comes furoris. Gualterus in Alexandr. Comes indiuiſa furoris Præcipites agit ira gradus.

Feruida Fauſt.Feruida ſuppreſſo compeſcitur ira palato.

Expers conſilii. Mant. Vrit, & accenſis lambit præcordia flammis.

Cerberea Idem, Cerbereas acuens diris latratibus iras.

Ieiuna, quoniam ieiuni iracundiores ſunt quàm ſaturi, inquit Cælius.

Scintillans Fauſt.Sanguine ſcintillans feruenti naſcitur ira.

## IRACVNDIA.

Præceps Theod.Cirenſis, Illud enim fuit præcipitis iracundiæ factum.

## *IRIS.*

*Iris, vt volunt poetæ, Thaumantis fuit filia, nūcia* Iunonis, *quam & pleriq; accipiunt pro arcu cœleſti, qui certiſsimam promittit pluuiam.*

Thaumantis Verg.de Iri, Thaumantis proles varianti veſte figuras.

Nuncia Iunonis. Verg.Nuncia Iunonis vario decorata colore.

Roſida Verg.lib.4.Aen.Ergo Iris croceis per cœlum roſida pennis.

Thaumantias Idem lib.9.Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore loquuta eſt.

Aeria Verg.lib.9.Aeriam cœlo nam Iupiter Irim Demiſit.

Iunonia Ouid.lib.14.Quasq; rates Iris Iunonia penè cremarat.

Thauman-

Thaumantæa. Idem, Nec mora Romuleos cum virgine Thaumantæa ingreditur colles.
Succincta nubibus. Syll. lib. 9. Demittit propere ſuccinctam nubibus Irim.
Diſcolor Stat. lib. 10. Huc ſe cæruleo librauit ab æthere virgo Diſcolor.
Creatrix nymborum. Stat. lib. 10. Tunc ſic orſa loqui nymborum fulua creatrix.
Imbrifera Idem lib. 4. Syll. Imbrifera potitur Thaumantide Iuno.
Grauis Mart. lib. 4. Nevè grauis ſubita te premat Iris aqua.
Velox Val. Flac. lib. 4. Velocem roſeis demittit nubibus Irim.
Volucris Idem lib. 7. Volucrem tunc aſpicit Irim.
Cincta nymbis. Claud. Iupiter interea cinctam Thaumantide nymbis ire iubet.
Curuata Seneca, Curuata picto nunciat nymbos ſinu.
Multicolor Verg. Multicolor pecto per nubila deuolat arcu.
Nata Athamantis. Galent. Nata quod ad ſolem vix Athamantis habet.
Decora Bapt. Pius, Secula poſt iactus Iri decora tuos.
Vada Claud. Vdaq; pingatur radijs obſtantibus Iris.

*I R V S.*

*Irus fuit Ithacenſis pauperrimus, vnus ex procis Penelopes, quem Vlyſſes reuerſus ab expeditione Troiana ictu pugni interfecit. De hoc Mart lib. 10. Iro pauperior forem Carine.*

Binonis Hom. Chara parens primis Arneum dixit ab annis, Aſt Irum pueri.
Famelicus Pallad. Sor. Qui nutrire poteſt quemcunque famelicus Irus.
Miſer Guil. Caſt. Romanus miſero Craſſus coniungitur Iro.
Inops Fauſtus, Nec dites inopi Crœſos diſcernit ab Iro.
Dulichius Prop. lib. 3. Lydus Dulichio non diſtat Crœſus ab Iro.
Egens Ouid. in Epiſt. Irus egens, pecorisq; Melanthius author edendi, &c.

*I S I S.*

*Fuit Iſis filia Inachi regis Argiuorum in vaccam a Ioue mutata, quam Aegypnij pro dea coluerunt. Sacra eius vocabantur Iſiaca, ei immolabatur anſer.*

Inachia Verg. lib. 3. Georg. Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.
Pharia Ouid. lib. 5. Faſt. Et cœli ſignum Phariam dixere iuuencam.
Linigena Idem li. 1. de Ponto, Vidi ego linigenæ numen violaſſe fatentem Iſis.
Niligena Idem li. 1. de Arte, Neu fugæ Niligenæ Memphitica ſacra iuuence.
Memphitis Idem lib. 3. de Arte, Viſite thuricremas vaccæ Memphitidos aras.
Inachis Idem in Epiſt. Inachi quo properas eadem ſequerisq; fugisq;.
Niliaca Mart. lib. 8. Nec per Niliacæ bouem iuuencæ.
Argiua Mirand. Ora bouis reticent Argiuæ numina vaccæ.
Vaga Val. Flac. lib. 7. Qualis vbi extremas Io vaga ſentit arenas.
Phoronis Ouid. lib. 1. Met. Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos vltra.
Argolica Idem, Animoq; obiecit Erinnyn Pellicis Argolicæ.
Profuga Idem, Condidit & profugam per totum terruit orbem.
Iſiaca Iuue. Sat. 6. Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

I S M A R V S.

Mons eſt Thraciæ, quem Orpheus incoluit.

Nymboſus Pont. Et nymboſa ſuum fleuerunt Iſmara vatem.

I S M E N O S.

Fluui⁹ eſt Bœotię.

Celer Ouid. lib. 2. Met. Et celer Iſmenos cum Phocaico Erymatho.
Rapidus Seneca, Vbi torua rapidus ducat Iſmenos vada.

*I S O P V S.*

*Herba eſt ſuaue olens. Macer ineptè corripuit ſecundam, dicens, Eſt iſopum ſiccum, calidum quoque.*

Saporifer Quint. in Cleopoli, Malua ſaporifer quamuis comitatur iſopi.

I S T E R.

Fluuius Scythiæ.

Turbidus Verg. lib. 3. Georg. Turbidus & torquens flauentes Iſter arenas.
Scythicus Lucan. lib. 2. Maſſagetas Scythicus non alliget Iſter.

Multifidus



Multifidus Idem lib. 3. Multifidi Peucem vnum caput aluit Iſtri.
Latus Ouid. lib. 5. Triſt. Latus vbi æquoreis Iſter aditur aquis.
Binominis Idem lib. 1. de Ponto, Stat vetus vrbs, ripæ vicine binominis Iſtri.
Gelidus Idem lib. 2. de Ponto, Accipe colloquium gelido Naſonis ab Iſtro.
Barbarus Idem lib. 3. de Ponto, Et coit aſtrictis barbarus Iſter aquis.
Frigidus Idem in Ibin, Dum tepidus Ganges, frugibus Iſter erit.
Septenus Pacificus, Quaq; Scythas gelidos ſeptenus permeat Iſter.
Septemgeminus. Val. Flac. lib. 4. Non ſeptemgemini memorem quas exitus Iſtri.
Toruus Idem lib. 8. Toruus vbi & ripa ſemper metuendus vtraq;.
Vndas Claud. Neſcit & vndantem quamuis hinc hauriat Iſtrum.
Opacus Idem, Reſtituit terras, & opacum vitibus Iſtrum.
Sæuus Idem, Debilitat ſæuum cognatis viribus Iſtrum.
Septemplex Sidon. Rigidum ſeptemplicis Iſtri Agmen.
Canens Idem, Canentem cuius rota triuerat Iſtrum.
Torrens Seneca, Properatq; torrens Iſter, & iunctos vetat eſſe pontes.
Vagus Idem, Ac vagus errat. Conr. Quo riguus Iſtro ſe ſociat vago.
Mauortius Pont. Armorum ſonitu excitus Mauortius Iſter.
Sinuatus Conr. Et longo ſinuatus orbe Iſter.
Magnus Idem, Influens magnum violentus Iſtrum.
Rigidus Idem, Vt leues Muſas rigidum per Iſtrum.
Septifidus Idem, Qua magnus Iſter beluoſam Septifidus Thetidem coronat.
Fluctiuagus Idem, Fluctiuagum dehinc decantata per Iſtrum.
Babylonius Mant. Littora diuerſas gentes Babylonius Iſter Protulit.
Sonans Idem, Subterq; ſonantem Horrendum intortis vndarũ molibus Iſtrũ.
Currens Idem, Et currentem vndis pernicibus Iſtrum.
Glacialis Idem, Vſq; pruinoſos Iſtri glacialis ad amnes.
Corniger Cantal. Corrigeri ripas creſcentes aſpicit Iſtri.
Germanicus Bart. Quotq; vndis populos Germanicus alluit Iſter.
Spumans Idem, Iſtriq; meat ſpumantis ad aulam.
Vaſtus Idem, In vaſtum curſu deuoluitur Iſtrum.
Vndiſonans Idem, Campisq; vagatur Vndiſonans.
Rheticus Idem Barth. Fluminis atq; vnda, quod Rheticus alluit Iſter.
Arcticus Idem, Quę regeret terras, quas Arcticus alluit Iſter.
Algidus Idem, Contra algidus Iſter, Laxaturq; vagus.

*I S T M O S.*

*Iſtmos anguſtiſsima eſt terra, quatuor millium ſpacio Aegæum mare ab Ionio ſeparans. Et hic uocatur Corinthiacus, quoniam ſuperfuit Corinthus. Eſt & alter Thracius, cuius littora, vrbes vtrinque ſecus oſtentant.*

Gracilis Lucan. lib. 1. Qualiter vndas Qui ſecat & geminum gracilis mare.
Bimaris Ouid lib. 6. Met. Quæq; vrbes aliæ bimari clauduntur ab Iſtmo.
Siſyphius Syl. lib. 14. Quam per Siſyphio fundauit nomen ab Iſtmo.
Doricus Stat. lib. 2. Theb. Quas Doricus alligat vndis Iſtmos.
Anguſtus Mant. Claudit, & anguſto duplex mare diuidit Iſtmo.
Diues Marul. Nec gemino mare diues Iſtmos.
Exilis Seneca, Et bina findes Iſtmos exilis freta.
Tenuis Propert. lib. 3. Iſtmos qua tenuis arcet vtrinq; mare.

I T A L I.

Superbi Conradus, Noſcis & mores Itali ſuperbi.
Præfulgidi Iulius Maternus, Itali fiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi.

*I T A L I A.*

*Italia dicta eſt ab Italo rege, quum prius vocaretur Heſperia magna; ab Oenotriis populis, Oenotria; à Saturno Saturnia. Vnde Vergil. Eſt locus Heſperiam Graij cognomine dicũt, Terræ*

*antiqua*

*antiqua potens armis atq; vbere glebæ, Oenotrij coluere viri, nunc fama minores Italiam dixiſſe ducis de nomine gentem. Timæus hiſtoriographus & M. Varro apud Gellium dicunt, Italiam dictam à multitudine vitulorum, quos antiqui vocabant Italos.*

Saturnia Verg.lib.2.Georg. Salue magna parens frugum Saturnia tellus.

Grauida bellis. Idem lib.3. Aen. Sed fore qui grauidã, imperiis belloq; frementem.

Fertilis Verg. Hæc eadem argenti riuos, æriſq; metalla Oſtendit venis.

Terrarum alumna. Plin.lib.3. In hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna.

Fortunata Sophocles apud Plin.lib.18. Et fortunatam Italiam frumento caneſcere candido.

Potens Stroz.pat. Quid loquar Italiæ felicia regna potentis.

Decora Cantalycius, Et veſtræ Italiæ memores eſtote decoræ.

Armentoſa Bub. Quod Italia olim eſſet armentoſiſſima.

Sceptrifera Andreas Ammonius, Eſt & ſceptriferæ olim Italiæ plaga.

Bellifera Claud. Qui belliferam communibus vrunt Italiam maculis.

Frequens vrbibus. Idem, Prima Padum, Tyberimq; ligat, crebriſq; micantem Vrbibus Italiam.

Pulchra Mant. de limine pulchræ Venimus Italiæ.

Populoſa, quoniam Plinius ſcribit Italiam nunciato Gallico tumultu, ſolam ſine externis vllis auxilijs armaſſe peditum 80. millia, equitum 70. millia.

ITHOME.

Montana Stat.lib.4.Theb. Planaq; Meſſene, montanaq; nutrit Ithome.

ITHYS.

*Filius fuit Terei regis Daulidis oppidi Phocenſium ex Procne filia Pandionis regis Athenarum Interfectus à matre, & datus Tereo in cibum, quod ille Philomelam vxoris ſuæ Procnes ſororem, adulteraſſet. Omnes poſtea deorum voluntate in aues commutati ſunt. Procne in hirundine, Philomea in luſciniam, Tereus in vpupam, Ithys in phaſianum.*

Iſmaris Ouid. in Epiſt. Concinit Iſmarium Daulias ales Ithym.

Threicius Ouid. ad Liuiam, Deflet Threicium Daulias ales Ithym.

Triſtis Pamph. Vel quum plorat Ithym triſtem triſtiſſima Procne.

IVBA.

Comans Mant. Phœbus equi caput, atq; iubas ceruice comantes.

Rigens Stat.lib.3.Theb. Iam iamq; rigentes Suppliciter poſuere iubas.

Terribilis Idem lib.10. Terribileſq; iubas & frontem caſſidis horrent.

Rigida Stat.lib.1.Syl. Cui rigidis ſtant colla iubis.

Minax Claud. Ceruice minaces Defluxere iubæ.

Horrens Cæſar Germ. Horrenteſq; iubas & fuluum cerne leonem.

Hirta Calphur. Aut quibus hirtæ iactantur per colla iubæ.

Rutila Catull. Rutilam ferox toroſa ceruice iam quate iubam.

Flaua Propert lib.4. Pictaq; per flauas arma leuare iubas.

Hirſuta Idem, Et galea hirſuta compta lupina iuba.

IVBAR.

Rubens Verg. in Aetna, Purpureoq; rubens ſurgat iubar aureus oſtro.

Clarum Idem de ortu ſolis, Et clarum emicuit ſole oriente iubar.

Flammiferum. Idem, Flammiferumq; iubar terræq; poloq; reduxit.

Rubrum Lucret.lib.4. Iamq; rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte.

Tremulum Idem lib.5. Sub terris ideò tremulum iubar hæſitat igni.

Nitidum Valer.Flac.lib.3. Ardenti nitidum iubar euocat alto.

Multifidum Idem lib.4. Multifidum iubar, & biſſeno ſydere textum.

Aeſtiuum Claud. Aeſtiuum tolerare iubar tranſnare ſonoras.

Rutilum Ruffus, Donec te Boreæ rutilum iubar emicet axe.

Igniferum Idem, Alta de hinc ſcandens minuat iubar igniferum ſol.

Purpureum



Purpureum Stroz.Pater, Purpureumq; micat ſole oriente iubar.

Coruſcum Seneca, Et te coruſcum lucis ætheræ iubar.

Flammeum Seneca, Non ille vultus flammeum intendens iubar.

Auratum Pont. Solis & auratum mane redire iubar.

Syderale Thom.Rad. Terrenum fulgorem ſyderale iubar fugit.

Illuſtre Idem, Illuſtre iubar diem ſibi clariſſimum ſemper faciebat.

Formoſum Stroz.fil. Formoſumq; iubar terris oſtendit Apollo.

Perſpicuum Pamph. Phœbi perſpicuum iubar nitentis.

Candidum Crinit. Cœlo refulgens candidum & verum iubar.

Limpidum Quint. Qua ſol refulgens limpidum mandat iubar.

Sublime Idem, Et micuit ſublime iubar, velut alta coruſco.

Effulgens Idem, Contaminauit ſiderum effulgens iubar.

Solare Idem, Obnubit ſolare iubar.

Flammicomum. Mant. Igneus apparet per prima crepuſcula candor.

Cœleſte Claud. Laxatis pubes Titania vinclis, Vidiſſet cœleſte iubar.

Apollineum Bapt.Pius, Detur Apollineum nocte videre iubar.

Niueum Idem, Nocte magis niueum fundit ab ore iubar.

Auricomum Idem, Auricomum ſpargit cuncta per ora iubar.

Aſtrifugum Archit. Sol iubar aſtrifugum, mundum circumeat.

Ardens Mant. Cui militat ardens Aſtrorum, cœliq; iubar.

IVBAS.

Sceptrifer Lucan. libr.5. Libyamq; iubent autore Senatu, Sceptrifero parere Iubæ.

Infidus Idem lib.8. Si regna times proiecta ſub auſtro, Infidumq; Iubam.

Maurus Idem lib.4. Non tam læta tulit victor ſpectacula Maurus.

Cinyphius Ouid.lib.15. Numidaſq; rebelles, Cinyphiumq; Iubam.

Magnanimus Ouid.lib.4 Faſt. Perfida magnanimi contulit arma Iubæ.

Potens Bartho. Errantes Mauros, qui olim ſenſere potentis Frena Iubæ.

Pompeianus Cleoph. Et Pompeiani nobilis aula Iubæ.

IVDAS.

Furens Iuu. Signa ſequebatur Iudæ promiſſa furentis.

Proditor Idem, Proditor at Iudas poſtquam ſe talia cernit.

Nefandus Quint. Sed vnus proprio ex commercio Iudas nefandus.

Iniquus Idem, An ſic tonantem credidit infelix tibi, Inique Iuda.

Auarus Idem, Auare Iuda vendere an tuum potes Dominum latenter.

Sceleſtus Idem, Vbi ſceleſtus proditor Iudas.

Truculentus Remaclus, Nunc Iuda truculente refer, quæ præmia ſeruas.

IVDAEA.

Tenax, i. hæreſi pertinax. Petrarcha, Vincetur Iudæa tenax, Armenia duplex.

IVDAEI.

Apellæ Mant. Crinibus illotis fundo inuoluuntur Apellæ.

Curti Mant. Vin' tu curtis Iudæis oppedere.

Recutiti, à reſectu cutis. Sidon. Fert recutitorum primordia Iudæorum.

Superſtitioſi Thom.Rad. Superſtitioſis Iudæis, fauens, cæremoniarum ritus in ſuo ſublato feſtinabas.

Profani Conr. Colit hic profani Sabbata verpi.

Leuigenæ Mantuan. Pauca loquar contra Solymos, contra impia corda Leuigenum.

Infidi Quint. Tum Iudæa cohors infida, moleſta, rebellis, Perfida, dira, ferox, periura, ſuperba.

Ingrati Mant. Ingratæq; mouens plebi monſtrabat ab alta Arbore.

Verpi Iuuen.Sat.14. Quæſi tum ad fontem ſolos deducere verpos.

Aa IVDEX

I V D E X.

Catonianus Sidon. Neq; vereare me quoſpiam iudices Catonianos aduocaturum.

Durus Stroz. pater, Ipſa etiam duro ſub iudice victa rudebit.

Seuerus Calent. Quid rideris, ait, non hæc cenſura ſeueri Iudicis.

Tetricus Fauſtus, Nulla etenim tetrico iudice menda vacat.

Terribilis Anchite. Heu quàm terribilis iudex immobilis, &c.

Grauis Ouid. lib. 3. Eleg. Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Pellitus Mant. Raucaq; pellitus dirimebat iurgia iudex.

Ingenioſus Cicero pro M. Fonteio, Hic ſi ingenioſi, & periti, & æqui iudices has partes eſſe exiſtimatis.

Incorruptus Gell. lib. 14. Ex imaginis, inquit, iſtius ſignificatione intelligere, &c.

I V D I C I V M.

Acre Lucret. lib. 2. Sed magis acri Iudicio perpende.

Graue Pacificus, Iniuſtumq; vocant, iudiciumq; graue.

Horrificum Acrolucius, Dum canit horrifici tempora iudicij.

Peracre Cic. in Epiſt. Sed tum ipſe Cæſar habet peracre iudicium.

Cenſorium Idem pro A. Cluentio, Vtrum cenſorium iudicium graue velis eſſe.

I V D I T H.

Iudæa Mant. Fecerat ingenium Pallas, Iudæa virago Ingenter animos.

I V G E R A.

Florida Pamph. Aſt hic per violas per florida iugera campi.

Culta Idem, Incola quum tibi dent iugera culta paris.

Pinguia Mant. Dum pinguia curuo Iugera ſcindebat Conſul Romanus aratro.

Aprica Pamph. Vt leo dilaniat Libyæ per aprica ruentes Iugera.

Dumoſa Calent. Tondite nunc ſalices, dumoſaq; iugera tauri.

Herboſa Idem, Frondoſi montes, herboſaq; iugera.

I V G V M.

Loratum Verg. in Moreto, Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos.

Plauſtrarium Cato, Iuga plauſtraria duo, iugum aſinarium vnum.

Ahenoum Horat. lib. 3. Carm. Diductoſq; iugo cogit aheneo.

Turpe Idem lib. 2. Serm. Eripe turpi colla iugo liber.

Curuum Ouid. lib. 4. Triſt. Præbet & incuruo colla premenda iugo.

Pandum Ouid. lib. 1. de Ponto, Ducam ruricolas ſub iuga panda boues.

Aſperum Val. Flac. lib. 5. Tamen aſpera regum Perpetimur iuga.

Exitiale Claud. Quonam vſq; feremus Exitiale iugum.

Triſte Pacificus, Submiſit triſti colla ſuperba iugo.

Ferreum Claud. Hic, ſub iuga ferrea mittit cornipedes.

Sordidum Seneca, Fortaſſe faciet, ſordido premitur iugo.

Intolerabile Lactan. Quum intolerabili ſeruitutis iugo premerentur.

Seruile Augur. Seruili niſi ſponte iugo dat libera colla.

Inſuaue Mant. Hoc inſuaue iugum noſtris imponere Chriſtus noluit.

Curtum Iuuen. Sat. 10. Et curtum temone iugum, victæq; triremis.

I V G V M MONTIS.

Accliuum Ouid. lib. 5. Faſt. Leuiter accliuo conſtituere iugo.

Montanum Idem lib. 3. de Arte, Vt modo montanis ſylua reciſa iugis.

Frondoſum Ouid. lib. 1. de Rem. Nunc in frondoſis retia tende iugis.

Saxoſum Idem in Ibim, Tu quoque ſaxoſo præcipitere iugo.

Nemoroſum Syll. lib. 5. Ac circa nemoroſa minantur Inſidias iuga.

Frondeum Stat. lib. 2. Theb. Montis & incuruis claudunt iuga frondea ſyluis.

Aſperum Stat. lib. 6. Thebaid. Vallis in amplexu nemorum ſedet, aſpera circum Stant iuga.

Aquoſum Idem lib. 4. Syl. Quantuſq; iugis Erimanthon aquoſis Terueris.

Pineum



Pineum Val. Flac. lib. 2. Pars Phrygiam, pars diſcreti iuga pinea montis.

Comans Idem lib. 3. Immotaq; ſylua comanti Horret verna iugo.

Sentum Idem, Tali ſe concitat ardens In iuga ſenta fuga.

Floreum Idem lib. 5. Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti.

Præruptum Claud. Præruptis ferit aſtra iugis.

Niuoſum Pont. Gens ipſa iugis aſſueta niuoſis.

Frondens Idem, Alcides iuga per denſum frondentia montis.

Sublime Idem, Templaq; ſublimi conſtituere iugo.

Arduum Polit. Ardua Pieridum per iuga ferre gradus.

Piniferum Stroz. pat. Qualis pinifero confecta cæde ferarum.

Apricum Pamph. Quod gerat apricis delicioſa iugis.

Saltuoſum Conr. Quæ ſaltuoſis Herciniæ iugis.

Vernans Mant. Et iuga proſpectant Baccho vernantia.

Aerium Idem, Spartanorumq; trophæa Aerijs impoſta iugis.

Tetricum Valerand. Var. Hinc ſurgunt Rheticis Heluetij iugis.

Decliue Barth. Nec mora decliui fulſerunt Cæſaris alta Signa iugo.

Cliuoſum Fauſtus, Dardana cliuoſo qua tumet Ida iugo.

Muſcoſum Proper. lib. 2. Nec vaga muſcoſis flumina fuſa iugis.

Spinoſum Idem lib. 4. Tu cape ſpinoſi roſida terga iugi.

Herboſum Mant. Nunc herboſa vides molli iuga ſurgere cliuo.

Syluoſum Idem, Syluoſis Verona iugis.

Montoſum Hieron. Ang. Et iuga montoſa & ſcrupea ſaxa cremo.

Fructiferum Textos, Terra vbi fructifero ſurgit aprica iugo.

*I V G V R T H A.*

*Iugurtha filius fuit Spurius Manaſtabilis, fratris Micipſæ regis Numidarū, quē Micipſa patruus moriens hæredē regni ſui conſtituit, vnà cū duobus filijs ſuis adhuc impuberib. Adherbale & Hiempſale. Quos ille poſtea & beneficij immemor, & oblitus iuris humani, inſidijs adortus eſt, & interfecit, vt regnaret ſolus. Id ægre ferentes Romani, quib. tunc tpis ſuprema erat in Numidas & eorum regnum authoritas, quatuor ſenſim miſerunt Imperatores ad vlciſcendū illud parricidiū. Primus fuit Calphurnius Beſtia, quem ille munerib. corrupit, & re infecta coegit redire in patriam. Secundus Aulus Albinus, qui infeliciter cum eo pugnauit. Tertius Metellus, qui vniuerſam Numidiam vaſtauit, & in Romanorum poteſtatem redegit. Quartus Marius, victor & triumphator Iugurthæ, qui coniectus in carcerem ibidem perijt animi dolore.*

Triumphatus Luc. lib. 2. Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthæ.

Immanis Claud. Fractumq; Metello Traximus immanem Marij ſub vincla Iugurtham.

Naſamonius Sidon. Et vinctum Naſamonium Iugurtham.

Terribilis Quint. Horrida terribilis percurrit bella Iugurthæ.

I V L I V S.

Feruidus Stroz. pat. Feruidus arentes exurit Iulius agros.

Aeſtifer Mant. Iulius ardorem primis necat æſtifer vuis.

I V L V S.

Regius Verg. lib. 1. Aen. Regius accitu chari genitoris ad vrbem Sidoniam.

Dardanius Idem lib. 10. Dardanius caput eſſe puer detectus honeſtum.

Aeneides Idem li. 9. Sit ſatis Aeneide, talis impunè Nomanum Oppetijſſe tuis.

Phrygius Lucan. lib. 3. Continuit Phrygijq; ferens ſe Cæſar tuis.

Formoſus Ouid. in Epiſt. Si quæras, vbi ſit formoſi mater Iuli.

Pulcher Ouid. lib. 3. Eleg. Egreſſus tectis pulcher Iule tuis.

Sacer Syl. lib. 8. Ecce autem Aeneas ſacro comitatus Iulo.

I V M E N T V M.

Doſſuarium M. Var. li. 2. de re Ruſtica eleganti vocabulo doſſuaria iumenta vocat, quod onus dorſo ferre poſſint.

## IVNCVS.

Lacuſtris  Mant. Noſtrum eſt ad iuncos non hic cantare lacuſtres.

Paluſtris  Adrian. Card. Multa tectus arundine & paluſtri Iuncto.

Limoſus  Verg. in Buc. Limoſoq; palus obducat paſcua iunco.

Mollis  Nemeſ. Ipſe ego nec molli iunco, nec vimine lento Perfeci calathos.

Sterilis  Lucan. lib. 5. Sed ſterili iunco, cannaq; intexta paluſtri.

Contortus  Col. lib. 11. Iam roſa diſtendat contorti ſtamina iunci.

Tenuis  Pallad. Rutil. Iuncus tenuis, ſalix ſyloarica alnus, vitis, arundo.

Paluſtris  Ouid. lib. 8. Lenta ſalix, vinæq; leues, iunciq; paluſtres.

Odoratus  Plin. lib. 21. Quidam & ſalem admiſcent, & anchuſum nonnulli, &c.

Leuis  Propert. lib. 4. Me notat, & iunco braſſica vincta leui.

Teres  Calphur. Succida iam tereti conſtringere vellera iunco.

Fluuialis  Nemeſian. Dum fiſcella tibi fluuiali Tityre iunco Texitur.

Cæruleus  Pont. Virgaq; cæruleo miſcetur candida iunco.

Acutus  Pont. Nocte autem ad lychnos aut iunco texit acuto Fiſcellam.

Bibulus  Fauſt. Et bibulis limum iuncis diduco paluſtrem.

## IVNIPERVS.

Arbor eſt frequēs in locis arenoſis.

Viridis  Stroz. pater, Iuniperi virides, & te Peneia laurus.

Impenetrabilis. Mant. Addam, & iuniperos, carie impenetrabile robur.

Virens  Arian. Card. Grauis iuniperi virentis vmbra.

## IVNO.

*Iuno, vt poetæ fabulantur, Saturni fuit filia, ſoror & coniunx Iouis, dea regnorū & diuitiarū, nubentibus præeſt & parientibus. Vnde Pronuba, Lucina, & Coniuga vocatur.* Nymphas *habet pediſſequas, dicente Verg. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ. Filiā habuit Heben, quam comeſtis ſylueſtribus lactucis, fertur concepiſſe. Vulcanum ex Ioue peperit.*

Regia  Verg. lib. 4. Aen. Perge ſequar. Tum ſic excepit regia Iuno.

Saturnia  Verg. lib. 3. Aen. Scire Helenum fariq; vetat Saturnia Iuno.

Argiua  Idem, Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.

Lucina  Idem, Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Lacinia  Idem lib. 3. Aen. Cernitur, attollit ſe diua Lacinia virgo.

Pronuba  Idem lib. 4. Aen. Prima & tellus & Pronuba Iuno Dant ſignum.

Omnipotens Verg. lib. 4. Aen. Tum Iuno omnipotens longum miſerata dolorem.

Gabina, quoniam culta eſt à Gabijs populis Italiæ. Verg. lib. 7. Quiq; altum Preneſte viri, quiq; arua Gabinæ Iunonis.

Moneta, à monendo dicta eſt, quoniam, vt inquit Cice. libr. 1. de Diuin. Quum terræ motus factus eſſet, vt ſuæ plena procuratio fieret, vox ad ædem Iunonis ex arce extitit, quocirca Iunonem appellarunt Monetam, cui ædes Calend. Iunijs dedicata eſt, autore Macrobio. Lucan. lib. 1. Numina miſcebit caſtrenſis flamma Monetæ.

Feronia  Syll. lib. 13. Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco.

Zygia, quaſi iugalis ab eo, quod præeſt maritali coniugio. Vnde Verg. Iunoni ante omnes, cui vincla iugalia curæ.

Iniqua  Ouid. lib. 7. Met. Dira lues populis, ira Iunonis iniquæ.

Sancta  Idem lib. 5. Faſt. Sancta Iouem Iuno, nata ſine matre Minerua.

Profimna  Stat. lib. 1. Theb. Euolat hinc celſæ Iunonia templa Profimnæ.

Sceptrifera  Stat. lib. 10. Sceptriferæ Iunonis opem, reditumq; ſuorum.

Romana  Stat. lib. 3. Syl. Iupiter Auſonius pariter, Romanaq; Iuno.

Aſpera  Val. Flac. lib. 6. Attonitam virtute reor, contra aſpera Iuno.

Grauis  Sidon. Iuno grauis, prudens Pallas, turrita Cybelle.

Argolica  Seneca, Et te ſororem cuncta pallentis viri Argolica Iuno.

Acerba  Codrus, Tiſiphone magno monitu Iunonis acerbæ.

Furibunda  Pamph. Perdere dum Phrygios rapto furibunda miniſtro Iuno cupit.





Altitonans  Barth. Secum etenim altitonans prolem Thaumantida Iuno Miſerat.

Lucetia  Thom. Rad. Sis Zygia; ſis Lucetia, ſis Ilithya, ſis Iterduca, ſis Domiduca, ſis Vnxia, ſis deniq; Cinxia.

Pelaſga  Proper. lib. 2. An contempta ibi Iunonis templa Pelaſgæ.

Tumida  Stat. in Achill. Qui tumidæ ſuperarit iuſſa nouercæ.

Vnxia, quoniam virgines ad limina ſponſorum, ritu veteri, accedentes, varijs vnctionibus poſtes vngebant.

Iterduca, quoniam credebatur puellas nubentes in domos maritorum deducere, vnde etiam Domiduca dicta eſt.

Socigena, quòd mares connubio fœminis iungat, & ſociet.

Populonia, ꝙ ex copula virorum & mulierum propagetur, & augeſcat populus.

Cinxia, ꝙ virginibus cingulum caſtitatis exolueret die nuptiarum, dum commiſcerentur viris.

Matrona, quòd mulieribus præſit iam maturis & viri potentibus.

Fluonia, à fluoribus ſeminum, quòd fœminas in partu liberet.

Februa, eadem ratione dicitur à februo, id eſt, purgo.

Samia, à Samo inſula, in qua colebatur. Cic. lib. 2. de Leg. Et Athenienſis Clyſtenes Iunoni Samiæ ciuis egregius, quum rebus timeret ſuis, filiarum dotes credidit.

Soſpita  Idem lib. 1. de Nat. deorū Tam hercle, quàm tibi illam noſtrā Soſpitā.

Pharygæa, à Pharyge ciuitate propè Thermopilas in alto mōte ſita vbi colebatur.

Acræa  Eraſmus, Olim quum Corinthij Iunoni Acrææ (nam id illi cognomen) rem diuinam facere pararent.

Hera, Græcè appellatur Iuno hinc heroes dicti ſunt.

## IVPITER.

*Tertu. ſcribit 300. Ioues enumeratos à M. Varr. quæ multitudo ne memoream lectoris obturbet, & obnubilet, tribuamus vni quod de omnibus fertur. Saturni fingitur filius, deorū ſummus cœlo præeſſe, parente pulſo, ibiq; fulminare. Natus eſt eodem cum Iunone partu in Creta inſula, ibiq; nutritus à Curetibus pulſantibus tympana, ne puer vagiens audiretur à Saturno, qui filios ſuos deuorabat. Educatus eſt caprino lacte ab Amalthea & Meliſſa nutricibus. Hinc orta fabula, qua poetæ nutritum à capra fabulati ſunt. Patrem regno pepulit. Gigantas fulminauit. Cum fratribus, Plutone ſcilicet & Neptuno ſortitus de regno. Iunonē ſororem duxit in vxorem. Pincernam primum habuit Hebem filiam Iunonis, cui poſteà ſuperinduxit Ganymedem Phrygium, elegantis formæ puerulum. Ex plantis ſacram illi faciunt quercum. Hinc Ouid. li. 6. Met. Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.*

Chaonius, id eſt Epiroticus, quoniam colebatur in Epiro quæ vocatur Chaonia, & in ſylua Epiri Dodona ſimulacrum habuit. Verg. lib. 3. Georg. Chaonijq; patris glandes atq; ardua palma.

Dictæus, à Dicte vrbe Cretæ inſulæ, in qua natus eſt. Verg. lib. 2. Georg. Ante etiā ſceptrum Dictæi regis & ante.

Coruſcus  Verg. in Cyri, Quippè aquilis ſemper gaudet deus ille coruſcus.

Omnipotens Idem lib. 1. Aen. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.

Rex cœli  Idem lib. 3. Cœlicolum regi mactabam in littore taurum.

Saturnius  Idem lib. 4. Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Idæus, ab Ida monte Cretæ. Verg. lib. 7. Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem.

Anxurus, id eſt, imberbis & ſine nouacula. Idem, Quis Iupiter anxurus arui præſidet.

Magnanimus, Idem lib. 12. Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile.

Latialis  Lucan. lib. 1. Et reſidens celſa Latialis Iupiter aula.

Taranis  Idem ibidem, Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Caſius. Supra Caſium montem Aegypti fuit Peluſium, in quo delubrum Iouis extitit. Lucan. lib. 8. Maneſq; tuos placare licebit, Et Caſio perferre Ioui.

Dapalis, cui ſacrificatur Dapibus. Cato, Iupiter Dapalis quod tibi fieri oportet.

Corniger, quoniam in forma arietis colebatur in Libya, vt iam diximus in hac dictione Ammon. Ouid. in Ibin, Vt qui cornigero de Ioue natus erat.

Dieſpiter, diei pater. Hor. lib. 1. Car. Namq; Dieſpiter Igni coruſco nubila diuidẽs.

Fulminans Idem, Nec fulminantis magna Iouis manus.

Tonans Claud. Contraq; tonantem Coniurant furiæ.

Inuictus Horat. lib. 3. Carm. Vxor inuicti Iouis eſſe neſcis.

Olympius Gell. lib. 1. Nam quum apud Iouem Olympium pedibus ſuis metatũ.

Lucetius, autor lucis. Gell. lib. 5. Lucetium autem Iouem, inquit, Cn. Næuius in libris belli Punici appellat.

Procerus Apul. lib. 6. Pro ſede ſublimi ſedens procerus Iuppiter.

Olympicus Suet. in Auguſt. Et cuncti ſimul ædem Iouis Olympici Athenis antiquitus inchoatam perficere communi ſumptu deſtinauerunt.

Capitolinus, quoniam ſimulachrum eius fuit in Capitolio, cui triumphantes hoſtilia trophæa & manubias appendebant. Ouid. libr. 5. Faſt. A Capitolino reppulit arma Ioue.

Cenæus, à Ceneo monte imminente Eubœæ, vbi colebatur. Ouid. lib. 9. Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Ioui.

Panomphæus, id eſt, omnium voce colendus. Ouid. lib. 11. Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Elicius, q ſacrificijs eliciatur precibus. Ouid. li. 4. Faſt. Elicuit cœlo te Iuppiter, vnde minores, Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; vocant.

Tarpeius eadem ratione, qua Capitolinus: quoniam Capitolium vocatur arx Tarpeia. Ouid. lib. 6. Faſt. Iunctaq; Tarpeio ſunt mea templa Ioui.

Latius, q coleretur in Latio. Oui. li. 3. Triſt. Cæſaris & Latio reddita vota Ioui.

Adulter, quoniam corrupit & ſtuprauit multas pedices, de quibus apud Seneca conqueritur Iuno. Ouid. lib. 3. Eleg. Sed poſtquam ſapiens in munera venit adulter.

Hercæus, quòd intra conſepta & penetralia domi coleretur. Ouid. in Ibin, Cui nihil Hercæi profuit ara Iouis. Seneca, Sparſum cruore regis Hercæum Iouem.

Libycus, quoniam colebatur in Libya forma arietis. Ouid. in Ibin, Vtq; Iouis Libyci templum violare parentes.

Gnidius Plin. lib. 32. Item in labra Gnidij Iouis fonte anguillas.

Piſæus, à Piſa Macedoniæ ciuitate, iuxta quam fiebant Olympici ludi in honorem Iouis Stat. lib. 1. Thebaid. Non aliter quam Piſæo ſua luſtra tonanti Quum redeunt.

Moloſſus, quoniam, vt iam diximus, colebatur in Epiro, quæ vocatur Moloſſa, à Moloſſo Pyrrhi filio. Stat. lib. 8. Theb. Atq; Moloſſi Quercus anhela Iouis.

Minax Idem lib. 8. Vt ventis, nymbiſq; minax quũ ſoluit habenas Iuppiter.

Seuerus Idem lib. 9. Iouis inde ſeueri Vultus.

Agenoreus, propter Europam Agenoris filiam, quam Iuppiter formam bouis mentitus, rapuit, raptam adduxit in Cretam. Stat. lib. 3. Syll. Doris Agenorei furtis blandita iuuenci.

Auſonius, quòd coleretur in Italia, ſeu Auſonia. Idem, Iuppiter Auſonius pariter Romanaq; Iuno.

Phidiacus, quoniam Phidias ſtatuarius fecit Iouem Olympium in Elide. Mart. lib. 7. Phidiaco ſi ſigna Ioui dare templa parauit.

Feretrius Romulus, Acronte duce Ceninenſium victo & obtruncato, templum dedicauit Ioui, quem appellauit Feretrium, quòd ei tulerit ſpolia hoſtis interfecti Propert. lib. 4. Nunc Iouis incipiam cauſas aperire feretri.

Pluuius Tibul. lib. 1. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Pharius, quòd coleretur in Aegypto. Mart. lib. 9. ſcis quoties Phario madeat Ioue fuſca Syene. Sed hic capitur pro imbre.





Aethereus Idem, Deſtinet æthereus cui ſua ſerta pater.

Genetæus rà Genetæa rupe ſeu monte, in quo templum erat Iouis. Vale. Flac. lib. 5. Inde Genetæi rupem Iouis, hinc Tibarenum.

Fœcundus Idem, Tunc tibi fœcundi proles Iouis.

Terrificus Claud. Numina, terrificumq; Iouem, Triuiemq; precatus.

Altipotens Mart. Cap. Altipotens parentis memorem ciere virgam.

Aſtriſonus Idem, Te nunc aſtriſonum carmine Iupiter.

Prouidus Nemeſianus, Hunc pater omnipotens venturi prouidus æui.

Saturnigena Mant. Iſte deos Saturnigenas, Martemq; Iouemq;.

Altiſonus Seneca, Tremuit telo Iouis altiſoni Caucaſus ingens.

Amator Pont. Vertit amatorem fabula nulla Iouem.

Aeternus Marull. Naturæ & æterni imperium Iouis.

Benignus Marull. Iupiter pie, Iupiter benigne, Iupiter optime.

Mitis Idem, Mitis, ſancte, precor, Iupiter huc ades.

Sceptriger Codr. Bellica ſceptrigero quæ canis acta Ioui.

Maculoſus Lactan. Parum enim videbatur, ſi in expugnanda fœminarum pudicitia maculoſus ac turpis eſſet.

Salax Idem, Quare apud poetas ſalaciſſimus Iupiter deſierit liberos tollere.

Creticus Idem, Ipſius butem Cretici Iouis ſacra quid aliud oſtendunt.

Terribilis Stroz. pater, Et ſua terribilis Iuppiter arma ciet.

Coruſcans Stroz. fil. Apta coruſcantem verba mouere Iouem.

Fulmineus Pamph. Armiſonum potuit fulmineumq; Iouem.

Omniprocus, Conrad. Quales omniproci fuiſſe ſcribunt amores Iouis.

Vltor Pacificus, Atq; ait vltori cura ſit iſta Ioui.

Fulminator Veteres à fulmine, fulgore & tonitru Iouem fulminatorem, fulguratorem, tonitrualem, & ſerenatorem dixerunt.

Arduus Quint. Iuppiter empyreis deſcenderet arduus aſtris.

Mitis Idem, Iuppiter eſt homini mitis, pater omnibus æquus.

Aequus Barth. Dij cauſa certare iubent, & Iuppiter æquus.

Magnanimus Verg. lib. 12. Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile.

Latialis Lucan. lib. 1. Et reſidens celſa Latialis Iuppiter Alba.

Altiſonans Quint. Quàm dono dedit altiſonans in pignus amoris.

Fulminiger Idem, Aſtant cœlicolæ intuenti, quæ fulminiger rex Præcipiat.

Omniparens Idem, Iuppiter omniparens cuius ſine numine ſancto.

Sceptrifer Petrarcha, Sceptriferum, ſummumq; Iouem, facieq; ſerena.

Aegiochus, nutritus à capra. Mich. Ang. Aegiocho grata eſt victima parua Ioui.

Cunctitenus Idem, Tecta iugis, cano pulſantia vertice regis Atria cunctiteni.

Inceſtus Mant. Facta ſub inceſti Iouis infelicibus annis.

Phrygius Idem, Nixuit, atq; Iouis Phrygij ſuſpendit ad aram.

Laſciuus Calent. Per ſidera iuro, Laſciuumq; Iouem.

Theutates, interpretatur mortis deus, quem nonnulli Mercurium eſſe volunt, alij Iouem. Barth. Aut quæ iam veteres placarũt ſanguine diri Numina Theutatis.

Opulentus Plaut. In Perſa, Ioui opulento, inclyto, Ope gnato, ſupremo, valido.

Aeuiternos Ennius, Maximum Iouem, & æuiternum vocat, quod in ſempiterno æuo maieſtatem diuinam retineat.

Elyſius Bap. Pius, Et Elyſio ferret opima Ioui.

Perpetuus Idem, Edita perpetuo pignora digna Ioue.

Omniuolus Idem, Dum fugit omniuoli dulcia furta Iouis.

Minianus Cic. ad Papyr. Pætum, Aut etiam Polypum Miniani Iouis ſimilem.

Præpotens Cicero lib. 2. de Diuin. Crediditſſe ea efficere rerum omnium præpotentem Iouem.

Dodonæus, vide cauſam in dictione Dodona. Cice. lib. 1. de Diuina. Quod quum

oraculum ab Ioue Dodonæo petiuiſſent.

Stator Cic. in Catil. Tum tu Iuppiter hiſdem, quib. hęc vrbs auſpicijs a Romulo eſt conſtituta, quem Statorem huius vrbis atq; imperij verè nominamus. Sic autem dictus eſt, quòd ſtare fecerit Romanos, in fugam a Samnitibus verſos.

Optimus maximus, ita vocari conſueuit ab antiquis. Quod etiam de agro, fundo, domo dici poteſt. Celſus de contrahenda emptione, Quum venderes fundũ, non dixiſti, vt optimus maximusq; eſt.

Romanus Proper. lib. 2. Romano accumbens prima puella Ioui.

Magnus Idem, Scribam ego per magnum eſt ſalua puella Iouem.

Antiquus Idem, Et canere antiqui dulcia furta Iouis.

Elæus, ab Elide Græciæ vrbe, iuxta quam fiebant ludi quinquennales in eius honorem. Propert. lib. 3. Nec Iouis Elæi cœlum imitata domus.

Xenius, i. hoſpitalis, quem hoſpites inuocabant, ſi quando hoſpitium violaretur, quemadmodum amici Philium Iouem inuocabant, & ſodales Heterium, & gentiles, i. cognati Homognium, & qui eiuſdem phratriæ erant, phratrium, & fœdere coniuncti Enorcion, ideſt, iuriſiurandi vindicem.

Elacatæus, ab Elacate Theſſaliæ monte, vt Homolius ab Homole monte Bœotiæ, in quibus colebatur.

Cunctitonans. Guill. Eremita Bonon. Mercurius lingua fulmine cunctitonans.

Ithomius Philo Hiſtoricus apud Theodoritum Cyrẽſem teſtatur Ariſtomenem Meſſenium trecentos homines Ioui Ithomio olim immolaſſe.

Heliopolites Aſſyri, vt eſt apud Macrobium, ſolem venerantur ſub Iouis nomine, quem Helipolitem vocant, ab Heliopoli ciuitate.

Durius, à ligneo ſimulachro, vt equus Troianus à Lucretio vocatur Durateus, hũc Iouem Durium colebat Priamus.

## IVRGIVM.

Inſanum Ouid. lib. 1. Faſt. Lite vacent aures, inſanaq; protinus abſint Iurgia.

Ferum Quint. Aut motas trahit in fera iurgia lites.

Difficile Claud. Creſcunt difficili gaudia iurgio.

Aſperum Manil. Aſpera contractæ minitetur iurgia frontis.

Rabioſum Seneca, Hic clamoſi rabioſa fori iurgia vendens.

Malum Stroz. filius, At mala de placida iurgia pace timet.

Probroſum Idem, Sunt probroſa ſatis obſcuræ iurgia noctis.

Improbum Pamph. Improba clamoſi ſequeris cur iurgia circi.

Clamoſum Mant. Iura fori, lites, clamoſaq; iurgia ceſſent.

Nefandum Quint. Alter nefandis iurgijs ridens ait.

Veſanum Fauſt. Hic veſana refert alterno iurgia verſu.

Durum Mant. Dura inter rapidos paterentur iurgia patres.

Litigioſum Fauſt Litigioſa fugit ſtudioſus iurgia vates.

## IVS.

Arctum Lucret. lib. 5. Sponte ſua cecidit ſub leges, arctaq; iura.

Rigidum Ouid. ad Liuiam, Sed rigidum ius eſt & ineuitabile mortis.

Sacratum Manil. Rectoremq; dabit legum, iuriſq; ſacrati.

Sanctum Pamph. Si pia delectant iuris te fœdera ſancti.

Seuerum Fauſt Ergo immota manent iuris decreta ſeueri.

Clamoſum Mant. Iura fori clamoſa tacent.

Litigioſum Hier. Ang. Iura ve clamoſi litigioſa fori.

Integrum Cic. Pro Sex. Roſc. Nullum ius tam ſanctum atque integrum, quod nõ eiuſce vis atq; perfidia violarit.

## *IVSTITIA.*

*Iuſtitia, inquit Cicero, eſt æquitas vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſq;. Et lib. 2. de Inuent. Iuſtitia, inquit, eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata, ſuam cuique tribuens*

digni-



*dignitatem. Primum eius munus eſt, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuria: deinde vt communibus pro communibus vtatur, priuatis autem vt ſuis. Eius fundamentum eſt fides, id eſt dictorum conuentorumq; conſtantia & veritas. Theognis dixit in ea contineri virtutes omnes. Euripides, Neq; Heſperus, inquit, neq; Lucifer ita nitet, ſicuti vir iuſtus.*

Potens Horat. lib. 2. Carm. Sic potenti Iuſtitiæ placitumq; parcis.

Salubris Horat. in Arte, Ille ſalubrem Iuſtitiam, legeſq; & apertis ocia portis.

Aſtræa, filia principis Aſtræi, quo terràs habitante, vt ſcribit Aratus, Nondum veſanos rabies nudauerat enſes, Nec cõſanguineis fuerat diſcordia nota. Vel ſic dicit, quòd ab aſtris deſcenderit. Ouid. lib. 1. Met. Vltima cœleſtum terras Aſtræ reliquit.

Sacra Marull. Diuum & iuſtitiæ ſacræ.

Inuiolata Cæſ. Germ. Iuſtita inuiolata, malis placidiſſima virgo.

Aurea Ruff. Feſt. Sed cunctis naſci dabat aurea terris Iuſtitia.

Inculpata Idem, Sic iuſta in populos mox virginis inculpatæ Exercere odia.

Sancta Seneca, O ſancta ſi cœlum incolis iuſtitia,

Aequa Th. Rad. Aequa iuſtitia, parua vindicta, ingens gloria.

Diuina Bud. Qui iuſtitiæ diuinæ ſeueritatem non timemus.

Cœleſtis Lactant Quid inqua, prodeſt cœleſtem illam iuſtitiam defendere.

Seuera Pamph. Iuſtitiam dicas & te dixiſſe ſeueram.

Tenax Fauſt. Aequa gerit rectam librat quę pondere lancem Iuſtitia immota, firma, tenaxq; manu.

Adraſtæa Theod. Cyr: Adraſtæam, inquit, eandem dici voluerunt, à didraſco, id eſt, fugio: quia nihil ſcilicet eam effugiat.

Prienenſis iuſtitia tranſijt in prouerbium, ob Biantem Prienenſem, cuius inculpatiſſima fuit integritas in iudicandis cauſis.

## IVSTITIVM.

Ferale Lucan. lib. 2. Ferale per vrbem iuſtitium latuit.

Triſte Idem libro 5. Clauſaq; iuſtitio triſti fora. Iuſtitium eſt iuris dicendi intermiſſio, ob publicam calamitatem aut luctum, dictum quaſi iuris ſtatio. Solebat autem id indici in publico luctu.

## *IVVENALIS.*

*Decius Iunius Iuuenalis, patria fuit Aquinas, natus eſt patre Libertino. Floruit imperante Domitiano. Præceptorem habuit Frontonem Grammaticum. Operam dedit ſcribendis Satyris, & carpendis hominum vitijs. Mutuo amore coluit Martialem.*

Facundus Mart. lib. 7. De noſtro facunde tibi Iuuenalis agello.

Aquinas Pont. Hinc rugat Aquinas triſte ſupercilium.

Turgidus Quint. Audaces Satyras Iuuenalis opacet Turgidus.

## IVVENCA.

Cornigera Ouid. lib. 13. Quas neq; cornigeræ morſu læſere iuuencæ.

Mollis Stat. li. 8. The. Cedib. imbelles vitulos, molleſq; iuuencas Trãſmitter.

## IVVENCI.

Tardi Verg. lib. 2. Georg. Plura domum tardis decedere plauſtra iuuencis.

Validi Idem lib. 2. Georg. Expecta, & validis terram proſcinde iuuencis.

Fortes Idem lib. 3. Geor. Paſcit equos, ſeù quis fortes ad aratra iuuencos.

Torui Ouid. lib. 6. Met. Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco.

Laboriferi Idem lib. 15. Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci.

Rudes Idem lib. 3. Faſt. Colla rudes operunt præbent ferienda iuuenci.

Teneri Ouid. in Epiſt. Scilicet vt teneros lædunt iuga prima iuuencos.

Difficiles Ouid. lib. 1. de Arte, Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci.

Rabidi Syll. lib. 7. Luctantur fruſtra rabidi mugire iuuenci.

Dociles Idẽ lib. 16. Duxere iuuencos Impreſſis dociles terrã proſcindere aratris.

Inſani Stat. lib. 4. Theb. Inſaniq; domum rediere iuuenci.

Luctantes Idem lib. 12. Hiſpida torquentem luctantis colla iuuenci.

Profugi

Profugi Val.Flac.lib.3.Quum pecus, & profugi ſternunt dumeta iuuenci.
Fulminei Claudian.Solaq; fulmineo reſonabit Creta iuuenco.
Aratores Pont.Format aratorem domita ceruice iuuencum.
Olidi Polit.Trux vehit hanc aries, olidi ſedet illa iuuenco.
Saginati Stroz.pat.Læta ſaginati depaſcunt prata iuuenci.
Audaces Stroz.fil.Si tamen aut campo audacem inſultare iuuencum.
Pingues Maph.Veget.Glandilegosq; ſues iugulant, pinguesq; iuuencos.
Ruricolæ Pamph.Ad iuga ruricolas exponit dira iuuencos.

IVVENES.

Feruidi Horat.lib.4.Carm.poſſent vt iuuenes viſcere feruidi.
Genialis Idem lib.1.Epiſt.Lectus genialis in aula eſt.
Conſtratus Apul.Super conſtratum lectum abiectus.
Perlucidus Idem,Lectus Indica teſtudine perlucidus,plumea congerie tumidus.
Teres Ouid.lib.2.de Arte,Nec dubitat tereti ſcamnum producere lecto.
Socius Idem,Fœmina quam ſocij deprenſa pellice lecti.
Mollis Tibul.lib.1.Illa decet furtim molli decedere lecto.

Gemmans



Gemmans Mart.lib.17.Gemmantes prima fulgent teſtudine lecti.
Fulgens Claud.Solatur,reſidet fulgente puerpera lecto.
Iugalis Ouid.in Epiſt.Turpiter hoſpitem lecto cumulaſſe iugalis Penitet.
Tepidus Pont.Mecum ſub tepido Ternina lecto.
Delicatus Thom.Rad.Quum lectulis delicatis reuulſi.
Pulcher Quint.Complecti,& pulchro componere corpora lecto.
Furtiuus Tibul.lib.1.Parce tamen parti furtiui fœdera lecti.
Tremulus Catul.Tremuliq; caſſa lecti argutatio.
Tyrius,à purpura Tyria.Iuuen.Sat.10. Tyriuſq; palam genialis in ortis Sternitur.
Stratus Propert.lib.3.Nec ſpeculum ſtrato vidiſti Lydame lecto.
Stotericus,a Stoterico fabro,cuius opera priſcam illam ſimplicitatẽ per ſe tulerunt.
Cubicularis Cic.Somniaſſe ſe,ouum perdere ex lecti ſui cubicularis.
Auratus Iuuen.Sat.6.Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto.

**L E AE N A.**

Torua Verg.in Buc.Torua leæna lupum ſequitur,lupus ipſe capellam.
Getula Horat.lib.3.Carm.Non vides,quanto moueas periclo Pyrrhe Getulæ catulos leænæ.
Libyca Ouid.lib.5.Faſt.Ipſe fuit Libycæ præda cruenta leæ.
Hircana Stat.li.3.Theb.Nõ aliter Scythicos armẽta p agros Hyrcanæ clauſere (leæ.
Fulua Tibul.lib.3.Armenias tigres,& fuluas ille leænas Vicit.
Sæua Val.Flac.lib.6.Tigridis,aut ſæuæ profugi cum prole leænæ.
Audax Seneca,Morſus cruentos paſſus audacis leæ.
Dura Pamph.Saxus,Durior dura poteris leæna.
Immanſueta.Bebelius,Infernus Pluto, velut immanſueta leæna.
Dira Theocritus,Diræ quem lactauere leænæ Montibus Hyrcanis.
Ferox Hieron.Balb.Sed lupus,aut dura rupe leæna ferox.
Africa Quint.Iudæa,peior gens leæna eſt Africa.
Marmarica,a Marmaridis, Africæ populis.Idem,Leæ morſu Marmaricæ vorent.
Cauernicuba.Mich.Angl.Antra cauernicubas melius clauſura leænas.
Trux Mant.Denudata trucem inſſa eſt æquitare leænam.

**L E G E S.**

Validæ Lucret.lib.5.Nec validas valeant æui reſcindere leges.
Iudiciariæ Sueton.Legibuſq; iudiciarijs æquè tenerentur.
Seueræ Stat.lib.5.Syl.Tu quanquam non antè forum,legeſq; ſeueras paſſus.
Iuſtæ Idem lib.4.Syl.Iuſtis legibus & foro coronat.
Duræ Polit.Heu duræ nimia inclementia legis.
Aequæ Mart.lib.10.Iuris & æquarum cultor ſanctiſſime legum.
Tetricæ Claud.Exulta tetricis libera legibus.
Sanctæ Sidon.Conſpicuus ſanctas ſe reddit præſule leges.
Sacroſanctæ Polit.Inde ſacroſanctas modulati carmine leges.
Rigidæ Quint.Leges rigidi rumpantur Auerni.
Solonigenæ Mant.Ipſa Solonigenas leges,præcepta Lycurgi.
Veridicæ Adrian.Card.Ius,fas,veridicas tulitq; leges.

**L E G I O.**

Martia Apul. Martiæ legionis facies integraretur. Abundè a me dictum eſt in Officina,quid ſit legio,& quot conſtaret cohortibus.

**L E G V M E N.**

Pingue Fauſt Nec ſemper frumenta ſero,vel pingue legumen.
Terreſtre Colum.lib.9.Gratiſſima eſt,& eſca terreſtris leguminis.

***L E M A N N V S.***

*Lacus eſt Galliæ Ciſalpinæ,per quem Rhodanus Ararim deferẽs rapitur. Is Heluetios a Gallia ſeparat,ſuiſq; accolis Lemannorum indidit nomen,autore Sulpitio.*

Cauus

Cauus Lucan.lib.1.Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno.
Liquidus Mant.Agmine in extremo liquidi gens dura Lemanni.
Gelidus Idem,Huc veniunt,gelidi quos nominat vnda Lemanni.
Oſtrifer,à ferendis oſtreis.Barth.Oſtrifero madidum caput occultare Lemanno.

## LEMNOS.

*Inſula eſt maris,in qua nutritus eſt Vulcanus,ibidem propterea eſſe dicitur cyclopũ officina.*

Vulcania,Vulcano ſacra. Ouid.li.13.Nec Pæantiadem quod habet Vulcania Lemnos.
Hypſipylæa,quoniam Hypſipyle Thoantis filia ibidem regnauit.Idem lib.3.Faſt. Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.
Aeriſona,à me dicitur vocabulo Syllij ſcribentis, Cres erat ęriſonis Curetum adue ctus ab antris.
Circumflua Stat.lib.5.Theb.Aegeo premitur circumflua Nereo Lemnos.
Aequorea Val.Flac.lib.2.Vade,age,& æquoream virgo delabere Lemnon.
Ardens Seneca,Quæ Lemnos ardens,quæ plaga inferni poli.
Fumida Pont.Ille è Iunone ſatus,quem fumida Lemnos Exercet fabrum.
Vulcanis Idem,Et tamen hac fama eſt dici Vulcanida terram.
Calens Claud.Lemnonq; calentem Cum lare Vulcani ſpumantib. eruit vndis.
Alta Statius in Achill.Iam Paros, Olearoſq; latent,iam redditur alta Lemnos.
Ingenioſa Ouid.in Epiſt.Dos tibi lemnos erit,terra ingenioſa colenti.

## LEMVRES.

Nocturni Horat.lib.1.Epiſt.Somnia terrores magicos,miracula ſagas,Nocturnos Lemures.
Nigri Mant.Quæ nigros abigit lemures,vanumq; timorem.
Plegethontiaci.Idem Vexatam furiis lemurum phlegethontiacorum.
Atri Idem,Adfuit,& Lemures atros in Tartara miſit.
Mendoſi Remaclus,Mendoſi lemures,taxicolæq; ſtryges.
Mali Priſcan.Atq; malos lemures quod pellit munus.

## LENA.

*Aegidius Maſerius multilegæ doctrinæ & infinitæ propè lectionis homo, in ſuis commentariјs ſuper Valerium Flaccum egregiè admodum & peritè deſcribit perniciẽ,vaſerrimaſq; lenarum inſidias.Cuius verba quoniam admodum mihi arriſerunt, & oraculis veriora viſa ſunt, his miſcellaneis volui conſarcinare.Turpiſſimum(inquit ille)lenarum ſtudium, quæ virgineas mentes melle perungunt,vt fel inhoneſta,opportunum tempus aucupantes.Laqueos tendũt,quos vix Lucretia vitaret,eſcam parant,quam vel ſatur Hypolitus ſumeret.Arma mouent,quæ virginitatis dea Aegidæ non propulſaret. Munera oſtendunt(Danaem omitto)inconcuſſum Penelopes animũ euerſura.Minas obijciunt,quas Suſanna expauerat.Quod quæſo, Proſerpinas his harpagonibus Pluto corripit.Hæ ſanæ ſunt virgæ ſoporiferæ, quibus animæ contractæ ad Orcũ deſcendunt.Hoc gluten,quo compactæ mentium alæ ſurſum euolare nequeunt.Dæmonum ancillæ,quæ ſucculentia exhauſtæ ſucculentas quærunt,ſollicitant,vendunt,moroſæ, difficiles,vietæ,flacidæ,rugoſæ,rapaces,languidæ,ſtrictiæ,ſcrupeæ Hæc omnia vir ille doctiſsimus.*

Improba Stroz.pat.Nec maculet caſtos improba lena choros.
Spurca Pacificus,Deſideras quando ſpurcas ſubmittere lenas.
Multibiba Plaut.in Curg.Nomen eſt lenę multibiba atq; merobiba.
Maleſuada Idem in Muſt.Hanc corripit mulierem maleſuada lena.
Leuifida Idem in Perſa, Omnes ſunt lenæ leuifidæ, neq; tipulæ leuius pondus eſt,quàm fides lenonina.
Callida Tibul.lib.1.Venit in exitium callida lena meum.

## LENIMEN.

Dulce Hor.li.1.Carm.O laborũ Dulce lenimẽ, mihi cũq; ſalue Rite vocanti.
Blandum Stroz.pat.Sæpè affer blandum rapido lenimen in æſtu.

LENO.



## LENO.

Inſidioſus Horat.lib.2.Epiſt.Vt patris attenti leonis vt inſidioſi.
Auarus Ouid.lib.1.Eleg.Deuouet imperium tamen hæc lænonis auari.
Impurus Plaut.in Pſeu.Fraudulente,impure leno.
Cautus Stroz.pat.Cum cauti, atq; manu prompti lenonis amicam pollicitus.
Verſutus Fauſtus,Verſutus ſeu leno fuit,ſeu proditor alter.
Perfidus Plaut.in Mercat Abſente cum lenone perfido.
Importunus Idem,Leno importunus,dominus eius mulieris.

## LENS.

Peluſiaca Verg.lib.1.Georg.Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.
Teres Auſon.Et Peluſiaco de ſemine plana,teres lens.
Niliaca Laur.Lippus,Betis Niliacam poteris confundere lentem.

## LEO.

*De natura & ingenio eius animalis,& quot ſint eorum genera copioſe traditum eſt ab Ariſtotele,Plinio,& Alberto Magno aliiſq; compluribus autoribus multis in locis.*

Horrendus Verg.de ſignis,Horrenduſq; leo ſequitur cum virgine ſancta.
Pœnus Idem in Buc.Daphni tuum Pœnos etiã ingemuiſſe leones interitum. Pœnus, i. Punicus.
Terribilis Idem de ſignis,Tũ leo terribilis veniẽs,atq; innuba virgo.Et Glarean. de Heluetiis,Gens aquilam,gens terribiles imitata leones.
Aeſtifer Idem Verg.Aeſtifer inde leo mixta cum virgine ſurgens. Aeſtifer ferens æſtũ pro ſigno.
Sæuus Idem,Inſequitur leo ſæuus,& almæ virginis aſtrum.
Fulgens,iam poſitum.
Fuluus Idem lib.2.Aen.Fuluiq; inſternor pelle leonis.
Getulus Idem lib.5.Aen.Sic fatus tergum Getuli immane leonis dat Salio.
Villoſus Idem lib.8.Præcipuumq; toro & villoſi pelle leonis.
Vaſtus Idem,Tu Creſſia mactas prodigia, & vaſtũ Nemeæ ſub rupe leonem.
Nemeæus Lucan.lib.1.Si ſæuum præmeres Nemeæum Phœbe leonem.

*Nemeæus à Nemeæa ſylua Arcadiæ,in qua Hercules leonem maximum,qui Molorchi hoſpitia ſui filium interemerat,ſuffocauit.Vnde & idem leo vocatus eſt etiam Molorchæus.*

Rabidus Lucan.lib.6.Rabidiq; leonis Solſtitiale caput.
Odoratus Idem lib.7.Odorati Pholoen liquere leones.
Ferus Colum.Narciſſiq; comas,& hiantis ſæua leonis Ora feri.
Inſanus Horat.lib.1.Carm.Et inſanis leonis Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.
Aſper Idem lib.3.Sponſus laceſſat regios aſperum Tactu leonem.
Rapax Pacificus,Perq; armenta rapax ſæuit leo.
Flauus Horat.Credula nec flauos timeant armenta leones.
Ingenuus Idem lib.2.Serm.Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem.
Rapidus Idem in Arte,Dictus ob hoc linere tigres,rapidoſq; leones.
Ferox Lucret.lib.4.Vt nequeant contra durare feroces.
Validus Idem lib.5.Et validos partim præ ſe miſere leones.
Violentus Ouid.lib.2.Met.Aemonioſq; arcus,violentiq; ora leonis.
Hirſutus Ouid.lib.14.Quum ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis.
Iracundus Ouid.lib.15.Armeniæ tigres,iracundiq; leones.
Auidus Mart.lib.1.Vnde poteſt auidus captæ leo parcere prædæ.
Herculeus Ouid.lib.1.de Arte.Quum ſol Herculei terga leonis adit.
Tumidus Idem lib.2.de Arte,Tigreſq; domat,tumidoſq; leones.
Generoſus Plin.de gallis gallinaceis,Itaq; terrori ſunt,inquit,leonibus generoſiſſimis ferarum.
Indomitus Syll.lib.3.Indomitisq; loqui & ſedare leonibus iras.
Libycus Syll.lib.7.Iam cernes Libycum huic vallo aſſultare leonem.
Toruus Idem,Aut fremuit toruum mutatus membra leonem.
Frendens Syll.lib.10.Et ſtetit ante oculos frendens leo.

Caſpius

*Ab oculis ei⁹ q. ſunt coloris cæſij, i. cærulei.*

Caſpius Stat.lib.8.Theb.Cæde redit ſic Hyrcana leo Caſpius vmbra.
Cæſius Catul.Solus in Lybia, Indiaq; toſta cæſio veniam obuius leoni.
Rigidus Mart.lib.10.Nec dorcas rigido fugax leoni.
Trux Val.Flac.lib.8.Quaterentq; truces ieiuna leones Ora.
Idæus Claud.Verberat Idæos torua cum matre leones.
Phrygius Idem, Iungebam Phrygios (quum tu rapere) leones.
Aeſtiuus, pro ſigno. Idem, Qua vergit in auſtrum Signifer æſtiuo ſedes vicina leoni.
Impatiens Claud.Vacuo qualis diſcedit hiatu Impatiens remeare leo.
Animoſus Idem, Inuicto clypeoq; animoſi teſte leones.
Dominus ferarum. Idem, Dominumq; ferarum Creſcere miratur genitrix Maſſylla leonem.
Audax Idem, Emicat extemplo, cunctis trepidantibus, audax Craſſa mole leo.
Prædator Manil.Prædatorq; leo, dumoſis ſcorpius aruis.
Ardens Idem, Sex partes, ſextamq; ardenti trade leoni.
Flammifer Ruff.Feſt.Maxima flammiferi mundus trahit ora leonis.
Calens. Idem, At circulus ima calentis Pectora, perq; aluum procul in poſtrema leonis Succedit.
Flammiger Idem, Olli cancer ineſt, leo flammiger, Attica virgo.

*Cleone oppidum Arcadiæ Nemeæ ſyluæ proximū, vbi Hercules vaſtiſſimum leonē oppreſſit.*

Cleonæus Verg.Prima Cleonæi tolerata ærumna leonis.
Marmaricus Nemeſian.Et ſua marmaricos cogit iuga ferre leones.
Iubatus Idem, Sylua iubatus qualis Armenia leo.
Fulmineus Idem, Te ſenſit Nemæus arcto Preſſus lacerto fulmineus leo.
Horridus Idem, Horrido tantum procul a leone.
Horrificus Pont.Imperijq; animos accendit ad arma Horrificus.
Furens Cimbriacus, Iam ſine patre furens, luſtrat leo tecta ferarum.
Feruidus Pont.Et ſole tamen leo feruidus ardet.
Maurus Idem, Sed prius aut Mauro veniam fera præda leoni.
Parthicus Marull.Quos fera tigris, quos leo Parthicus.
Maſſyllus Codrus Vrceus, Ante pauens capiet Maſſyllum dama leonem.
Rabidus Idem, Illa feros homines traxit, rabidosq; leones.
Carniuorans Lactant.Carniuorans leo comedet paleas ad præſepia.
Lethifer Pamph.Lethiferi latent leones.
Magnanimus Idem, Nec leo magnanimus clauas timet iſte ſalignas.
Impiger Sabell.Nunc hos tauros nunc impiger illos Perſequitur.
Fremens Idem, Carpitq; fremens, auidusq; cruoris.
Fortis Crinitus, Leo fortis eſt, & tamen occiditur.
Terrificus Salmon.Et qui terrificum Nemeæ ſub rupe leonem.

*Sed hoc metaphoricè de cacodemone intelligitur.*

Rugiens Quint.Cœpit humanum genus trahere ad frequētes rugiēs ſpecus leo.
Molorchæus Mant.Atq; Molorchæum ſtellata fronte leonem.
Celer Cantal.Veluti celeres quum ſepta leones Plena boum inuadunt.
Flammeus Architr.Repetat in vmbone leo flammeus.
Arens Pont.Et placet (arenti ſitiunt quum rura leone) Vmbra.

LEPOS.

Muſæus Marull.Natura magni verſibus Lucretij, muſæo lepore illitis.
Atticus Mart.lib.3.Lepore tinctos Attico ſales narrat.
Cecropius Idem lib.4.Qui ſi Cecropio ſatur lepore.
Vrbanus Sidon.Cui non vrbanus lepos ineſt, ſed pagana ſimplicitas.
Dulcis Pont.Hunc dulcis lepor, & grato facundia geſtu Adiuuat.
Tener Idem, Hos dulces verborum auræ, teneriq; lepores.
Gratus Idem, Gratis illecebris, leporibusq;.
Blandus Bapt.Pius, Et potero blando ſine pulchra lepore Efficere.
Periclæus Polit.Quanta Periclæo lepor intorquebat ab ore.





Mellifluus Augurell.Nec verborum mellifluus lepos.
Iucundus Idem, Atq; iucundo pudor & venuſtas Iuncta lepore.
Purus Idem, Eſt veritas illi, oris & lepor purus.
Suauis Fauſt.Plena venuſtabat ſuaui Charis alma lepore.
Tibullæus Idem, Scripta Tibullæo culta lepore facit.
Comis Crinit.Comi lepore alumnum detinet.
Facilis Idem, Quàm facilis fluat inter delicias lepos.
Argutus Bapt.Pius, Nec querulo argutus defuit ore lepor.
Flexanimis Barth.Loch.Docto flexanimis lepos in ore.
Scurilis. Cic.in Bruto, Et vrbanitatis oratorius non ſcurilis lepos.

LEPRA.

Lurida Iuuencus, Lurida diſcutitur ſquamoſo corpore lepra.
Edax Delphus, præſtat vtrinq; gradu, lepramq; repurgat edacem.
Improba Mant.Improba mordaci ſemper prurigine lepra.

LEPVS.

Auritus Verg.lib.1.Geor.Auritosq; ſequi lepores, tum figere damas.
Pauidus Horat.Pauidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem.
Fœcundus Idem lib.2.Serm.Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.
Pronus Ouid.lib.10.Aut pronos lepores, aut celſum in cornua ceruum.
Sollicitus Idem lib.5.Faſt.Imbelles capreæ, ſollicitusq; lepus.
Villoſus Plin.Villoſiſſimus animalium lepus.
Vagus Mart.lib.1.Et per aperta vagus curreret ora lepus.
Furax Idem, Per quos præda furax itq;, reditq; lepus.
Callidus Idem Leporemq; forti calidum rumpes equo.
Velox Manil.Tum Procyon, veloxq; lepus, tum nobilis Argos.
Paruus Cæſar Germ.Tu paruum leporem perpende ſub Orione.
Paruulus Ruffus, Paruulus in ſtellis lepus eſt quoq;.
Volucripes à me dicitur Auſonij vocabulo ſcribentis, defer ſalutem hanc præpes & volucripes.
Tener Nemeſ.Præterea tenerum leporem geminasq; palumbes.
Meticuloſus Th.Rad.Indagantes meticuloſos lepores.
Vagiens. Idem, Lepore vagiente, mure minitrante.
Fugax Fauſt.Scilicet omniparens leporem natura fugacem Protulit.
Pauidus Pamph.Vt pauidos vrſos, lepores, ceruosq; fugaces.
Pauens Crinit. Lepusq; ſubſilit pauens.
Excornis Laber.Vocabat beſtias exungues & excornes, id eſt, ſine vnguibus & cornibus.
Timidus. Theocr.Et timidos figit lepores, nec parceret noui.
Rapidus Mant.Poſt rapidum leporem iugulas.
Velocipes Bart.Quæ velocipedem ſummis de montibus Opim.
Mollis Prop.lib.2.Hæc igitur mihi ſit lepores audacia molles Excipere.

LERNA.

*Fuit palus Græciæ, ī qua Hercules Hydram interfecit.*

Cærula Stat.lib.4.Theb.circum amnis torpens, & ferro cærula lerna.
Nocens Idem lib.3.Syll.Non te lerna nocens, nec pauperis arua Molorchi.
Fœcunda Stat.lib.9.Theb.Non hæc fœcunda veneno Lerna.
Gelida Seneca, Vbi lerna perlucet vado.
Impacata Pont.Aut impacatæ deterruit incola lernæ.
Trux Mirand.Qua mentita trucis trepidauit belua lernæ.
Stagnans Mant.Quæ colit in noſtro ſtagnantem corpore lernam.
Arcadia Idem, Humidus Arcadiæ cancer vetus incola lernæ.
Graia Mart.lib.5.Sæpe licet Graiæ numeretur belua lernæ.
Caua Mant.Antra quibus tantam exhalat caua lerna Memphitim.

LESBOS.

*Inſula eſt maris Aegæi ampliſſima, cuius præcipuæ vrbes fuerunt Mitylene, & Methymna laudabilis vini feraciſſimæ.*

Methymnæa Ouid.lib.11.Et Methymnææ potiuntur littore Lesbi.
Seuera Pont. Et lenis Chios, & ſeuera Lesbos.
Bacchica Pamph.Sed victam ſe Bacchica Lesbos.
Superba Mant.Ad Mitylenæas arces Lesbonq; ſuperbam.

LAESTRYGONES.

Duri Syll.lib.14.Regnatam duro quondam Læſtrygone terram.
Inculti Tibull.lib.4.Incultos adijt Læſtrygonas, Antiphatemq;.
Immanes Iuuen.Sat.15.Figentem immanes Læſtrygonas & Cyclopas.

LEX.

Sacroſancta Bon.Rom.3.Ergo ſacroſanctæ laceramus vincula legis? Abſit.
Lacerta Bon.Rom.2.Vah, tu quid laceræ nomina legis habes?
Iram generans. Bon.Rom.4.Lex iram generat, criminis extat onus.
Virtus noxæ, & occaſio peccati. Francus, Lex noxæ virtus, peccati occaſio lex eſt.
Iram mortificans. Francus, Iram mortificans lex, obq; facinora lata.
Aſpera Bon.Rom.7.Aſpera lex, ſtupidæ pabula mortis erat.
Impia Idem, Ergo neceſſe malum gerulis lex impia donat? Abſit.
Poſita Idem Rom.7.Ante quidem poſitæ lorata volumina legis.
Sancta Idem, Lex ita ſancta ſubeſt, ius æquum ſanxit honeſtas.
Vitalis Bon.Rom.8.En lex vitalis ſub Chriſto viſa tonante.
Spiritus vitæ Francus, Spiritus eſt vitæ lex, qui Chriſto initiati.
Imperioſa Bon.Rom.7.Lex quoq; mandatis imperioſa ſubeſt.
Sacrata Bon.Rom.9.Semen adoptiuum ſacratæ ſanctio legis.
Poſtica Bon.ad Theſſ.cap.4.Ex hinc vos fratres poſtica lege rogamus.

LETHE.

*Fluuius eſt inferorum, cuius aqua pota præteritarum rerum obliuionem fertur inducere.*

Stygia Bapt.Pius, Pocula non Stygiæ ducent obliuia Lethes.
Soporifera Ouid.lib.4.Triſt.Vtq; ſoporiferæ biberem ſi pocula Lethes.
Secura Idem lib.2.de Ponto, Non ego ſi biberem ſecuræ pocula Lethes.
Inferna Syll.lib.1.Infernæ poculis referens obliuia Lethes.
Atra Stat.lib.6.Theb.Non illud ianitor atræ Impauidus Lethes.
Præceps Idem lib.3.Syll.Iuſſus præcipitem ſubire Lethen.
Mala Idem, Aut placare male datur aſpera numina Lethes.
Tranquilla Claud.Stagnaq; tranquillæ potantes marcida Lethes.
Quieta Seneca, Placido quieta labitur Lethe vado.
Torpens Pont.Cuſtodis monſtri, aut torpentis ad oſtia Lethes.
Tartarea Mirand.Glomerata ſilentum Agmina Tartareæ Lethes.
Obſcura Mant.Tendis ad obſcuræ pallentia flumina Lethes.
Somnifera Idem, Vapor eſt è gurgite ſurgens Somniferæ lethes.

LEVAMEN.

Dulce Pont.Vertit eam in mentis dulce leuamen amor.
Mite Idem, Hinc ſæuis, illinc mite leuamen adeſt.
Molle Idem, Stella michi ſolamen adeſt, mihi molle leuamen.

*Vrbs eſt Acarnaniæ, iuxta quam Antonius ſuperatus eſt ab Augusto. Promontorium eſt Epiri ꝓpe Ambraciam.*

LEVCAS.

Excelſa Mant.Leucadaq; excelſam, & paruæ nemora alta Zacynthi.

LEVCE.

Niuea Mant. Tu potes ad niueam ſolus me mittere Leucen, Euxino, Leucen quæ procul orbe latet. Oppidulum eſt non procul à Smyrna.

LEVCATES.

Nubifer Claud.Nec nubifer Actæa texit Littora Leucates.

LEV-



LEVCOTHOE.

*Fuit uxor Athamantis, relata in deas marinas poſtquam deſiliit in mare, prius vocabatur Ino.*

Thebana Ouid.lib.6.Faſt.Flauaq; Thebanæ reddita liba deæ.
Candida Hier.Balb.Cum nato ducat candida Leucothoe.

LEVITAS.

Volucris Lucr.lib.4.Quod ſupereſt, vbi tam volucri leuitate ferantur.
Agilis Syl.lib.14.Procurrunt leuitate agili.
Deſultoria Mart.Cap.Leuitate pernix deſultoria geſtiebat.
Plumea Tho.Rad.Plumata credit plumea leuitate.
Vaga Archi.Et vaga ꝓpoſiti leuitas, & neſcia fixis Mobilitas mãſiſſe rotis.
Ventoſa Fauſt.Ventoſa exultent iuuenes leuitate tumentes.
Inconſulta Mant.Quæ nobis leuitas ſic inconſulta procaxq;.
Malefida Idem, Blanda fortunæ leuitas in altum Voluit, & facti cito pœnitentem Dexteram verſans malefida, curuum Deprimit orbem.

LIBANVS.

Tepens Mant.Thuriferoſq; Arabas, Libaniq; tepentis odores.
Cedrifer, quoniam abundat cedris. Idem, Cedrifero in Libano quantæ naſcuntur.
Odoratus Muſæus, Non per odorati Libani iuga circum habitantes.

LIBER.

Humidus Colum.libro 3. Quæ humidum, ſuccoſumque, & validum librum habent.
Viridans Calphur.Et cantus viridante licet mihi condere libro.
Vdus Pont.Ergo nunc ramos libro dimitte ſub vdo.
Fungidus Idem, Scabro cortice, fungidiſq; libris.
Scaber Mant.Explorata gelu, ſcabroq; horrentia libro.
Arbuteus Stat.lib.1.Theb.Clauſa arbutei ſub cortice libri Membra tepent.

LIBER.

Argutus Mart.lib.1.Argutiſq; epigrammaton libellis.
Laboratus Idem, Plena laboratis habeas cum ſcrinia libris.
Lepidus Idem lib.8.At tu Romano lepidos ſale tinge libellos.
Voluminoſus Quint.Nec mandare libris voluminoſis.
Cultus Tibul.lib.3.Ite domum, cultumq; illi donate libellum.

LIBERTAS.

Effrena Claud.Prorumpat in arua Libertas effrena mari.
Vegeta Seneca, Si nobilem animum vegeta libertas alit.
Pulchra Marul.Pulchramq; libertatem auorum.
Blanda Pamph.Libertas quem blanda colit, quem caſta voluptas.
Candida Stroz.pater, Candida libertas hoc peperere decus.
Amœna Brix.Aut ſaltem patriæ pietas, & dulcis amœnæ Libertatis amor.

LIBIDO.

Veſana Verg.Sperne lucrum, vexat mentes veſana libido.
Indomita Varro, Hi faciunt ad libidines indomitas.
Rixoſa Col.Nec pugnacem rixoſæ libidinis marem.
Tetra Horat.lib.1.Serm.Nam ſimul ac venas inflauit tetra libido.
Vitioſa Idem lib.1.Epiſt.Cui ſi vitioſa libido Fecerit auſpicium.
Damnoſa Idem lib.2.Epiſt.Creſcere res poſſet, minui damnoſa libido.
Dira Lucret.lib.4.Eijcere id, quo ſe contendit dira libido.
Furioſa Marul.Hinc rapit ambitio, rapit hinc furioſa libido.
Illicita Apul.Ac illicitæ libidinis extrema flagitia.
Probroſa Idem lib.10.Eius probroſæ libidini potuiſſet ſuccumbere.
Occulta Idem lib.9.Occulta libidine prorumpit in adulterum quempiam.

Cc Monſtroſa

Monſtroſa Sueton.Spintrias monſtroſam libidinem vrbe ſubmouit.
Praua Syl.lib.7.Auſonij nota & pugnandi praua libido Creſcebat.
Pernicioſa Mant.Laruarum impietas, & pernicioſa libido.
Venerea Vitru.Non inſueſcit in vrbe adoleſcentibus ſeu matribus familiaris Venerea libido.
Sæua Mart.lib.6.Ne faceret ſteriles ſæua libido viros.
Segnis Ruffus Feſt.Atq; cruentus amor chalybis, ſegniſq; libido.
Lucroſa Auſon.Sed modo quæ vobis lucroſa libido videtur.
Effrenata Quint.Crudeles oculi, nimiumq; libido Effrenata.
Vecors Seneca, Cuius infecti ſemel Vecors libido eſt.
Infamis Pont.Et ſcelerum longè infamis per corda libido.
Stimulans Idem, His generis ſecundus amor, ſtimulanſq; libido.
Petulans Idem, Frons ficta, obſcœni mores, petulanſq; libido.
Furens Polit.Anum hanc furenti perditam libidine.
Immoderata Marul.Quæ ſors eripuit lucem? Immoderata libido.
Fœda Mant.Indicium tribuit, fœdaq; libidinis vſum.
Inceſta Lactant.Quid libidines inceſtas nec à filia, nec à ſorore contineam.
Violenta Stroz.pat.Supplicijs aurum extorquet violenta libido.
Turpis Idem, Inuidiſſe ſinit, turpiq; libidine victa.
Spurca Mirand.Spurca libido exulat.
Illecebroſa Idem, Quem poſt hac non illecebroſa libido Molliat?
Feruens Conrad. Palleſcit & feruens libido.
Intemperata Idem, Si modo loqueris Intemperatam mente libidinem.
Nefanda Crinit.Propriumq; nefandæ ius additur libidini.
Impudens Idem, Quid tã ſceleſtum, quin ſibi arroget impudens Libido nequam principium.
Obſcœna Mant.Plena volo obſcœnis dicta libidinibus.
Vana Quint.Quoſdam libido vana dementes agit.
Animoſa Mant.Pullulat, & ſumit vires animoſa libido.
Perſonata Idem, Per fora, per vicos, & perſonata libido.
Improba Idem, Nunc mores periere boni, regnatq; libido Improba.
Impetuoſa Idem, Mant.Vincit amor iuuenem, ruit impetuoſa libido.
Noxia Idem, Implicuit terras hac tempeſtate libido Noxia.
Blanda Idem, Hac ſpe deluſæ, blandaq; libidine tractæ.
Aſtuta Idem, Ingenioſus amor, Venerisq; aſtuta libido.
Inconſulta Idem, Sic hominis mentem fert inconſulta libido.
Aerumnoſa Idem, Aerumnoſa inopi ſpolijs opulenta ſuorum.
Inſana Val.Var.Quæ mentem inſana libido Corripit armorum?
Odioſa Cantal.Intulit hos mores diuis odioſa libido.
Sæua Idem, Sed dum Brennorum rabies & ſæua libido.
Cæca Architr.Deriuatq; notam dum plebis cæca libido.
Impura Theod.Cyr.Impuris libidinibus eos liberent.
Fallax Bœot. Quas fallax ligat improbis catenis, Terrenas habitat libido mentes.
Intemperans Cic.li.4 Rhet.Turpis amor & intemperans libido cõmouere potuit.
Corrupta Mant.Intulit hinc pueris luxum corrupta libido.
Nefaria Cic.pro A.Clu. Repẽte eſt exorta mulieris importunæ nefaria libido.
Refrenanda Idem pro lege Agrar.O libidinem refrenandam, ò conſilia diſſoluta.
Intolerabilis Idem pro M. Cœl. Niſi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur.
Muliebris Idem, Muliebrem libidinem comprimendam putet.
Tenebricoſa Idem de Prouincijs conſ.Latent libidines eius illæ tenebricoſæ.

Flagi-



Flagitioſa.Idem in Verrem, Ad iſtius flagitioſas libidines, ſingularemq; nequitiam natum.
Conſectatrix voluptatis.Idem li.3. Offi. Eſt enim temperantia libidinum inimica.
Auida Idem de Senect.Cuius voluptatis auidæ libidines temere, &c.
Perdita Idem, Mihi verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitioſa & tam perdita libido.

## LIBITINA.

Acerba Horat.in Car.ſecul.Autumnuſq; grauis, Libitinæ quæſtus acerbæ.
Triſtis Cleoph.Hic cum funereo triſtis Libitina ſepulchro.

## LIBRA.

Iuſta Lucan.lib.14.Atq; iterum æquatis ad iuſtæ pondera libræ.
Fabrilis Colum.Fabrilem libellam ſuppoſuimus.
Pendula Ouid.lib.4.Faſt.Pendula cœleſtes libra mouebat aquas.
Aequa Mant.Iacta legens æquæ tepido ſub ſidere libræ.
Bilanx Glar.Iudicis æternis memores libræq; bilancis.
Anceps Perſ. Saty.4. Scis etenim iuſtum gemina ſplendeſcere lance Ancipitis libræ.

## LIBVM.

Cereale, confectum Cerere, i.pane. Ouid.li.1.Faſt.Cui cum cereale ſacerdos Impoſnit libum. Cib⁹ erat qui fiebat ex farre, melle, & oleo.
Calens Idem lib.3.Faſt.Melle pater fruitur, liboq; infuſa calenti.
Myſticum Mant.Iunctaq; cum dulci myſtica liba mero.
Candidum Idem, In Cererem liquefactam vndis & candida liba.
Dulce Tibull.lib.1.Libaq; Moſopio dulcia melle feram.
Azymum, ſine fermento.Mant.Templa ſacerdotum ritus, atq; azyma liba.
Adoreum Adr.Card.Liba adorea, candidæq; pultes.

## LICENTIA.

Laſciua Horat.lib.1. Carm. Thebanæq; iubet me Semeles puer, Et laſciua licentia.
Indomita Idem lib.3.Indomitam audeat refrenare licentiam.
Euagans Idem lib.4.Euaganti frena licentiæ iniecit.
Obſcœna Marull.Sit procul à nobis obſcœna licentia ſcripti.
Effrenata Liuius, Nam quod illi ſperarent effrenatam licentiam eius, &c.
Effrena Claud.Suadetq; licentia luxum, Illecebris obſcœna fauet.
Effuſa Liuius, Ab effuſa prædandi licentia hoſtem cohibendum eſſe ratus.
Furibunda Mirand.Amphitryoniadæ furibunda licentia Thebas Liquit.
Furioſa Mant.Quos vehit indomiti furioſa licentia Martis.
Veſana Idem, Temporis aut cæci veſana licentia amoris.
Verboſa Fauſt.Ducta vel ad mediam verboſa licentia noctem.
Damnoſa Mant.Abluit ætatis damnoſa licentia noſtræ.

## LICHEN.

Sordidus Mart.lib.11.Nec triſte mentum, ſordidive lichenes. Morb⁹ erat q., qui mentũ inuadit, à Latinis mentagra dicitur.

## LICTOR.

*Valgius Rufus apud Gelliũ, lictorẽ dicit à ligando appellatũ eſſe, quod quũ magiſtratus populi Romani virginis quempiã verberari iuſſiſſent, crura eius & manus ligari vinciriq; a viatore ſoliti ſint, iſq; qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor ſit appellatus.*
Clamoſus Mart.lib.11.Me ſuperum clamoſi lictoris abiget virga.
Sæuus Pamph.Sax.Sæuus habet virgas lictor, duramq; bipennem.

## LIGNVM.

Fiſſile Verg.lib.1 Georg.Nam primi cuneis findebant fiſſile lignum.
Roboreum Plin.lib.28.Si roboreis lignis accendantur.
Sectile Theocr.Quem nunc ipſe vides incendere ſectile lignum.

 Ramoſum

Ramoſum Mant.Ligna ſenex, ramoſa, ferax, ex arbore cæſa.
Tonſile Idem, In precio, quia crine virens & tonſile lignum.
Durum Verg.lib.9.Duro quam fixit ligno.

### L I G O.

Durus Lucan.lib.3.Nec ſolum raſtris, duriſq; ligonibus arua.
Longis Ouid.lib.11.Sarculaq;, raſtriq; graues, longiq; ligones.
Incuruus Stat.lib.3.Theb.Raſtraq; & incurui ſæuum rubuere ligones.
Exeſus Claud.Exeſoſq; ſitu cogit ſplendere ligones.
Immitis Mirand.Præbet & immiti ſemper lacerata ligone.
Grauis Crinit.Graues ligones, vomeres ponderoſos dixit.
Scaber Franc.Petrar.Raſtra manu vexans rigida, ſcabroſq; ligones.
Rigidus Fauſt.Et craſſas rigido glebas diſrumpo ligone.
Obtuſus Sidon.Quouſq; pondus ligonis obtuſi ponis.
Attritus Sabell.Paſcere & attrito terram renouare ligone.
Flexus Sidon.Flexi dum forte ligonis Exercet.

### L I G V R E S.

Aſſueti malo Verg.li.2.Georg.Aſſuetumq; malo Ligurem, Volcoſq; verutos.
Alpini Liuius, Inter Ligures Alpinos Genuam acceſſerunt.
Indomiti Pamph.Indomitos domuit Ligures, Genuæq; furentes Armiſonæ.
Rebelles Sabell.Liguremq; ad frena rebellem.
Vani Verg.Vane Ligur.
Aſſueti labori.Bap.Egn.Et Ligurem bello indomitum, aſſuetumq; labori.

### L I G V S T R V M.

Candidum Pont.Candida nec niueis ceſſura liguſtra pruinis.
Niueum Idem, Brachia ſunt niueo tibi candidiora liguſtro.
Album Verg in Buc.Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Albens Bap.Pius, Quam dicet, albenti roſa quum redimita liguſtro eſt.

### L I L I V M.

Candidum Ouid.lib.5.Met.Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit.
Virens Colum.Calariſq; virentia lilia canis.
Vernans Stroz.pat.Veſtit, hiant flores, vernantia lilia ſurgunt.
Breue Horat.lib.1.Carm.Neu viuax apium, neu breue lilium.
Canens Ouid.lib.12.Implicet, interdum canentia lilia geſtet.
Album Ouid.lib.4.Faſt.Ipſa crocos tenues liliaq; alba legit.
Argenteum Pont.Et nituere comis argentea lilia veſtris.
Canum Pont.Lilia cana nouem dono dat, datq; hyacinthos.
Roſidum Idem, Hinc violæ florent, hinc roſida lilia canent.
Candens Polit.Virginea ſic lecta manu candentia languent Lilia.
Pictum Pamph.Geniſq; vincit lilia picta.
Molle Sedul.Ne mollia ſentibus vram Lilia.
Fulgens Bapt. Egn. Quum lilia primum Anguibus adiunxit geminis fulgentia Cæſar.
Aureum Idem, Aureaq; Heſperijs radiarint lilia campis.
Albicomum, à me dicitur vocabulo Mant. ſcribentis, Albicomi ſtantem vicini in vertice ſaxi.
Hians Fauſt.Non flos Oebalius, nec hiantia lilia deſunt.
Forens Mant.Florentia ſemper Lilia, narciſſus.
Lacteum Idem, Lactea in illis Lilia reſplendent.
Vernum Idem, Atq; ſub obſcœnos lilia verna ſues.
Fragrans Remacl.Lilia ſunt fateor, multo fragrantia odore.
Fromoſum Idem, Lilia olorinas geſtant formoſa lacernas.
Intactum Architr.Intacta ſenectæ Lilia pubeſcunt.





Lucidum Propert.lib.3.Lilia virgineos lucida per calathos.
Ridens Hier.Ang.Sunt hic (ecce vides) ridentia lilia.

### L I M A.

Aſpirata Sidon.Non minus forti & aſpirata lima polire.
Vigil Stroz.filius, Et nos diſtulimus vigili dare carmina lima.

### L I M A X.

Implicitus Colum.Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe.
Piger Mant.in Buc.A campe & pigris virides limacibus hortos.

### L I M B V S.

Pictus Verg.lib.4.Aen.Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Veſtimentum erat muliebre.
Mæonius Stat.lib.6.Theb.At tibi Mæonio fertur circumflua limbo.
Villoſus Pont.Et Tyriæ veſtes, villoſo & purpura limbo.
Auratus Mant.Iam ſigna duo vno regia circo Auratis coeunt limbis.
Picturatus Stat.in Achill.Et picturato cohibet veſtigia limbo.
Baccatus Mant.Velamento rubent baccato holoſerica limbo.

### L I M E N.

Ferreum Lucan.lib.1.Ferrea belligeri compeſcat limina Iani.
Durum Ouid.lib.14.Poſtibus intendit, poſuitq; in limine duro.
Tritum Catull.Intulit & trito fulgentem in limine plantam.
Stridens Verg.lib.7.Reſerat ſtridentia limina conſul.

### L I M V S.

Læuis Verg.lib.4.Georg.Tu tamen è læui rimoſa cubilia limo Vnge.
Niger Idem, Quos circum limus niger & deformis arundo.
Informis Idem lib.6.Informi limo, glaucaq; exponit in vlua.
Cænoſus Apul.Limo cænoſo ripæ, ſupercilio lubricante.
Mollis Ouid. lib.6. Met. Imoq; è gurgite mollem Huc illuc limum ſaltu remouere maligno.
Lentus Syll.lib.4.Nec niti, lentoq; datur conuellere limo.
Putris Stroz.pater, Atq; putris limi tunica circundata ſepes.
Paluſter Fauſt.Et bibulis limum iunctis diduco paluſtrem.
Tepidus Mant.Membra virum tepido reddit deformia limo.
Facilis Fauſtus, An minor eſt facili finxiſſe potentia limo.
Prometheus Idem, Ipſa Prometheo mortalia corpora limo Finximus.
Bibulus Sidon.Item limi bibuli pinguedo caleſcit.

### L I N G O N E S.

Pugnaces Lucan.lib.1.Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.
Indomiti Pamph.Indomiti longis armantur Lingones haſtis.
Audaces Mant.Mox contra audaces in bella feruntur Lingones.

### L I N G V A.

Ventoſa Verg.lib.11.An tibi Mauors ventoſa in lingua.
Dædala Lucr.lib.4.Mobilis articulat verborum Dædala lingua.
Prodiga Gel.lib.1.Quorum lingua tam prodiga, infreniſq; ſit, &c.
Infrenis Sidon.Loquacis fœdæ petulantię lingua polluitur infrenis.
Intemperans Apul.Ne quam tibi lingua intemperante noxam contrahat.
Stolida Ouid.lib.13.Neve in me ſtolidæ conuicia fundere linguæ.
Blanda Pont. Quæ vocis merito & blandæ modulamina linguæ.
Garrula Mart.lib.13.Noſtra ſapit, quid ſi garrula lingua foret.
Subdola Ouid.lib.1.de Arte, Fac titubet bleſo ſubdola lingua ſono.
Amara Idem lib.2 Eſte procul lites, & amaræ prælia linguæ.
Bleſa Idem lib.3.de Arte, Bleſaq; fit iuſſo lingua coacta ſono.
Proterua Idem in Ibin, Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Procax Syl.lib.8. Et immodicè vibrabat more canoro Lingua procax.

Vaga Marull.Medio non vaga lingua ioco.
Mellita Pont.Mellitam rapias iocoſa linguam.
Humidula. Idem, Pugnent humidulæ per ora linguæ.
Mollis Thom.Rad.Molli lingua lambebat.
Clamoſa. Quum vaga clamoſæ reprimit conuicia linguæ.
Interpres. Lactan.Vt lingua interpres anima ſenſu & cogitatione diſcordet.
Improba. Stroz.pater, Crinibus & fictis improba lingua valet.
Blandula. Idem, Philoroen quotiens blandula lingua refert.
Facunda. Idem, Non tibi facundæ ſuauiſſima gratia linguæ.
Diſerta Pamph.Romanum docuit lingua deſerta ſophos.
Doctiloqua Sabel.Hic qui doctiloqua medicatur murmura lingua.
Exculta Quint.Carmina & excultæ tornata poemata linguæ.
Verboſa Mich.Angl.Palladiæq; arti verboſas cedere linguas.
Loquax. Mant.Lingua loquax prius, & nullis obnoxia vinclis.
Audax Idem, Diuitijs inhians audacem vendere linguam Doctus.
Vaniloquax Idem, Allicit, & linguis rem vaniloquacibus auget.
Liuida Idem, Ne liuida lædat Lingua virum.
Largiloqua Plaut.in Mil.Nonne tibi iſtã prætruncari linguam largiloquam iubes.
Docilis Bapt.Pius, Hic volucres promunt docilis modulamina linguæ.
Dulcis. Idem, Poſt modo Calliope dulcis modulamina linguæ.
Amœna Idem, Linguaq; cynnameum fundet amœna melos.
Fœcunda Architr.Non felle vacat fœcunda malorum Lingua parens.
Peſtifera Prius poſitum numero 14.
Mordax Conrad.Et Phœbi iaculis ferire linguam. Mordacem, ſtolidam, licentioſam.
Effrenis Theodor.Cyr.Licentioſam, effrenemq; linguam contra deum vniuerſorum commouit.
Tenella. Polit.Linguas tenellas polluant ſtribiligine.
Dicax Muſ.Gaudet nanq; dicax perfuſo lingua veneno.
Petulans. Hier.Ang.Audes Nympha deum petulante laceſſere lingua.

L I N T E R.

Curua Conrad.Lintribus curuis adeò.
Rimoſa. Idem, Rimoſiſq; petit cruda legens æquora lintribus.
Cauata. Sidon.In pugnam pirata erit pars lintre cauata.
Vmbrifera. Ouid.ad Liuiam, Quæ ſemel vmbrifera nauita lintre tulit.
Celer Propert.lib.1.Et modo tam celeres mireris currere lintres.

L I N T E R N V M.

Lentiſciferum.Ouid.lib.15. Hic calidi fontes, lentiſciferumq; tenetur Linternum.
Stagnoſum Syll.lib.6. Hic dum ſtagnoſi ſpectat templumq; domoſq; Linterni.
Paluſtre Idem lib.8.Stagniſq; paluſtre Linternum.

L I N V M.

Tenue Colum.lib.2.Quo tenue linum proueniat.
Madens Ouid.lib.6.Faſt.Feſta dies illis qui lina madentia ducunt.
Humidulum Idem lib.3.de Arte, Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini.
Peluſiacum Syll.lib.3.Et peluſiaco filum componere lino.
Albens. Pont.Mollia & albenti contexere pallia lino.
Nitens Fauſt.Poſt matrona caput lino velata nitenti.
Maculoſum Bap.Pius, Rurſus & ipſe plagas, maculoſaq; lino retexo.

*L I N V S.*

*Duo fuerunt huius nominis viri, alter Crotopi filius, qui à matre apud Nemeum fluuium expoſitus, ibidem à canibus laniatus eſt. De hoc Stat.lib.1.Theb.Viridis nam ceſpite terræ. Proiectum tenuere & paruulo cælum ore trahentẽ, Dira canũ rabies morſu depaſta cruento Diſſecat.*

Fuit



*Fuit alter filius Apollinis & Vraniæ, Muſæ lyricæ peritiſſimus, in qua diſcipulos habuit Orpheũ, Thamyrim & Herculẽ. Hũc ab Hercule plectro et cithara occiſum ferunt, dũ eũ ruſticus canentẽ acerbè nimis corripuiſſet. De priore intelligitur primũ epithetum, reliqua de poſteriore.*

Crotopiades Ouid.in Ibin.Quiq; Crotopiadem diripuere Linum.
Inachiades Polit.Non Linus Inachiades tamen atq; Oegrius Orpheus.
Trax Sabeli.Fidibus Linus addere cantum Trax dedit.
Percelebер Conr.Amphionemq; & percelebrem Linum.
Inachius Prop.lib.2.Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino.

L I N T E V M.

Villoſum Mart.lib.4.Nobilius villoſa tengat tibi lintea citrum.
Cauum Val.Flac.lib.4.Fluctibus intulerant placido caua lintea curſu.
Tenue Pont.Quas veſtit tenui faſcia linteolo.

L Y N X.

Maculoſa Ver.lib.1.Aen.Succinctam pharetra & maculoſæ tegmine lyncis.
Timida Horat.lib.2.Ser.Aut timidas agitare lyncas.
Fugax Idem lib.4 Deliæ tutela deæ fugacei lyncas.
Effrena Stat.lib.4.Theb.Effrenæ dextra, læuaq; ſequuntur Lynces.
Turgida Quint.Lyncas corymbis mollibus deuinciamus turgidas.
Verſicolor Mant.Et tergore lynces Verſicolore.
Sacra Baccho.Idem, Lynces animalia Baccho ſacra.
Scythica Mant.Viſæ etiam Scythicæ lynces errare ſub vmbris.

L I P A R E.

Fumoſa Claud.Igniſluiſq; gemit Lypare fumoſa cauernis.
Aeolia Pont.Aeoliam fama eſt Liparem de rupe propinqua.
Vulcania Mant.Regis habens primi Lipare Vulcania tellus.

L I Q V O R.

Fluidus Verg.lib.3.Georg.Rurſus abundabat fluidus liquor.
Vitreus Verg.in Horto, Aquæ ſtrepentis vitreus ambit liquor.
Gelidus Ouid.lib.9.Met.Preſſit vt hauriret gelidos potura liquores.
Nitidus Syll.lib.4.Aut nitidum viridi lentè trahit amne liquorem.
Effluens Vitr.Itaq; ineſt his inutilis liquor effluens.
Riguus Marull.Totus in riguos eam liquores.
Dulcis Polit.Aut dulces gelido delibant amne liquores.
Vagus Stroz.pater, Quos operoſa vagi vena liquoris agit.

L I R I O P E.

Cærula Ouid.lib.3.Meta.Cærula Liriope, quam quondam fulmine curuo implicuit.

Fuit Nympha Narciſſi mater.

L I S.

Moleſta.Horat.lib.1.Ser.Etiam lites cum rege moleſtas.
Iniqua Idem lib.2.Epiſt.Inſequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.
Atra Idem in Arte, Et [illegible] atris litibus implicitum.
Tetrica Mart.lib.5.Nec lites tetricas, forumq; triſte.
Amara Idem lib.12.Non ſum ego cauſidicus, nec amaris litibus aptus.
Vana Calphur.Sed quid opus vana conſumere tempora lite.
Funeſta Stroz.pater, Quod niſi funeſtam properaſſet tollere litem.
Rabioſa Idem, Non vbi cura minor rabioſas tollere lites.
Clamoſa Pamph.Per fora clamoſas exercent improba lites.
Inſana Idem, Obſtrepit inſanis litibus omnes forum.
Veſana Idem, Lis veſana tacet, iuris tria verba ſilentur.
Cruenta Mant.In rixas in bella etiam, liteſq; cruentas.
Rapida Cor.Gall.Litibus heu rapidis commoda dura ſequor.
Forenſis Fauſtus, Triſtia qui litis bella forenſis amet.

Cc 4 LIT-

## LITTVS.

Spumans Verg. in Cyri, Proſpicit incincta ſpumanti littora Cynthum.
Curuum Idem lib. 3. Aen. Et littore curuo Mœnia prima loco.
Procuruum Verg. lib. 5. Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Viride Idem lib. 8. Procubuit, viridiq; in littore conſpicitur ſus.
Saxoſum Lucan. lib. 5. Non littora curuæ Theſſaliæ ſaxoſa pauent.
Vdum Hor. lib. 1. Carm. Siue iactatam religarat vdo Littore nauem.
Fluctifragum Lucan. lib. 1. Deniq; fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes.
Incuruum Idem lib. 2. Littoris incurui bibulam lauit æquore arenam.
Refluum Apul. Proximas oras littoris reflui petit.
Iuncoſum Ouid. lib. 7. Met. Contribuere aliquid, iuncoſaq; littora Bœbes.
Frigidum Idem lib. 4. Triſt. Frigida me cohibent Euxini littora ponti.
Molle Idem lib. 1. de Ponto, Mollia naufragijs littora poſſe dari.
Bibulum Ouid. in Epiſt. Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro.
Arenoſum Conr. Radit arenoſi ſupremas littoris vndas.
Portuoſum Plin. lib. 17. Littoribus portuoſis, benigno ventorum afflatu.
Tacitum Syl. lib. 7. Languentis tacito lucent in littore fluctus.
Raucum Stat. lib. 5. Theb. Dum demum littore rauco Multa metu reputans.
Vagum Idem, Vaga littora furtim Incomitata ſequor.
Spumoſum Ruffus Feſt. Et ſpumoſa truci pulſentur littora fluctu.
Surdum Pamph. Acta petit Scythici littora ſurda maris.
Apricum Horat. lib. 1. Aprica repetes Taraconis littora.
Sinuoſum Val. Flac. lib. 2. Dum littora blando. Afractu ſinuoſa legunt.
Sinuatum Manil. Littoraq; in Syrtes reuocans ſinuata vadoſas.
Procelloſum Marul. Stare procelloſo littore truncus iners.
Vndoſum Pont. Præcipitem iactari vndoſa ad littora nauem.
Sinuans Idem, Haud cupiunt virides ſinuantia littora nymphas.
Cauum Idem, Non capiunt vndante ſalo caua littora puppes.
Madidum Idem, Et littus madidum, ebrioſq; fontes.
Amœnum Stroz. pater, Ipſa loci facies, & amœni littoris ora.
Concauum Mant. Vbi concaua vernant Littora myrtetis.
Cliuoſum Idem, Cliuoſo muros in littore monſtrat.
Humidum Bartho. Vaſtus ferit humida fluctus Littora.
Reſonans Priſc. Atq; ſinu gemino reſonantia littora pulſant.
Vndiſonum Barthol. Legati vndiſono redeuntes littore Rheni.
Naufragum Idem, Cimbriaca naufragum qua porrigit Amphitrite Littus.
Manſuetum Proper. lib. 1. Manſuetis ſocio parcite littoribus.
Perſonum Stat. in Achill. Virgineos cœtus, & littora perſona ludo Audierat.
Pictum Proper. lib. 1. Littora natiuis collucent picta lapillis.
Multiuagum Muſ. Littore multiuago prope claræ mœnia Seſti.
Fruticoſum Ouid. in Epiſt. Mœſta tamen ſcopulos, fruticoſaq; littora calco.

## LITVVS.

Sonorus. Syl. li. 4. Propius, ꝓpiusq; ſonor⁹ Vincētū lituos hinnitus ſæuit æquorum.
Acer Val. Flac. lib. 6. Quis turba canum non ſegnius acres Exilit ad lituos.
Terribilis Claud. Terribiles rurſum lituos veteranus adibo.
Strepens Seneca, Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis.
Tortilis Mant. Tortilibus clangunt lituis, & tympana pulſant.
Sonans Cant. Et collata ſimul lituo ſunt ſigna ſonante.
Aduncus Barth. Imperat, & lituo ſignum dare Martis adunco.
Aereus Idem, Et lituis Mauros accenditur æreis.

## LIVIVS.

Antenorides, quoniam Antenor condidit Patauium T. Liuij patriam. Verg. His
tamen



tamen ille vrbem Patauij, ſedeſq; locauit Teucrorum, & genti nomen dedit.

## LIVOR.

Edax Mart. lib. 11. I nunc liuor edax, dic tu ceſſiſſe Neroni.
Iners Ouid. lib. 3. de Ponto, Liuor iners vitium mores non exit in altos.
Malus Syl. lib. 11. Dum malus obtrectat facta immortalia liuor.
Acerbus Claud. Rabiem liuoris acerbi Nulla poteſt placare dies.
Anxius Idem, Impatienſq; ſui moribus liuorq; ſecundis Anxius.
Ater Crinit. Liuoris atri deſpicit impetum.
Mordax Sidon. Liuor abi mordax, abſolui anturq; priores.
Exanguis Pont. Liuorq; exanguis, Peruigileſq; doli.
Obliquum Polit. Obliquo liuore macer.
Semianimis Marull. Spectat ſemianimis dolore liuor.
Niger Stroz. pat. Quum paſſim nigro vitam liuore carenem.
Tabificus Idem, Non tibi tabificus carpit præcordia liuor.
Malignus Idem, Simul impulſi liuore maligno.
Iniquus Pamph. Non facit hoc ſcabies, animi non liuor iniquus.
Procax Crinit. Aut liuor nimium procax.
Impius Val. Var. Sic impius atram Liuor agit bilem.
Pallidus Mant. Liuor edax triſti ſurgens Acherontis ab amne Pallidus.
Nequam Val. Var. Hæc nequam finxit mendacia liuor.
Tartareus Remaclus, Famaq; liuoris neſcia tartarei.
Vrens Fauſt. Vrenti mixtum liuore timorem.
Rabioſus Idem, Non potuit liuor morſu rabioſus edaci.
Cupidus Propert. lib. 1. Falſa licet cupidus deponat gaudia liuor.
Toruus. An. Reſſinus, Superata vetuſta obliqua inuidia, & toruo liuore crepabit.

## LOCRI.

Narycij, à Narycio eorum oppido. Verg. Hic & Narycij poſuerunt mœnia Locri.

## LOCVLVS.

Eburnus Ouid lib. 6. Faſt. Gramina continuo loculis depromit eburnis.
Auratus Pont. Seruari auratis digne cinis loculis.
Dulcis Architr. O loculi dulces, iucunda pecunia.
Aureus Theodorit. Non illud aurei loculi, ſed thecæ vel ex corio, vel ex marmoræ confectæ, inditam ſeruant.

## LOCVSTA.

Tenuis Mant. Et eſuriem tenui ſedaſte locuſta Dicitur.

## LETHVM.

Informe Verg. lib. 12. Et nondum informis lethi trabe nectit ab alta.
Crudele Idem, An fratris miſeri lethum vt crudele videres.
Horrificum Idem, Si quando lethum horrificum, morboſq; deûm rex Holitur.
Infeſtum Lucan. lib. 2. Tot ſimul infeſto iuuenes occumbere letho.
Dirum Idem li. 3. Tunc vnica diri Conſpeta eſt lethi facies.
Celer Claud. Nec celeri mittit letho.
Velox Lucan. lib. 9. Non tamen veloci corrumpunt pocula letho.
Gelidum Lucret. lib. 3. Ire alio tractim gelidi veſtigias lethi.
Triſte Syll. lib. 13. Lethum triſte ferens auras ſecat Itala taxus.
Ignauum Idem lib. 14. Inſignis notis bellator in armis Ignauo rapitur letho.
Inſtans Idem lib. 17. Nunc inſtanti raptum auehe letho.
Acerbum Idem, Quum iuuenis ſubit & letho ſtimulatus acerbo.
Atrum Stat. li. 1. Theb. Et atro Imperat, infandum, capientē occūbere letho.
Miſerum Stroz. pat. Vidit, & hinc ſumpſit miſeri præſagia lethi.
Trux Val. Flac. Iamq; dolos circumq; trucis diſcrimina lethi.
Funereum Claud. Oppida funerei pollent immunia lethi.

Commune

Commune Idem, Si libet & populis commune intendere lethum.
Præceps Seneca, Sic te ſenectus noſtra præcipiti ſinat Perire letho.
Deforme Idem, Deforme lethum mater Herculeum facis.
Infelix Pont. Funderet & lethi cauſam infelicis.
Infame Idem, Occidit infami letho ad præterita iuſſa.
Horrendum Augur. Auſus horrendi penetrare lethi.
Cruentum Andr. Simoneta, Mænades Iſmarium letho miſcere cruento.
Irreparabile Germ. Brix. Corporibus paſſim dabat irreparabile lethum.
Miſerabile Catul, Quæ vt etiam id vt noſtro lethum miſerabile fratri Attulit.

LOLIGO.

Nigra Dardanus, Nullius hic nigrat tingo loligine famam, Piſcis eſt, cruorem nigrum habens, inſtar atra menti.

LOLIVM.

Infelix Verg. Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.
Amarum Iuuenc. Loliumq́; inſpergit amarum.
Nocuum Maſcrius, Infelix lolio Petrarcha nocuo.
Vitians oculos. Ouid. lib. 2. Faſt. Et careant lolijs oculos vitiantibus agri.

LOQVACITAS.

Stulta Gell. lib. 1. Malim ſiquidem indiſertam prudentiam, quàm ſtultam loquacitatem.
Garrula Theodorit. Garrula inter potandum loquacitate diffuſum.

LOQVELA.

Verboſa Catull. Verboſa gaudet Venus loquela.

LORICA.

Rigens Verg. lib. 7. Fatiferumq́; enſem, lorica ex ære rigente.
Sanguinea Idem lib. 8. Sanguineam, ingentem, qualis quum cęrula nubes.
Bilix, habens duo ferri licia. Idem lib. 12. Rumpitq́; infixa bilicem loricam.
Torta Lucan. lib. 7. Qua torta graues lorica catenas Opponit.
Teſtacea Vitr. Non patitur lorica teſtacea lædi laterem.
Grauis Vegetius, Sed grauis pediti lorica videtur.
Bellicoſa Modeſt. Nimium bellicoſas loricas tranſuerſis caſſidum criſtis hębant.
Inuia ſagittis. Mart. lib. 7. Inuia Sarmaticis domini lorica ſagittis.
Micans Claud. Latiaq́; micantem loricam mutare togam.
Cruenta Pamph. Si Martem ſequor, induit cruentam Loricam.
Fulua Idem, Fuluaq́; ſcintillat radijs lorica.
Ahena Mant. Marsq́; lorica radians ahena.
Atrox Bap. Pius, His oculis nil obſtat atrox lorica.
Aerata Mant. Non ærata grauat viridem lorica ſenectam.
Ibera, propter Bilbilim fluuium Hiſpanię, apud quem optima ferri temperatura fiebat. Horat. lib. 1. Car. Quum tu coemptos vndiq́; nobilis Libros, Panæti, & Socraticam domum Mutare loricis Iberis pollicitus.

LORVM.

Vndans Verg. lib 5. Aen. Non ſic immiſſis aurigæ vndantia lora.
Tremulum Lucan. Contentus tremulo monſtraſſe cubilia loro.
Tardans Pont. Nunc tento te mone premens tardantia lora.
Nodoſum Pamph. Qui ſua nodoſo circundat corpora loro.
Flexile Mirand. Nondum flexilibus colla obluctantia loris.
Hamatum Salmon. Hamatis feriunt (proh) terga tenerrima loris.
Ferreum Mant. Et lora miniſtri Ferrea circundat iugulo.

LOTOS.

Loton arborem habet Africa præcipuè.

Impia, quoniam Vlyſſes tempeſtatibus delatus in Africam, vix illinc ſocios abduxit, qui guſtauerant fructum loti. Verg. in Culice, Inter quas impia lotos, Impia quæ

quæ



quæ ſocios Ithaci mœrentis abegit.
Aquatica Ouid. lib 9. In ſpem baccarum florebat aquatica lotos. Idem libro 10. Amnicolæq́; ſimul ſalices, & aquatica lotos.
Amara Idem lib. 4. de Ponto, Nec deguſtanti lotos amara fuit.
Mygdonia, propter Marſiam Phrygium tibicinem. Syll. lib. 8. Mygdoniam Phœbi ſuperatus pectine loton.
Phrygia Idem lib. 11. Vt ſtrepit aſſiduè Phrygiam ad Miliotica loton Memphis.
Amica Lyæo Pont. Et ceraſi palmæq́;, & lotos amica Lyæo.
Multifora Polit. Dant & multiforam modulanda ad carmina loton.
Vncali Idem, Gaudebat & vncam Ore inflare pio, ac digitis percurrere.
Capillata Crinit. Itaq; ad capillatam loton earum crines deponi mos fuit.
Aquatilis Idem, Qua ratione ſuper aquatilem loton eiuſmodi numen Aegyptij prænotarunt.
Sacrata Cynthio. Idē. Lotos per orbē turbinat comes ſuas, Lotos ſacrata Cynthio.
Sirtigena Mart. Sirtigenæ Loti, Mauræq́; Atlantica ſyluæ.
Palladia, vel quod Pallas ea ſit vſa, vel qui naſcitur in Africa, non procul Tritone lacu Palladi ſacro. Mart. lib. 8. Palladia tenero lotos ab ore ſonat.

LVCA.

Vetus Mant. Scit quibus immenſum traiecit pontibus amnem Luca vetus.
Nobilis Idem, Vnum Luca tulit, Luca vrbes inter Ethruſcas Nobilis.

*LVCANVS.*

*Lucanus natione fuit Hiſpanus, patria Cordubenſis, natus ex C. Germanico, & L. Caſiano coſſ. Patrem habuit Annæum Melam. Præceptores Rhemnium Palæmonem & Flauium Virginium, ſub quibus adeò profecit, vt Græcè ac Latinè declamaret. Condiſcipulos Saleā Baſſum, & Perſium. Prouectus eſt ad dignitatem quæſturæ, & in augurum collegium acceitus. Vxorem habuit Pallam Argentariam nobilem eruditione & doctrina. Præter opus Cæſaris & Pompeij ſcripſit etiam Saturnalia, Syluarum libros decem. Tragœdiam Mædeam, de incendio vrbis, de incendio Troiæ cum Priami calamitate. Tres primos Pharſaliæ libros emendauit cum vxore, reliquos emendaturus, ſi per Neronem licuiſſet. Cuius mandato uenas medico ſecandas præbuit, cum annos 30. nondum attigiſſet.*

Doctiloquus Pall. Sor. Ardua doctiloqui reſonantia claſſica vatis.
Annæus Conr. Cæſaris Annæus caneret niſi prælia vates.
Ardens Quint. lib. 9. Lucanus ardens, & concitatus, & ſententijs clariſſimus. & (vt dicam, quod ſentio) magis oratoribus, quàm poetis annumerandus.

LVCERNA.

Vigil Hor. lib. 3. Carm. Et vigiles lucernas Perfer in lucem.
Viua Idem ibid. Viuæq́; perducent lucernæ.
Clara Idem lib. 2. Ser. Natura incendit ſub clara nuda lucerna.
Lucida Apul. Lucernam lucidam gerebat vna.
Feruens Idem, Lucerna feruens oleum rebulliuit.
Præmicans Idem, Quorum primus lucernam præmicantem porrigebat.
Marceſcens Capel. Hyemali peruigilio marceſcentes mecum lucernas edocuit.
Perita Idem, Iſta peritis tribuit cura vigil lucernis.
Pinguis Pont. Pocula nunc, luſusq́; decent, pinguesq́; lucernæ.
Nocturna Idem, Nocturnas ineamus ad lucernas.
Igniuoma Conr. Igniuoma feriens lucerna.
Noctifuga Architr. Præuia noctifugam ferat inſopita lucernam.
Matutina Iuuen. Sat. 12. Et matutinis operatur feſta lucernis.
Polymyxos, habens multos angulos, & totidem flammas. Iuuen. Illuſtrem quum tota meis conuiuia flammis, Totaq́; geram myxos, vna lucerna vocor.

*LVCIFER.*

*Sydus eſt ueneri ſacrū, aurorę præuium, aliter Heſperus dr, & quum apparet noctu, veſper.*

Vigil,

Vigil, quod exoriatur, & appareat mane. Ouid.lib.6.Faſt. Et vigil Eois Lucifer exit aquis.
Nitidus Idem lib.1.Triſt. Cœlo nitidiſſimus alto, Stella grauis nobis lucifer ortus erat.
Albus Idem lib.3.Triſt. Afferat a miſſo lucifer albus equo.
Præuius auroræ. Idem in Epiſt. Præuius auroræ lucifer ortus erat.
Cithereius, ſacer Veneri Citheręæ. Syll.lib.10. Haud ſecus Oceano rediens Cithereius ignis.
Roſeus Claud. Roſeoq; domatur lucifer.
Rutilans Polit. Tamq; ſuas vincit comites, quàm lucifer ore purpureo rutilans aſtra minora premit.
Paphius, ab epitheto Veneris. Stroz. fil. Paphioque micas nitor æmulus aſtro. Barg. Auricomo veluti Paphius quum lucifer aſtra Exuperat curſu.
Roſidus Sabell. At matutinis ſurgit quum roſidus oris lucifer.
Aureus Remacl. Qualem ſibi lucifer ambit aureus.
Serenus Quint. Lumen ſerenus lucifer ſpargit ſuum.
Citheræus Mant. Cum Titane Iouem, cum lucifero Citheræo.
Nuncius auroræ. Idem, Sed iam cum lucifer albæ Nuncius auroræ claro ſe attolleret ortu.
Fulgens Mant. Rubro ſurgebat ab æquore fulgens lucifer.
Socius auroræ. Idem, Lucifer auroræ ſocius, qui cætera vincit.
Ardens Idem, Aurora referente diem iam, lucifer ardens Ortus erat.
Almus Fauſt. Fulgeat & roſeis lucifer almus equis.
Cupidineus, Cupidinis frater. Bapt.Pius, Blanda Cupidinei ſydera luciferi.
Nitens Tibull.lib.1. Huncillum nobis aurora nitentem Luciferum roſeis candida portet equis.

## *LVCILIVS.*

*Hic primus apud Romanos ſcribere cœpit Satyras, quibus maximè inſectatus eſt Rutilium Lupum Carbonem, et Lucium Tibulum. Scripſit Satyrum libros 30 & amplius. Metrophanem ſeruum habuit, cuius fidem commendauit ſuis verſibus. Mortuus eſt Neapoli, annos natus 46. Quint.lib.10. de eo ſcripſit.*

Lutulentus Hora.li.1.Ser. Quum flueret lutulentus erat, quod tollere velles.
Aruncæ alumnus. Iuuen. Sat.1. Per quem magnus equos Aruncæ flexit alumnus. Polit. Succedere magno Aruncæ quondam fruſtra conatus alumno.
Amarulentus. Crinit. Nam & Lucilius poeta amarulentus centuſſem in Satyris legem eam lapide vocauit.
Aruncanus Corn.Gall. Atq; Aruncani libera ſcripta viri.

## LVCRETIA.

Bella Marull. Dum potuit tantum Lucretia bella videri.
Caſta Mant. Caſtaq; miretur Lucretia nobile factum.

## *LVCRETIVS.*

*Fuit Lucretius paulò antiquior Terentio, Varrone, & M.Tullio. Per interualla temporum accedebat ad ſcribendum carmen, non ſine quodam animi furore. Scripſit libros ſex de Rerum natura. Perijt annos natus ſupra 40. Euſebius tradit eum tanto furore perceitum fuiſſe, vt aſſumpto amatorio pocul- propria manu ſe interfecerit.*

Sublimis Ouid.lib.2.Eleg. Carmina ſublimis tunc ſunt peritura Lucreti.
Doctus Stat.lib.2.Syll. Et docti furor arduus Lucreti.

## LVCRETILIS.

Amœnus Hor.li.1.Car. Velox amœnum ſæpe Lucretilem. Mons eſt in Sabinis.

## *LVCRINVS.*

*Lacus eſt Campaniæ, abundãs oſtreis. Hinc Hor. Non me Lucrina iuuerint conchylia. Dictus eſt autem Lucrinus a Lucra, propter multitudinem piſcium, qui illic capiebantur.*

Mollis



Mollis Mart.lib.6. Hic mihi Baiani ſoles, mollisq; Lucrinus.
Baianus Idem lib.11. Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.

## LVCRVM.

Dulce Horat.lib.1.Epiſt. Quid pure tranquillet, honos, an dulce lucellum.
Auarum Mant. Rimari ſolitos, & auaro incumbere lucro.

## LVCTA.

Tænaria, à Tænaro promontorio Laconiæ, quoniam Lacones ditiſſimi fuerunt palæſtræ. Bap.Pius, Niteris in lucta vincere Tænaria.

## LVCTVS.

Cicero lib.4.Quæſt.Tuſc. Luctus, inquit, eſt ægritudo ex eius, qui charus fuerat, interitu acerbo.
Crudelis Verg.lib.2.Aen. Crudelis vbiq; Luctus, vbiq; pauor.
Mœſtus Idem lib.12. Mœſtoq; immugit regia luctu.
Turpis Hor.lib.3.Car. Luctusq; turpes, & quærimoniæ.
Aeger Lucret.lib.3. Quod nimis ægris Luctibus indulgens.
Amarus Ouid.lib.14. Admonitu quanquam luctus remouentur amari.
Exanimis Plin.lib.11. Alias ſpectantes exanimem luctum non minuunt.
Triſtis Syll.lib.5. Triſtem mœrenti ſolatur pectine luctum.
Edax Idem lib.14. Luctus edax, maciesq; malis comes addita morbis.
Acerbus Lactant. Luctus acerbus abeſt, & egeſtas obſita pannis.
Atrox Stat.lib.4.Theb. Stat ſanguineo diſcuſſus amictu Luctus atrox.
Tumidus Idem lib.4. Tantalus & tumido percenſat funera luctu.
Sæuus Stroz.pat. Ecquis erit ſæui finis mens anxia luctus?
Segnis Val.Flac.lib.3. Segniq; iuuat frigeſcere luctu.
Miſer Idem lib.3. Interea & miſero manat iuba ſordida luctu.
Iners Idem lib.4. Sed lachrymis potius, luctuq; abſumor inerti.
Auidus Claud. Per mare, & per terras auido diſcurrere luctu.
Liuidus Idem, Pallor & atra fames, & faucia liuidus ora Luctus.
Ater Seneca, Aterq; luctus ſequitur, & morbus tremens.
Acer Pont. ad tumultum pia verba, acrem teſtantia luctum.
Vrgens Stroz.pat. Non tamen extinctis vrgens ita frangere luctus.
Horrificus Stroz.fil. Spilunca horrifico pœnarum exercita luctu.
Flebilis Quint. Virgo flebilib. luctibus imum Verſat virgineo corde dolorem.
Horribilis Idem, Virginis diuæ horribilesq; luctus.
Informis Idem, Informes dabunt luctus tremorem.
Querulus Idem, Tum tanta queruli claritas luctus fuit.
Rigidus Pall.Soran. Deſine, nec rigidus luctus in ore tuo.
Fatalis Petrarcha, Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum.
Reſonans Mant. Continuo luctus reſonans per regia tecta.
Alcyoneus, cauſam iam diximus. Idem, Concipis & fruſtra premeris luctu Alcyoneo.
Vndans Fauſtus, Auxeris vndanti ſi triſtia funera luctu.
Mœrens Claud. Et ſciſſo mœrens velamine luctus.

## LVCVS.

Sonans Verg.in Buc. iam mihi per rupes videor, lucosq; ſonantes Ire.
Silens Idem lib.1.Greg. Vox quoq; per lucos vulgo exaudita ſilentes.
Caligans Idem lib.4.Greg. Et caligantem nigra formidine lucum.
Frondoſum Idem ibidem, Corporaq; ipſa bono frondoſo deſere luco.
Virens Idem in Cul. Et procul aſpexit luco reſidere virenti.
Opacus Idem lib.6. Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.
Viridis Stat.lib.3.Syll. Tot virides lucos, tot ſaxa imitantia vultus.
Conſitus Apul. An ignoras hoc genus beſtiæ lucos conſitos ſemper incubare.

Inciduus

Inciduus Ouid. lib. 2. Faſtor. Multis inciduus annis Iunonis magnæ nomine lucus erat.
Niger Idem lib.3.Faſt.Lucus Auentino ſuperat niger ilicis vmbra.
Ater Idem, Hunc triplici muro lucis incluſerat atris.
Prænubilus Idem lib.3.Eleg.Stat vetus & denſa prænubilus arbore lucus.
Fatidicus Syll.lib.1.Et ſua fatidico repetebat nomina luco.
Sonorus Idem li.3.Alta ſonoro Collisis trabibus voluuntur murmura luco.
Altus Idem lib.4.Lucosq; effuſus in altos.
Arcanus Idem lib.6.Arcano greſſus audemus credere luco.
Iners Stat.lib.10.Lucus iners, ſuperq; cauis graue rupibus antrum.
Pallens Idem lib.3.Syll.Feſtaq; pallentes hilarent altaria lucos.
Vocalis Stroz.pat.Mugitu reboat vocalis lucus.
Caſtus Val.Flac.lib.5.Viſa pauens caſtis Hecates excedere lucis.
Myrteus Auſon.Myrteus amentes vbi lucus opacat amantes.
Vmbrans Seneca, Atq; ignens domus Vmbrante luco tegitur.
Horrens Pont.Hoc nemore ex ipſo, lucisq; horrentibus olim.
Pomifer Stroz.pat.Cætera rectorum luco pars vndiq; cincta promifero.
Fragoſus Mich.Angl.Quæ triuiam lucis certant æquaſſe fragoſis.
Obſcurus Fauſtus, Lucifuga obſcuro latitat ceu noctua luco.
Deſertus Propert.lib.3.At nunc deſertis ceſſant ſacraria lucis.
Sublimis Stat.in Achill.Lucus Agenorei ſublimis, at orgia Bacchi.

L V D I B R I V M.

Dirum Stroz.fil.Si dira poteſt ludibria ſiccis Comminiſſe genis.
Aſperum Salm.Aſpera.Idumææ tulit heu ludibria gentis.
Noxium Mich.Angl.Sunt mari fallacis ludibria noxia mundi.
Turpe Fauſt.Turpia qui ſæuæ paſſus ludibria mortis.

L V D V S.

Inſolens Horat.lib.3.Ludum inſolentem ludere pertinax.
Iocans Lucret.lib.4.Quorum noctiuago ſtrepitu, ludoq; iocanti.
Iocoſus Ouid.lib.5.Faſt.Mater ades florum, ludis celebrata iocoſis.
Solemnis Idem, Solemnes ludos circi celebrare Quirites.
Vigil Val.Flac.lib.2.Vigili ſimul omnia ludo Feſta vident.
Mollis Claud.Nec molles egeant noſtra dulcedine ludi.
Lætus Manil.Comica componet lætis ſpectacula ludis.
Tener Mart.Capella, Omnia quæ tenero moris feruescere ludo.
Dulcis Pont.Et mecum dulces egit per carmina ludos.
Celeber Pacificus, Venit in hos celebres ludos.
Leuis Mant.Suadebant fieriq; leues cum carmine ludos.
Placidus Corn.Gall.Quin potius placido noli vnquàm parcere ludo.
Lepidus Mant.Lepidis hilarent conuiuia ludis.
Theatralis Theod.Theatrales etiam ludos populo inſertus ſpectaſſe dicitur.

L V E S.

Tabida Vergl.lib.3.Aeneid.Subito cum tabida membris, Arboribusq; ſatisq; lues.
Peſtifera Colum.Quibus mitigetur peſtifera lues.
Dira Ouid.lib.7.Dira lues populis ira Iunonis iniquæ.
Atra Mart.lib.1.Inq; ſuos vultus ſerperet atra lues.
Acerba Syll.lib.12.Fertur acerba lues disiectis incita telis.
Inimica Idem lib.17.It totius inimica lues cum turbine caſtris.
Scelerata Mart.lib.1.Vreret implicitum quum ſcelerata lues.
Sæua Val.Flac.lib.4.Pellere ſæuam Quondam fata luem dederant.
Violenta Idem lib.5.Tiphyn agit violenta lues.

Fœda



Fœda Seneca, Puerile fœda corpus vrebat lue.
Miſeranda Pont.Hinc etenim miſeranda lues mortalibus.
Miſera Marull. Seu libat miſera lue Vrbes polluere integras.
Veſana Codr.Bacchatur veſana lues.
Pernicioſa Sabell.Pernicioſa lues, humiles violantur agelli.
Humens Sedul.Humentem ſiccata corporis vnda Iuſſit abire luem.
Funeſta Mant.Heu funeſta lues fatalis machina paſſim.
Impura Cicero in Orat. de Aruſpicum renſponſis, Vt ludos hæc lues impura pollueret.

L V M B I.

Laſciui Mart.lib.5.Laſciuos docili tremore lumbos.
Salaces Fauſt.Diſſoluas lumbos aliena in iura ſalaces.
Calidi Idem, Maſcula ſed calidos habitat laſciuia lumbos.
Teneri Iuuen.Stat.8.Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum.

L V M B R I C I.

Terreſtres Serenus, Lumbrici quoq; terreſtres naſcentur oliuo.

Sũt.n.vermes terre nati à lubricitate dicti.

L V M E N, & lumina pro oculis.

Candida Verg.in Cul.Candidaq; aurato quatiebat lumina curru.
Roſea Idem de Ortu ſolis, Tithoni coniunx roſeo ſub lumine.
Flammantia Idem in Cul.Aſpectuq; micant flammantia lumina toruo.
Clara Lucret.lib.3.Et tenebris tantis tam clarum extollere lumen.
Fulgida Idem, Fulgida præſertim cum cernere ſæpe nequimus Lumina luminibus.
Coruſca Idem lib.6.Ferturq; coruſcis Omnia luminibus luſtrans.
Candentia Idem, Octauoq; ferè candenti lumine ſolis.
Flammea Idem in Epiſt.Flammea ſubduxit medicato lumina ſomno.
Tremula Idem, Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti.
Ignea Stat.lib.2.Ignea ſanguinea radiabant lumina flamma.
Flagrantia Idem lib.17.Admota ac dira flagrantia lumina flamma.
Volucria Idem, Et frenos volucri propellunt lumine flammæ.
Multifida Stat.lib.3.Theb.Multifida attollens antiqua lumina cedro.
Radiata Idem lib.2.Syll.Sydereiq; orbes, radiataq; lumina cœlo.
Stellantia Val.Flac.lib.2.Cuius ſtellantia glauca Lumina nube tremunt.
Vaga Idem lib.6.Quaq; iterum tacito ſparſit vaga lumina vultu.
Grata Claud.Nonne ſatis viſum eſt grati quod luminis expers.
Glauca Idem, Illi glauca nitent hirſuto lumina vultu.
Rutila Pont.Ac rutilo ſcintillant lumine cauda.
Lactea Mart.Cap.Quandam lactei luminis facem præferebat.
Prominula Thom.Rad.Minutula & prominula lumina.
Inexpleta Stroz.pat.Spectat inexpletis hunc dea luminibus.
Rutilantia Pamph.Rutilantia Phœbi Luminibus vinco lumina ſyderis.
Lucida Mirand.Et quæ librato radiabant lucida motu Lumina.
Venuſta Conrad.Pectora luminibus venuſtis.
Nitida Crinit.Redditur Pæan, nitidumq; lumen.
Radioſa Mant.Radioſa morumq; Lumina ſanctorum.
Albentia Idem, Cynthia & albeti radiabant lumine terras.
Lyncea Idem, Quid ſignum cœleſte canam, quod lyncea fallit Lumina.
Viuida Andr.Amm.Viuida cui miti radiabant lumina flamma.
Auricoma Bap.Pius, Auricomo lumine faua vacant.
Cupida Catull.Hanc ſimul ac cupido conſpexit lumine virgo.
Turgentia Propert.lib.3.Quid noſtro gemitu turgentia lumina torques.
Vda Idem, Reſpiciens vdis perdita luminibus.

Humida

Humida Idem lib.3.Humidaq; impreſſa ſiccabat lumina lana.
Errantia Idem,Non Tyriæ veſtes errantia lumina fallunt.
Pæta Hier.Ang.Aſſiſtit ſcopulis,& pæto lumine, pæto Lumine commotas en maris æquat aquas.
Pulchra Idem,Sed pulchra vt lumina vidit.

LVNA.

Quia ſingulis menſibus curſum ſuum peragit.

Menſtrua Verg.lib.1.Georg.Ipſe pater ſtatuit,quid menſtrua luna moneret.
Roſida Idem lib.3.Georg.Temperet & ſaltus reficit iam roſida luna.
Dictynna Idem in Cyri,Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Errans Idem lib.1.Aen.Hic canit errantem lunam,ſolisq; labores.
Radians Idem lib.8.Sole repercuſſum aut radiantis imagine lunæ.
Lucida Lucan.lib.5.Lunaq; non gracili ſurrexit lucida cornu.
Cynthia Idem lib.8.Lucis mœſta parum per denſas Cynthia nubes præbebat.
Silens Pamph.Iam lunæ tremulum iubar ſilentis.
Semiformis Colum.Cui ſuperſtitioſa ſemiformis lunæ ſpecies.
Pura Horat.lib.2.Carm.Vt pura nocturno renidet Luna mari.
Noctiluca Idem lib.4.Rite creſcentem face noctilucam.
Bicornis Idem in Car.Secul.Siderum regina bicornis Audi luna puellas.
Vaga Idem lib.1.Serm.Simul ac vaga luna decorum Protulit os.
Rubens Idem,Infernas errare canes,lunamq; rubentem.
Præmicans Apul.Video præmicantis lunæ candore nimio completum orbem.
Soſpitatrix Idem,Iam ſoſpitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur.
Aurea Ouid.lib.10.Fugit aurea cœlo Luna.
Niuea Idem lib.14.Quo ſolet & niueæ vultum confundere lunæ.
Alta Idem lib.1.Triſt.Lunaq; nocturnos alta regebat equos.
Candida Idem in Epiſt.Hanc ego ſuſpiciens,faucas ô candida,dixi.
Globoſa Lactant.Idem luna globoſa ſit an concaua.
Ignea Stat.lib.8.Theb.Iunctos quum iam ſoror ignea Phœbi Sentit equos.
Moderatrix noctis. Idem lib.10.Sic ait arcanæ moderatrix Cynthia noctis.
Noctiuaga Idem lib.5.Syll.Lumina noctiuagæ tollit Pharos æmula lunæ.
Latonia,Latonæ filia. Pont.quoties cœlo Latonia luna exoritur.
Turbida Claud.Lunaq; conceptis liueſcat turbida cauris.
Glomerabilis. Manil.Te teſtem dat luna ſui glomerabilis orbis.
Pernix Cæſar Germ.Clara etiam pernix cœlo quum luna reſulget.
Rutilans Ruffus Feſtus,Deſuper in nubes rutilantis lampade lunæ.
Ventoſa Auſon.Semita ventoſæ ſuperet vaga nubila lunæ.
Lactea Mart.Cap.Moxq; imitata pium lactea luna diem.
Varia Idem,Et totiens variæ flammantia cornua lunæ.
Seneſcens Pont.Curua ſeneſcentis lunæ ni cornua ſeruet.
Velox Idem, Ac tandem rapidis velox Latonia bigis.
Nitens Idem, Alba genas,lunæ radios imitata nitentis.
Nocturna Idem,Sydereis nocturna vmbris Latonia gaudet.
Fulgens Thom.Rad.Fulgentem lunam ſuſpiciens.
Intermeſtris Bud.Lucere minus,minusq; quotidie vſq; ad intermeſtrem lunam.
Latois Stroz.pat.Abſtulit Endymium tenera Latoida forma.
Cornigera Idem,Et vos cornigeræ lumina clara deæ.
Gelida Cimbr.Seu quà regna manent gelidæ propè cornua lunæ.
Pernox Liuius,Præliumq; ante lucem,ſed pernox luna erat.
Frigida Pamph.Et redit ad noſtros frigida luna polos.
Radioſa Conr.Stat ſolido radioſa vultu.
Pallida Mich.Ang.Phœbæis quantum pallida luna rotis.
Micans Guil.Caſt.Et ſolem ſpectabo nouum,lunamq; micantem.

Inſtabilis



Inſtabilis Mant.Induit inſtabilis lunæ lux tertia.
Argentea Idem,Atq; ſoporiferos niueis argentea bigis Luna vehit radios.
Gubernatrix tenebrarum. Idem,Luna Gubernatrix tenebrarum & mobilis vndæ.
Diuidua Bap.Pius,Cornua diuiduæ quod pandis imagine lunæ.
Tacita Verg.Ibant & tacitæ per amica ſilentia lunæ.
Tenera Stat.in Achil.Teneræ rubuerunt cornua lunæ.

LVNA vrbs.

Vetus Mant.Luca ſed imprimis veteri contermina Lunæ.
Ethruſca Mart.Caſeus Ethruſcæ ſignatus imagine Lunæ.
Metallifera Stat.Annè metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ.

LVPA.

Rauca Horat.lib.3.Carm.Rauca decurrens lupa Lanuino.
Rapida Ouid.lib.3.de Arte,Et rapidæ tradis ouile lupæ.
Martia Manil.Aut lupa proiectos nutriſſet Martia fratres.
Spurca Mart.lib.1.Abſcondunt ſpurcas hæc monumēta lupas.Pro meretrice.
Volſa Auſon.Irritat Volſas ſæuia membra lupas.
Immanis Thom.Rad.Lupa immanis atq; inuſitata deſcendebat.
Obſcœna Polit.Vbi ocietur inter obſcœnas lupas.
Trux Lud.Big.Manſueſcit nunquàm trux lupa qualis ouis.
Olida Remacl.Oſtentant olidas panda theatra lupas.
Inhumana Proper.lib.4.Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ.

LVPANAR.

Spurcum Apul.Lupanaris ſpurci, ſordidiq; ſubito delectari nomine.
Calidum Iuuen.Sat.8.Intrauit calidum veteri centone lupanar.
Putidum Polit.Condas te in putidum licet lupanar.
Turpe Lud.Big.Dum trahere hanc vellent ad turpe lupanar amantes.
Commune Mant.Iuſſa eſt ad commune trahi vitianda lupanar.
Immundum Idem,Stupris expoſta lupanar Ibis ad immundum.

LVPATVM.

Sanguineum Lucan.lib.4.Siccaq; ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis.
Durum Guidal.Et croceus duris ſpumabat forte lupatis.
Rigidum Claud.Cornipedes rigidiſq; docet ſeruire lupatis.
Spumans Cæſar Germ.Spumanti mandit,ſed quæ ferus ore lupato.
Strictum Pont.Cogere mox domitis,& ſtrictis agitare lupatis.
Arctum Polit.Aut quos equum ſternacem arctis fregiſſe lupatis.

LVPERCI.

*Erant Luperci miniſtri Lupercalium ſacrorum ab Euandro inſtitutorum in honorem Panos in memoriam eius lupæ, quæ Rhemum & Romulum nutrierat. Nudi autē & currentes luſtrabant ciuitatem. Fiebant Lupercalia menſe Februario atris diebus, expiationis gratia. In his iugulabant capras, dum duos adoleſcentes eo ſiſtebant, quorum frontes alij cultro ſanguine perfuſo vngebant, alij ſtatim lanam lacte madentem admouentes abſtergebant, abſterſos pueros oportebat ridere. Hi demum inciſis in particulas & lora caprarum pellibus, diſcurrebant in vrbem, & ſi qui obſtitiſſent, cædebant ſcuticis. Mulieres adulta ætate vltrò ſe ad verbera offerebant, ratæ, eam rem ad fœcunditatem conducere. Canem porrò immolabant luperci.*

Succincti Ouid.lib.5.Faſt.Semicaper coleris ſuccinctis Faune lupercis.
Agiles Iuuen.Sat.2.Nec prodeſt agili palmas præbere luperco.

LVPINVS.

Madidus Colum.Sectaq; præbetur madido ſaciata lupino.
Pallens Ouid.de medic.fac.Nec tu pallentes dubita præbere lupinos.
Tepens Mart.lib.5.Et feruens cicer,& tepens lupinus.
Feralis Calph.Qui metere occidua ferales nocte lupinos dicitur.
Triſtis, quoniam legumen eſt ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutum.

Dd Verg.

Verg.lib.1.Georg.Aut tenuis fœtus vitiæ, triſtisve lupini.

## L V P V S.

Vlulans Verg.lib.1.Georg.Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.
Raptor Idem lib.2.Aen.Inde lupi ſeu raptores atra in nebula.
Martius Idem libr.9. Quæſitum aut matri multis balatibus agnum Martius à ſtabulis rapuit lupus.
Appulus Horat.lib.1.Carm.Sed prius Appulis Iungentur capræ lupis.
Acer Idem in Epod.Vt pauet acres Agna lupos.
Rapax Idem, Apris reliquit & rapacibus lupis.
Procerus Idem lib.2.Serm.Quo pertinet ergo Proceros odiſſe lupos.
Cautus Idem lib.1.Epiſt.Cautus enim metuit foueam lupus.
Sarcinoſus Apul.Lupos grandes & vaſtis corporibus ſarcinoſos.
Aſper Ouid.lib.11.Luppus perſtat dulcedine ſanguinis aſper.
Auidus Idem lib.2.Faſt.Sæpe auidum fugiens reſtitit agna lupum.
Infeſtus Idem, Parua ſub infeſto quum iacet agna lupo.
Cupidus Idem li.1. Triſt. Cupidusq; cruoris Incuſtoditum captat ouile lupus.
Montanus Idem lib.3.Triſt.Cinctaq; montanis vt pauet agna lupis.
Inſatiabilis Idem in Ibin, Inſatiabilibus præda relicta lupis.
Sæuus Syl.lib.13.Nam ſubito in curſu ſæuorum agitata luporum.
Trepidus Stat.lib.1.Theb.Oraq; ſicca ferunt trepidorum inhiaſſe luporum.
Agreſtis Idem lib.3. Paſtor ad agreſtum nocturna ſtrage luporum.
Expugnator Idem lib.4.Ille velut pecoris lupus expugnator opimi.
Cruentus Idem lib.5.Theb.Qualis cum cerua cruentis Circumuenta lupis.
Infeſtans Idem lib.9.Infeſtante lupo cum primum fœta tuetur.
Rapidus Idem lib.10.Rapidi ſic agmine mixto Sub noctem coiere lupi.
Degener Stat.lib.12.Degeneresq; lupos, magnos alit ira leones.
Inhumanus Mart.lib.10.Hœdus inhumani raptus ab ore lupi.
Mœſtus Val.Flac.lib.8.Mœſtis veluti nox illa ſonare Plena lupis.
Spumiger Manil.Quattuor ora Spumigeris frenata lupis.
Ferus Pont.Infectatur oues rabie ferus, & ferus armis.
Infrendens Idem, Dentibus infrendens, & morſu exaſperat iras.
Rabidus Idem, Siluit rabidorum turba luporum.
Triſtis Idem, Aſtream triſtes extimuere lupi.
Vorax Mant.Carnifici daris in prædam, velut alba voraci Agna lupo.
Durus Polit. Domat aſpera duris Ora lupis ſonipes. Sed hic capitur pro lupato.
Rabioſus Lactan.Veniet rabioſis & voracibus lupis merces ſua.
Carniuorus Stroz.fil.Carniuorosq; lupos, pauidiq; cubilia damæ.
Indomitus Pamph.Me tulit indomito iuncta lycisca lupo.
Immitis Idem, Vt ſemper rabiem lupinam immitis redolet.
Sanguinolentus.Idem, Vt lupus in placidas ſanguinolentus oues.
Improbus Idem, Tunc ille vt lupus improbus vorauit.
Ieiunus Sabel.Ieiuni ceu nocte lupi balantia circum Septa ſedent.
Præda Idem, Inſenſumq; lupis prædonibus ecce.
Sanguineus Sedul.Sanguineos properare lupos.
Inſidiator Mant.Cernis vt abrupta lupus inſidiator ouili.
Trux Idem, Pane truces agitante lupos, rabiemq; ferente.
Atrox Idem, Sæuit vt inter oues atrox lupus ore cruento.
Fameſcens Idem, Turba fameſcentem campo ſolet ire luporum.
Eſuriens Plaut.in Sti.Hæreditatem inhiat quaſi eſuriens lupus.
Ferociens Bartho.Lonchienſis, Inſtar lupi ferocientis in gregem.
Nocturnus Propert.lib.4.Et ſua nocturno fallere terga lupo.





## L V R O R.

Buxeus Apul.Lurore buxeo, macieq; fœdata.
Piceus Thom.Rad.Lurore piceo deformati.

## L V S C I N I A.

Pia Philel.Nec culices elephas, pia nec luſcinia coruos.

## L V S T R V M.

Elæum Stat.lib.2.Syll.Cum tribus Elæis vnam trieterida luſtris.
Piſæum Marull.Vara Piſæo redeunte nudat Brachia luſtro.

## LVSTRA SYLVARVM.

Deſerta Val.Flac.lib.4.Solus & hos montes, deſertaq; luſtra tenebis.
Horrida Idem, Argus & in ſcopulos, & monſtris horrida luſtra.
Horrentia Pont.Inuoluitq; ferarum horrentia luſtra.
Deuia Idem, Pars altis in ſpeluncis per deuia luſtra.
Opaca Claud.Confuſi paſſim per opaca vagantur Luſtra.
Syluestria Idem, Hæccine vita iuuat ſyluestribus abdita luſtris.
Pinea Pamph.Per nemus vmbroſum myrto, per pinea luſtra.
Nemoroſa Mant.Saxa per amphractus montis, nemoroſaq; luſtra.
Tenebroſa Idem, Qualia ſunt per luſtra hominum tenebroſa vagantum.
Inuia Idem, Per nemus illicibus denſum, perq; inuia luſtra.
Olentica Idem, Præteriens tanquam foricas & olentica luſtra.
Obſcura Idem, In nemora, in ſentes, obſcura in luſtra ferarum.
Inhoſpita Idem, Vidi ego per tacitos ſaltus, & inhoſpita luſtra.
Cœnoſe Idem, Pallentes vmbras nemorum, cœnoſaq; luſtra.
Syluea Fauſt.Et ſecreta colens ſyluea luſtra dryas.
Auia Stat.in Achill.Mox ille per auia ſecum Luſtra.

## L V S V S.

Carens grauitate.Oui.li.1.de Ponto, Sæpe referta animus luſus grauitate carentes.
Innocuus Mart.lib.1.Innocuos cenſura poteſt permittere luſus.
Mollis Pont.Quas luſus habitant molles.
Tener Mart.Qui teneros luſus, & mutua gaudia monſtret.
Placidus Idem, Mutua ſic placido traheremus gaudia luſu.
Procax Pont.Abſint nequitiæ procaxq; luſus.
Gratus Idem, Imprimis frons læta, & grati ad pocula luſus.
Inanis Strozius pater, Et inanes ponere luſus.
Blandus Strozius filius, Conuolitant, blandosq; ferunt per pectora luſus.
Facilis Idem, Forma decens, faciles luſus, & gratia morum.
Iocoſus Augurell.Centum iocoſis, ampliusq; luſibus.
Suauis Guill.Caſtell.Tu ſolitus quondam ſuaues componere luſus.
Feſtus Bapt.Pius, Et feſtos luſus erubuiſſe negant.
Dulcis Hiero.Ang.Blandos excudet amores, Et dulces luſus tetra ſenecta.

## L V T E T I A.

Populoſa Mich.Ang.Quæ callas inter populoſa Lutetia gentes.

## L V T R A.

Piſcatrix Mant.Lutraq; piſcatrix terræq; habitator & vndæ Fiber.

## L V T V M.

Croceum Verg.Nec croceo mutabit vellera luto.
Corycium Idem in Cyri, Vt tibi corycio glomerarem flammea luto.

## L V T V M.

Paleatum Colum.lib.13.Inſuper luto paleato claſſe linunt.
Craſſum Idem, Et craſſo luto diligenter oblinire.
Molle Lactan.Simulachrum hominis formaſſe de pingui & molli luto.
Saguinthinum.Mart.lib.8.Ficta Sagunthino cimbi mala luto.

Eſt.n. animal piſcibus viuẽs, quos arripit. Quia herba eſt flãmata, ſeu crocei coloris. Qm̃ Sagũthes vrbis lutum habuit vaſis fictilib.accommodatiſſimum.

Promethæum. Idem lib. 10. Ficta Promethæo diceris eſſe luto.
Samium Auſon. Atq; abacum Samio ſæpe ornaſſe luto.
Turpe Polit. Turpi luto ſe immunda volutat.
Madidum Pamph. Feſſus equum madido per loca plena luto.
Putre Idem, Et linquens putri flumina mixta luto.
Facile Tibul. lib. 1. Pocula de facili compoſuitq; luto.
Obſcœnum Mant. Obſcœno das terga luto.
Vdum Perſius, Vdum & molle lutum es.

## L V X.

Nitens Verg. Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti.
Penetrabilis Pallad. Rut. Quibus eſt granum luce penetrabili ſplendidum.
Præclara Lucret. lib. 2. Lunamq; & ſolis præclara luce nitorem.
Lucida Apul. Nec dum ſatis luce lucida, diſcuſſa quiete.
Syderea Ouid. lib 4. Met. Hunc quoq; ſyderea qui temperat omnia luce.
Candida Idem lib. 1. Faſt. Candida te niueo poſuit lux proxima templo.
Purpurea Idem lib. 6. Faſt. Lætaq; purpurea luce refulget humus.
Coruſca Stat. lib. 1. Syl. Ac primum ingentes habitus, lucemq; coruſcam.
Aetherea Syl. lib. 13. Nec multa dies iam reſtat ituro Aetheream in lucem.
Ignea Ruffus Feſt. Et rutilo qua lux ſedet ignea mento.
Clara Claud. Sedibus & claram diſpargere lumina lucem.
Tenuis Idem lib. 15. Tenuemq; vt roſida miſit Lucem aurora.
Ignipotens Idem, Bis gemino diſerta ſitu micat ignipotens lux.
Rutila Idem, Rutilæ quum ſint primordia lucis.
Aurea Auſon. Remeauerit aurea quum lux.
Gemmata Capellanus, Quum creperum lux alma micat gemmata decore.
Radians Calphur. Vt placidum radianti luce Cometam proferat.
Phaetontis Pont. Non luce quidem Phaetontide fulgent.
Honora Idem, Ore vomit flammas, & luce refulget honora.
Decora Idem, Clara etiam flammis, & luce coruſca decora.
Rutilans Idem, Effundet rutilantem alto de culmine lucem.
Solis comes Idem, Lux ſolis comes, & coniunx & filia ſolis.
Phœbeia Stroz. pater, Et ſeu lux orbem retegit Phœbeia.
Nitida Pamph. Odi te nitidam tacente lucem.
Phœbea Mant. Phœbeam primum lucem, mortaliaq; ora.
Fumida Architr. Nec diſtantia luce monſtrat fumidula.

## L V X V R I E S.

Prodiga Lucan. lib. 4. O prodiga regum Luxuries, nunquam paruo contenta paratu.
Efferueſcens Gelli. 2. Vt his ſaltē finibus luxuriæ efferueſcentis æſtus coerceretur.
Petulans Apul. Nec petulanti luxuriæ vulnus grauaret.
Popinalis Idem, Pecuniæ fuit ſatis locuples, ſed luxuriæ popinalis.
Nocitura Claud. Tibi quærit inanes luxuries nocitura cibos.
Fucata Idem, Interius fucata genas, & amicta doloſis Illecebris.
Blanda Seneca, Luxuria peſtis blanda cui vires dedit.
Famoſa Quintian. Famoſa Neronis Luxuria, auratas ſtrueret quum prodiga cellas.
Atra Petrarcha, Atra luxuria efferuent, teneris mala tempora hœdis.
Nitens Mant. Ore nitens, animo maculata ſimillima Sorbo.
Parthica Idem, Seu Parthica ferro Luxuriens vetuit naſci lanuginis vmbram.
Miſera Propert. lib. 1. Tædia dum miſeræ ſint tibi luxuriæ.

## L V X V S.

Iners Verg. At qui deſidiam luxumq; ſequetur inertem.





Furens Luc. libr. 10. Quod luxus inani Ambitione furens toto quæſiuit in orbe.
Mollis Manil. Imperia in faſces, mollemq; per otia luxum.
Nepotalis Tho. Rad. Lupanari infamia, luxu nepotali ſordeſcebat.
Populator opum. Claud. Et luxus populator opum, cui ſemper adhærens.
Deſes Idem, Luxuq; fluentem Deſide nobilitas poſſet te ſola tueri.
Agilis Manil. Et in luxus agiles, agilemq; vigorem.
Regius Seneca, Regios luxus procul Eſt impetus fugiſſe.
Fluens Pont. Naturæ nec rurſus opes, luxumq; fluentem.
Deſidioſus Idem, Rura placent, luxus deſidioſe vale.
Malus Idem, Qua luxus, luxuq; malo coniuncta voluptas.
Achæmenius Idem Qua vel Achæmenios luxus, regnumq; Pharatis Exuperat.
Menſarius Bud. In delicias popinales, in luxum menſarium.
Putris Codr. Vrceus, Non putri luxu, aut epulis marcere ſolutis.
Regalis Idem, Regali ſplendida luxu Atria nonne vides?
Faſtuoſus Polit. Non faſtuoſi mala gaudia luxus.
Splendidus Conr. Splendidum luxum, nitidaq; pictos Corpore cultus.
Nocens Idem, Aut nocenti defluit Luxu.
Fœdus Iuuen. Illicitum eſt hominum fœdo ſecernere luxu.
Fœmineus Crinit. Luxuq; penè fœmineo vixiſſe.
Effuſus Architr. Effuſi ſudante libidine luxus.
Scenicus, id eſt, Quint. Mimis, choreis ſcenico luxu, ſonis.
Segnis Rodolphus Agricola, Ocia pigra ſequi, ſegni ve fatiſcere luxu.
Infrenis Mant. Prima dies cupiens infrenem extinguere luxum.
Exlex Idem, Et exlegem primorum extinguere luxum.
Inſanus Idem, Totaq; in inſanos fuderunt tempora luxus.
Attalicus Mant. Quid memorem Attalicos luxus, Crœſumq; Midamq;.
Ignauus Architr. Omnia luxus Ignauus prouiſor agit.
Cæcus Idem, Cedatq; improuida cæci Ebrietas luxus.
Regificus Verg. lib. 6. Aen. Epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu.
Diſſuaſor honeſti. Claud. Sed quod diſſuaſor honeſti luxus.
Turpis Iuuen. Sat. 6. Et turpi fregerunt ſecula luxu.
Ionicus, quoniam Ionica regio prima vnguentis delibuta, ornataq; corollis in conuiuio decubuit.

## L Y AE V S.

Campanus Mart. lib. 13. Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo.
Ogygius Lucan. lib. 1. Aedonis Ogygio decurrit plena Lyæo.
Iocoſus Hor lib. 3 Carm. Et arcanum iocoſo Conſilium retegis Lyæo.
Dulcis Idem in Epo. Dulci Lyæo ſoluere.
Corniger Ouid. lib. 3. Eleg. Corniger increpuit, Thyrſo grauiore Lyæus.
Mollis Stat. lib. 3. Syl. Charaq; non molli iuga Surrentina Lyæo.
Madidus Mart. lib. 1. Qua madidi ſunt tecta Lyæi.
Comeſſator Idem lib. 9. Atq; olucre lares comeſſatore Lyæo.
Viticomus Ruff. Feſt. Et cum viticomo crinem tondere Lyæo.
Formoſus Seneca, Candida formoſi venerabimur ora Lyæi.
Thyrſiger Idem, Candida Thyrſigeri proles generoſa Lyæi.
Vndans Pont. Crateresq; auri inſignes vndante Lyæo.
Pampineus Pamph. Iugera pampineo tetigi quum grata Lyæo.
Vetus Crinit. Siue crateras veteri Lyæo.
Mitis Bapt. Egnat. Hæc iuga non Cereri, non miti nota Lyæo.
Ardens Mant. Furit in venis ardente Lyæo.
Rabidus Architr. Rabido ſubmerſa Lyæo.

## LIBYA.

Aeſtifera Lucan.lib.1.Sicut ſquallentibus aruis Aeſtiferæ Libyes.
Sitiens Idem, Per calidas Libyæ ſitientis arenas.
Arens Idem, Arentem feror Libyam.
Arida Idem lib.3.Quicquid ob occiduis Libyæ patet arida Mauris.
Scopuloſa Idem lib.9.Clauderet exeſis auſtrum ſcopuloſa cauernis.
Sterilis Idem lib.10.Non ſterilis Libyæ, non Syrticus obſtitit Ammon.
Flaua Stat.lib.4.Theb.Ceu flauam Libyen, deſertaq; pulueris Afri.
Anhelans Claud.Inſtar anhelantis Libyæ, quæ torrida ſemper Solibus humano neſcit manſueſcere cultu.
Aduſta Idem, Quem littus aduſtæ Horreſcit Libyæ.
Ardens Idem, Ire per ardentem Libyam, ſuperare vapore Solis.
Calens Manil.Numidas, Libyamq; calentem Abluit.
Feruens Seneca, Quaſcunq; feruentis creat arena Libyæ.
Sicca Codr.Per ſiccam Libyen ad rura Syenes.
Peruſta Claud.Felicior illa peruſtæ Pars Libyæ.
Arenoſa Quint.Intrat arenoſam Libyen, vbi torrida ſemper Ardet humus.
Potens Mant.Ipſe potentem perdomuit Libyam.
Torrens Idem, Arida torrentis Libyæ dum permeat agros.
Flagrans Bartho. Atquum flagrantis Libyes conuerſus ad oram.
Rebellis Claud.Nec Libyæ ſenſerunt damna rebellis.
Fertilis Horat.Quicquid de Libycis verritur areis.

## LYCAON.

*Rex fuit Arcadiæ, hoſpites necare ſolitus, & à Ioue, cui caſdem parabat inſidias, conuerſus in lupum.*

Arcadicus Ruff.Feſt.Famoſi Arcadici teſtans commenta tyranni.
Sæuus Mant.Rex malus eſt vt Buſyris, ſæuusq; Lycaon.
Immanis Idem, Gens fera ab immani dimiſſa Lycaone.
Ferus Idem, Quum truculenta feri videre Lycaonis ora.
Dirus Bapt.Pius, Non eſt hæc Semele, dirove Lycaone proles.

## LYCAEVS.

Mons eſt Arcadiæ, ſacer Pani, Fauno, & Satyris.

Vmbroſus Stat.lib.1.Theb.Solibus vmbroſi patuere æſtiua Lycæi.
Gelidus Idem lib.14.Pacabat cornu gelidiq; aduerſa Lycæi.
Piniger Idem lib.7.Nec ſua pinigero magis adnatet vmbra Lycæo.
Parrhaſius Claud.Candida Parrhaſij poſt hanc regina Lycæi.
Anguſtus Idem, Iſtmos & anguſti patuerunt clauſtra Lycæi.
Nemoroſus Ruffus Feſt.Has pater omnipotens nemoroſi in valle Lycæi.
Cyparifer Sidon.Quantum non Cyparifer Lycæus.
Horrens Marul.Taygea, horrentiſq; tenent pineta Lycæi.
Excelſus Pamph.Pan carit excelſi paſtor quoq; monte Lycæi.

## LYCES.

Flauus Val.Flac.lib.7.Argon.Quas Tanais, flauuſq; Lyces, Hypaniſq; Nomaſq; Addat opes.Fluuius eſt Armeniæ defluens per Cappadociam.

## LYCIA.

Chimœrifera Ouid.lib.6.Meta. Iamq; Chimœriferæ quum ſol grauis vreret arua Finibus in Lyciæ.

## LYCIVM.

Nitidum Cic. Inq; Academia vmbrifera, nitidoq; Lycio, fuderunt claras fœcundi pectoris artes.Fuit Athenis ſchola Ariſtotelis, vt Platonis Academia.

## LYCHNVS.

Pendens Lucr.lib.5.Lumina, pendentes lychni.
Auratus Stat.lib.1.Theb.Tendunt auratis vincula lychnis.

Ardens



Ardens Stroz.pater, Nec mora, collucent lychnis ardentibus ædes.
Lucens Mant.Fregerat lychnum, puero lugenti Nocte lucentem.
Lucifer Muſæus, Me lychnum extinguat, optatæ qui mihi vitæ Lucifer eſt.
Splendens Idem, Splendentem aduerſus lychnum conſtanter anhelans.

## LYCOMEDES.

Scyrius.Sta.in Ach.Necnon & geminas regnator Scyrius alnos Deducit genero.
Pius Idem, Sit virgo pij Lycomedis Achilles.Fuit pater Deidamiæ.

## LYCOPHRON.

*Lycophron Chalcidenſis fuit Poeta tragœdiographus. Is ſcripſit. Alexandram poema valde obſcurum, in quo meminit de vaticinijs Caſſandræ, exorſusq; ab Hercule & rebus Troianis, proſequitur vſque ad Alexandrum Macedonem.*

Cothurnatus Ouid.in Ibin, Vtq; cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant.
Ater Stat.lib.5.Syll.Carmina Battiadæ, tenebraſq; Lycophronis atri.
Obſcurus Fauſt.Et ſunt obſcuri transfixa Lycophronis exta.

## LYCORIS.

Pulchra Verg.in Buc.Tua pulchra Lycoris Perq; niues alium, perq; horrida caſtra ſecuta eſt.
Formoſa Proper.lib.2.Et modo formoſa quam multa Lycoride Gallus.

## LYCORMAS.

Flauus Ouid.lib.1.Met.Arſuruſq; iterum Xanthus, flauuſq; Lycormas.
Centaureus Stat.lib.4.Theb.Sperchiuſq; minax, Centaureuſq; Lycormas.

## LYCVRGVS *Rex Thracum.*

*Fuit rex Thracum Bacchi contemptor. Propterea vlciſcente numine, aſciam cruribus ſuis alliſit, dum vellet amputare vires.Hinc ſecuriger & bipennifer à poetis dicitur.*

Acer Verg.lib.3.Aen.Thraces arant acri quondam regnata Lycurgo.
Thrax Horat.lib.2.Carm.Thracis & exitium Lycurgi.
Bipennifer Ouid.lib.4.Met. Panthea tu venerande, bipenniferumq; Lycurgum.
Penthides Idem in Ibin, Qua ſua Penthidem proles eſt vlta Lycurgum.
Inachius Stat.lib.4.Theb.Inachij proles infauſta Lycurgi Dependet.
Sacrificus Idem lib.5.Et iam ſacrifici ſubitus per tecta Lycurgi.
Magnanimus Idem, At non magnanimo pietas ignaua Lycurgo.
Securiger Seneca, Regna ſecurigeri Bacchum ſenſere Lycurgi.
Rigidus Quint.Mactaſti & rigidum precioſo crure Lycurgum.
Illaudatus Mant.Nec veluti Phlegyas, illaudatumq; Lycurgum.
Veſanus Proper.lib.3.Veſanumq; noua nequicquam in vite Lycurgum.

## LYCVRGVS LEGISLATOR.

Amyclæus Stat.lib.2.Syl.Hic & amyclæi cæſum de monte Lycurgi Quod viret.
Fortis Manil.Iuſtuſq; Solon, fortiſq; Lycurgus.
Legifer Sidon.Quicquid legifero profecit ſparta Lycurgo.
Veridicus Pamph.Hic noua veridicus iura Lycurgus agit.
Therapnæus Mich.Ang. Adde Therapnæi fortiſſima regna Lycurgi.
Lacedæmonius.Mant.Numam veterem, Lacedæmoniumve Lycurgum.

## LYDIA.

Diues Claud.Qualem non Lydia diues Erexit Pelopi.
Ferax Seneca, Vidit Perſis, ditiſq; ferax Lydia regni.
Viridis Mant.Fluxit & Crœſi viridem per oram.
Precioſa Textor.Si precioſa ſuos laxet tibi Lydia fontes.

## LYMPHA.

Liquida Ouid.lib.3.Met.Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis.
Suſurrans Verg.in Culice, Ima ſuſurrantis repetebant ad vada lymphæ.
Currens Idem in Battarum, Flectite currentes lymphas vaga flumina retro.
Fugax Hor.lib.2.Carm.Et obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.

 Loquax

Loquax Idem lib.3.Car.Vnde loquaces Lymphæ deſiliunt tuæ.
Manans Idem in Epod.Conteſq; lymphis obſtrepunt manantibus.
Putealis Lucret.Multi præcipites lymphis putealibus alte.
Gelida Augurell.Modo lympha arcutem gelida ſitim.
Fluuialis Verg.lib.4.Aen.Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha.
Pura Syll.lib.7.Fonte ſitim & pura ſoliti defendere lympha.
Cærula Pacificus,Lymphaq; de vitreo cærula fonte cadit.
Sobria Tibull.Mixtaq; ſecuro eſt ſobria lympha mero.
Viua Val.Flac.lib.3.Viuaq; nitentia lympha.
Vitrea Pont.Genuaq; ſub vitrea caderent argentea lympha.
Garrula Polit.Qua fugit obliquo garrula lympha pede.
Rigua Idem,Riguis vberrima lymphis.
Perſpicua Idem,Perſpicuam tenui deducunt murmure lympham.
Labens Augur.Nais item propter labentem proxima lympham.
Scatens Idem,Vel ad ſcatentis pariter lymphæ caput.
Vndans Crin.Quis ille vndantibus Te Cecinnæ lymphis dedit.
Tenuis Idem,Tenueſq; lymphas Tyburis captas.
Irrigua Mich.Ang.Irriguis audet colludere lymphis.
Fontana Mant.Fontanæ prodiga lymphæ.
Piſcoſa Idem,Per ſua piſcoſis decurrere pa cua lymphis.
Lacuſtris Idem,Lymphas ſtagnare lacuſtres.
Mobilis Idem,Lacus ſtagnans ad mœnia lymphis Mobilibus.
Dulcis Idem,Dulces ſine crimine lymphæ.
Amœna Bapt.Pius,Hic vbi lympha leui deſcendit amœna ſuſurro.
Somnifera Syll.lib.4.Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.
Fœcunda Mant.in Buc.Dummodo fœcundis humectet paſcua lymphis.
Crepitans Proper.lib.4.Et leuiter lymphis tota crepitantibus vrbe.
Argentea Bened.Ion.Nouoc.Quot tibi piſciculos argentea lympha creauit.

L Y N C E V S.

Proles Aphareia.Ouid.lib.8.Et duo Theſtiadæ, & proles Aphareia Lynceus.

L Y R A.

Imbellis,apta deliciis.Horat.lib.1.Carm.Imbelliſq; lyræ Muſa potens vetat.
Curua Idem,Nuncium curuæq; lyræ parentum.
Eburna Idem lib.2.Eburna,dic age,cum lyra maturet.
Iocoſa Idem lib.3.Non hæc iocoſæ conueniunt lyræ.
Aurata Ouid.li.8. In quibus auratam proles Latonia fertur Depoſuiſſe lyram.
Aemonia Idem lib.4.Triſt.Aemonia curas attenuaſſe lyra.
Pindarica Idem lib.4.de Ponto,Pindaricæ fidicen tu quoq; Ruffæ lyræ.
Threicia Idem in epiſt.Threiciam digitis increpuiſſe lyram.
Phœbea Ouid.in Epiſt.Mœnia Phœbeæ ſtructa canora lyræ.
Aeolia Ab epitheto Saphus Lyricæ.Idem,Aeolia nomina dicta lyra.
Aonia Ouid.lib.1.Eleg.Inſtruit Aoniam Marte mouente lyram.
Inaurata Idem li.1.Eleg.Tractaq; inauratæ conſona fila lyræ.
Arionia Ab Arione citharœdo.Idē li.1.de Arte,Piſcis Arionę fabula nota lyrę.
Pieria Syll.lib.11.Et carmina rurſus Pieria liquefacta lyra.
Mollis Stat.li.10. Et quidnā egregium proſternere mœnia molli Structa lyra.
Ouans Idem lib.1.Syll.Vt pollet ouanti Quiſq; lyra.
Orphæa Mant.Orphæamq; lyram & flammis lucentibus aram.
Teſtudinea Tibul lib.4.Et teſtudinea Phœbe ſuperbe lyra.
Docilis Mart.lib.14.Exerrent doclem garrula plectra lyram.
Sonans Val.Flac.lib.5.Mixtoq; ſonantem Percutit ore lyram.
Biſtonia Claud.Syluaq; Biſtoniam ſæpe ſecuta lyram.





Canora Idem,Canoras in peſtem vertere lyras.
Cyllenæa Ruff.Feſt.Conſurgente freto cedit lyra Cyllenæa.
Mercurialis Idem,Mercurialis item lyra voluitur.
Nectarea Bap.Pius,Nectareamq; lyram tetigit.
Rauca Sidoni⁹,Læua parte tenet vaſta dulcedine raucā Cælato Pythone lyrā.
Biſtonis Pont.Mouit Byſtonis ante lyra.
Querula Glar.O Dauid querulæ gloriæ rara lyræ.
Aurea Marull.Aureæ docta fila lyræ ſollicitant manu.
Arguta Stroz.pat.Nouit & argutæ tangere fila lyræ.
Operoſa Stroz.fil.Segniſq; operoſam Nunc ſine honore lyram.
Apollinea Idem,Dicite Apollinea carmina digna lyra.
Ianthæa Pamph.Frangit Ianthæam mœſta Talia lyram.
Vocalis Idem,Aſpera vocali ſaxa mouere lyra.
Placida Lud.Big.Ad placidæ fugio plectra conora lyræ.
Dulcis Bap.Pius,Mulcebunt dulci vulnera ſæua lyra.
Dulcicanens Quint.Dulcicanens maternus vbi chorus emicat.
Arcadica Mich.Angl.Laurus & Arcadicæ fila corona lyræ.
Thracia Mant.Crater,lyra Thracia plauſtrum.
Eburnea Idem,Finierat cantus poſito lyra eburnea plectro.
Dulciſona Remac.Phœbo dulciſonam percutiente lyram.
Sonora Bapt.Pius,Sonoræ Mouit,vt allicerent ſaxea corda lyra.
Claria,ideſt, Apollinea.Idem,Nec clariæ cornix dulcia fila lyræ.
Suauis Idem,Paſtores ſuaui ducet ad arua lyra.
Blanda Glar.Poſce,velim,blandæ fila conora lyræ.
Timothea Idem,Et cum Terpandri Timotheæa lyra.
Thebana Bapt.Pius,Maſcula Thebanæ Lesbis amica lyræ.
Garrula Tibul.lib.1.Pendebat leua garrula parte lyra.
Amphionia Prop.lib.1.Aut Amphioniæ mœnia flere lyræ.
Aganippæa Prop.lib.2.Par Aganippææ ludere docta lyræ.
Melliflua Bapt.Plaut.Ob tam mellifluæ plectra canora lyræ.

L Y R I S.

Cæruleus Mart.Cæruleus nos Lyris amat,quem ſylua Maricæ Protegit. Fluuius eſt labens ex Apenninis mōtibus,defluens in lucum ſacrum, quem Minturnenſes religioſiſſimè colunt.Claud.Flauæq; tenens querceta Maricæ lyris.

## M A C A R E V S.

*Macareus,filius fuit Aeoli,qui cum ſorore Canace concubuit,ex eaq; filium ſuſcepit,qui cū à nutrice domo efferretur,ſeipſum vagitu prodidit. Quare indignatus Aeolus, gladium filiæ miſit,quo in vltionem tanti ſceleris,ſeipſam interficeret. Macareus,verò,aufugit.*
Aeolides Aeoli filius.Ouid.lib.9.At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.
Pelethronius Idem lib.13.Vecte Pelethronius Machareus in pectus adacto.
Neritius Idem lib.14.Neritius Machareus,comes experientis Vlyſſi.

M A C H A B AE V S.

Bellipotens Mant.lib.1.Syll. Vel quo bellipotens Aetnæi fulminis inſtar, Sæuijt Aſſyrium toties Machabæus in hoſtem.

M A C H I N A.

Lenta Apul.Lentæ machinæ paulatim muris admouebantur.
Saxa rotans Seneca,Vrbes ſternere machinis Longe ſaxa rotantibus.
Stridens Idem,Stridenti tardum machina ducens onus.
Muralis Cataneus,Namq; reperta fero muralis machina bello.
Aerea Codrus,Interea horriſonis petit aerea machina bombis.

Aenea Mirand.Machina terrifico quàm fulminat ænea bombo.

Noxia Quint.O magni noxia mundi Machina.

Sæuo Cantal.Et nunc pugnanti percuſſit ſæua lacertum Machina.

Turrifraga Barth.Turrifragis aries extemplo cornibus.

Truculenta Apul.Nec ad exemplum machinæ truculentæ ſulphuris lethali fumo necabo.

Bellica Germ.Brix.Bellica in aduerſam vibrata vtrinq; phalangē Machina.

Horrifica Adr.Card.Machinæ repertor mirandæ, horrificæ, minacis, atræ.

Hoſtilis Claud. Ac velut hoſtilis quum machina terruit orbem.

## MACIES.

Horrida Verg.lib.4.Georg.Horrida vultum Deformat macies.

Infelix Idem de inuidia, Infelix macies renudat oſſa.

Turpis Hora.lib.3.Car.Antequàm turpis macies decentes Occupet malas.

Miſera Apul.Liuore ac miſera macie deformatus.

Scabioſa Idem, Scabioſa macie exaſperati.

Aegra Stat.lib.4.Theb.Aegra ſolo macies, teneriq; in origine culmi.

Informis Claud.Vnde hæc informis macies?

Ieiuna Idem, Ieiuna lacertos exedit macies.

Decolor Idem, Decolor & macies occurſu læderet omnes.

Gracilenta Mart.Cap.Et gracilenta perit macies.

Squallida Fauſt.Squallida non miſeros macies obduceret artus.

Tetra Crinit.Delapſa tetra cum macies cutis.

Sterilis Remac.Cur ſterili macie languida membra necas?

Ingloria Architr.Exertis macies ingloria neruis.

Attrita Idem, Non ęgrè exterminat oris Attritam maciem.

Larualis Autor Priapæorum, Ad me nocte ſolet venire, & affert Pallorem, maciemq; larualem. Vbi larualem facit tetraſyllabum per diæreſin.

## MACVLA.

Atra Stat.lib.4.Theb.Maculis nec diſcolor atris.

Nigra Pont.Palleat & maculæ fundant ſeſe vndiq; nigræ.

Spumigera Conr.Spumigeris ſe maculis, ſed prius abluat.

Immunda Quint.Nulla immunda tuum per corpus macula fluxit.

Turpis Mant.Si tamen aut turpes maculas poſt fata tulère.

## *MAEANDER.*

*Fluuius eſt Phrygiæ, ſeu Mæoniæ adeò flexuoſus & reciprocus, vt in fontem reuerti videatur, Lydiam diſterminat à Caria. Oud.lib.2.Met. Quiq; recuruatis ludit Mæander in vndis. Cic. in Piſonem, Scio quos tu Mæandros quæſiuiſti. Eſt etiam picturæ genus, quod Feſtus neutro genere Mæandrum declinat à ſimilitudine Mæandri. Verg. Quàm plurima circum Purpura, Mæandro duplici Melibæa cucurrit.*

Errans Lucan.lib.4.Errantem Mæandron adit.

Phrygius Ouid.lib.8.Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis Ludit, & ambiguo lapſu refluitq; fluitq;.

Vagus Seneca, Qualis incerta vagus Mæandri vnda ludit, & cedit ſibi.

Sinuoſus Budæus, Dogmata ſinuoſis diſputationum Mæandris implicito.

Sibi obuius Polit.Mæander ſibimet refluis ſæpe obuius vndis.

Pinguis Priſcian.Per quas Mæander pinguis deſcendit in æquor.

## MAENALVS.

Mons eſt Arcadiæ.

Pinifer Verg.in Buc.Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem Mænalus.

Altus Stat.lib.4.Theb.Rareſcunt alta colonis Mænala.

Frondens Idem lib.9.Linquit & in mediis frondentem Mænalon aſtris.

Vmbrans Claud.Nec ſuper Alphæas vmbrantia Mænala ripas.

Horridus Quint.Horrida ſuetus Mænala & Arcadiæ ſæuas habitare latebras.

Tegeæus,



Tegeæus, à Tegeo oppido Arcadiæ. Bartholinus, Inſequitur Tegeæa minus ſibi Mænala curæ.

## *MAEOTIS.*

*Palus eſt Scythiæ, propè Phaſidis oſtiū recipiens Tanaim. De qua Dionyſius ita refert, Hæc eſt palus alta, quam circum incolunt Scythæ, quamq; Ponti matrem appellant, ob id maximè, quòd multa inde in eum effluat aqua, diſtracta potiſſimum ex Cimmerio, Boſphoro, atque ex multis aliunde locis, quæ adeò ex omni parte paludem replet, vt non poſſit in ſua labra contineri.*

Gelida Seneca, Mæotis in me gelida transfundat mare.

Scythica Pamph.Te ſequar ad Scythicæ Mæotidis vſque paludes.

Pigra Mant.Pigra gelu tibi ſeruiret Mæotis & Atlas.

Longinqua Idem, Tantis ſe iactat alumnis Mæotis longinqua palus.

## *MAENADES.*

*Mænades apud Græcos dicuntur mulieres inſanientes, & Bacchi ſacerdotes, a Græco verbo μαίνομαι, id eſt, inſanio. Hæ paſſis capillis inſtar furentium celebrant Bacchanalia. Iune. Crinemq; rotant vlulante Priapo Mænades.*

Euantiæ, quia Euan erat vox & interiectio laudantium Bacchum. Stat.lib.2.Syll. Et Pæan, & Euantiæ ſorores.

Hederigeræ Catul.Vbi capita Mænades vi iaciunt hederigeræ.

Enthæa Auſon.Brachia deinde rotat, velut enthæa dæmone Mænas.

Furentes Stroz.pat.Mænades his potuit precibus placare furentes.

Euantes Stroz.fil.Mænades euantes per iuga ſumma vocet.

## MAGALE.

Magalia, ſeu mapalia, erant agreſtes caulæ, quibus vtebantur olim Numidæ, Getuli, & alij Africæ populi.

Getulum Mart.lib.10.Tecum ego vel ſicci Getula mapalia Pœni.

Paruulum Stroz.pat.Parua quidem ſtella præeunte mapalia reges.

Abſoletum Stroz.fil.Angeli pſallunt ſuper obſoleti Tecta mapalis.

Durum Mirand.Ad tenuis vicos, ad dura mapalia ruris.

Ruſticum Mant.Ruſtica ſuccinctus redit ad magalia paſtor.

## MAGI.

Chaldæi Claud.Dant tibi Chaldæi prænuncia munera reges.

## MAGISTER.

Barbatus Iuuen.Sat.14.Barbatos licet admoneas mille inde magiſtros.

Clamoſus Mart.lib.5.Clamoſo reuocatura magiſtro.

Tumidus Idem lib.8.Perlegat vt tumidus rauca te voce magiſter.

Garrulus Idem lib.9.Vis garrule quantum Accipis.

Acerbus Auſon.Nec ſemper acerbi Exercet pueros vox imperioſa magiſtri.

Miſer Iuuen.Sat.7.Occidit miſeros crambe repetita magiſtros.

Inſanus Perſius Sat.3.Diſcere ab inſano multum laudanda magiſtro.

Prouidus Mant.Prouidus in ſumma temonem puppe magiſter Solus agit.

Vitalis Heſſus, Auribus internis vitali attende magiſtro.

## MAGISTRATVS.

Vrbanus Liuius, Maiore ſe viui Reipub. fore vrbano geſto magiſtratu.

Inſignis Idem, *Triumphauit in magiſtratu inſigni.*

Superbus Mant.Quarum illuſtrata ſuperbo Vita magiſtratu fuerit.

Celebris Idem, Iamq; magiſtratus celebres partitus in omnem progeniem.

## MAGNES.

Lapis eſt ferrum attrahens.

Decolor Claud.Lapis eſt cognomine magnes: Decolor, obſcurus, vilis.

Niger Idem, Sed noua ſi nigri videris miracula ſaxi.

## MAHOMETES.

Fallax Quint. Orbe ſub Aſſyrio fallax Mahometus, iniquis Legibus allicit gentes.

Nefandus Cimbr.Non ita Mahometi creuiſſent regna nefandi.

Arabs Mant.Præſidet his Mahometus Arabs.

Atrox

Atrox Idem, Fit Mahometus atrox, hominum violator, & armis, Et ficta pietate potens.

## MAIA.

*Filia fuit Atlantis ex Pleione.*

Atlantis Ouid. lib. 2. Met. Videt has Atlantide Maia Natus.
Sata Pleione Ouid. lib. 5. Faſt. Hinc ſata Pleione, cum cœlifero Atlante.
Pleias Idem, Pleiade nate mane, virga venerande potenti.
Lucida Idem in Ibin, Quem peperit magno lucida Maia Ioue.
Eoa Prius poſitum.
Formoſa Cæſ. Germ. Et Sterope Meropeq; ſimul, formoſaq; Maia.
Atlantica Pont. Nunc Atlantiacæ matris memor Heſperidumq;.
Alantæa Stroz. pat. Suſpice Atlantæam Maiam, geminaſq; ſorores.
Atlantias Mant. Nec magni Atlantias Hermes Maia parens.
Florifera Idem, Quum ſua floriferæ redeunt ſolemnia Maiæ.

## MAIESTAS.

Regia Claud. Laxet terribiles maieſtas regia faſtus.
Regalis Capella, Cui galeatus vertex, ac regali caput maieſtate.
Luculenta Idem, Oriſq; luculenta maieſtas reſplendens.
Imperioſa Pont. Imperioſa viris maieſtas.
Reuerenda Codrus, Et niſi maieſtas Veneti reuerenda ſenatus.
Venerabilis Sabell. Et tacito venerabilis ore maieſtas.
Sublimis Strox. pat. Stirpis & imperij occurrit ſublimis auit maieſtas.
Celſa Conrad. Celſa maieſtas ſibi quod putabat.
Tremenda Mant. Fulmen habens dextra, maieſtatemq; tremendam.
Virilis Idem, De maieſtate virili Decidit in planctus.
Cæſarea Idem, Cæſarea populos qui maieſtate gubernas.
Anguſta Idem, Reliquit Maieſtas anguſta lares.

## MAIORES.

Venerandi, priſci, veteres, longanimi, veterani, vetuſti, præuij, lenti, emeriti, donati rude, pij, memorandi, ſuſcipiẽdi, piẽ memoriæ, reuerẽdi, ſapidi, annoſi, Neſtoriani, pbi, integri, maturi, fideles, pacti memores, fœderis tenaces, conſtantes. Item veteres, adeoq; maiores nſi a Lactãtio lib. Inſti. 2. peculiari capite male audiat, & ab aliis vocent difficiles: & vetuſtus à Claudiano vitioſa, ab Oui. li. 15. inuidioſa, à Sabellico ambitioſa, à Fauſto mẽdax, & alijs ſtulta dicat. Vide infra Vetuſtas.

## MAIVS.

Herbicomus Mant. Dum lux vigeſima Maij Surgeret herbicomi.

## MALA.

Roſida Verg. in Buc. Sepibus in noſtris paruam te roſida mala.
Syluatica Cato, Mala quæ condi ſolent & ſyluatica.
Granata Pal. Rut. Granatis malis fieri hoc poſſe firmatur.
Rotunda Idem, Mala rotunda, quæ orbiculata dicuntur.
Redolentia Ouid. lib. 8. Primaq; & in patulis redolentia mala caniſtris.
Syluestria Plin. lib. 7. Varios odores ſylueſtrium malorum.
Fragrantia Pont. Dum ſimulat legere è multis fragrantia mala.

## *MALEA.*

*Promontorium eſt Laconiæ, 50. milibus paſſuum in mare protenſum, iuxta quod fuit olim periculoſa nauigatio. Nomen ſumpſit ab Argiuorum rege Maleo.*

Curua Ouid. lib. 2. Eleg. Nec timeam veſtros curua Malea ſinus.
Spumans Stat. lib. 2. Theb. Qua ſtrimidatum Maleæ ſpumantis in auras It caput.
Rauca Idem lib. 7. Et Raucæ circontonat ira Maleæ.
Recurrens Sidon. Atq; recurrentem ructatum ad rauca Malem.
Truculenta Pamph. Sic lachrymas audis truculentæ ſaxa Maleæ.
Horrida Idem, Horrida naufragiis atq; Malea ſuis.





Spartana Idem, An fortaſſe putes Spartanæ ſaxa Maleæ.
Sæua Bap. Pius, Tranſeat & fluctus ſæua Malea tuos.
Oebalia Mant. Qua fuit Oebaliæ violentior ira Maleæ.
Vndiſona Stat. in Achil. Nec vndiſonæ quos circuit vmbo Maleæ.

## MALITIA.

Callida T. Liuius, Quum melius callidam malitiam inimici velut omnibus non tam inſimularet.
Verſutiloqua. Cic. lib. 3. de Orat. Non vis me huius verſutiloquas malitias.
Verſuta Idem li. 3. de Nat. deor. Eſt. n. malitia verſuta, & fallax ratio nocendi.

## MALLEVS.

Ferreus Plin. lib. 17. Eximias incudes, malleoſq; ferreos frangens.

## MALOBATHRVM.

*Vnguentũ eſt ſoporiferũ Syriæ regioni peculiare.*

Syrium Horat. Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.

## MALVA.

Florens Pall. Rut. Qui maximè abundant florentibus maluis.
Leuis Horat. lib. 1. Carm. Me cichorea, leueſq; maluæ paſcunt.
Salubris Idem in Epod. Maluæ ſalubres corpori.
Viridis Ouid. lib 4. Faſt. Aut virides maluas, aut fungos colligit albos.
Mollis Mart. lib. 3. Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis.

## MALVM.

Ferale Auſon. An Libyæ ferale malum ſit Romula vox ſeps.
Fatale Seneca, Fatale miſeræ matris agnoſco malum.
Triſte Idem, O triſte, fractis orbitas annis, malum.
Portentiferum. Codrus, à portentiferis, exue, quæſo, malis.
Sæuum Stroz. pat. Me tenet hic ſæui pernicioſa mali.
Nefandum Crinit. Ergo nefandis liberum caput malis.
Nefaſtum Quint. Nefaſtis vndique obrigens malis.
Venenatum Glar. Tela venenatis obiicienda malis.
Catenatum Mant. Noſtra catenatis ſors inimica malis.

## MALVS, nauis.

Velifer Lucan. lib. 1. Fractaq; veliferi ſonuerunt pondera mali.
Rigidus Ouid. in Epiſt. Rigido pendentia lintea malo ſuſtulit.
Tremulus Val. Flac. lib. 1. Vela ſuper tremulum ſubitus volitantia malum.
Teres Sabell. Teretem primus tu Dædale malum.
Vagus Catul. Inde infecta vago ſuſpendam lintea malo.

## MAMILLA.

Tumida Pont. Ipſe mihi tumidas ſatura, bone ſomne, mamillas.
Altrix Mant. Cædere & altrices hominum violare mamillas.
Tenera Calent. Et teneræ inſoluto dureſcant ſole mamillæ.
Mellita Pacific. Quid mihi mellitas offers mea tæda mamillas?
Gemipoma Textor, Sed quem non faciunt gemipomæ ardere mamillæ?
Turgida Hier. Ang. Manet inter vtrunq; mamillæ Turgidulæ.
Stricta Iuuen. Sat. 6. Ipſa loqui recta facie, ſtrictiſq; mamillis.

## MAMMAE.

Pannoſæ Mart. lib. 3. Aut tibi pannoſæ pendent a pectore mammæ.
Niueæ Pont. Inſignitq; manus, niueamq; ad pectora mammam.
Protuberãtes. Polit. Nã q tibi mãmilulæ ſtãt floridæ, & ptuberãt, ſororiãtes primulum.
Pendulæ Pamph. Mammis horrida pendulis.
Teretes Conr. Sed mammæ teretes tibi placebant.
Molles Theod. Et molles liceat contingere mammas.
Irriguæ Architr. Præbuit irriguas nutrix Cornubia mammas.
Formoſæ Hier. Ang. Aegida, formoſis mammis, Aegida.

Roſeæ Textor, Quod dare me roſeæ permiſeris oſcula mammæ.

### MANCIPIVM.

Abiectum Crin. Velut abiectum mancipium ita poſthabuerit.
Vile Val. Var. Nam quid abactorum turmas, quid vilia dicam Mancipia.
Venale, quoniam ſerui olim exponebantur venales. Mantuan. Mancipium venale fuit.

### MANES.

Nigri Verg. in Aetna, Sub terris nigros viderunt carmina manes.
Acerbi Apul. Manes acerbos mariti ad exitium ſalutis tuæ ſuſcitemus.
Infeſti Idem, Vltronea vobis infeſti manes, en adeſt victima.
Stygij Ouid. lib. 13. Ne ſtygios adeam non libera manes.
Imi Mant. Imi ſenſerunt carmina manes.
Fatales Claud. Fataleſq; ſibi manes.
Horrendi Idem, Sæpius, horrendos manes, ſacriſq; litaui.
Mœſti Seneca, Properas mœſtos viſere manes.
Nigrantes Pont. Illum & nigrantes manes, tubæq; ſilentum.
Silentes Stroz. fil. Et mutum queror ad cinerem, maneſq; ſilentes.
Nocturni Pont. Nocturnis venias manibus ipſe comes.
Obſcuri Pamph. Non videt obſcuros manes.
Diri Simoneta, Extinctam accipiunt diri ſub tartara manes.
Tartarei Mant. Qui ſunt tartarei manes.
Profundi Idem, Nunc in bella tremit Pluto, maneſq; profundi.
Inferni Idem, Quod fugat infernos manes.
Lethæi Idem, Tantane lethæos manes audacia mouit?
Atri Barth. An manibus atris inferar?
Elyſii Bap. Pius, Elici Elyſios lugubri carmine manes.
Surdi Mant. Non reuocant ſurdos hominum ſuſpiria manes.
Triſtes Proper. lib. 1. Non ego nunc triſtes vereor mea Cinthia manes.
Muti Idem lib. 2. Sed fruſtra mutos reuocabis Cinthia manes.

### *MANICAE.*

*Sunt extremitates veſtis, quibus integuntur manus. Interdum etiam manicæ dicuntur manuum vincula. Proper. lib. 3. Regales manicas rupit vtraque manu.*

Capaces Mant. Manicæ velant extrema capaces Brachia.

### *MANIPLI.*

*Manipli, ſeu maniplares, dicebantur ſigniferi, qui imperante Romulo, manipulo herbæ haſtæ alligato, pro ſigno vtebantur.*

Armati Lucan. lib. 1. Conuocat armatos extemplo ad ſigna maniplos.
Rigidi Marull. Ductantem rigidos inſana in bella maniplos.
Crudeles Pont. Heu heu crudeles coeunt ad ſigna manipli.
Truces Sabell. Stantq; caduntq; truces alterna ſorte manipli.
Fortes Mant. Forteſq; paras armare maniplos.

### MANTILE.

Album Pont. Pendent mantilia circum Alba quidem.
Canum Idem, Vnde ſibi cultumq; ſinum, & mantilia cana.
Nitidum Mant. Proſpicit ornatas nitidis mantilibus aras.

### *MANTO.*

*Vates fuit Thebana, filia Tireſiæ, mater Ocni, qui Mantuam condidit matris nomine Mant. Vatæ Dircæo generata Manto, Vnde gens vrbis ſata Mantuanæ.*

Sata Tireſia Ouid. lib. 6. Met. Nam ſata Tireſia venturi præſcia Manto.
Innuba Stat. lib. 4. Theb. Tunc innuba Manto Exceptum pateris prælibat, &c.
Phœbæa Idem, Dixerat, & pariter ſenior, Phœbæaq; virgo.
Vittata Idem lib. 7. Conatuſq; thoris vittatam attingere Manton.

Præſcia



Præſcia Seneca, Quam fatorum præſcia Manto Sata Tireſia.
Fatidica Stroz. fil. Priſcaq; fatidicæ referam fundamina Mantus, Mantus vnde ſuum deduxit Mantua nomen.
Ogygia, id eſt Thebana, ab Ogyge rege Thebanorũ. Stroz. fil. Filius Ogygiæ ſimul oſſa viraginis Ocnus, Compoſuit tumulo.
Fatorum gnara. Idem, Fatorum gnarum negat enthea Manto.
Cadmeia Mant. Quà ſedet in medijs Manto Cadmeia Nymphis.
Inclyta Idem, Tuq; inclyta Manto, Vergilij natale ſolum.
Thebana Idem, Thebanaq; Manto cũ Cadmi de ſtirpe, viri ſata ſanguine vatis.

### MANTVA.

Vetus Lud. Milet de Textore loquens, Non minus eſt felix tanto Niuernia partu, Quàm vetus Andino Mantua Vergilio.
Præpotens Crinit. Tu præpotentis gloriæ Mantuæ.
Aquatica Mant. Inſuper iſtud habet genus, iſtuc aquatica Manto.
Turrigera Idem, Vt Veneti videre vadis obeuntibus vrbem Turrigeram.
Vrbs Tireſiæ. Idem, Vrbe Tireſiæ contentus.
Thebana, quoniam Ocnus oriundus eſt à Tireſia auo Thebano. Idem, Quem Thebana tulit felici Mantua partu.
Vrbs Bianoris, quia Ocnus, qui Mantuam condidit, alio nomine dictus eſt Bianor. Verg. in Buc. Sepulchrum incipit apparere Bianoris.

### MANTVANI.

Ocnæi Mant. Ocnæos vbi circuit vnda nepotes.
Minciadæ, à Mincio fluuio vrbi vicino. Idem, Minciadas adiit populos.
Bianorei Polit. Quippe Bianoream manet hæc ſtictoria gentem.

### MANVS.

Teneræ Tibul. lib. 2. Læderet & teneras puſtula rapta manus.
Tenellæ Pont. Molles en digitos, manus tenellas.
Marmoreæ Idem, Componens digitis, marmoreaq; manu.
Formoſæ Stroz. pat. Formoſaſq; manus, doctiſq; laboribus aptas.
Lacteolæ Salmon. Lacteola defert, in tuaq; ora manus.
Candentes Quint. Candenteſq; manus.
Ramoſæ Mant. Ramoſaſq; manus, quas hac pater imbuit arte.
Furtificæ Plaut. Vt præ rodatis veſtras furtificas manus.
Albentes Bapt. Pius, Quæ iacis albenti per mea corda manu.
Niueæ Idem, Præbuit & niueas docta Minerua manus.
Mollicellæ Catul. Nec laneum latuſculum, manuſq; mollicellas.
Ambroſiæ Bapt. Pius, Iniicit ambroſias in mea colla manus.
Auaræ Architr. Et ea naturæ damnat auaras parte manus.
Cauæ Mant. Ille cauis manibus haurit de fontibus vndam.
Pulchræ Hieron. Ang. In pulchris ſtat amor manibus.
Roſeę Muſæus, Roſeamq; tenenti, Tractantiq; manum.
Indomitæ Heſſus Prouer. 12. Cor tamen indomitas prouocat igne manus.
Mygdoniæ Aegidius Maſerius, Quicquid Mygdoniæ compoſuere manus.
Penelopeæ Idem, Quam ſtruit & telam Penelopea manus.
Inſuetæ Hen. Laberius, Et bello inſuetas cogere ad arma manus.
Nimium ſecuræ, ſollicitæq;. Mart. Peccant Securæ nimium, ſollicitæq; manus.

### MAPPA.

Creta, id eſt candida, inſtar cretæ. Mart. lib. 12. Cretatam prætor quum vellet mittere mappam.

### MARCOR.

Turpis Stat. lib. 10. Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes.

### MARCELLVS.

Ferox Claud. Sicania Marcelle ferox.

Loquax

Loquax Lucan.Marcelluſq́; loquax, & nomina vana Catonum.

MARE.

Sollicitum Verg.lib.4.Georg.Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis.
Radium Idem in Aetna,Sicut cum curuo rapidum mare cernitur eſtu.
Veliuolum Verg.lib.1.Aen.Deſpiciens mare veliuolum,terraſq́; iacentes.
Pronum Idem lib.5.Prona petit maria.
Humidum Idem Qui per maria humida nando, Carpathium, Libycumq́; ſecant.
Tumidum Idem lib.8.Hæc inter tumidi latè maris ibat imago.
Neptunium Idem, Arua noua Neptunia cæde rubeſcunt.
Profundum Lucan.lib.3.Placuitq́; profundo Fortunam tentare mari.
Refluum Ouid.lib.4.Refluoq́; mari nudentur arenæ.
Immenſum Idem lib.5.Immenſumq́; gelu tegitur mare.
Sæuum Idem,Tam ſæuo crudele mari.
Vaſtum Idem lib.8.Inde maris vaſti tranſuerſus vertitur æſtu.
Saxoſum Colum.Rurſus optimè ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit.
Turbidum Horat.Qui vidit mare turbidum.
Naufragum Idem lib.1.Deteret enſis nec mare naufragum.
Auidum Idem,Exitio eſt auidum mare naucis.
Obſtrepens Idem lib.2.Mariſq́; Baiis obſtrepentis vrges.
Tumultuoſum.Idem lib.3.Tumultuoſum ſollicitat mare.
Ventoſum Idem,Qui mare temperat ventoſum.
Auarum Idem,Addunt auaro diuitias mari.
Iratum Idem in Epod.Nec horret iratum mare.
Incertum Idem,Aut fertur incerto mari.
Effuſum Idem lib.1.Epiſt.Non locus effuſi late maris arbiter aufert.
Nauigerum Lucret.lib.1.Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes.
Infidum Idem lib.2. Infidi maris inſidias, vireſq́; dolumq́;.
Incongelabile.Gel.lib.17.Cur mare incongelabile ſit.
Reſtagnas Ouid.lib.11.Quam reſtagnantis fecit mari vnda paludem.
Nauifragum.Idem lib.14.Nauifragumq́; fretum,gemino quod littore preſſum.
Dubium Ouid.lib.4.de Ponto,Iactatus dubio per duo luſtra mari.
Tremulum Stroz.pat.Et varij tremulo nabant in marmore piſces.
Liquidum Ouid.in Epiſt.Iactabam liquido brachia lenta mari.
Latum Calent.Præbuit & lato carbaſa tenſa mari.
Cauum Ouid.lib.3.de Arte,Quiſvè cauum vaſtas in mare ſeruat aquas.
Iniquum Idem lib.2.de Rem.Mare ſemper iniquum.
Vorticoſum Plin.lib.3.Syll.Item Caribdis mare vorticoſum.
Vadoſum Idem,Natura vadoſi maris.
Nauigabile Idem lib.6.Leues ibi auræ,mare nauigabile.
Salſum Idem lib.31.Salſiſſimi maris vim & naturam implet.
Frigidum Idem,Qua de cauſa & frigido mari vtantur.
Tranſlucidum.Idem lib.37.Ferunt & in tranſlucidum mare.
Spumeum Syll.lib.1.Effugiunt tumido per ſpumea cærula velo.
Fluctiſonum Idem lib.12.Inſula fluctiſono circumuallata profundo.
Inſiliens Idem lib.14.Inſiliente mari ſubmergitur alueus vndis.
Aſperum Idem lib.17. Quam per maria aſpera,perq́; inſanos Tyrio fugeretis remige fluctus.
Importuoſum.Vitr.Mare ipſum ſcopulis frequens & importuoſum.
Circumfuſum.Veget.Natura aut loco edito,vel circumfuſo mari.
Refugum Stat.lib.12.Et longa refugum mare frangeret vnda.
Amara Idem lib.2.Syll.Occurrit dulcis amaro Nympha mari.
Fluentiſonum,à me dicitur vocabulo Pontani.





Gemmiferum,Stroz.fil.Rubraq́; gemmiferi deuehit vnda maris.
Arduum Val.Flac.lib.8.Diraq́; leuat maria ardua lingua.
Spumoſum Ruffus Feſtus,Spumoſumq́; latè mare ſubruit.
Glaucum Sidon.Ludus & aſtuto glaucum mare findere limbo.
Infeſtum Seneca,Siſtite infeſtum mare.
Turbatum Idem,Et fluctuantes more turbati maris.
Lucidum Idem,Gemmis mare lucidum.
Intortum Idem, Ac mare intortum timuere nautæ.
Cæruleum Idem,Monſtra cærulei maris Emitte.
Inquietum Idem, An premens littus maris inquieti.
Procelloſum Idem,Non rapidus amnis,non procelloſum mare.
Cæcum Idem,Et cæco mari Collucet Aiax.
Horriſonum Pont.Tum maris horriſoni fluctus.
Vndiuomum Idem,Ter gutturis antrum Vndiuomum.
Arenoſum Idem, Aſpice arenoſi tractus maris.
Vndiſonum Idem,Vos etiam maris vndiſoni fluitantia monſtra.
Commotum Idem, Adiuuat & mare commotum.
Truculentum,Marul.Tu ſancte flectis amnes,truculentaq́; maria.
Aeſtuoſum Codrus, Aeſtuoſum ſi ſeces mare.
Fluctuoſum Stroz.filius,Qui iuſſit æquor fluctuoſum diuidi.
Vndoſum Idem, Vnicaq́; vndoſi ſtella benigna maris.
Gelidum Idem, Vaſta nec has gelidi ſupprimat vnda maris.
Exaſperatum Liuius,Exaſperato fluctibus mari iactari cœperunt.
Inſanum Pamph.Mariſq́; inſani manibus tenere fluctus.
Ventiſonum Conr.Ventiſonum lætus adit ſalum.
Fluctiuomum.Idem,Fluctiuomis mare ſub æſtibus.
Vndifluum Idem,Subſidijs vndifluis noſtra potentia fulta eſt.
Sonorum Quint.An qua ſonorum circuit terras mare.
Refuſum Idem,Quid in refuſo quæritas fluctus mari.
Vndifragum Petrarcha,Vndifragi,fectiq́; tenens conuexa Pelori.
Fluctiuagum Bartho.Fluctiuagumq́; mare,& veſtigia noſtra ſub imo.
Veſanum Fauſtus,Turgida veſani quum maris vnda foret.
Virens Gell.lib.2.Spumas virentis maris flauo marmore appellauit.
Vndabundum.Idem,Sed mare eſt etiam atq; etiam vndabundum.
Altiſonum Muſæus,Cum maris altiſoni nimium piſcoſus odor ſit.
Fallax Idem, Vdaq́; fundamenta maris,fallaxq́; profundum.

MAREOTIS.

Fuſca Mart.li.1.Nāq; in Mareotide fuſca Pulchrior eſt,q̄to rarior iſte color. Palus eſt Aegypti.

MARICA.

Vmbroſa Verg.Et vmbroſæ Lyris per regna Maricæ.
Flaua Claud.Flauæq́; tenens querceta Maricæ.
Laurens Ver.li.7.Hunc Fauno & Nympha genitū Laurēte Marica Accipimus. Fuit Nympha vxor Fauni.

MARISCA.

Fatua,carens ſapore.Mart.lib.7.Infanti melimella dabo,fatuaſq́; mariſcas.
Pinguis Mart.Et libro pingues lactante mariſcas Semper alit.
Tumida Iuuen.Sat.2.Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

MARGARITA.

Indica Plin.lib.32.Quantum apud nos Indicis margaritis precium eſt.
Inda Bap.Pius, Indaq́; gemmiferis margaris acta vadis.
Fulgens Hieronymus, Inauris aurea, & margaritum fulgens.

MARGO.

Spumans Pont.Et ſeptem plenis ſpumanti margine ripis.

Frondoſus Idem, Namq; & Acidalij frondoſo margine ſontis.
Lapidoſus Idem, Oſtrea & euulſas lapidoſo è margine conchas.
Fruticoſus Idem, Obſtupui, atq; oculos fruticoſo in margine fixi.
Viridis. Idem, Viridiq; in margine ſedit.

## *MARIUS.*

*C. Marius inimicus Lucij Syllæ vrbe potitus poſt exilium, ad cædem principum animum conuertit. Octauij conſulis caput expoſuit pro roſtris. Antonij item caput menſis appoſuit. Cæſarem & Fimbriam in penatibus domorum ſuarum trucidauit. Craſſi pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu iugulati ſunt. Bebius & Numitorius per medium forum vncis carnificum tracti. Catulus hauſtis carbonibus hoſtili ſe exemit lubrico. Archarius & Merula flamen dialis confoſſi ſunt. Quæ omnia veritatis exempla Ianuarij calendis intra Idus abſoluit. Victus à Sylla delituit in Miturnenſium paludibus. Inuentus, & in carcerem coniectus, percuſſorem Gallum ſola vultus maieſtate deterruit. Exulauit demum in Africa. Natus annos 73. morbo deceſſit in ſeptimo ſuo conſulatu. Eius filius fuſus item à Sylla: cuius toto exercitu, ſe Pontio Teleſino, fugæ comiti iugulandum dedit.*

Ferox Lucan. lib. 4. Sylla potens, Mariusq; ferox.
Trux Idem lib. 9. Marij truces, nudiq; Cethegi.
Triſtis Sidon. Si triſtes Marij, trucesq; Cinnæ.
Acer Quint. Et Sylla, Marius acer, & triſtis Cato.
Barbaricus Poſt Cimbriaca bella Barbaricus templum ſpolijs prædaq;, &c.
Exul Iuuen. Sat. 1. Exul ab octaua Marius bibit.

## MARMOR.

Leue Verg. in Buc. Leui de marmore tota.
Parium Hor. lib. 1. Carm. Splendenti Pario marmore purius.
Candens Lucret. lib. 2. Vertitur in canos candenti è marmore fluctus.
Porphyreticum. Sueto. in Nerone, In eo monumento ſolũ porphyretici marmoris.
Mygdonius Pamph. Quum mea Mygdonio fulgebant marmore tecta.
Purum Ouid. de Medicam faciei, Strenua quas puro marmore dextra terat,
Liguſticum, prius poſitum.
Numidicum Plin. lib. 5. Nec præter marmoris Numidici, ferarumq; prouentum.
Hymettium Idem lib. 17. Iam columnas quatuor Hymettij marmoris ſtatuerat.
Dalmaticum Stat. lib. 2. Syll. Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo.
Nobile Mart. lib. 11. Noli nobile præterire marmor.
Pictum Claud. Precioſaq; picto Marmore.
Surdum Pacificus, Ad ſurdum lachrymas nequicquam emittere marmor.
Cæruleum Pont. Cærulea ſeu verſis fundentem marmora tonſis.
Operoſum Polit. Operoſi marmoris arctus Includit tumulus.
Gemmeum Marul. Quem gemmea marmora pelagi ſenſere primi.
Læuigatum Lactan. Nitorem læuigati marmoris aut eboris aſpiciant.
Durum Stroz. pater, Inq; truci durum pectore marmor habet.
Gelidum Idem, Serta daret gelidis myrthea marmoribus.
Idæum Stroz. filius, Regiaq; Idæis condita marmoribus.
Phidiacum Idem, Candida Phidiaco marmore Paſithee.
Oebalium, i. Laconicum. Pamph. Structa nec Oebalio fulgent quæ marmore tecta.
Spartanum Mant. Non procul inde virens Spartano marmore moles.
Coruſcum Conrad. Fugis & coruſci marmoris aulam.
Caryſtium Crinit. De illo autem genere lapidis, qui ad Caryſtium celebratur.
Phrygium Hieron. Balbus, Et Phrygium duro pectore marmor ineſt.
Superbum Quint. Publica porta ſuperbis marmoribus.
Frigens Mant. Frigentia cernet marmora, quæ Spartæ, Parijsq; oriunt in agris.
Muſcoſum Idem. Repperit & grandem muſcoſo in marmore puppim.
Sterile Idem, Sterili de marmore dulces Eliciebat aquas.





Rigidum Bap. Pius, Sint licet huic rigidi circum præcordia venę Marmoris.
Algens Idem, Hæſit vt algenti factum de marmore corpus.

## MARO.

Cothurnatus Mart. lib. 5. Grande cothurnati pone Maronis opus.
Sacer Idem lib. 7. Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis.
Nitidus Idem lib. 13. Vicinos illi nitidus Maro poſſidet hortos.
Facundus Idem lib. 14. Accipe facundi culicem ſtudioſe Maronis.
Immenſus Idem, Quàm breuis immenſum cepit membrana Maronem.
Altiſonus Iuuen. Sat. 11. Conditor Iliados, cantabitur, atq; Maronis Altiſoni.
Andinus Guidalottus, Vendicat Andini hunc ſublimis Muſa Maronis.
Fatidicus Bapt. Plautius, Si quis fatidici decantat grande Maronis Carmen.
Martius Sidon. Siue ad culmina Martij Maronis.
Doctus Pamph. Doctus Marò, doctus Homerus.
Grandiloquus. Cleoph. Grandiloqui nam nouimus ora Maronis.
Grandiſonus. Iacob. Maxim. Qualia grondiſono ſunt carmina ducta Marone.
Sonorus Quint. Sonorus ora fletibus rigat Maro.
Altiloquus Mant. Genus vnde Maroni Altiloquo.
Caſtalius Pallad. Soranus, Caſtalij cecini grande Maronis opus.
Mincigena Mant. Et lata Maronis Aequora Mincigenæ.

## *MARS.*

*Martem Poëtæ faciunt Iouis & Iunonis filium, natum apud Thraces, quod ea gens ſit bellicoſa, Deum belli & armorum, Remi & Romuli patrem, fratrem Bellonæ, in adulterio cum Venere deprehenſum, catenis ligatum à Vulcano, cinctum Metu, Diſcordia, Ira, & Furore miniſtris. Sacrum inſuper ei fecerunt lupum, & ex volueribus picum. Dederunt præterea ſacerdotes Salios, ita dictos, quò vehementius robuſtiusq; per vrbem euntes, ſaltarent.*

Durus Verg. in Buc. Nunc inſanus amor duri me Martis in armis.
Impius Idem lib. 1. Georg. Sæuit toto Mars impius orbe.
Sæuus Idem in Aetna, Et Mars ſæuus erat.
Quirinus Idem lib. 6. Tertiaq; arma patri ſuſpendet capta Quirino.
Inſanus Idem lib. 7. Accendamq; animos inſani Martis amore.
Cæcus Idem lib. 9. Nec curant cæco contendere Marte.
Armipotens Idem, Hic animum Mars armipotens, vireſq; Latinis addidit.
Bellator Idem, Bellatorq; animo Deus incidit.
Bellipotens Idem lib. 11. Tibi magne Trophæum Bellipotens.
Cruentus Lucan. lib. 4. Prima dies belli ceſſauit Marte cruento.
Dubius Idem, Incubuit nullo dubij diſcrimine Martis.
Amarus Idem lib. 5. Vult præmia Martis amari.
Vagus Idem lib. 6. Nanq; timens, ne Mars alium vagus iret in orbem.
Funeſtus Idem lib. 7. Funeſto in Marte locaſſet.
Nefandus Idem lib. 10. Sit licet ille nefando Marte paratus.
Toruus Idem lib. 1. Carm. Dant alios Furiæ toruo ſpectacula Marti.
Rigidus Ouid. lib. 8. Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Ferox Idem lib. 13. Quantumq; ego Marte feroci, Inq; acie valeo.
Impauidus Idem lib. 14. Impauidus conſcendit equos Gradiuus.
Bellicus Idem lib. 2. Faſt. Bellicus a telo venit in aſtra Deus.
Ferus Idem lib. 4. Faſt. Vtq; fero Marti primam dedit ordine ſortem.
Sanguineus Ouid. lib. 1. de Rem. Sanguinei iuuenilia munera Martis.
Terribilis Stroz. pat. Terribilemq; ſuis oculis mitеſcere Martem.
Infauſtus Syll. Feruere partem Diuerſam Marte infauſto.
Ambiguus Idem lib. 2 Ambiguo ſub Marte fides.
Incertus Idem lib. 3. Diſcede pericl'is Incerti Martis.
Armiger Idem lib. 7. Phœbumq; armigerumq; Deum.

Deploratus Idem, Et deplorati mandaſſent Martis habenas.
Triſtis Idem, At non tam triſti ſortitus prælia Marte.
Egregius Idem lib. 11. Martem ait egregium.
Infidus Idem lib. 14. Abſtinuit Marte infido.
Anceps Idem lib. 15. Et grauia ancipitis depoſcit munera Martis.
Velox Idem, Quod ni veloci proſternimus agmina Marte.
Odryſius, eadem ratione qua Thracius. Stat. lib. 5. Theb. Marte ſub Odryſio.
Inclytus Idem lib. 9. Fluuio Mars inclyte merges Hanc animam.
Geticus Idem lib. 1. Syl. Amplexu duro Getici reſoluta mariti.
Belliger Mart. lib. 1. Belliger inuictis quod Mars tibi ſæuit in armis.
Laſciuus Idem lib. 6 Sæpe ego laſciuum Martem furibunda cecidi.
Seuerus Idem lib. 10. Quum iam ſeueri fugit oppidum Martis.
Turbidus Val. Flac. lib. 3. Quem turbidus horret Armipotens.
Luctifer, à me dr̃ vocabulo eiuſdẽ dicentis, Nullæ ideò peſtes, nec luctifer ingrauat (annus.
Infeſtus Claud. Infeſto quem Marte petit.
Bellifer Sidon Supra belliferas madere glebas.
Violentus Seneca, Aut quum inter acies Marte violento furens.
Aſper Idem, Et aſperi Martis ſanguineas quæ cohibet manus.
Generoſus Pont. Hæc eſt generoſi regia Martis.
Sithonius Idem, Si tunc haſtam quoq; Sithonius dux torſerit.
Threicius Idem, Si graue Threicij minitetur ſtella tyranni.
Enſifer Idem, Addiderit ſocium belli deus enſifer heros.
Biſtonius Pont. Illum Biſtonij redeuntem munere Martis.
Efferus Idem, At clypeo quatit ingentem Mars efferus haſtam.
Crudus Codr. Vrceus, Aut Stentor, aut Mars crudus auditus fuit. (ratus.
Homicida Lact. Homicida Mars, ac p̃ gratiã cædis crimine ab Athenienſib. libe-
Indomitus Stroz. pater, Quis Martem indomitum, ſtricto quis vulnera ferro.
Horrendus Idem, Dum canis horrendi Martis fera bella Thobias.
Belliger Bapt. Pius, Belliger hoc voluit Deus.
Truculentus Pamph. Hinc mouet indomitos Mars truculentus equos.
Armiſonus Idem, Armiſonum potuit iaculis inuadere Martem.
Inuictus Idem, Nititur inuicto Marti placuiſſe.
Improbus Idem, Quatiat Mars improbus arma.
Rabidus Conr. Rabidum peroſæ fletibus Martem.
Ferreus Laberius, Non Martem ferreum, non cruenta prælia.
Potens Crinit. Siue tu Martis clypeum potentis.
Acer Idem, Vt qui Marte potens acri.
Hoſtilis Quint. Tempora hoſtili lacerata Marte.
Atrox Idem, Sunt quos allicit atrox Mars.
Armiſonans Idem, Nomina perpetuæ dedit armiſonantia famæ.
Fulmineus Idem, Murmura fulmineum ſemper reſonantia Martem.
Superbus Idem, Venerem cum Marte ſuperbo Viderunt ſuperi iunctam.
Horridus Pallad. Sor. Horridus ille deus, varijs circundatus armis.
Iniquus Petrarcha, Sol cum radijs certabat iniquo Marte tuis.
Veſanus Mant. Mittunt veſani incendia Martis.
Saturnigena Idem, Iſte deos Saturnigenas, Martemq; Iouemq;.
Furens Idem, Et Marte furenti Debellata.
Horrificus Idem, Crudo horrificum Martem ore figurans.
Fremens Idem, Militiæ nunquam ſine religione frementi Marte etiam.
Implacabilis Idem, Threicias igitur Mars implacabilis vmbras Docuit ouans.
Immanis Idem, Primoq; necans in littore Martem Tam immanem.
Inhumanus Calent. Telaq; inhumani ſanguinolenta dei.





Immitis Idem, Aſpiciat partos immiti Marte triumphos.
Magnanimus Cantal. Aut ſi magnanimo primum ſe Marte tueri.
Strymonius Cimbr. Summaq; Strimonij, vel debita gloria Martis.
A Strymone fluuio Thraciæ.
Feruens Barth. Et medio feruentis turbine Martis.
Fortis Fauſt. Sed forti aggreditur cinctum dum Marte Nanetum.
Audax Tibul. lib. 4. Iam ſimul audacis veniunt certamina Martis.
Rapax Proper. lib. 4. Feliceſq; Iouis ſtellas, Martiſq; rapacis.

*MARSYA.*

*Fuit tibicen Phryx natione, ex Celenis oppido Phrygiæ, qui tibijs à Minerua inuentis, auſus eſt Apollinem ad certamen prouocare, à quo victus & excoriatus eſt, & poſtremo commutatus in fluuium eiuſdem nominis.*

Velox Claud. Marſya, Mæanderq; petunt, ſed Marſya velox.
Improuidus Mant. Et tu mentis inops, nimiumq; improuide quondam Marſya.
Phrygius Oui. in Ibin, Nuda ve direpta pateat tua viſcera pelle, vt Phrygij, &c.

MARTIALIS.

Mordax Sidon. Aut mordax ſine fine Martialis.
Biblicus Franc. Caluus, Biblici vatis ſunt monumenta ioci.

MARTYRIVM.

Flebile Lud. Big. Martyrium æternam peperit mihi flebile vitam.
Salutiferum Idem, Magna ſalutiferi laurea Martirij.
Cruentum Mant. Poſt tempora longa cruentum Martyrium paſſus.
Rubens Idem, Inclyta martyrij bella rubentis habes.

MASSA.

Dura Ouid. lib. 3. de Arte, Pondus iners quondam, duraq; maſſa fuit.
Plumbea Vitru. Supra ſarmenta plumbeas maſſas collocant.
Ferrea Cataneus, Magnoq; tremore Ferrea maſſa volans.
Grauis Iuuen. Sat. 6. Cum laſſata graui ceciderunt brachia maſſæ.

*MASSAGETAE.*

*Populi ſunt Scythiæ, qui per deſerta diſcurrunt, & equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt, Seneca, Lactea Maſſagetes qui pocula ſanguine miſcet. Senio confectos in fruſta conſecant, morbo pereuntes, feris obijciunt in prædam. Solem præcipuè venerantur, cui equum immolant, reliquos deos habent neglectui. Singulis ſunt ſua coniugia, ſed & cum alienis congreſſus, non tamen clandeſtini. Coeunt in propatulo. Clarent equeſtri & pedeſtri militia. Arma illis arcus, gladius, thorax, & ſecuris ænea. Aureis cinguntur zonis, gladijs diademate cultis. Habent & aurea equorum ornamenta.*

Audaces Claud. Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Maſſagetes.
Incurſaces Sidon. Contra incurſaces Maſſagetas proficiſcendum.
Truces Daniel Ceretus Brix. Maſſagetæq; truces, duro gens aſpera bello.

MASSICVS.

Mons eſt Cāpaniæ, feraciſſimus optimi vini.
Vuifer Syl. lib. 7. Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis.
Vetus Horat. Eſt qui nec veteris pocula Maſſici.
Felix Verg. lib. 7. Vertunt felicia Baccho Maſſica.

MASSILIA.

Graia Lucan. lib. 3. Iam ſatis hoc Graiæ memorandum contigit vrbi.

MASSILIENSES.

Duri Lucan. lib. 3. Aliud & duris cum Maſſilienſibus.
Phocaici Idem lib. 3. Phocais in dubijs auſa eſt ſeruare iuuentus.
Graij Idẽ, Sic Graia iuuetus Finierat. Idẽ, Vana mouet Graios noſtri fiducia (curſus.

MASSYLIA.

Decolor Mant. Decolor Heſperidũ veteres Maſſica campos. Regio eſt Libyæ.

MATHESIS.

Ingenioſa Mant. Sunt Sophiæ partes, eſt ingenioſa Matheſis.

### MATINVS.

Calidus Luc.lib.9. Vulturis & calidi lucent buxeta Matini. Mons eſt Appuliæ.

### MATRONA.

Glaucus Textor, Et mihi pro tumulo Matrona glaucus erit.

### MAVORS.

Sanguineus Verg.lib.12. Sanguineus Mauors clypeo increpat.

Inſanus Syl.lib.5. Propiusq; patebat Inſani Mauortis opus.

Armipotens Lucr.lib.1. Bellifera munera Mauors Armipotens regit.

Sæuus Syl.lib.7. At ſæuo Mauorte ferox perrumpit.

Rapidus Idem lib.14. Eripuit rapidus Mauors vt cuiq; ſalutem.

Durus Stat.lib.12. Et duri Mauortis imago.

Indomitus Claud. Fertur & indomitus tandem poſt prælia Mauors.

Furibundus Seneca, Quem mouet crebro furibundus ictu Sanguinem Mauors cupiens recentem.

Bellicus Idem, Inuenit artem, artes bellicus Mauors nouas.

Rutilans Stroz.pater, Mauortem galea rutilum, criſtisq; comantem.

Bellipotens Pont. Cedebat & ipſe Bellipotens Mauors.

Homicida Codr. Humani generis Mauors homicida cruentus.

Marſpiter Idem, Clypeumq; coruſcat Marſpiter.

Impius Stroz.pater, Dum reliquo Mauors impius orbe furit.

Fremens Idem, Inſtar & atra fremens accendit prælia Mauors.

Cupidus cruoris. Stroz.filius, Cupidumq; cruoris Mauortem.

Belliger Idem, Ianus, belligeri, clarus Mauortis alumnus.

Ferox Conrad. Vtq; ferox Mauors conſurgit maior in arma.

Rigidus Quint. Et rigidi Mauortis opus.

Acerbus Idem, Te ſuadente cadunt iræ, & Mauortis acerbi Prælia.

Ferus Mant. Tunc ferus armiſonis Mauors noua gentibus arma Suadet.

Thracius Idem, Thracius extemplo Mauors, Pugnabimus, inquit.

Audax Idem, Nec Tyberim Mauors audax, tegit omnia Pontus.

Furens Idem, Deſcendit in omnia Mauors Corda furens.

Ferreus Idem, Ferreus exultat bellis & ſanguine Mauors.

Dirus Calent. Diruſq; p oés Sæuit agros Danaũ multo cũ ſanguine Mauors.

Ater Cantal. Et atri Mauortis facies.

Geticus Cimbr. Getici Mauortis alumno.

Crudus Barth. Crudo & ſe accingere Marti.

Concitus Germ. Brix. Qualis apud gelidi ripas vbi cõcitus Hebri Bella ciet Mauors.

Flammigerans Mant. Flammigerans vtrinq; tubas & tympana Mauors Concitat.

### MAVRI.

Leues Lucan.lib.1. Tum torta leuis ſi lancea Mauri Hæreat.

Occidui Idem lib.3. Quicquid ab occiduis Lybiæ patet arida Mauris.

Concolores Indis. Idem lib.4. Dum concolor Indo Maurus.

Libyci Idem lib.9. Inde peti placuit Libycis contermina Mauris.

Nigri Syl.lib.2. Nigri ſoror horrida Mauri.

Terrifici Idem lib.7. Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis.

Aduſti Idem lib.8. Dum mecum Garamas, & aduſtus corpore Maurus.

Atroces Idem lib.8. Tum Maurus atrox, Garamaſq;, Maceſq;.

Incocti Idem lib.17. Atq; incocti corpora Mauri.

Refugi Val.Flac. lib. 3. Ille velut refugi quẽ contigit improba Mauri Lancea.

Truces Calphur. Trucibuſq; obnoxia Mauris.

Bethigenæ, prope Bethin Hiſpaniæ fluuium nati. Mant. Te quoq; Bethigenum domitor fortiſſimè Maurum.

Celeres Iuuen.Sat.11. Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus.





### MECOENES.

Supinus, mollis, & iacens. Iuuen.Sat.1. Et multum referens de Mecœnate ſupino.

Thuſcus Mich. Angl. Nec ſi Thuſcus eques, vates amplexus amœnos.

Doctus Horat.lib.1.Carm. Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratino.

Tener Iuuen.Sat.12. Veſtem Purpuream teneris quoq; Mecœnatibus aptam.

### *MEDEA.*

*Medea, filia fuit Aetæ regis Colchorum & Hypſeæ vel Idiæ, vt placet Heſiodoro, quæ Iaſonem Colchos profectum hoſpitio ſuſcepit, iuuitq;, vt ſopito dracone, vellus aureum raperet. Quo facto cum ipſo furtim aufugit, diſcerpto prius Aegialeo fratre, & in minutiſſimas partes membratim confecto, vt patrem Aeeten in colligendis oſſibus filij remoraretur. Relicta demum ab ipſo Iaſone, filios ex eodem ſuſceptos interfecit, Præterea multarum herbarum vires & radicum inuenit.*

Barbara Horat. Cur barbaræ minus Venena Medeæ valent.

Impudica Idem, Nec impudica Colchis intulit pedem.

Ferox Idem in Arte, Sit Medea ferox inuictaq;.

Colchis Ouid.lib.2.Eleg. Colchida reſperſam puerorum ſanguine culpant.

Aeetias, filia Aeetæ regis. Idem lib.7.Met. Concipit interea validos Aeetias ignes.

Phaſias Idem lib.2.de Arte, Barbara per natos Phaſias vlta ſuos.

Callida Ouid.lib.7.Metamorph. Quas tempora callida paruo colchis amicitiæ fallacis.

Impia Idem lib.3.Triſt. Impia deſertum fugiens Medea parentem.

Venefica Idem in Epiſt. Barbara narratur veniſſe venefica tecum.

Adultera Idem, Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.

Phaſis Idem, Phaſida puppe noua vexit Pegaſæus Iaſon.

Torua Sidon. Sic torua Pelaſgum Colchis in apluſtri ſteterat, trepidante marito, Abſyrtum ſparſura patri.

Fera Stat.lib.2.Syll. Nec fera crudeles Colchis duraſſet in ira.

Aeetis Val.Flac.lib.6. Protinus atque ingens Aetida perculit horror.

Turbida Idem lib.7. Alium dehinc turbida Colchis Exarmat.

Noxia Idem lib.8. Patrios extinxit noxia tauros.

Infeſtam Idem, Terrigenas infeſta dedi.

Dira Idem, Diramq; premens clamore ſororem.

Effrena Seneca, Effrenæ ſolitus pectora coniugis.

Nefanda Idem, Et nefandæ virginis Paruus comes.

Furibunda Stroz.pat. Aut furibunda tuis currere colchi rotis.

Docta Pamph. Phaſias infirmum docta nouare ſenem.

Pro fuga Sabell. Pro fugæ de nomine dictus Phaſidos.

Cruenta Idem, Hunc fama eſt fraterna cæde cruentam.

Furiata Mich. Angl. Addunt & piceum furiatæ Colchidis vnguem.

Maga Idem, Non feret huic Circe, nec maga Colchis opem.

Sagax Mant. Nec Medea ſagax medicis inuenit in herbis.

Iniqua Fauſt. Polluit infanda Colchis iniqua manu.

Saga Idem, Quem ſaga indomitum medicis non Phaſias herbis.

Sequax Proper.lib.4. Non te Medeæ delectent probra ſequacis.

Cruenta Hypſipilæ apud Ouid. in Epiſtola Erret inops, expers, cæde cruenta ſuæ.

Sæua Idem, Sed tenuit cœptas ſæua nouerca vias.

Scelerata Ouid. Quid refert ſcelerata pium ſi vincit?

### MEDELA.

Salubris Apul. Vt ei redeunti medelam ſalubrem poſſem ſubſiſtere.

Salutifera Auſon. Et vt ſalutiferæ apponerentur medelæ.

Salutaris Codr. Vrceus, Sicq; ſalutares membris adhibere medelas.

### MEDICAMEN.

Validum Augurel. Quod leuet affectam valido medicamine mentem.

Artifex Mant. Artifici mendax vertit medicamine in aurum.

Salutiferum Idem, Prima ſalutiferum quæ medicamen habent.

Ponticum, ab Antidoto quod mithridates rex Ponthi contra venena quotidie ſumebat, ex ſale, ruta, nuce & fico conditum. Iuuenalis Sat. 6. Pontica ter victi cautus medicamina regis.

Doctum. Ouid. in Epiſt. Quæq; feros repuli doctis medicatibus ignis.

### MEDICINA.

Salutaris Theodoritus, Et venenatis feris, atq; ſerpentibus ſalutares medicinas conficiunt.

### MEDICVS.

*Multa leguntur apud Plinium, in contemptum iuxta & laudem medicorum. His & ſi tenebras palpant, eſt facta poteſtas Excruciandi ægros homineſq; impunè necandi.*

Fidus Horat. lib. 1. Epiſt. Fidis offendar medicis, iraſcar amicis.

Fidelis Cato, Corporis auxilium medico committe fideli.

### MEDIOCRITAS.

Aurea Horat. Auream quiſquis mediocritatem Diligit.

### MEDVLLA.

Tenuis Oui. li. 14. Luctibus extremum in tenues liquefacta medullas Tabuit.

Tenera Idem lib. 3. Eleg. Vidit, & vt teneræ flammam rapuere medullæ.

Dulcis Plin. lib. 13. Dulcis medulla earum in cacumine.

Mollis Mant. Amplius in molles Tenus inſinuata medullas.

Intima Seneca, Intimas ſæuus vorat penitus medullas.

Calens Pont. Ne voret triſtis penitus calentes Flamma medullas.

Interna Augur. Hæc penitus defixa medullis Internis.

Tecta Seneca, Sed vorat tectas penitus medullas.

### MEDVSA.

Saxifica, quoniam qui Meduſæ caput inſpiciebant, vertebantur in lapides. Ouid. in Ibin, Saxificæ videas infelix ora Meduſæ.

Phorcinis, Phorci filia. Lucan. lib. 9. Squallebant latè Phorcinidos arua Meduſæ.

Stillans Idem, Virus ſtillantis tabe Meduſæ Concipiunt.

Horrenda Ouid. lib. 4. Met. Si tamen horrendæ clypei quem læua gerebat Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ.

Gorgon Idem lib. 7. Triſt. Credam prius ora Meduſæ Gorgonis anguineis.

Inuiſa Manil. Victor & inuiſæ Perſeus cum falce Meduſæ.

Sæua Pamph. Sæuæ cui labitur vnda Meduſæ.

Gorgonea Conrad. Gorgoneam domit Meduſam.

Anguitenens. Barth. Cadit anguitenens à fronte Meduſa.

Phorcis, Phorci filia. Propert. lib. 3. Sectaq; Perſæa Phorcidos ora manu.

### MEGAERA.

Vna eſt ex furijs, quas poetæ Acherontis ex Nocte filias faciunt. Vide Claud. li. 1. in Rufinum.

Tartarea Verg. lib. 12. Quas & tartaream nox intempeſta Megæram Vno eodemq; tulit partu.

Torua Sulpit. Torua Megæra ſecet, nec ſit requieſq; moduſq;.

Atra Syll. lib. 13. Et atra Megæra Hic ſitit.

Rapida Stat. lib. 1. Theb. Oppoſito rapidam Pylade vitaſſe Megæram.

Improba Claud. Improba mox ſurgit triſti de ſede Megæra.

Ferox Seneca, Et tortos ferox minaris angues

Scelerata Pamph. Scelerata flagellum Concutit horrēdas atq; Megæra comas.

Sæua Idem, Tollit è ſæuæ gremio Megæræ.

Tetrica Idem, Scribas & tetricæ graues Megæræ.

Virulenta Mant. Quem virulenta Megæra Vincere cū toto nō eualuiſſet auerno.

Dira



Dira Idem, Nam dira Megæra Sparſerat in caſtris.

Venenoſa Idem, Illa venenoſæ Stygijs lactata Megæræ Vberibus.

Viperea Idem, Vt ſi vipereæ ſtimulis accenſa Megæræ.

Crinita Idem, Per medias vrbes colubris crinita Megæra.

Odioſa Cantal. Auxit diſcordes odioſa Megæra furores.

Inferna Barth. Inferna Megæra Aeria per nigrum tranſuecta redibat ab armis.

### MEL.

Roſidum Verg. in Buc. Et duræ quercus ſudabunt roſida mella.

Aerium Idem lib. 4. Georg. Protinus aerij mellis cœleſtia dona.

Tenax Idem, Et mella tenacia figunt.

Dulce Idem, Dulcia mella premes.

Spumans Idem, Et ſpumantia cogere preſſis mella fauis.

Fragrans Idem, Redolentq; thymo fragrantia mella.

Liquens Idem lib. 1. Aen. Aut quum liquentia mella Stipant.

Siculum Varro, Propter hoc Siculum mel fert palmam.

Liquidum Ouid. lib. 7. Alteraq; inuergens liquidi Carcheſia mellis.

Atticum Idem de med. faciei. Adijce de flauis Attica mella fauis.

Purum Pallad. Rut. Pinguedinem puri mellis imitetur.

Hymettium Horat. lib. 2. Serm. Et niſi Hymettia vina Falerno Ne biberis diluta. Stat. lib. 6. Theb. Strident & Hymettia mella.

Muſæum Lucret. lib. 1. Et quaſi Muſæo dulci contingere melle.

Aetnæum Apul. Aetnæo melle vel caſeo, & huiuſcemodi cauponarum mercibus.

Montanum Idem lib. 3. Nunc melle montano libat.

Flauum lib. 1. Met. Flauaq; de viridi ſtillabant ilice mella.

Redolens Idem lib. 15. Nec mella thymi redolentia flore.

Splendidum Idem lib. 3. Faſt. Iure repertori ſplendida mella damus.

Aureum Idem lib. 4. Faſt. Pomaq; & in ceris aurea mella ſuis.

Humens Idem lib. 2. de Arte, Nec non humentia mella.

Gnoſium, i. Cretenſe. Ouid. in Ibin, Præfocent animæ Gnoſia mella viam.

Prædulce Plin. lib. 13. Quandoq; vini ſapore, in melle prædulci.

Mopſopium Tibull. lib. 1. Liba & Mopſopio dulcia melle feram. Mopſopiū, i. Atticū, a Mopſo Athenienſium rege. idq; pp Hymettū mōtē Atticæ.

Hyblæum Mart. lib. 11. Mella iubes Hyblæa tibi vel Hymettia naſci.

Cecropium Idem lib. 13. Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle.

Flauens Pont. Flauentia mella Inſtillat puero.

Arundineum. Idem, Mellis arundinei vitreum & de fonte liquorem.

Cæreum Idem, Dulci cærea mella fauo.

Pingue Quint. Pinguia mella fluunt.

Floreum Mant. Veluti plenis ſi florea mella Sint expreſſa fauis.

Nectareum Idem, Cœleſtes adiunge fauos & nectareum mel.

Lesboum Remacl. Melleq; Lesboo farra ſepulta madent.

Arabum Bap. Pius, Melle Arabo, melle Hyrcano.

Lepidum Idem, Ergo vale, & lepido reddatur epiſtola melle.

### MELAMPVS.

Fuit medicus qui filias Prœti Argiuorū regis purgauit ab inſania.

Amythaonius. Verg. lib. 3. Georg. Phyllirides Chiron, Amythaoniusq; Melāpus.

Amythaone natus. Ouid. lib. 5. Amythaone natus Prætidas, attonitus poſtquàm per carmen & herbas Eripuit Furijs.

### MELCHISEDECH.

Sacrificus Mant. Pectore ſacrifici Melchiſedechis erat.

### MELLA.

Saxoſus Mant. I, pete ſaxoſi reſonantia flumina Mellæ. Fluuius eſt Italiæ.

Flauus Catull. Flauus quam molli percurret flumine Mella.

MELAS.

### *MELAS.*

*Oritur Melas, inquit Sabellicus, ſub Orchomeniorũ vrbe, vnus oĩum fluuiorum Græciæ ab ipſo fonte nauigabilis, atq; circa ſolſtitium æſtiuum, vt Nilus, ſtata accipiens incrementa, nec longius excurrit, ſed in lacus & cuniculos delapſus modica ſui parte Cephiſo infunditur.*

Palladius Stat.lib.7.Palladiuſq; Melas, Hecatæaq; gurgite nutrit.

Graius Stat.lib.2.Syll.Graio nobilior Melathe Bethis.

Mygdonius Ouid.li.2.Met.Mygdoniuſq; Melas, & Tenaræus Eurotas.

### *MELEAGER.*

*Filius fuit Oenei regis Aetoliæ, qui vnà cum Atalanta venatrice puella, quã adamabat, vaſtiſſimũ aprum confecit, interfecit et duos auunculos. Quod ægre ferens Althea ſoror occiſorum, & ipſius Meleagri mater, combuſſit ſtipitẽ fatalẽ, quo combuſto, Parcis volentibus, perire debebat ille idem Meleager. Arriſit itaque, vt viſum fuerat fatis vbi ſtipes ille fuit abſumptus.*

Calydonius Ouid.lib.8.Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros Optauit.

Oenides, Oenei filius. Idem in Epiſt. Coniugis Oenides verſus in arma prece eſt.

Mauortius Ouid.lib.8.Met.Non tulit & tumida frendens Mauortius ira.

Theſtiades Ouid.lib.5.Faſt.Reſpice Theſtiaden, flammis abſentibus arſit.

Calydone ſatus.Stat.lib.5. Theb. Tunc prolem Calydone ſatam, generumq; profundo Nereos.

Ferus Mant. Cum ferus Oenides aprum Calydonia rura vaſtãtem premeret.

Flauus, a croceis capillis. Iuuen.Sat.5. Et flaui dignus ferro Meleagri Fumat aper.

Ferox Ouid.in Epiſt.Bello erat ille ferox, poſitis ſeceſſit ab armis.

### *MELICERTA.*

*Filius fuit Athamantis, cuius furentis metu, vnà cum* Ino *matre ſe ſubmerſit.*

Inous Verg.lib.1.Geor.Et Glauco, & Panopææ, atq; Inoo Melicertæ.

### MELITE.

Inſula eſt inter Corcyram, & Illyricum ſita, canes alens admodũ paruos.

Fertilis Ouid.lib.3.Faſt.Fertilis eſt Melite, ſterili vicina Corcyræ.

### MELOS.

Pegaſeum Perſius, Cantare credas Pegaſeium melos.

Omniſonum Capella, Bis plenum omniſona cui recinunt mela.

Pindaricum Sidon. Qua flatus lyrici Pindaricum ad melos.

Lepidum Idem, Fuderunt lepidum ruſtica turba melos.

Suaue Polit. Fruſtra ſuaue melos, fruſtra pia verba mouentem.

Atticum Codrus, Vt Pegaſeium melos vel Atticum.

Caſtalium, à Caſtalio fonte Parnaſi, ſacro muſis & poetis. Crinitus, Caſtalium melos Cum thure ſacro ſuſcipias, rogo.

Palladium Idem, Depromit audax Palladium melos.

Entheum Idem, Numeroſq; nobiles & entheum melos.

Tenerum Idem, Seù cantas tenerum melos.

Dulcifluum Idem, Canta dulcifluum Pierium melos.

Gratum Idem, Qua molliter gratum melos.

Liquidum Idem, Non ſpernet liquidum melos.

Dulciſonum Quint. Et præbet citharis dulciſonum melos.

Myſticum Idem, Myſticum auditur melos.

Dulce Mant. Ir tam dulce melos contemplabatur.

Canorum Idem, Augurumq; melos diui cecinere canorum.

Placidum Remac. Fundebat placidum cœlica Muſa melos.

Bellerophontæum, à Pegaſo equo Bellerophontis, cuius vngula fontem elicuit ſacrum Muſis. Bapt. Pius, Bellerophontæum qui bibit ore melos.

Smyrneum Glarean. Smyrneum credes plectra referre melos.

Celebre Bapt. Pius, Hæc celebri debet munera tanta melo.

Cynnameum. Idem, Linguaq; cynnameum fundit amœna melos.

Nectareum Idem, Gratum verba fauum, nectareumq; melos.

MEM-



### MEMBRA.

Moribunda Verg.lib.6.Aen.Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.

Argentea Pont. Nudabant liquidis argentea membra ſub vndis.

Candida Idem, Candidaq;, in nirido flumine membra rigas.

Delicatula. Thom.Rad. Membra delicatula conſternebant.

Decora Quint. Membra decora, genæ facile.

Tenella Calent. Aut notet informis membra renella culex.

Carnea Corn.Gall. Carnis ad officium carnea membra placent.

Toroſa Fauſt. Corpora ſpectaui membris compacta toroſis.

Calentia Glarean. Vexamur variis per membra calentia morbis.

Languida Idem, Quem non languida memba premunt.

Canduca Idem, Perpetui menti membra caduca refer.

Lactea Bap.Pius, Lactea cum laudas, & candidiora liguſtro membra.

Vitalia Mant. Impurus per membra fluens vitalia ſanguis.

Morbida Textor in Epitaphio Oliuerij Lugdunæi, Num mortalis homo bulla eſt num morbida conſtat Picta Promethæo membra fuiſſe luto?

Præuiridantia. Laber. apud Macrob. Cur cum vigebam membris præuiridantibus.

### MEMBRANA.

Tenuis Plin.lib.2. Defert acinorum effigie tenues membranas.

Tranſlucida Idem, Omnibus membrana vitri modo tranſlucida.

Præmollis Idem, Præmolli firmoq; operum membranæ inuolucro.

Fragilis Idem, Membranis volant fragilibus inſecta.

Bicolor Perſius, Iam liber & bicolor poſitis membrana capillis.

### MEMPHIS.

Aegyptia Lucan.li.1. Quem non ſtellarum Aegyptia viſu æquaret Memphis.

Vana Idem lib.8. Memphis vana ſacris.

Barbara Matt.lib.1. Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Dis Val.Flac.lib.4. Aſt Herebi virgo ditem volat æquore Memphim.

Dædala, id eſt, ingenioſa. Stroz.fil. Quod celebris pingit Dædala Memphis acu.

Babylonia Mant. Et quicquid Memphis Babylonia, quicquid, &c.

Fatidica Mant. Aequora fatidicam Memphim, ſuppoſtaq; Cancro.

Nilotica Barthol. Nilotica quicquid Claudit Cocytum vertens in carmina Mẽphis.

Torrida Barth. Accipit vt Thebæ ingentes & torrida Memphis.

Pia Glaud. Quos pia ſollicito deprendit pollice Memphis.

Turrita Mant. Horruit attonito Memphis turrita colono.

Secreta Lucan.lib.6. Tunc Babylon Perſæa licet, ſecretaq; Memphis.

### MENANDER.

Iucundus Ouid.lib.2.Triſt. Fabula iucundi nulla eſt ſine amore Menandri.

Facundus Stat.lib.2.Syll. Attica facundi decurreret orſa Menandri.

Amabilis Auſon. Conditor Iliados & amabilis orſa Menandri.

Doctus Ppropert.lib.3. Librorumq; tuos, docte Menandre, ſales.

Blandus Idem lib.4. Sed potius blandi Thais precioſa Menandri.

### MENDACIVM.

Vanum Quint. Quanta ſub Argolicis mendacia vana Camœnis.

Prodigioſum. Ouid.lib.3.Eleg. Prodigioſa loquor veterum mendacia vatum.

Fallens Lactant. Mendacio fallente celaſſet.

Turpe Ouid.lib.3.Eleg. Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ.

Subdolum Plaut. in Cap. Nec mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis.

Callidum Idem in Muſt. Callidum Hercle audiui optimum eſſe mendacium.

Facundum Mant. Vt facunda canunt veterum mendacia vatum.

Impudens

Impudens Cic.pro A cluent.Nego illum adoleſcentem,quem ſtatim, epoto poculo,mortuum eſſe dixiſtis,omnino illo eſſe mortuum, magnum & impudens mendacium perſpicite.

*MENELAVS.*

*Filius fuit Atrei,frater Agamemnonis,maritus Helenæ,rex Spartæ.*

Atrides Ouid.lib.15.Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ.
Doricus Sidō.Cū Doric^o hoſpes,Sigæas rapturus opes Rheteia clauſit Pergamā.
Mycenæus Pamph.Sæpe Mycenæus poſt Neſtora ſedet Atrides.

*MENNON.*

*Filius fuit Tithoni & Auroræ, qui quum veniſſet ad ferendas Troianis in Græcos ſuppetias.interfectus eſt ab Achille.*

Niger Verg.lib.1.Aen.Eoasq; acies, & nigri Mennonis arma.
Filius Auroræ.Idem,Nunc quibus Auroræ veniſſet filius armis.
Eous Syll.lib.3.Armiger Eoi non felix Mennonis aſtyr.
Coloratus Claud.Nigra coloratus produceret agmina Mennon.
Nocticolor,à me dicitur,vt ſtyx ab Auſonio.
Aethiops Catul.Lugebant quid ſe Mennonis Aethiopis.

MENS.

Multiuaga Mant.Et bona multiuagam coge ad cœleſtia mentem.
Cupida Catull.Sed ſimul ac cupidæ mentis ſatiata libido eſt.

dubia

MENSA.

Lauta Lucan.lib.4.Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ.
Acerna Horat.lib.2.Serm. Acernam Gauſape purpureo menſam pertérſit.
Teres Stat.lib.1.Theb.Pars teretes læuare manum,ac diſponere menſas.
Pinguis Mant.Iugiter ad pingues dulcebat gaudia menſas.
Auara Mart.lib.5.Nec auara ſeruat craſtinas dapes menſa.
Gemifera Claud.Humida gemiferis illuxit regia menſis.
Gemmata Sidon.Non tibi gemmantis ponentur prandia menſis.
Ornata Pont.Suadet & ornatis rorantia pocula menſis.
Ebria Idem,Vix capit electas ebria menſa dapes.
Mauruſiaca Polit.Nec Mauruſiacos pulchræ teſtudinis orbes Delphica ſuſtentat.
Picta Codrus,Voluit pictis accumbere menſis.
Faginea Stroz.fil.Tum menſæ exponit vtrunq; Fagineæ.
Superba Conr.Ater ad regum vigilet ſuperbas Splendidus menſas.
Opulenta Mant.Glandibus & pomis locuples,opulentaq; menſa.
Dapalis Idem,Commemora turbidos,menſaſq; dapales.
Hilaris Idem,Diſcumbunt hilares circum longo ordine menſas.
Nitida Idem,Nitidis conuiuia menſis.
Dulcis Barth.Dulcibus irrorant menſis bona vina.
Mollis Archid.Molles exponunt fercula menſas.
Effuſa Idem,Parcius effuſam tractet moderantia menſam.
Secura Tibul.lib.4.At nos ſecuræ reddamus tempore menſæ.
Fœcunda Idem,Horrea fœcundis indeficientia menſis.
Inſtructa Mant.Inſtructis laute menſis.
Alacris Idem,Quæ nunquam pariunt alacres faſtidia menſæ.
Celebris Idem,Statuit celebres apponere menſas.
Saliaris Idem,Soliti menſis ſaliaribus alnum Tendere.
Citrea Vnde Mart.Accipe felices Atlantica munera ſyluas.
Gliſcera Antiqui lautas menſas nominauerant gliſceras quaſi gliſcentes, &c.

MENSIS.

Pronus Horat.Celeremq; pronos voluere menſes.
Leuis Stroz.fil.Ite leues menſes,aliſq; fugacibus anni.





Morbidus Conr.Morbidos menſes, & amica letho Tempora præſtant.
Lunigena Mant.Lunigenæ ſurgunt menſes,ex menſibus anni.

*MENTAGRA.*

*Morbus eſt faciei,a mento in quo oritur.Occupat interdum totos vultus,oculis tantum immunibus,deſcendit nonnunquam in colla,pectuſq; ac manus,fœdo cutis furfure.*

Variata Mant.Et mentagra cutem maculis variata cruentis.

*MENTHA.*

*Herba eſt odoris grauiſſimi, in quam, vt fabulantur poetæ, mutata eſt Mynthe Nympha à Proſerpina propter mutuam Veneris conſuetudinem,quam habebat cum Plutone.*

Virens Ouid.lib.8.Aequatam mentham exterſere virenti.
Olens Idem lib.10.Fœmineos artus in olentes vertere menthas.
Torta Mart.lib.13.Hæc tibi quæ torta venerunt condita mentha.
Syluestris Pont.Incoctumq; pyrum menthæ ſylueſtris aceruum.
Ructatrix Pamph.Menthaq; ructatrix,bulbus,& herba ſalax.

MENTVLA.

Luxurioſa Mart.lib.7.Mentula cuſtodis luxurioſa Dei.
Salax Idem,Illa ſalax nimium,nec paucis nota puellis Stare lino deſit mentula lingua caue.

MENTVM.

Tornatile Bap.Pius,Purpureæq; genæ,mentum tornatile.
Setoſum Pont.Hic vbi tum femur hirſutum,ſetoſaq; menta.

MEPHITIS.

Sæua Verg.Sæuamq; exhalat opaca mephitim.
Triſtis Pamph.Fons vbi triſtem redolet mephitim.
Putida Conr.Halantes quaſi putidam mephitim.
Olida Fauſt.Tu tamen has inter fæces,olidaſq; mephites.
Graueolens Idem,Collecta exhalat graueolentes vnda mephites.
Miſta Idem,Fœtorem ò quantum miſta mephitis habet.
Sordens Bapt.Pius,Ora feris fruticoſa rubis,ſordente mephiti.
Grauis Mant.Exhalatq; grauem nox Importuna mephitim.
Sulphurea Perſius Sat.3.Gutture ſulphureas lente exhalante mephites.

MERCATOR.

Vagus Hor.in Arte,Mercator ne vagus;cultor ne virentis agelli.
Impiger Idem lib.2. Epiſt.Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Auarus Stroz.pat. Quē ſe mercator auarus Finxerat a rubri littore ferre maris.

MERCES.

Vænales Hor.lib.8.Epiſt.Laudat vænales qui vult extrudere merces.
Vendibiles Plin.lib.32.Nunc tanta penuria eſt vendibili merce.
Fugaces Manil. Addis & in veſtis ſtudium mercemq; fugacem.
Peregrinæ Pont.Maiorum aut tabulæ,aut merces peregrina locabunt.
Eoæ Stroz.pat.Ille dat Eoa lectos de merce lapillos.

*MERCVRIVS.*

*Mercurius filius fuit Iouis & Maiæ filiæ.Atlātis.Fingitur de[illegible]ūcius & interpres. Hēt in pedib.thalaria,galerū in capite,in manu virgā: quia Vergili[illegible], alias aiarum Orco euocat,alias mittit in Tartara,concitat ventos,tranat nubila.Macrobius ſcribit.Caduceū in Mercurij manib.duob.draconib.ornatū fuiſſe,mare & fæmina in nodū obligatis.Deus eſt eloquētiæ, furū & mercatorū.Battum mutauit in lapidē, citharā a ſe compertā conceſſit Apollini. Argū mandato Iouis interfecit. Prometheum alligauit Caucaſo. Hermaphroditum filium ſuſcepit ex Venere. Metu Gigantum fugiens verſus eſt in ciconiam.Maxime colebatur olim in Arcadia.*

Maia genitus.Verg.lib.1.Aen.Tum maia genitum,qui feruida dicta reportet.
Cyllenia proles,a Cyllene monte Arcadiæ, in quo natus eſt. Idem lib.4.Materno veniens ab auo Cyllenia proles.

Teutates. Galli maximè colebant olim Mercurium, quem Teutatem appellabant. Lucan.lib.1. Et quibus immitis placatur ſanguine diro Teutates.
Cyllenius Idem, Motuq; celer Cyllenius hæret.
Author citharæ. Stat.lib.2.Syll. Vocalis Citharæ repertor Arcas.
Facundus Mart.lib.7. Cyllenes, cœliq; decus facunde miniſter.
Vocalis Apul. Mercurij dei vocalis operæ neceſſarium.
Arcadius Pacificus, Arcadius peragit cœlica iuſſa Deus.
Atlantiades Ouid.lib.1.Met. Sedit Atlantiades, & eumtem multa loquendo.
Deus Arcadiæ. Idem, Tum Deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit.
Caducifer Idem lib.2.Met. Hinc ſe ſuſtulerat paribus caducifer alis.
Nepos Atlantis. Idem lib.5.Faſt. Clare nepos Atlantis ades.
Maia creatus. Idem lib.11. Forte reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus.
Pacifer Idem lib.14. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album.
Pleiade natus, ſ. Maia. Idem li.5. Faſt. Pleiade nate mane virga venerande potenti.
Impiger Stat.lib.1.Theb. Quare impiger ales Portantes præcede nothos.
Volucer Idem lib.2. Fuſca volucer Deus obſitus vmbra.
Tegees alumnus. Idem lib.7. Tunc ita velocem Tegees affatur alumnum.
Mænalius, i. Arcadius. Idem Vix ceperat ales Mænalius.
Aliger Idem lib.10. Erexit tali miſeros Deus aliger vmbra.
Tegeaticus Idem lib.1.Syll. Et de Mænalia volucer Tegeaticus vmbra.
Arcas Vide numero 5.
Galeritus Idem, Obnubitq; comas, & temperat aſtra galero.
Tegæus Claud. Atlantis Tegææ nepos.
Maiugena Capella, Noſtri Maiugenam pignoris inclyti.
Cyllenides Idem, Ac vix Cyllenidæ indagantis excurſibus nunc comprehenſa.
Filius Maiæ Sidon. Tunc Amphiona, filiumq; Maiæ.
Penniger Pont. Si Mars, ſi penniger Arcas.
Solers Idem, Et ſuſcitat artes Ignotas ſolers.
Argicida Marul. Veſtrum opus, veſtrum pater Argicida.
Lucrificus Codrus, Hermes lucrificus, Pallas docta.
Fur Lactan. Fur ac nebulo Mercurius. qui ad famam ſui reliquit.
Vafer Conr. Aut vafer doloſo Mercurius gradiens galero.
Vagus Crin. Et vagum Maia genitum per aſtra.
Decorus Idem, Rite labentem Statius decorum.
Talariger Quint. Iuuenum præſepe ſuum talariger ales.
Altiſonans Idem, Quam dono dedit altiſonans in pignus amoris.
Furax Mich. Angl. Sic furax Hermes, placidoq; vigore Diono.
Callidus Horat. Callidum quicquid placuit iocoſo Condere furto.
Venator opum. Mant. Mercurius venator opum, Mars belliger.
Atlantius Idem, Pinnatasq; ferens plantas Atlantius Hermes.
Magiſter furum. Idem, Fraudis, furumq; magiſter Mercurius.
Trigrandis Idem, Date ſuffimenta trigrandi Mercurio.
Memphiticus, quod coleretur in Memphi vrbe Aegypti. Idem, Ingenium, quali fuerat Memphiticus Hermes.
Hermes, id eſt, interpres. Iuuen.Sat.8. Truncoq; ſimillimus Hermæ.

*MERGI.*

*Mergus auicula nidificat in æquore, veris initio, apium more tempeſtatem præuidens reuolat ex æquore, & ad littus contendit cum clamore.*

Celeres Verg.lib.5.Georg. Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.
Aprici Idem lib.5.Aen. Et apricis ſtatio gratiſſima mergis.
Marini Plin.lib.3. Deuorati autem iubent vt mergi marini.
Piſcantes Stroz.pat. Piſcantibus æmula mergis.

Edaces



Edaces Idem, Mergos Tegeæus edaces Frenat.
Turpes Petrarcha, Turpesq; ad littora mergos.
Incolæ aquæ. Archit. Incola mergus aquæ, madidis ne prouocet alis.

MERETRIX.

Periura Horat.lib.1.Carm. Et meretrix retro Periura cedit.
Arguta Idem lib.1.Serm. Arguta meretrice potens.
Mercabilis Ouid.lib.1.Eleg. Stat meretrix certo quouis mercabilis ære.
Summœniana Mart.lib.3. Summœnianas cœnet inter vxores.
Diobolaris Feſt. Meretrices diobolares appellatas ex eo dicit, quòd 2 obolis ducerent.
Cellularia Polit. Ceu proſtitutam & cellulariam meretricem.
Famoſa Lactan. Quo aío philoſophus ad meretricẽ famoſiſſimã commearet.
Obſcœna Stroz.pat. Nec ſe virginibus meretrix obſcœna videndam Exhibeat.
Sordida Pamph. Sordida non meretrix poſcit.
Salax Conr. Quot vrbs ſalaces continet meretriculas.
Effrena Guill.Caſtell. At procul abiecto meretrix effrena pudore.
Expoſititia Plautus in Caſ. Reuertar ad illam puc iam expoſititiam.
Laſciua Fauſt. Alea pernox, Et meretrix laſciua.
Perfida Idem, Perfida quid meretrix, damnoſa quid alea prodeſt.
Blitea Plautus in Truc. Blitea & lutea eſt meretrix.
Adultera Lact. Illuc veniunt ſine delectu adulteræ, impudicæ lenæ, procaces.
Spurca Claud. Non ſpurcos auidæ lambit meretricis hiatus.
Proſtans Theodorit. Proſtantibus in fornice meretricibus impudentiorem.
Nonaria Meretrices enim Romæ poſt nonam horam proſtabant in lupanari. Perſius Sat.2. Si cynico barbam petulas nonaria vellat.
Auara Catul. Fraudando efficitur, pluſquàm meretricis auaræ eſt.
Alicaria, quòd meretrices in Campania olim verſari ſolebãt circa piſtrina alicariorũ.
Recelliclunìæ, meretrices dictæ ſunt, quæ deſutoria quadam leuitate mouent clunes, vt iucundior Venus appareat. Plautus, An vis inter iſtas verſarier proſedas, piſtorum amicas recelliclunias, alicarias.

MEROE.

Niliaca Auſon. Vt quæ Niliaca naſcitur in Meroe.
Cephæa, à Cephæo patre Andromedes Aethiopũ rege Proper.lib.4. Cephæam, hic Meroẽn, fuſcaq; regna tenet.
Crinita Claud. Quantũ cirinita ſagittis Attulit extremo Meroe circũflua Nilo.

MERVM.

Feruidum Horat. Feruidiore mero arcana promorat loco.
Liquidum Ouid.lib.2.Triſt. Liquido teſta ſit apta mero.
Purpureum Idem lib.2. de Arte; Plenaq; purpureo ſubrubet vua mero.
Campanum Mart.lib.1. Et dare Campano toxita ſæua mero.
Fluidum Pont. Nec capiunt fluidum labra minora merum.
Dulce Crinit. Neq; hæc rigari poſtulata dulci mero.
Nardinum Quint. Nardinum merum foliatum & inde ſemper optatum fuit.
Molle Mant. At quum molle merum totis ebulliat agris.
Feruens Idem, Nam nebulæ feruente mero per guttura pingues.
Annoſum Tibull.lib.4. Temperet annoſum Maria lympha merum.
Liquidum Idem, Tu puer & liquidum fortius adde merum.
Methymnæum. Proper.lib.4. Et Methymnæi grata ſaliua meri.
Argiuum Aluarus prouerb.11. Detq; tibi Argiuum torua marita merum.

MESSIS.

Triticea Verg.lib.1.Georg. At ſi triticeam in meſſem, robuſtaq; farra.
Spicea Idem, Spicea iam campis quum meſſis inhorruit.
Opima Idem de 4. tempor. Tempora ſolis ager meſſes fert pinguis opimas.

Vber

Vber Plin.lib.28.Vberrimas meſſes habuerunt.

Frugifera Idem, Frugiferas agris fert æſtas torrida meſſes.

Afra Stat.li.3.Syl.Quod meſſib. Afris Verrit, æſtiferi quicquid terit area Nili.

Crepans Mart.lib.9.Meſſes area quum teret crepantes.

Odorota Claud. Area diues Præbet odoratas meſſes.

Frugipara Ruffus Feſtus, Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

Vegrandis Auſon. Hic ſæpe falſus meſſibus vegrandibus.

Libyca, quoniam frugum feraciſſima eſt Libya, vt iam diximus. Seneca, Non quicquid Libycis terit feruens area meſſibus.

Beata Marull. Aut meſſes Arabum velim beatas.

Cana Mirandula. Canaq; diffundit ferratas meſſis ariſtas.

Pinguis Cantal. Flamma vorat pingues viſu miſerabile ariſtas.

Fertilis Fauſt. Fertilis interdum ſterili ſtat meſſis in agro.

Grauida Ouid.lib.8. Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros.

Odorifera Archit. Meſſemq; peruſti Axis odoriferam.

Punica Claud. Phariæ ſegetes, & Punica meſſis.

MESSOR.

Durus Ouid.lib.14. O quoties habitu duri meſſoris ariſtas.

Peruſtus Marull. Cererem peruſtus meſſor æſtiuo die Cantat.

Feſſus Verg.in Buc. Rapido feſſis meſſoribus æſtu.

METALLVM.

Rutilum Sidon. Nec ſcyphus hic dabitur, rutilo cui forte metallo.

Graium Stat.lib.3.Syl. Sed nitidos poſtes, Graiiſq; effulta metallis Culmina.

Viride Claud. Fulgentes viridi ramos curuata metallo.

Fuluum Idem, Quid fului vaſta metalli Congeries.

Flauum Idem, Circuit, & flauo defendit prata metallo.

Ramoſum, Idem, Cornua ramoſo ſurgunt procera metallo.

Anaglypticum, id eſt, ſculptum. Sidon. Opobalſamum lucernæ anaglyptico metallo humeris ferant conuſtis.

Vernoſum Thom.Rad. Miſſilia pila metallo vernoſo metuenda.

Ponderoſum. Idem ponderoſum metallum iaciunt.

Durum Stroz.fil. Nimirum ſilice & duro prognata metallo.

Croceum Pamph. Nil iuuat argentum, crocei nil fulua metalli Pondera.

Dalmaticum. Sabell. Cur non Dalmatico ſplendent hæc templa metallo.

Spartanum Idem poſtibus arridet Spartano blanda metallo.

Fulgens Mant. Lucent fulgente metallo Pectora.

Hyperboreum. Hier. Balbus, Hyperborei dant pondera fulua metalli.

Temeſæum Mich. Angl. Quamuis Temeſæa metalla.

Calaicum Mart. Quamuis Calaico rubeant generoſa metallo.

METAVRVS.

Vaga Claud. Deſpiciturq; vagus prepta valle Metaurus. Fluuius eſt Vmbriæ in Flaminiam decurrens, iuxta quē Claudius Nero conſul cum Salinatore Aſdrubalem interfecit. Hora.li.3.Car. Teſtis Metaurum flumen, & Aſdrubal.

Velox Lucan.lib.2. In læuū cecidere latus, veloxq; Metaurus Cruſtumiumq; rapax.

METELLI.

Fortes Claud. His ego non Decios pulchros, fortesvè Metellos Prætulerim.

METHYMNA.

Vrbs eſt Lesbi ferax optimi vini.

Ferax Syll.lib.7. Ac Methymna ferax Latiis ceſſere Falernis.

Lesbya Pamph. Saxus, Lesbya pampineos ſpargit Metymna racemos.

METHONE.

Parua Val.Flac.lib.1. Neleideſq; Periclymenus, quem parua Mehone.

Nomen



Nomen eſt vrbis littoralis in Peloponneſo.

METHRA.

Nomen puellæ in varias figuras traſformari ſolitæ.

Eriſichthone nata. Ouid.lib.8. Nec minus Autolici coniunx Eriſichthone nata.

Driopeis, filia Driopes. Idem, Sæpe pater dominis Driopeida trahit.

METVS.

*Metus ægritudo eſt futuri mali, vt inquit Cicero, quem alij præmoleſtiam appellant, quod ſit quaſi dux conſequentis mali. Ex metu ſanguis & calor in imum perfugiunt, deſerentes loca exteriora. Vnde fit vt metuentes vt palleſcant, & velut exangues conſpiciantur.*

Acer Verg.lib.3.Aen. Præcipites metus acer agit.

Amens Lucan.lib.2. Necdum eſt ille dolor, ſed iam metus incubat amens.

Degener Idem lib.4. Venia eſt hæc ſola pudoris, Degeneriſq; metus.

Segnis Idem lib.4. Sed poſtquam languida ſegni Cernit cuncta metu.

Lymphatus Idem lib.7. Lymphato trepidaſſe metu.

Pauidus Ouid.lib.1.Faſt. Deq; meo pauidos excute corde metus.

Trepidus Seneca, Pone iam trepidos metus.

Sollicitus Ouid.lib.3.Triſt. Omnia ſolliciti ſunt loca plena metus.

Gelidus Idem in Epiſt. Torpuerat gelido lingua retenta metu.

Vigil Syll.lib.7. Vigileſq; metus haurire ſinebant.

Parens odij Stat.lib.1.Theb. Inuidia, atq; parens odij metus.

Exanguis Idem lib.7. Iræq; rubentes, Exangueſq; metus.

Glacians Idem lib.10. Stupet anxius alto Corda metu glaciante.

Anceps Idem lib.5.Syll. Quod ſi anceps metus ad maiora vocaſſet.

Niger Val.Flac.lib.3. Aruaq; nigro Vaſta metu.

Humilis Idem, In lachrymas, humileſq; metus, ægramq; fatiſcunt Segnitiem.

Languens Claud. Cordaq; languentem dedicere metum.

Malus Idem, Sed malus interpres rerum metus omne trahebat.

Sæuus Seneca, Prodimus ſæuo ſuadente metu.

Horribilis Claud. Famuli currum iunxere valentem Impetus horribiliq; metus.

Frigidus Seneca, Omnis frigido exanguis metu venator horret.

Ignauus Crinit. Nec pallet ignauo metu.

Pendens Seneca, Grauis ſenectus ſibimet, ac pendens metus.

Turpis Idem, Et turpes metus depone.

Fœmineus Idem, Pelle fœmineos metus.

Triſtis Idem, Confuſa triſti proximę noctis metu.

Stupidus Thom.Rad. Alij nec metu ſtupido, nec pauore fœmineo deiecto.

Aſper Lactan. Nec mors crudelis, nec metus aſper addit.

Feruidus Quint. Feruido pulſus metu ter me negabis.

Dubius Idem, Ad te labentes venimus dubio metu.

Rapidus Idem, Mortales rapido ſigna terrebunt metu.

Horrificus Mant. Horrifico concuſſa metu ſuſpiria & altos cum lachrymis traxit gemitus.

Terribilis Remacl. Terribili latebras appetiere metu.

Pauens Fauſt. Diſſuaſa pauenti Haud reor arma metu.

Conſcius Architr. Sceleriſq; miniſter, Conſcius, imperijq; metus.

Tacitus Idem, Anxietas, tacitiq; metus, & nota voluntas.

Frigens Mant. Clauſa diū frigente metu ſyncera voluptas.

MEZENTIVS.

Tyrrhenus Verg.lib.10. Contra Tyrrhenus aut auras Suſpiciens.

Ferox Ouid.lib.4.Faſt. Clarus erat, ſumptiſq; ferox Mezentius armis.

Sacrilegus Fauſt. Sacrilegus cecidit iuſtis Mezentius armis.

Dirus Bapt.Pius, Additus vt rutilis dirus Mezentius armis Sæuitiæ Andino furens eloquio.

## M I C A.

Tenuis Bapt.Pius, Quæ tenui mica ſæpe ſolet.

## M I L E S.

Impius Verg.in Buc.Impius hæc tam culta noualia miles habebit.
Sceleratus Lucan.lib.3.Non feret è noſtro ſceleratus præmia miles.
Indomitus Idem lib.5.Militis indomiti tantum mens ſana timetur.
Strenuus Cato, Ex agricolis viri fortiſſimi, & ſtrenuiſſimi milites gignuntur.
Maniplaris Ouid.lib.4.Faſt.Inde maniplaris nomina miles habet.
Martius Idem lib.14.Dum Martius arma Indueret miles.
Generoſus Idem lib.2.Faſt.Egreditur caſtris miles generoſus ab ijſdem.
Fortis Idem lib.1.Eleg.Quos periere duces annos in milite forti.
Durus Idem lib.3.de Arte, Quid mirum? duri militis vxor erat.
Gradiuicola, dicitur à me vocabulo. Syl.lib.4. ſcribentis, Et Gradiuicolam celſo de monte Tutertem.
Vagus Idem lib.4.Vago cum milite præceps Luſtrabo.
Pharetratus Idem lib.7.Eoa, timidus pharetrati militis ala.
Rabidus Idem lib.3.Perfractæ rabido patuiſſent milite portæ.
Robuſtus Aelian.Miles item firmus ac robuſtus conſtat quinque ſexq; ſariſſis obſeptus.
Superbus Claud.Et miles probra ſuperbus Ingerat.
Profugus Manil.Reſtabant profugo ſeruilia milite bella.
Legionarius Iul.Ceſar, Eis legionarios milites decimæ legionis imponeret.
Sæuus Seneca, Sæuus catena miles impoſita trahet.
Dirus Idem, Cecidit diri militis enſe.
Acer Pont.Et ducis fortes animos, & acris Militis arma.
Claſſiarius Bud.Tertiam partem deleget claſſiario militi.
Gregarius Idem, Vix gregario militi locum veſtigialem relinquunt.
Acerbus Codrus, Nunc duri miles Martis acerbus erit.
Auarus Stroz.pater, Quærit & illicitas miles auarus opes.
Tumultuarius. Liuius, Iere obuiam Sabini tumultuario milite.
Mercenarius Idem, Sic enim agere debent, qui mercenario milite vtuntur.
Auidus Cantal.Verum auidus prædæ miles.
Ferox Liuius, Repente frequentes milites feroces concurrunt.
Cruentus Pamph. Vt iuga vos rapiat miles ſub dura cruentus.
Profanus Idem, Ille ille profanus, Ille ferus miles.
Sanguineus Idem, Sanguineo quondam domiti cum milite.
Intrepidus Idem, Intrepidus miles, dux ferus atq; potens.
Ferus Idem, Matre ferus miles temerat clamante puellam.
Impiger Mirand.Impiger obſedit multo conamine miles.
Crudelis Idem, Quam nec crudeli populaſſet milite Cyrus.
Præpotens Crinit.Et præpotenti milite nobilis.
Validus Quint.Turmas & valido milite conſequi.
Furens Idem, Ducem furentes milites, triſtem cliens Audens patronum taxat.
Rigidus Mant.Milite tam rigido, tam immani, tam truculento.
Furioſus Cantal.Non procul à Baruli furioſo milite portis Excurrunt.
Scutatus Bartho.Viminioq; horret ſcutatus in aggere miles.
Furibundus Fauſt.Vt ſtrictum euaſit furibundi militis enſem.
Rapax Idem, Non milite fracta rapaci Ianua.
Cæſariatus Miles vocatur à Planto in Bacchidibus.
Furax Mant.Demum furaci à milite ſyluis Abditus.
Bracc. Propert.lib.3.Tela fugacis equi, & braccati militis arcus.

MILI-



## M I L I T I A.

Acris Horat.lib.1.Carm.Et arcem militiam paras.
Sæua Idem in Epiſto.Deniq; ſæuã Miliam puer, & Cantabrica bella tuliſti.
Tumulturia. Gell.lib.16.In militiam tumultuariam legebantur.
Trux Stat.lib.9. Militiamq; trucem, ſexum indignata frequento.

## M I L O.

*Fuit hic Milo tantæ fortitudinis, vt in Olympia bouem, retento anhelitu, per ſtadium portaue rit, quem ictu pugni interfecit, & vno die integrum deuorauit. Malum tenenti digitis nemo poterat extorquere, dum conſtitiſſet, nemo veſtigio educeret. Quum autem nimia neruorum fiducia arborem vellet diducere, brachiis hinc inde conſtrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda.*

Crotonienſis Gell.lib.15.Milo Crotonienſis athleta illuſtris, exitum habuit vitæ miſerandum.
Fortis Mant.Hauſit dogma Croton forti inſignita Milone.
Calaber Idem, Quadrupedum ſoleas, Calabrumq; æquare Milonem.

## M I L V V S.

Auidus Ouid.lib.2.Met.Spemq; ſuam motis auidus circumuolat alis.
Rapax Mart.lib.9.Hinc propè ſumma rapax miluus in aſtra volat.
Raptor Polit.Aggreditur ſerpens, non raptor ab æthere miluus.

## M I M A S.

Seuus Syll.lib.12.Apparet Prochyte, ſæuum ſortita Mimanta.
Ferox Clau.Viuit adhuc ſtridore ferox, & parte rebelli Victorē poſt fata petit.
Validus Horat.lib.2.Carm.Sed quid Tiphœus & validus Mimas.

Nomē eſt Gigantis à Ioue fulminati.

## M I M I.

Proterui Polit.Sed enim mimos ſcripſere proteruos.
Molles Codrus, Qui molles agis, ò poeta candide, mimos.
Leues Mant.Caupones, mimiq; leues, ſcurræq; loquaces.
Inſulſi Fauſtus, Non ſecus inſulſi, temeraria ludicra, mimi.

Mimi dñr poemata ſine reuerentia laſciuiã imitantia.

## M I N AE.

Tumidæ Horat.lib.4.Quod regum tumidas contuderit minas.
Rigidæ Ouid.lib.1.Triſt.Scribere ſe rigidas incutiente minas.
Sæuæ Idem lib.2.de remed.Horrebant ſæuis omnia verba minis.
Truces Auſon.Inde truces cecidere minæ, vindictaq; maior.
Rapaces Idem, Quum tam rapaces cerneret fati minas.
Diræ Idem, Compeſce diras genitor irarum minas.
Intortæ Pont.Neſcius intortas ante timere minas.
Hoſtiles Marull.Hoſtileſq; minas regno propellere herili.
Rabidæ Idem, Titanum & rabidas minas.
Impiæ Idem, Nam quid Charybdis impias dicam minas?
Horrendæ Stroz.pater, Territat horrendis imperioſa minis.
Superbæ Idem, Superbas Formidate minas, pergite in exilium.
Terribiles Idem, Terribileſq; poli ſenſit adeſſe minas.
Terrificæ Crinit.Non fruſtra exitium terrificis minis Portendunt.
Prædiræ Idem, Prædiris agitans minis.
Improbæ Idem, Nec ponit imbrobas minas.
Turgidæ Quint.Vbi nuſquam turgidis parces minis.
Spurcæ Idem, Spurcaſq; vetitum tollere in cœlum minas.
Feroces Idem, Minæ quæ non feroces principium mentis via potuère prima flectere.
Inſanæ Bapt.Pius, Addit & inſanis lumina torua minis.

## M I N C I V S.

Flexuoſus Claud.Calamiſq; flexuoſus lene Mincius ſuſurret.

Fluui⁹ eſt Venetiarum, qui ex Bænaro ſcaturiens delabitur Mantuam.

Tardus  Idem, Velox Atheſis, tarduſq; meatu Mincius.
Piger  Sidon. Velocem Atheſim, pigrumq; Mincium.
Pulcher  Petrar. Qua pulcher Mincius vnda Formoſo de patre oriens interluit arua.
Quietus  Claud. Quos excipit amne quieto Mincius.
Viridis  Verg. in Buc. Hic viridis tenera prætexit arundine ripas Mincius.

## M I N E R V A.

Inuentrix oleæ. Verg. libro 1. Georg. Adſis ô Tegeæe fauens, oleæq; Minerua Inuentrix.
Caſta  Idem in Cyri, Debita quum caſtæ ſoluuntur dona Mineruæ.
Innupta  Idem lib. 2. Aen. Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.
Armipotens  Idem, Penelei dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.
Troiana  Lucan. lib. 1. Troianam ſoli cui fas vidiſſe Mineruam.
Cecropia  Idem lib. 3. Otant Cecropiæ prælata fronde Mineruæ.
Operoſa  Horat. lib. 3. Carm. Tibi telas, operoſæq; Mineruæ Studium aufert.
Præliaris  Apul. lib. 10. Muniebant præliaris deæ comites armigeri.
Flaua  Ouid. lib. 2. Met. Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ.
Bellica  Idem, Vertit ad hanc torui dea bellica luminis orbes.
Bellatrix  Idem lib. 8. Bellatricemq; Mineruam Cum Ioue, diiſq; vocant alijs.
Phrigia  Idem lib. 13. Quàm rapui Phrygiæ ſignum penetrale Mineruæ.
Armifera  Idem lib. 14. Ne tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ.
Armigera  Idem lib. 3. Faſt. Armigeræ armigere correptus amore Mineruæ.
Ingenioſa  Idem, Ingenium ſolers, ingenioſa dea eſt.
Pugnax  Idem lib. 3. Faſt. Nam rate, quæ cura pugnacis facta Mineruæ.
Tritonis  Sabin. Tutus & in media Phrygiæ Tritonidos arce.
Biſtonia  Ouid. in Ibin, Vt qui Biſtoniæ templo cecidere Mineruæ.
Laomedontæa, q̃ coleretur à Troianis, qui à Laomedonte dicti ſunt Laomedõtæi. Syll. lib. 13. Laomedontææ ſedes ingrata *Mineruæ*.
Dorica  Vitruuius, De æde Mineruæ Doricæ, quæ eſt Athenis in arce.
Tyrrhena  Stat. lib. 2. Syll. Saxaq; Tyrrhenæ templi onerata Mineruæ.
Vnigena, ex ſolo Ioue nata. Bap. Pius, Erudit vnigenam non ſus Bœotia diuam.
Palatina, q̃ coleretur in Palatio. Mar. li. 5. Sextæ palatinæ cultor facundæ Mineruę.
Belligera  Idem lib. 7. Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ.
Tetrica  Idem lib. 14. Totos dat tetricæ dies Mineruæ.
Ferox  Idem lib. 14. Dic mihi virgo ferox, quum ſit tibi caſſis & haſta.
Aegiſona, quoniam ægis clypeus eſt Mineruę. Valer. Flac. lib. 3. Aegiſono quem nec fera pectore virgo Diſpulerit.
Aurata  Idem lib. 8. Hæſerat auratæ genibus Medea Mineruæ.
Actæa, q̃ Athenis coleretur. Polit. Arma ſed Actææ tua fles ſuſpenſa Mineruæ.
Dædalia, id eſt ingenioſa. Sabell. Aſcia Dædalææ, glutemq; & ſerra Mineruæ.
Nitida  Conrad. Nitidam & Mineruam Barbitio molli cecini frequenter.
Aonia  Crinit. Facunda Aoniæ cohors Mineruæ.
Altiloqua  Quint. Quorum vnum altiloquæ dat tempora longa Mineruæ.
Latia  Idem, Ore loqui, & Latiam labris retinere Mineruam.
Facunda  Idem, Prolis erat genitrix facunda Minerua potentis.
Cruda  Idem, Protegis, & crudam fers Aegida cruda virago.
Culta  Fauſt. Nec facit ad ſpurcam culta Minerua ſuem.
Lanifica  Petrarcha Grata Deo, qui lanificæ dilecta Mineruæ.
Prouida  Angl. Sumq; creatoris prouida gnata Iouis.
Aetherea  Idem, Alter ad ætheræ verſus ſacra ſcripta Mineruæ.
Truculenta  Mant. Sic affata cruces vmbras truculenta Minerua.
Artidoca  Idem, Tu verò artidocæ cultor venerande Mineruæ.





Athenæa  Idem, Quid munera dicam Matris Athenææ.
Oliuifera  Idem, Qualis oliuiferæ fuit in regione Mineruæ.
Graia  Remacl. Et fouit proprio Graia Minerua ſinu.
Dulcis  Architr. Dulciſq; Mineruæ Intonuiſſe tuba.
Docta  Bapt. Pius, Inſpiret radios docta Minerua ſuos.
Nata Ioue  Claud. Qualis Latonia virgo, Et ſolo Ioue nata ſoror.
Dia  Hoſtius lib. 2. Hiſt. apud Macrob. Dia minerua ſimul atque.
Budæa, à Buda ciuitate Magneſiæ, in qua colebatur.
Itonia, ab Itone ciuitate Meſſeniæ.
Sais, Minerua dicitur Aegyptia lingua. Propert. lib 2. Mercurio Sais fertur Bobœido os vndis Virgineum primum compoſuiſſe latus.
Cerebrigena, Iouis cerebro genita. Textor, Atq; cerebrigenæ forma venuſta deæ.

## M I N I S T E R.

Succinctus, expeditus ad miniſterium. Lucan. lib. 1. Cornua ſuccincti premerent quum torua miniſtri.
Sedulus  Horat. lib. 1. Epiſt. Sedulus impotens opera vehemente miniſter.
Celer  Stroz. pat. Pro te vota facit celeres properare miniſtros.
Lautus  Pamph. Lauti prandia præparant miniſtri.
Alacer  Mant. Per nemora & ſaltus alacres iubet ire miniſtros.
Cernuus  Adr. Card. Flexo poplite cernuus miniſter.

## M I N I S T E R I V M.

Sedulum  Apul. libr. 6. *Videris mihi deformis ancilla tantum ſedulo miniſterio.*
Seruile  Liuius, Et opera eorum in ſeruilibus abuti miniſterijs.

## M I N I V M.

Rubens  Verg. in Cyri, Inde alijs partes, minioq; infecta rubenti.
Iberum  Propert. lib. 2. Vt Meotica nix minio ſi certet Ibero.

## *M I N O S.*

*Minos, filius fuit* Iouis *& Europæ, pater Androgei & Ariadnes, rex Cretenſium, qui propter extremam ſeueritatem, quam viuens exercuit, poſt mortem iudex inferorum fictus eſt à poetis. Vxorem habuit Paſiphaen, quæ quum inuento Dædali concubuiſſet tauro, quem adamauerat, indignatus fugientem Dædalum in Siciliam vſque perſecutus eſt, ibiq; à Cocalo eius loci rege, quem Dædalus ipſe multis obſequijs ſibi demeruerat, per proditionem captus, & in Thermis ſuffocatus eſt. Ouid. in Ibin, Vel tua mutaret, ſicut Minoia fata, Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.*

Gortynius  Verg. in Cyri, Texerat hunc bello repetens Gortynius heros.
Europæus, Europæ filius. Ouid. lib. 8. Mouerat ante alios faciem ducis Europæi.
Dictæus  Idem, Candida Dictæi ſpectans tentoria regis.
Gnoſiacus  Ouid. lib. 8. Met. Gnoſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis.
Legifer  Ouid. lib. 3. Eleg. Optauit Minos ſimiles ſibi legifer annos.
Agenoreus  Stat. lib. 8. Si modo Agenorei ſtat Gnoſia iudicis vrna.
Niger  Claud. Circunſtant nigriq; trahunt in iudicis vrnam.
Iuridicus  Seneca, Flentes Euridicen iuridici ſedent.
Gnoſius  Idem, Auditur illo Gnoſius Minos foro.
Rigidus  Pont. Lethæas vmbras, rigidum ac Minoa negabit.
Toruus  Conrad. Et iudices tres ore toruos.
Funereus  Quint. Murmura funereo reſonant ſub iudice.
Cretenſis  Fauſt. Cretenſis fugeret quum fera regna ducis.
Iuſtus  Bapt. Pius, Et noſtras Minos percipe iuſte preces.
Cydoniacus  Idem, Arbiter ô miti lege Cydoniacus.
Magnanimus. Catull. Magnanimum ad Minoa venit.
Quæſitor  Verg. lib. 6. Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentum, &c.
Arbiter Orci  Proper. lib. 3. Non tamen immerito Minos ſedet arbiter Orci.

### MINOTAVRVS.

*Fuit monſtrum partim habens hominis, partim tauri formam, natum ex Paſiphae, quæ tauro ſe commiſcuerat, hoc Minos clauſit labyrintho, & quum veſceretur carnibus humanis, coegit Athenienſes, qui Androgeum filium ſuum interfecerant, vt quotannis ſeptē filios, ac totidem filias in Cretam mitterent ad alendum monſtrum. Quo demū quum veniſſet Theſeus filius Aegæi regis Athenarum, beneficio Ariadnes Minotaurum occidit, & egreſſus eſt labyrintho.*

Semibos Ouid.lib.4.Triſt.Centimanumq; Gygem, ſemibouemq; virum.
Semiuir Idem lib.2.de Arte, Semibouemq; virum, ſemiuirumq; bouem.
Semifer Claud. Quos neq; ſemiferi Gortynia tecta iuuenci.
Gnoſius Seneca, Monſtriq; cæcam gnoſij vidit domum.
Biformis Verg.lib.6.Paſiphæ, mixtumq; genus, prolesq; biformis Minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Creſſius Seneca, Aut quis Creſſius Dædalea vaſto clauſtra mugitu replens Taurus biformis.
Labyrinthæus. Calent. Et Labyrinthæo ſeruatum Theſea tauro.
Sæuus Catul. Quum ſæuum cupiens contra contendere monſtrum.
Indomitus Idem, Indomito nec dira ferens ſtipendia tauro.
Informis Mant. Theſeus Aegides procul ad Minoia regna Miſſus, vt informi fieret cœna impia tauro.

### MINTVRNAE.

*Oppidum eſt Campaniæ ſeptem paludibus, in quibus delituit Marius metu Syllæ victoris.*

Paluſtres Horat. lib. 1. Epiſto. Vina bibes iterum tauro diffuſa paluſtres Inter Minturnas.

### MINYAE.

*Populi fuerunt Theſſaliæ, qui cum Argonautis nauigauerunt Colchos ad rapiendum vellus aureum.*

Fortes Stat. li. 8. The. ſic fortes Minyas ſubito cum funere Typhis Deſtituit.
Magnanimi Val. Flac. lib. 6. Magnanimos Minyas, Argoaq; vela canentem.

### MISENVS.

*Fuit tibicen Hectoris ſubmerſus à Tritone, quod ad certamen tubæ deos marinos irritaſſet.*

Aeolides, Aeoli filius. Verg. lib. 6. Miſenum Aeolidem, quo non præſtantior alter.

### MISERIA.

Aerumnoſa Fulgent. Noſtri temporis, inquit, ærumnoſa miſeria non dicendi petit ſtudium, ſed viuendi flet ergaſtulum.

### MISSILE.

Tremulum Luc. lib. 4. Mœdorum tremulum quum torſit miſſile mazax.
Tinctile Stroz. fil. Tinctile dum Scyticas armabit miſſile dextras.

### MITHRIDATES.

Rex Pōti.

Indomitus Lucret. lib. 2. Idem per Scythici profugum diuortia Ponti Indomitum regem.
Ponticus, rex Ponti. Sid. Ponticus hic rector numeroſis Cizycon armis Claudit.
Rex Ponti Iuuen. Sat. 10. Feſtino ad noſtros, & regem tranſeo Ponti.
Ter victus Idem Sat. 6. Pontica ter victi cautus medicamina regis.
Magnanimus Mant. Pontica magnanimum celebrant medicamina regem.

### MIRTA.

*Ornamentum erat capitis frequens in eſu apud Lydos, Aegyptios, Syrios, & Phrygios.*

Mœonia Verg. Mœonia mentum mitra, crinemq; madentem Subnixus.
Picta Ouid. lib. 14. ille etiam picta redimitus tempora mitra.
Teres Claud. Itaq; orbem tereti mitra radiantę capillum.
Tyria Seneca, Fę caput Tyria cohibere mitra.
Biuertex Mant. Canicies autem velata biuertice mitra.
Textilis Apul. Mitellaq; textili contecto capite.





Sidonia Proper. lib. 2. Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ.
Lydia Idem lib. 3. Cingat Baſſaricas Lydia mitra comas.
Aurata Pruden. Vt mitra cæſariem cohibens aurata virilem.

### MOBILITAS.

Lubrica Architr. Fortunæ lubrica neſcit Mobilitas finxiſſe rotam.
Volucris Mant. Somnia quæ volucri dum mobilitate feruntur.
Agilis Fauſt. Atq; agili gratos mobilitate iocos.
Celer Mant. Et celeri quouis mobilitate volant.
Infida Idem, Infidaq; vulgi Mobilitas, rerum ſemper ſtudioſa nouarum.

### MODESTIA.

Præclara Stroz. pat. Non tamen humanos præclara modeſtia mores Exuit.
Inſignis Crinit. Tanta erat Marci probitas, & inſignis modeſtia.
Diuina Quint. Præcipuum & niuei diuina modeſtia vultus.
Humilis Mant. Et matura fides, humiliſq; modeſtia.

### MODVLAMEN.

Doctum Ruff. Feſt. Hic iam fila nouem docta in modulamina mouit.
Sonorum Mart. Cap. Nec ſine aliquo ſonori modulaminis argumento.
Dulce Codrus, Cur ego non optem dulci modulamine lætus.
Canorum Capella, Canoroq; modulatu præuertit omnes organicas ſuauitates.
Symphoniacum. Mant. Et ſymphoniaco modulamine perſonat aura.
Querulum Hier. Angl. Damnoſas querulo mulces modulamine curas.

### MODVLATIO.

Lenis Mart. Cap. Qui omnes modulationi quidem leui murmurantes.
Dulcis Oct. Michar. Hic iacet harmonici dulcis modulatio cantus.

### MODVLI.

Mellei Apul. Aues melleis modulis reſonantes.
Dulces Mant. Quid moduli dulces, quid perſonata iuuentus.
Mulcentes Thomas Radinus, Feſtiuis gaudijs, mulcentibus modulis, lux ad obitum venit.
Blandientes Idem, Blandientes modulos frequentabant.
Canorus Lud. Big. A nobis modulos potes expectare canoros.
Blandi Crinit. Et blandos Charitum modos.
Dulciſoni Anglicus, Qua ſiſtere riuos Dulciſonis captos modulis.
Suaues Mant. Canonicas modulis celebraſſe ſuauibus horas.
Organici Capella, Xenocrates organicis modulis lymphaticos liberabat.
Concordes Bapt. Pius, Sed pia concordes agmina dant modulos.
Pindarici Idem, Pindariciſq; moues plectra canora modis.
Pierij, ab epitheto muſarum. Idem, Lucida Pierijs ſurgis in aſtra modis.
Altiſoni Idem, Scriptorum altiſonis ingenium modis.
Mænalij Mant. Mænaliosq; modos, & paſtoralia labris Murmura tenebat.

### MOECHA.

Famoſa Mart. lib. 2. Subdola famoſæ (moneo) fuge retia mœchæ.
Faſtoſa Idem lib. 10. Ad nocturna iaces faſtoſæ limina mœchæ.
Obſcœna Sedul. Obſcœnæ feriens contagia mœchæ.
Putida Catull. Mœcha putida redde codicillos.
Zelotypa Iuuen. Stat. 6. Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.

### MOEDI.

Pharetrati Horat. lib. 2. Carm. Mœdi pharetra decori.
Braccati Codrus, Per me te noſcent braccati carmina Mœdi.
Pugnaces Seneca, Pharetraq; pugnax Mœdus, aut Parthus leuis.

### MOEDIA.

Ferax Fauſt. Ecce ferax claret felici Mœdia malo.

Barbara — Mant. Quid referam triſtes ſuccos, quos barbara miſit Mœdia.

MOENIA.

Turrita — Ouid. lib. 3. Eleg. Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes.
Vallata — Syl. lib. 2. Iamq; feneſcebat vallatis mœnibus hoſtis.
Ardua — Claud. Cyclopum firmata manu ſtant ardua ferro Mœnia.
Lapidea — Lactan. Veriſimile eſt in plano ſitam, lapideis mœnibus.
Coctilia — Stroz. filius, Coctilibusq; nouam circundare mœnibus vrbem.
Spacioſa — Sabell. Condidit Antenor ſpacioſis mœnibus vrbem.
Sublimia — Idem, In primisq; ipſam cœlo ſublimibus arcem Mœnibus æquari.
Fortia — Conrad. Vno tumultu fortia mœnia Molitur.
Alta — Quint. Altaq; fulmineo confundere mœnia pulſu.
Turrigera — Mant. Et littoream cum mœnibus vrbem Turrigeris.

MOEROR.

Grauis — Hor. in arte, Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit.
Paſtus fletu — Syl. lib. 13. Et mœror paſtus fletu, & ſine ſanguine pallor.
Edax — Remacl. Mœror in attonita virgine creſcit edax.
Acerbus — Idem, At tibi Parthenice mœrorem præſſit acerbum.
Malus — Plaut. in Aulul. Malum mœrorem metu mixtum bibam.
Sollicitus — Fauſt. Sollicitus totos mœrore tenuauerat artus.
Vulnificus — Heſſus Prouerb. 12. Conſternit mœror pectora vulnificus.

MOESTITIA.

Pauida — Pallad. Rutil. Pauidam nouæ captiuitatis mœſtitudinem conſoletur.
Acerba — Quint. O quæ mentis acerba mœſtitudo.

MOLA.

Truſatilis — Cato, Molas aſinarias vnas, truſatiles duas.
Scabra — Ouid. lib. 6. Faſt. Et velant ſcabris florida ſerta molis.
Punicea — Idem, Et quæ puniceas verſat aſella molas.
Verſatilis — Plin. lib. 36. Idem molas verſatiles volſine inuentas.
Ruſtica — Architr. Quam voluente manu mola ruſtica fregit.
Piſtrinaria — Theod. Cyr. Piſtrinariæ molæ rotatio in gyrum verti.
Machinaria — Apul. Molæ machinariæ ſub iugum me dedit.
Sancta — Tibul. lib. 1. Semina ter ſancta deueneranda mola.

MOLARES.

Aſperi — Stat. lib. 1. Theb. Proterere exanimes artus, aſproſq; molares.
Sonori — Idem libr. 8. Circumque ſonori Vertice percuſſo voluuntur in arma molares.
Stridentes — Sidon. Non quæ ſtridentes torquet catapulta molares.
Sulphurei — Val. Var. Sulphureiq; volant alto ſtridore molares.
Vaſti — Lucan. Phocais effundit vaſtos baliſta molares.

MOLES.

Oneroſa — Mant. Corda gelu, ſenſus moles oneroſa retundit.
Saxea — Quint. Erigitur vicina aſtris iam ſaxea moles.
Operoſa — Fauſt. Dic vbi Cæſarei moles operoſa theatri.
Ardua — Lucan. lib. 8. Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.

MOLLITIES.

Iners — Pont. Manſerunt ocia, iners q; mollities.
Eneruis — Capella, Ac prorſus eneruj mollitudine ſyderalis curiæ.
Eblandita — Idem, Vt in tam dulcem eblanditamq; mollitiem intima mentium liqueſcat affectio.
Decens — Pont. Blanditiæ leues, mollitieſq; decens.
Procax — Idem, Luſu & molliti procaciore.
Pigra — Architr. Pigraq; mollities, & inertia parca laboris.

MO-



MOLORCHVS.

*Fuit enim paſtor eius loci, qui Herculem hoſpitio ſuſcepit, rogauitq, vt leonem vaſtiſſimum ibidem interficeret.*

Cleonæus — Stat. lib. 4. Theb. Sacra Cleonæi cogunt vineta Molorchi.
Pauper — Idem lib. 3. Syll. Non te Lerna nocens, nec pauperis arua Molorchi.

MOLOSSVS.

Acer — Verg. lib. 3. Georg. Veloces Spartæ catulos, acremq; moloſſum.
Leuis — Lucan. lib. 4. Venator tenet ora leuis clamoſa moloſſi.
Inſanus — Stat. lib. 4. Theb. Heu dominum inſani non agnouere moloſſi.
Lattator — Mart. lib. 12. Retia dum ceſſant, latratoreſq; moloſſi.
Mordax — Codrus, His neq; mordaces ſatis eſt inſerre moloſſos.
Trux — Stroz. pat. Ah, quàm me trucibus timeo, ſit præda moloſſis.
Armillatus — Idem, Paſtor agit ſtabulis, armillatusq; moloſſus.
Fortis — Stroz. fil. Phœbe moue, ac forti mecum auia cinge moloſſo.
Latrans — Cantal. Frendens vt dente latrantes Morſus aper ſyluis ſolet exagitare moloſſos.

MOMENTVM.

Rapidum — Gell. lib. 14. Si tam parum atq; rapidum eſt momentum temporis.
Leue — T. Liu. Quod animos tã leuibus fortunæ momentis ſuſpenſos gererent.
Inſtabile — Mirand. Prætulit inſtabili momento nixius.

MOMVS.

*Fuit neſcio quis maledicus calumniator, qui neminem ſuis conuicijs intactum reliquebat.*

Ater — Bap. Pius, Eſto procul blattis, tineisq; nocentior, ater Mome.

MONEDVLA.

*Auis eſt auri & argenti furaciſſima, vnde, vt quorundam fert opinio, nomen trahit à moneta, quam ſurripit. Condit ſemina in theſauros cauernarum.*

Laſciua — Architr. Pica ſalutatrix, laſciua monedula.

MONETA.

Flaua — Mart. Hos niſi de flaua oculos implere moneta Non decet.
Opulens — Auſon. Templa, Palatinæq; arces, opulenſq; moneta.
Fulua — Quint. Deferre, & fuluam manibus geſtare monetam.

MONILE.

Baccatum, baccis ornatum. Verg in Cyri, Colloq; monile Baccatum.
Gemmoſum. Apul. Auro facto, gemmoſiſq; monilibus onuſtas.
Auratum — Ouid. lib. 5. Met. Ornabant aurata monilia collum.
Gemmatum. Idem lib. 10. Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Fuluum — Syll. lib. 8. Fuluo micat ignea gemma monili.
Indum, contextum lapillis Indicis. Stat. li. 1. Syll. Huic Inda monilia Glaucum Proteaq; atque omnem Nereida quærere iuſſi.
Contextum gemmis. Claud. Cuicunque monile Contextum gemmis, aut prædita culta fuiſſent.
Fulgens — Seneca, Et auro textili monile fulgens.
Candidum — Pont. Candida ſub rutulis redimita monilia caneris.
Decorum — Thom. Rad. Ex monili decoro pendulus radiabat.
Precioſum — Pamph. Argentum miſeri, precioſa monilia, menſas Seruate.
Aureum — Augur. Aureis inſerta irradiat gemma monilibus.
Diues — Mant. Implicitumq; comis aurum, gemmiſq; monile Diues.
Stellatum — Archit. Gemmarum radijs ſtellata monilia.

MONS.

Altus — Verg. in Buc. Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbræ.
Intonſus — Idem, Ipſi lætitia voces ad ſydera iactant Intonſi montes.
Aerius — Idem, Præceps aerij ſpecula de montis in vndas Deferar.

Saxoſus

Saxoſus Idem lib.2.Geor.Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni.
Excelſus Idem in Culice, Paſtor ea excelſi montis iuga ſumma petiuit.
Opacus Idem lib.3.Aen.Sol ruit interea, & montes vmbrantur opaci.
Frondoſus Idem lib.7.Euolat, & natam frondoſis montibus abdit.
Floridus Varro, Floridos & incultos natura attribuit montes.
Incultus Ouid.lib.2.Faſt.Vrſa per incultos errabat ſqualida montes.
Sublimis Mant.Sæcula poſt aliquot ſublimi in monte recumbit.
Aſper Col.lib.2.Montem ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidũ maximè probauerunt.
Nemoroſus Petrar.Et qui frondipedas nemoroſo monte capellas.
Herbidus Liuius, Quem ceperant exules montem, herbidus, aquoſusq; eſt.
Cliuoſus Colum.Niſi cliuoſi, glareoſiq; montes glandem magis, quàm caſtaneas poſtulabunt.
Arduus Seneca, Vt primum ardui ſublime montis tetigi.
Cauus Lucret.lib.5.Sed nemora, atq; cauos montes, ſyluasq; colebant.
Lauricomus.Idem lib.6.Lauricomos vt ſi per montes flamma vagetur.
Horridus Apul.Mons horridus, ſylueſtribusq; frondibusq; vmbroſus.
Vmbroſus Iuuenc.Nunc petit Vmbroſos montes, & luſtra ferarum.
Syluoſus Apul.Syluoſi montis aſperum permenſi iugum.
Lapidoſus Mant.Iuſſit in excelſo lapidoſi vertice montis.
Gelidus Ouid.lib.1.Met.Tum deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit,
Opertus arboribus.Idem li 5.Per tamen & campos, & opertos arbore montes.
Rigidus Idem lib.8.Deuenit in Scythiam, rigidiq; cacumina montis.
Tumidus Idem lib.2.Eleg.At vos, qua veniet, tumidi ſubſidite montes.
Frigidus Plin.lib.16.In Lyciis, frigidisq; montibus naſcitur.
Nymboſus Syll.lib.3.Attollensq; caput nymboſis montibus æquas.
Procerus Idem lib.2.Ardet in excelſo proceri vertice montis.
Adeſus Idem lib.3.Auulſos ornos, & adeſi fragmina montis.
Aethereus Idem, Riget ardua montis Aetherei facies.
Niuoſus Idem, Dare terga niuoſis montibus.
Nubifer Idem lib.4.Nubiferos montes, & ſaxa minantia cœlo.
Vmbrifer Idem lib.13.Vmbrifero generatum monte Calenum.
Saxeus Frontinus, Quum opugnare caſtellum in ſaxeo monte ſitum.
Terroſus Vitr.Ergo quibus locis non ſunt terroſi montes.
Præruptus Seneca, Extrema montis ille prærupti petit.
Deuexus Val.Flac.lib.3.Cernere deuexis redeuntem montibus opto.
Durus Claud.Illius & duri fleuere ſilentia montes.
Inacceſſus Idem, Scandit inacceſſos brumali ſidere montes.
Nudus Manil.Ac velut in nudis conſurgunt montibus vrbes.
Exeſus Mant.Propterea exeſi montis ſub rupe cauata.
Viridis Pont.Dilecti vatis, viridi quem monte ſepultum.
Scopuloſus Idem, Paſcuntu q; vagæ ſcopuloſo in monte capellæ.
Altiſonus Idem, Altiſonisq; fauet reflexa à montibus Echo.
Supinus Polit.Aut ille ſupinos Euadens curſu in montes.
Auius marull.Nunc aut montibus auijs relicta.
Confragoſus.Codrus, Seruate montes confragoſi.
Elatus Stroz.fil.Ponite humi elatos montes.
Obſcurus Pamph.Arbor, obſcuri iuga montis herba.
Prominens Liuius, Mons opportunè prominens equitum inſidias texit.
Nebuloſus Mirand.Militeq; obſeſſus nebuloſi cumine montis.
Dumoſus Theocrit.Vade, age dumoſis Phrygiæ te montibus Idæ Occulta.
Tetricus, id eſt aſper.Mart. Et tetricos montes habitare coactus.

Apricus



Apricus Idem, Sparſa per apricos montes collegit & hoſtem.
Ferax Idem, Atq; vrbes, quæ nomen habent à monte feraci.
Albicomus Idem, Sol videt albicomos radianti ſidere montes.
Falcatus Idem, Concaua falcatos flectunt duo brachia montes.
Cauernoſus Fauſt.Antra cauernoſi petierunt concaua montis.
Herboſus Idem, Adde quod herboſo tauros de monte Pheræos.
Pruinoſus Idem, Deq; pruinoſo torrentis monte ſoluti.
Abruptus Glarean.Non ego te abruptos iubeo conſcendere montes.
Anhelus Claud.Aſcendit faſtigia montis anheli.

## MONSTRVM.

Immane Verg.lib.3.Aen.Immania monſtra præferimus.
Informe Idem, Monſtrum horrendum, informe, ingens.
Fatale Horat.lib.1.Carm.Daret vt catenis fatale monſtrum.
Exitiabile Syll.lib.6.Monſtrum exitiabile & ira Delluris genitum.
Lamentabile Idem, Sic dirum nobis & lamentabile monſtrum.
Execrabile Mant.Temporis illius putet execrabile monſtrum.
Rabidum Stat.lib.2.Theb.Sunt & rabidis iura inſita monſtris.
Efferum Idem, Quod ſi monſtra effera magnis Chara adeò ſuperis.
Infame Idem lib.12.Monſtrumq; infame futurum Excidat.
Trux Idẽ li.12.Nõ trucibus monſtris Scinin, infandumq; dediſti Cercyona.
Ferum Mart.lib.9.Ceſſerunt manibus quum fera monſtra tuis.
Palans Valer.Flac.lib.4.Atq; oculis palantia monſtra ſequuntur.
Gorgoneum.Idem, Diuaq; Gorgonei geſtatrix innuba monſtri.
Minax Idem lib.5.Interea auguriis; monſtrisq; minacibus vrbem Territat.
Terrificum Seneca, Suppoſita monſtri colla terrifici leuet.
Horrificum Pont.Placuit cœli quoq; lumina monſtro Horrifico armare.
Furiale Pamph.Iam dudum ſtygij monſtris furialibus orci,
Capitoſum Idem, Quod genuit proprio capitoſum ſanguine monſtrum.
Dirum Pacificus, Interea rediit diris Numitoria monſtris.
Horrendum. Mant.Tam horrenda magiſter Monſtra precor.
Crudum Idem, Viſa etiam memorant crudi miracula monſtri.
Peſtiferum Idem, Monſtrum aliquod graue, peſtiferum mortalibus vltra.
Ferale Idem, Pulcher eques, monſtro ferali animioſior.
Implacabile Idem, Sponte ſcelus præceps ruit, implacabile monſtrum.
Turpe Idem, Dum loquor, & turpis moror ad ſpectacula monſtri.
Damnabile Remaclus, Martis damnabile monſtrum.
Impium Seneca, Monſtrum impium, ſæuumq; & immite, ac ferum.
Horribile Idem, Monſtrumq; ſæuum, horribile iamdudum auche.
Grande Mant.Hoc tam grandi ac terrifico victoria monſtro.
Membroſum.Idem, Vidimus ingentes laruas, membroſaq; monſtra.
Deforme Idem, Alcides tot monſtra meis deformia vicit Viribus.
Formidabile.Idem, Non prece, non precio tam formidabile monſtrum.
Horriferum Idem, Horriferum labor eſt & inexorabile monſtrum.
Illætabile Idem, Labitur Heſperiam graue & illætabile monſtrum.
Mirabile Hom.apud Cic.Nos autẽ timidi ſtantes mirabile monſtrũ Vidimus.

## MORA.

Segnis Verg.lib.3.Georg.En age ſegnes Rumpe moras.
Tarda Ouid.lib.2.Faſt Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Annoſa Idem lib.5.Fauſt.Vſibus annoſæ facta caduca moræ.
Longa Idem lib.1.Triſt.Torpuerant longa pectora noſtra mora.
Lenta Idem in Epiſt.Nec miſeram lenta ferreus vre mora.
Ignauæ Idem lib.1.de Arte, Surgit & ignauæ fert mala damna moræ.

Turpis

Turpis Val.Flac.lib.6.Si ſata peroſa Tarda tibi, turpesq; Moras.
Iners Marull.Moras modo mitte inertes.
Deſes Architren.Nec deſide tutum eſt languere mora.

M O R A F R V C T V S.

Sanguinea Verg.in Buc.Sanguineis frontem moris & tempora pingit.
Cruenta Idem in Toppa, Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis.
Nigra Horat.lib.2.Serm.Qui nigris prandia moris Finiet.
Pendentia Ouid.lib.4.Met.Purpureo tinxit pendentia mora colore.
Caduca Mart.lib.8.Sit moro coma nigrior caduco.
Nigrantia Mich.Angl.Sorbaq; & in tetricis nigrantia mora rubetis.

M O R B V S.

Triſtis Verg.lib.4.Triſti languebant corpora morbo.
Pallens Idem lib.6.Aen.Pallentesq; habitant morbi, triſtisq; ſenectus.
Fluens Lucan.lib.7.Aera peſtiferum tractu morbosq; fluentes.
Cæcus Colum.Ex quibus ſæpe contrahuntur cæci morbi.
Peſtifer Idem, Euincendi ſunt autem quamuis peſtiferi morbi.
Lethifer Idem, Arcetur lethifer morbus huic generi.
Accutus Horat.lib.2.Serm.Si latus aut renes morbo tentantur acuto.
Lethi frabicator.Lucret.lib.3.Nam dolor & morbus lethi frabricator vterq; eſt.
Auidus Idem lib.6.Ex alijs alios auidi contagia morbi.
Sæuiens Mant.Oſculans tetra cute ſæuientem Depulit morbum.
Tenax Suet.in Claudio, Variis & tenacibus moris conflictatus eſt.
Iners Ouid.lib.7.Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Exanguis Idem lib.15.Pallidaq; exangui ſquallebant corpora morbo.
Moroſus Idem lib.2.de Arte, Nec tibi moroſi veniant faſtidia morbi.
Fœdus Syll.lib.11.Ceu dira p omnes Manarēt populos fœdi contagia morbi.
Malus Idem lib.13.Luctus edax, maciesq; malis comes addita morbis.
Graſſans Idem lib.14.Sic tandem ereptam morbis graſſantibus armat.
Pernicioſus Vegetius, Aere corrupto pernicioſiſſimus naſcitur morbus.
Indecens Mart.lib.11.Partem guloſam ſoluit indecens morbus.
Crudelis Idem, Ipſaq; crudeles ederunt oſcula morbi.
Impatiens Claud.Impatiensq; ſui morbus, liuorq; ſecundis Anxius.
Stridens Idem, Luctus, & interno ſtridentes agmine morbi.
Grauis Manil.Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe Corripit.
Fletifer, dicitur à me, vt trucus ab Auſ.ſcribente, Gemmea fletiferi iaculatur ſuccina trunci.
Corporeus Cap.Corporeisq; morbis medicabile crebrius carmen Inſonui.
Obſcœnus Sidon.Proderet obſcœnum turgenti podice morbum.
Pericloſus Liui.Non tam in pericloſum quàm longum morbum implicitum.
Inſanabilis Idem, Longinquum forſitan, & inſanabilem morbum efficiat.
Tremens Seneca, Aterq; luctus ſequitur, & morbum tremens.
Furens Codrus, Huic vrbi dirumq; lumen, morbosq; furentes.
Latens Mant.Morbosq; latentes pellit.
Lethalis Stroz.pat.Me quoq; lethali confectum reſpice morbo.
Trux Stroz.fil.Formidant, acuuntq; truces tua tempora morbos.
Infandus Idem, Nec minus infandi contagia pellere morbi.
Pernicialis Liuius, Magis in morbos longos quàm in perniciales euaſit.
Violentus Pamph.Infirmos, morbus quos violentus agit.
Sitiens Idem, Eſt quoque qui Pataui ſitientes pellere morbos.
Peſtilens Conr.Peſtilentes morbos procul a Lemanis Exige terris.
Acerbus Sedul.Vix attacta Dei morbis medeatur acerbis.
Fluidus Idem, Fluidus mox viſcera morbus Deſerit.





Tabificus Crin.Maximianus, quū in tabificū atq; peſtilentē morbum incidiſſet.
Amarus Pamph.Eximium florem morbus populatur amarus.
Atrox Cleoph.Hic & languenti corpore morbus atrox.
Ater Quint.Et atrum Contrahimus tandem iuuenili in corpore morbum.
Dirus Idem, Submoues diri genus omne morbi.
Querulus Idem, Plurima membratim querulis medicamina morbis Repperit.
Immedicabilis.Mant.Immedicabilibus morbis humana leuare Corpora.
Fatalis Barthol.Fataleſq; ardent morbi, pœnæq; ſequaces.
Acer Plautus in Merc.Heu hercle morbum acrem & durum.
Malignus Glareanus, Quum ſit noſtra ætas morbis oppleta malignis.
Turpis Claud.Quod turpem pateris iam cano podice morbum.
Teter Catull.Ipſe valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.

*De contagioſo morbo Claud.lib.1.in Ruffinum ſic inquit, Ac uelut infecto morbo crudeſcere cælo Incipiens, primo pecudum depaſcitur artus, Mox populos, vrbesq; rapit, ventisq; peruſtis Corruptos Stygiam peſtem deſudat in artus.*

*M O R I N I.*

*Populi ſunt in finib. Galliæ occidentem verſus, de quibus Syl. Et Morinum pugnas æris ſtridore cientem.*

*M O R P H E V S.*

*Morpheus, vt fingunt poetæ, miniſter eſt ſomni, qui iuſſu domini, quoſcunque vultus hominum fingit, verba ipſa, mores item & geſtus imitans.*

Simulator Ouid.lib.11.Excitat artificem, ſimulatoremq; figuræ Morphea.
Fictor Thom.Rad.Hominum fictor Morpheus, beſtiarum imitator.
Leuis Anglicus, Ecce leuis tenues Morpheus egreſſus in auras.
Formipotēs Mant.in Gonzaga, Huc ades, & tecum duc Morphea formipotentem.
Pictus Idem li.1.de Calamitate, Pictus imaginibus, formiſq; fugacibus adſtat Morpheus, & varijs fingit noua vultibus ora.
Doctus Idem, Inducit ſomnos hebetes, & Morphea doctum.

M O R S.

Frigida, quoniam deſtitutum calore naturali corpus, in morte frigeſcit. Verg. lib.4. Aen.Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus.
Rigida Lucret.lib.6.Nec nimio rigida poſt artus morte iacebunt.
Acerba Ouid.lib.9.Vt verò fugax vos ab acerba morte reduxit.
Nigræ Stat.lib.5.Theb.Funeris & nigræ præcedunt nubila morti.
Crudelis Verg.lib.10.Dum furit, incautum crudeli morte ſodalis Excipit.
Indomita.Horat.lib.2.Car.Nec pietas moram Rugis, & inſtanti ſenectæ Affert indomitæq; morti.
Sæua Ouid.lib.2.Triſt.Vos animam ſæuæ feſſam ſubducite morti.
Certa Lucan.Sed mors certa facit, pauido fortiq; cadendum eſt.
Violenta. Gell. Nihil autem dubium eſt, quin violentam & inopinatam mortem ſignificauerit.
Stygia Oui.li.13.Cruciataq; duris Corpora tormētis Stygię demittite morti.
Dura Verg.Et labor & duræ rapit inclementia mortis.
Exanimis Textor, Exanimis cupido mors inuitabat hiatu.
Cruenta Lucan.lib.9.Sed quia non vlla cruentæ Tantum mortis habet.
Luctifica Quint.Mortis luctificæ ſpicula cernimus.
Effrena Seneca, Moderare alumna mortis effrenæ impetus.
Vltrix Val.Valar.Sontes mors vltrix puniet auſas.
Effera Quint.Coniugis extinctæ mors effera.
Squallida Seneca, Squallidæ mortis ſpecus.
Siniſtra Stat.lib.10.Theb.Qui nam ille ſiniſtræ Depugnet morti iuuenis.
Turbidula Verg.in Cyri, Turbidulamq; videt labi per viſcera mortem.

Miſera Verg.lib.9.Nec miſeram effugiunt mortem.
Profana Lucan.lib.9.Natura profana Morte patet.
Pallida Mant.Pallida præteriti ſpacium mors occupat æui.
Gelida Ouid.lib.2 5.O genus attonitum gelidæ formidine mortis.
Leuis Hor.li.3.Carm.Leuis vna mors eſt virginum culpæ.
Famoſa Idem in Arte,Fiet homo,& ponet famoſæ mortis amorem.
Immatura Lucret.lib.5.Quare mors immatura vagatur?
Turpis Idem lib.6.Turpi morte,malaq; Deſertos opis expertes.
Inopina,infra poſitum.
Properata Ouid.lib.3.Triſt.Vel præceſſiſſet mors properata fugam.
Importuna Idem lib.3.Eleg.Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat.
Aſpera Mant,Aſpera mors claris de tot mihi fratribus vnum Abſtulit.
Cruda Syl.lib.5.Primæuos iuuenes,mortisq; in limine crudæ.
Ignaua Idem lib.9.Ignauam mortem compreſſo mœret hiatu.
Communis Idem lib.13.Mors communis agit,deſcendunt cuncta.
Subita Quint.li.7.Inſtit.Orat.Liberior adhuc in vtranq; partem diſputatio,ſi tantum ſubita mors in quæſtionem venit.
Mœſta Stat.libro 1.Theb.Serò memor thalami,mœſtæ ſolatia morti Phœbe paras.
Inexpleta Idem lib.4.Tartareæ ſedes, & formidabile regnum Mortis inexpletæ.
Fera Idem lib.10.Theb.Vita fugit,mortisq; feræ lucrata dolores.
Amara Proper.lib.1.Tum mihi non vllo mors ſit amara loco.
Immitis Tibul.lib.1.Hic iacet immiti conſumptus morte Tibullus.
Rapax Idem ibid.Illic eſt,cuicunque rapax mors venit amanti.
Dira Tibull.Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.
Fœcunda Claud.Sic vbi fœcunda reparauit morte iuuentam.
Damnoſa Claud.Ipſaq; per cultas ſegetes mors noſtra ſecuto Victori damnoſa foret.
Inuida Mant.Inuida mors miſeris ſi quid videt vtile terris.
Nefaria Cic.li.1.de Orat.Cui mœrori etiam C.Carbonis inimiciſſimi hominis eodem illo die mors nefaria fuiſſet.
Miſerabilis Idem in 11.Philippica, Magno in dolore ſum P.C. vel mœrore potius, quem ex crudeli & miſerabili morte C.Trebonij accipimus.
Indiuidua corpori.Seneca,Mors indiuidua eſt noxia corpori.
Aequa Seneca,Certè æqua mors eſt.
Abominanda Idem,Nec abominandæ mortis hoſpitium pauet.
Triſtis Idem,Niſi morte triſti noſtra finiri mala.
Inferna Idem,Nec me mortis infernæ locus.
Horrida Idem,Fractaq; non ſemel eſt mors horrida.
Inopina Font.Perq; omnes ſæui mors inopina vias.
Improba Idem,Mors vſq; vagatur Improba.
Improuida Thom.Rad.Sicq; veluti ſubita & improuida morte ſublatum.
Tenebris operta.Polit.Luctusq;,& tenebris mors adoperta caput.
Surda Marullus,O ſurda mors precantibus.
Truculenta Pamph.Nunc truculenta poteſt illum mors perdere tantum.
Auida Mirand.Atq; auidæ quondam mortis Spartana iuuentus.
Properans Archit.Noctua præcedit properanti morte propinquos.
Sanguinolenta.Lud.Big.Perpeſſum Chriſti mors ſanguinolenta meretur.
Gemebunda Idem,Iniecit timidas mors gemebunda manus.
Profunda Sedulius,Et tremuit lethale chaos,mortisq; profundæ Lex perit.
Informis Iuuenc.Informem rapuit ficus de vertice mortem.
Intempeſtiua.Crinit.in vita Valerij Flacci:Scripturus erat multo plures libros, niſi



niſi mors intempeſtiua eum nobis eripuiſſet.
Terribilis Mant.Mors eſt,Quam modo falcatam fingunt, modò arundine, & arcu Terribilem.
Feralis Quint.Mox vbi feralem Chriſtus per tartara mortem fregerit.
Iniqua Idem,Mater Ieſu neſcit iniquæ tempora mortis.
Funeſta Idem,Mutemq; vitam morte funeſta.
Ferox Idem,Nam quum feroci morte moreretur tonans.
Acris Idem,Et acrem Pectore concuſſo per plurima vulnera mortem.
Tremula Idem,Sic mors tremula eſt omnibus æqua.
Seuera Idem,Fac noſtra ſeueram Vita parum curet mortem.
Minax Rodolphus Agricola,Et labor & dolor,& mors fera dente minax.
Liuida Pallad.Soran.Omnibus æqua manet mors liuida.
Rapida Franc.Petrarc.Hæc licuit rapidæ ſacro de corpore morti.
Atrox Mant.Iſta ſeuero Mors atrox premit ingenio.
Horrifera Idem,Non triſtis imago Horriferæ mortis.
Falcata,falce armata.Idem,Quam modò falcatam fingunt.
Occulta Idem,Virus & occultæ inſidias contemnere mortis.
Terrifica Idem,Terrificam mortem facit ignorantia rerum.
Impia Idem,Referam,quod me modo macerat vnum Impia mors.
Infeſta Idem, Mors modo ſurripuit, mors inuida noſtris, Mors infeſta bonis.
Auara Idem,Hunc igitur rapiens lux ferrea mortis auaræ.
Cita Idem,Finiat illuſtrem cita mors & ſplendida vitam.
Inſperata Cantal.Atq; inſperatam victoribus addere mortem.
Pallens Cimbriacus,Et pallenti condere tela morti cruenta manu.
Horrenda Fauſt.Monſtroſa horrendæ non liuor imagine mortis.
Horribilis Idem,Horribilis viſa terremur imagine mortis.
Frigens Idem,Mortis tanta eſt frigentis imago.
Ferrea Idem,Impia,ſi neſcis,ſurda mors obſerat aures Ferrea.
Armata Archit.Feruetq; in funera toto Mors armata mari.
Præſens Verg.lib.1.Aen.Præſentemq; viris intentant omnia mortem.

MORSVS.

Validus Lucret.lib.5.Morſibus affixæ validis,atq; vnguibus vncis.
Venenatus Apul.Venenatis morſibus contacta nonnulla iumenta.
Ferus Ouid.lib.4.Met.Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu.
Auidus Idem,Ille auidos morſus velocibus effugit alis.
Spumoſus Claud.Spumoſis morſibus aurum Fumat.
Aſper Marull.Terunt ſoluti morſibus aſperis Curarum.
Edax Stroz.pat.Deſpice parue liber morſus liuoris edaces.
Acerbus Stroz.fil.Illum autem rapit,& morſu diſcerpit acerbo.
Tenax Syll.lib.14.Incuterent puppi chalybem,morſusq; tenaces.
Rabidus Lud.Big.Quid mea tam rabido laceras epigrammata morſu.
Liuidus Crinit.Omnesq; liuidis iniurens morſibus.
Veneficus Idem,Quo me tot annos morſibus veneficis.
Rigidus Quint.Quàm nuper rigidis extinxit morſibus hydris.
Rapax Fauſt.Morſu laniſſe rapaci Neſcius.
Acer Catull Et acres ſolet incitare morſus.
Auarus Germ.Brix.Dentibus & leporem morſu comprenſat auaro.
Immanis Hom.apud Cic.Cui ferus immani laniauit viſcera morſu.
Amarus Mant.Decipit ignaros,morſuq; venenant amaro.
Hians Propert.lib.3.Sæua canum rabies morſu auertit hiantes.
Caducus Fauſt.Turpis & eſt morbi ſpecies horrenda caduci.

MOR-

## MORTALES.

Miſeri Cod.Vrceus,Mars dulces animas miſeris mortalibus aufert.
Caduci Augur.Quum rex caducis præfici mortalibus.
Aegri Quint.Sentire ſuadore bonum mortalibus ægris.
Vagi Sophocl.apud Theod.Cyren.Sed nos ſopore corde mortales vagi.

## MORTALITAS.

Fragilis Plin.lib.3.cap.7.Fragilis & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſſit infirmitatis ſuæ memor.

## MOSES.

Radiatus Polit.Nondum clara ſacris radiatus tempora Moſes.
Legifer Mirand.Seu quod Erythræo procudit littore carmen Legifer.
Typicus Sedul.Vt typicus Moſes,verusq; propheta videret.
Clarus Idem,Quid quod & Helian, & clarum deniq; Moſen.
Signifer Quint.Fundat ſupernas ſignifer Moſes preces.
Sacer Idem,Paui ſub æuo, quum afforet Moſes ſacer.
Fatidicus Mant.Fatidicus Moſes orbis dum ſcriberet ortum.
Corniger Idem,Dogmata cornigero quæ ſunt contermina Moſi.
Bleſus Fauſt.Qui varias ſociis linguas,concinnaq; bleſo Verba dedit Moſi.
Deiloquus Theod.Cyren.Audiuit quæ deiloquus Moſes conſcripſit.
Legislator Idem,Ita Deum loquentem legislator Moſes inducit.
Hebraicus Idē, Non Moſes Hebraicus legislator,non Petrus, aut Paulus,aut, &c.
Eximius Idem, Prophetarumque eximius, qui mundi genituram conſcripſit Moſes.

## MOTVS.

Auctificus Lucret.lib.2.Nec rerum porrò genitales,auctificiq; Motus.
Senſifer Idem lib.3.Senſiferos motusq; didit prima per artus.Didit pro diuidit, per ſyncopam.
Tremulus Idem,Quæ tremulum faciunt membris exiſtere motum.
Vitalis Idem,Mutua vitalis diſcunt contagia motus.
Lubricus Apul.Ceruices lubricis intorquentes motibus.
Irrequietus Lactant.Hæc per innane irrequietis motibus volitant.
Inquietus Crinit.Colligans motu celer inquieto.

## MVCRO.

Strictus Verg.lib.2.Aen.Nec alij ſtrictis mucronibus imas Obſcedere fores.
Ferreus Idem lib.11.Ferreus ad coſtas alto ſtat vulnere mucro.
Mortalis Idem lib.12.Mortalis mucro glacies ſeu futilis ictu Diſſiluit.
Aſper Lucan.lib.7.Niſi cautibus aſper Exarſit mucro.
Acutus Claud.Graue parma ſonat mucronis acuti.
Anceps Lucret.lib.2.Ancipiti quoniam mucrone vtrinque rotantur.
Infeſtus Apul.Spartam præacutam mucroni infeſto deuoraſſe.
Martius Idem lib.7.Iuxta mucrones Martios conſtitutus.
Turbinatus Plin.lib.11.Turbinato mucrone in priora eminens.
Fulgens Syll.lib.2.Fulgenti dextram muc one armata mariti.
Ferus Idem lib.6 Vſq; ad noſtra ferus penetrauit viſcera mucro.
Breuis Idem lib.8.Breuibusq; habiles mucronibus enſes.
Tener Mart.lib.4.Tabuit in calido vulnere mucro tener.
Furens Claud.Vtroq; manus mucrone furenti Ducitur.
Cruentus Idem,Punire poteſt macrone cruento.
Diſtrictus Sidon.Cedit repente vibrari mucro diſtrictus.
Corneus Pont.Riget acer ictu corneus mucro.
Retuſus Bud.Vina noſtratia retuſo mucrone eſſe dictitant.
Tetricus Codrus,Perforat & tetricus coſtas,& viſcera mucro.

Durus



Durus Quint.O dure mucro potius infigat,precor.
Rutilus Idem,Obuius it rutilo ſtridens mucrone Michaël.
Fulgidus Idem,Dirum para mucronis enſem fulgidi.
Ardens Mant.Araq; & ardenti radians mucrone ſagitta.
Nitidus Idem,Tu nitidis cunctos mucronibus armas.
Minax Idem,In faciem mucroq; minax falcatus vtrinque.
Auratus Calent.Stat pedes, aurato mucrone incinctus & haſta.
Lethalis Barth.Lethaliq; ferit mucrone maniplos.
Terrificus Claud.Terrificum denſa mucronem verberat vnda.
Ferreus Propert.lib.2.Teritur rubigine mucro Ferreus.
Sæuus Syll lib.17.Pleminius ſæuum mucronem ante ora coruſcat.

## MVGITVS.

Terrificus Verg.li.12.Mugitus veluti quū prima in prælia taurus Terrificus ciet.
Luctiſonus Ouid.lib.1.Met.Et gemitu & lachrymis, & luctiſono mugitu.
Fumificus Idem lib.7.Fumificisq; locum mugitibus impleuere.
Dirus Idem,Mugitus victima diros Edidit.
Raucus Idem lib.14.Et lapides viſi mugitibus edere raucos.
Ferox Syl.lib.15.Iamq; feroci Mugitu nemora exterret.
Reſultans Pont.Nunc mugitus per ſaxa reſultans.
Querulus Calent.Præbuit Europæ querulis mugitibus ora.
Horrendus Fauſt.Et pleni horrendis reboant mugitibus agri.
Minax Mant.Altera mugitu ſonat implacata minaci.

## MVLA.

Lutulenta Mart.lib.9.Vt lutulenta linat Tyrias mihi mula lacernas.
Celer Auſon.Nec celeres mulas ipſe Metiſcus agas.
Biformis Codrus,Mille canes alij quærunt,totidemq; biformes Mulas.
Hiſpana Stroz.pat.Hiſpanasq; ſimul mulas, mannosq; Britannos.
Strigola Idem,Et victum aſſuerat ſtrigoſa quærere mula.
Vaga Claudian.de mulab.Gallicis, Aſpice morigeras Rhodani torrentis alumnas.
Munda Iuuen.Sat.7.Namque hic mundæ nitet vngula mulæ.

## MVLCIBER.

Flammeus Stat.lib.3.Syll.Vbi flammeus Aegida celat Mulciber.
Igneus Laberius,Quin tu age Vulcane potens,Mulciber igneæ.
Fulminoſus Calent.Martem, Mulciberumve fulminoſum.

## MVLCTRA.

Vas ī quo mulcetur.

Olida Polit.Complerant olidam ſupra caput vbera mulctram.
Spumans Fauſt.Bis mulctram expreſſis ſpumantem implere papillis.

## MVLIER.

Doloſa Horat. libr.2.Ser. Mulier ſi forte doloſa Libertasve ſenem delirum temperet.
Nequam Apul.Quantas latebras nequiſſimæ mulieres pro ſua libidine comminiſcuntur.
Fallacioſa Idem,Promiſſione fallacioſæ mulieris oppreſſus.
Procax Idem, Procax & temerata mulier verbis execrantibus deteſtabatur.
Delicata Idem,Ceruices delicatæ mulieris ſuffulcire conſueuerunt.
Callida Idem li.9.Tunc mulier callida, & ad huiuſmodi flagitia peraſtutula.
Prurifcens Idem,Perpruriſcens mulier tam vaſtum genitale ſuſciperet.
Formoſa Idem,Tam formoſæ mulieris cupientis amplexus.
Sceleſta Idem,Præter contagium ſceleſtæ,pollutæq; fœminæ.
Specioſa Ouid.lib.3.de Arte, Se quoq; det populo mulier ſpecioſa videndam.
Multiuola Catull.Quantum præcipue multiuola eſt mulier.

Gg Mala

Mala  Plaut. in Mil. Si quid faciendum eſt mulieri malę, atq; malitioſę.

M V L V S.

*Gignitur ex aſino & equa, eximius eſt ferendis oneribus. Mula gignitur ex equo & aſina, animal tarditatis indomitæ. Conceptum ex equo ſi ſequatur aſini coitus, abortu perimit, ſed non equus conceptus ex aſino. Fœminæ à partu ſeptimo die impleri poſſunt. fatigati mares melius implenit. Equo & aſina genitor mares antiqui vocabant hinulos ſeu hinuleos. Hor. Vitas hinuleo me ſimilis Chloe. Mulæ non pariunt niſi prodigioſe, quoniam ex duobus diuerſis generibus genitę ſunt. Theophraſtus apud Plinium teſtis eſt mulas in Cappadocia parere. Generantur etiam mulæ ex equa & onagris manſuefactis. veloces curſu, eximia duritia pedum, rugoſo corpore, indomito animo, ſed tamen generoſo. Naſcuntur apud Indos muli ex aſino & equa agreſtibus. Athenienſes mulum emeritum (cuius labore in extruendo templo vſi fuerant) publicè aluerunt, data lege, ne quis hordeum appetenti arceret. Aiunt puluerem, in quo mula ſe volutauerit, corpori inſperſum mitigare ardores amoris.*

Clitellarius. Plaut. in Milite; Nam muliones mulos clitellarios habent.
Clitellis aptus. Colum. lib. 7. Nam clitellis aptior mulus.

M V N D V S.

Patulus  Lucret. lib. 6. Dant etiam ſonitum patuli ſuper ęquora mundi.
Capax  Ouid. lib. 2. Triſt. Iure capax mundus nil Ioue maius habet.
Falſus  Manil. Nec manifeſta patet falſi fallacia mundi.
Fluidus  Conrad. Fine quo tandem fluidi fatiſcant ſemina mundi.
Fallax  Lud. Big. Duraq; fallacis ſuperabit prælia mundi.
Parens  Quint. Sedis apoſtolicæ, mundiq; parentis habenas.
Omnipatens  Idem, Imperium, & latas mundi omnipatentis habenas.
Labilis  Remaclus, Neſcire & mundi labilis inſidias.
Stultus  Glarean. Totus in hunc ſtultum demerſus lumine mundum.
Incautus  Architr. Iudicis expectat incauti audacia mundi.
Pueraſcens  Idem, Mente pueraſcens mundus.
Rotatilis  Idem, Defigiq; polos, mundiq; rotatilis aulę.

M V N I F I C E N T I A.

Vber  Sidon. Per vberem munificentiam in pauperes.
Regia  Idem, Tu munificentia regia ſatis abutens.

M V N V S.

Opulentum  Mart. Capella, Puellas opulentis collocatas muneribus.
Precioſum  Lactan. Non thure, non precioſis muneribus placatur.

M V R E N A.

Piſcis longitudinis anguillæ.

Tarteſſia, à Tarteſſo oppido Hiſpaniæ. Quint. Traxit & Tarteſſia murena quoſdã.
Delicata  Mart. lib. 10. Natat ad magiſtrum delicata murena.

M V R E X.

Piſcis marinus.

Rubens  Vergilius in Buc. Iam ſuaue rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Tyrius  Idem lib. 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice lena. Tibull. lib. 2. Et niueam Tyrio murice tingit ouem.
Fulgens  Verg. lib. 9. Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis.
Afer  Horat. lib. 2. Carm. Te bis Afro murice tinctę veſtiunt lanę.
Baianus  Idem lib. 2. Serm. Murice Baiano potior Lucrina peloris.
Getulus  Idem lib. 2. Epiſt. Argentum, veſtes Getulo murice tinctas.
Phocaicus  Ouid. lib. 6. Met. Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Intortus, i. implicitus ſuæ teſtę. Val. Flac. lib 3. Et immanes intorto murice Phocas.
Radiatus  Claud. Veſtis radiato murice ſolem Combibit.
Tarentinus  Sidon. Muricis Tyrij ſeu Tarentini conchyliato ditat indutu.
Sidonius  Idem, Serica Sidonius fucabat ſtamina murex.
Aſſyrius  Idem, Aſſyrius murex nec tibi ſigna dabit.





Oebalius, id eſt, Laconicus. Pamph. Picta nec Oebalio fuget quę murice veſtis.
Stellans  Mirandula, Occidua repetens ſtelanti murice terras.
Rutilus  Petrarcha, Aurea ſic rutilo flagrabat murice palla.
Auratus  Mant. Cęſar & aurato veſtiti murice reges.
Ardens  Idem, Qui prius ardenti murice clarus erat.
Purpureus  Barth. Purureus murex, conchę teſtæq; renident.
Puniceus  Fauſt. Puniceo vernans incinctis murice labris.
Flagrans  Bapt. Pius, Quid ſibi nunc voluit flagranti murice tinctus Hic color?

M V R V S.

Validus  Lucan. lib. 2. Ad te Gorfini validis circundata muris.
Aheneus  Horat. lib. 3. Car. Ter ſi reſurgat murus aheneus.
Coctilis  Ouid. lib. 4. Met. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.
Turritus  Idem lib. 2. de Ponto, Oppida turritis cingantur eburnea muris.
Erectus  Syll. lib. 9. Nutat & erectos attollit ad ęthera muros.
Altus  Idem lib. 12. Precibusq; per altos Ad cœlum muros clangor.
Excelſus  Idem lib. 15. Excelſos tolli pelago circumflua muros.
Teſtaceus  Vitru. Quo bitumine & latere teſtaceo ſtructo muro.
Aeratus  Fauſt. Pectora ab ęrato ſemper pendentia muro.
Aerius  Val. Flac. lib. 2. Pars aerij faſtigia muri Cingit.
Sublimis  Claud. Gaudent Italię ſublimibus oppida muris.
Marmoreus  Calph. Proxima marmoreo peragit ſpectacula muro.
Inexpugnabilis. Lactan. Quos ſignum immortale munierit tanquam inexpugnabilis murus.
Lapideus  Liu. Muro quoq; lapideo circundare vrbem parabat.
Pendulus  Quint. Quum pondus illud pendulis muris ſtetit.
Fictilis  Mant. Fictilibus muris plaſtes formabat.
Tenax  Cantalycius, Stat turris munita loco, muroq; tenaci.
Solidus  Fauſtus, Vt benefacta manent ſolidi fundamina muri.
Fragilis  Claud. Turribus inualidis fragiles procumbere muri.
Pinnatus  Mant. Arx noua propter aquas, pinnatis ardua muris.

M V R M V R A.

Ventoſum  Verg. in Buc. Aſpice, ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Raucum  Idem in Coppa, Eſt ſtrepitans rauco murmure riuus aquæ.
Stridens  Syll. lib. 16. Et raucus ſtridenti murmure languor Increpuit.
Rapidum  Stat. lib. 9. Fama per Aonium rapido vaga murmure campũ Spargitur.
Tremulum  Idem, Vaginaq; ſonum, tremulumq; audire pharetrę Murmur.
Spumoſum  Stat. lib. 1. Syll. Hic tumida rabiem, ſpumoſaq; ponit Murmura.
Rabidum  Val. Flac. lib. 4. Sic adeò inſequitur, rabidoq; ita murmure terret.
Fragoſum  Claud. Quorumq; impugnè fragoſa Murmura paſtores modo, &c.
Querulum  Seneca, Referam querulo murmure queſtus.
Argutum  Pont. Littoraq; arguti reſorentia murmuris auras.
Reſonans  Idem, Murmuraq; in ſolis ſtrepitant reſonantia ſyluis.
Crepitans  Idem, Vnde fluunt crepitanti murmure riui.
Diſſonum  Polit. Circunſtat populus murmure diſſono.
Horriſonum  Stroz. pater, Intonat horriſono cœlum ſe murmure miſcens.
Terriſonum  Pamph. Murmure terriſono cum fora rauca ſtrepunt.
Rabioſum  Conr. Sperne mendacis rabioſa vulgi Murmura.
Loquax  Idem, Qua lenes vndæ, veniunt loquaci murmure ad aures.
Inſolens  Idem, Ferrit inſolenti murmure cœlum.
Minax  Idem, Frendens minaci murmure.
Reboans  Quint. In chaos & Stygiam reboanti murmure noctem.

Sonans Idem, Vbi ſonanti murmure emittit vadum.
Horrificum Petrarcha, Horrificoq; infeſtant murmure tigres.
Clamoſum Mant. Clamoſumq; fori murmur, plauſusq; theatri.
Multiuagum Remacl. Et iam multiuago currebat murmure rumor.
Garulum Fauſt. Garrula, neſcio, quis murmura cenſor hiat.
Sonorum Quint. Populumque ſonoro Murmure & alloquijs per multa verba frequentem.
Seditioſus Mant. Seditioſa graui compreſſit murmura voce.
Soporiferum Idem, Rura ſoporifero labuntur murmure.

Vide cælium.

M. V. S.

*Mus animalculum eſt auidum furti, cuius cinis cum melle inſtillatus, aut cum roſaceo decoctus, aurium dolores ſedat, nunquam manſueſcit. Murium generatio lambendo conſtare, non coitu fertur. Magnæ ſunt fœcunditatis, nam ex vna genitos 120. tradiderunt. Apud Perſas verò prægnantes in vtero parentis repertas autore Plinio. Non incubant obliuæ, quo ſint in loco enixæ, nulla enim his memoria. Necantur Helenio herba contrita. Earum fibræ creſcunt, decreſcuntq; cum luna. Ruinis imminentibus præmigrant. Coſæ vrbs Italiæ, murium quotidie erumpentium multitudine obruta eſt.*

Exiguus Verg. lib. 1. Georg. Sæpe exiguus mus Sub terris poſuitq; domos.
Ridiculus Hor. in Arte, Parturient montes, naſcetur ridiculus mus.
Breuis Ouid. lib. 2. Faſt. Qua breuis occultum mus ſibi fecit iter.
Auidus Idem de Philomela, Mus auidus mintrat.
Opicus Iuuen. Sat. 3. Et diuina opici rodebant carmina mures.
Terreſtris Plin. Mures terreſtres bibere & conuerſari.
Paruus Ruſtus Feſt. Iam parui quum ſtrident deniq; mures.
Niger Polit. Nigris ſodalem muribus.
Improbulus Idem, Atq; hæret ripæ, denſum occinit improbulus mus.
Rodens Fauſtus, Rodentem admittunt murem.
Salax Aelian. Ferunt, inquit, mures ſalaciſſimos eſſe.

M. V. S AE.

Sicelides Verg. in Buc. Sicelides Muſæ, paulò maiora canamus.
Lebethrides Idem, Nymphæ noſter amor Lebethrides.
Aoniæ Verg. in Buc. Vlla moram fecere, neq; Aoniæ, Aganippe.
Dulces Verg. lib. 2. Georg. Me verò primum dulces ante omnia Muſæ.
Modulantes Colum. Quæ canat inter opus, Muſa modulante putator.
Pegaſides Idem, Nunc vos Pegaſidum comites, Acheloidas oro.
Heliconiades Parſius, Heliconiadas pallidamq; Pyrenen Illis relinquo.
Heliconis alumnæ Ouid. lib. 4. Faſt. Pandite mandati memores, Heliconis alumnæ.
Palæſtinæ, à Palæſtina Iudææ regione. Idem, Sæpe Palæſtinas iurat adeſſe deas.
Cothurnatæ Idem lib. 5. Faſt. Illa cothurnatas inter habenda deas.
Iocoſæ Idem lib. 2. Triſt. Vita verecunda eſt, Muſa iocoſa mea eſt.
Geniales Bapt. Pius, Huc properet blandi genialis Muſa Tibulli.
Heliconides Crinit. Nanq; Heliconidum Carmen beatis concipit auribus.
Pieriæ Stat. lib. 7. Theb. Pieriæ nunc vos longinqua ſorores Conſulimus.
Aonides Stat. lib. 1. Syl. Nunc opus Aonidum comites, tripodumq; miniſtri.
Pimplææ Mant. Si tua pimplææ celebrant præconia diuæ.
Caſtalides Mart. lib. 4. Caſtalidum decus ſororum.
Pimplæides Idem lib. 11. Non vrbana mea tantum Pimplæide gaudent.
Lætæ Cęſar Germ. Hæc ego dum lętis cogor prædicere Muſis.
Laboriferæ Auſon. Iuſta laboriferis tribuantur vt otia Muſis.
Docticanę Mart. Capella, Docticanis ſolers ludere ſenſibus.
Solicanæ Idem, Dum hæc igitur Muſæ ſolicanæ interferunt.
Fontigenæ Idem, O ſacra doctarum prudentia fontigenarum.





Muſicæ Sidon. Nec Athenæ ſic Atticæ, nec Muſæ ſic Muſicæ iudicabuntur.
Hiantiæ Idem, Tunc Phœbum vel Hiantias puellas potatâ madidas, &c.
Hiantææ Pamph. Hiantæas hac conuocat arce ſorores.
Loquaces Sidon. Nam nunc Muſa loquax tacet.
Doctiſanæ à me dicuntur, vt artes à Sidonio
Canoræ Bapt. Pius, Noſtra nec exitio Muſa canora ſubeſt.
Aſcrææ, ab Aſcra vico Bœotiæ, patria Heſiodi. Idem, Aſcreas inter maxima virgo deas.

Ab Hiantijs populis Bœotię, in qua Muſarum domus dicitur eſſe.

Aganippææ Idem, Galle, Aganippæi gloria magna chori.
Sebethides Pont. Ergo agite ò Nymphæ Sebethides.
Quærulæ Polit. Iam repetit querulam Damonis tibia Muſam.
Sacræ Idem, O ſacris Minci celebrate Muſis.
Theſpiades Marul. Cætera Theſpiadum prohibet chorus.
Aganippides Marull. Exemploq; Aganippidum.

A Sebaſto fluuio propè Neapolim.

Sedulæ Codrus, Et vocem mihi ſedulæ claram Pierides dabant.
Libethreæ Idem, Nec Libethreas vnquam redijſſet ad vndas.
Laurigeræ Stroz. pat. Laurigeras cecinit carmina docta deas.
Mœoniæ, i. Homericæ. Pamph. Mœonias doceat verſus vt condere Muſas.
Dicaculæ Conrad. Te noſtra poſcit Muſa dicacula.
Aeternæ Idem, Aeternis niſi conſecratus Iam fores Muſis.
Coricides Ouid. lib. 1. Met. Coricidas nymphas, & numina montis adorat.
Ardalides Anglicus, Ardalidesq; deæ, melicæ quam gloria laurus.
Vocales Guil. Caſtel. Vocales adorunt Muſæ.
Amœnæ Budinus, Ille eſt qui Latium Muſis ſpoliauit amœnis.
Hippocriniſatæ. Sidon. Hippocriniſatas iungebat Pegaſus altas.

A colle, vel antro apud Delphos.

Mœonides Ouid. lib. 5. Met. Feliceſq; vocat ſtudij pariterq; lociq; Mœonidas.
Cyrrhæę Architr. Cyrrhęas ſcimus ad aulam Diuertiſſe deas.
Tenerę Idem, Dulcibus & teneris pręceps dare cornua Muſis.
Stridulę Glarean. Cętera ſcis quę non mea ſtridula Muſa recenſet.
Tetricę Bapt. Pius, Non ſine cum tetricis oleum conſumere Muſis.
Sanctę Mant. Aonios adij fontes, ſanctaſq; ſorores.

M V S C V S.

Turpis Ouid. lib. 1. Meta. Quorum faſtigia turpi Pallebant muſco.
Mollis Idem lib. 8. Molli tellus erat humida muſco.
Virens Idem lib. 3. Faſt. In medio gramen muſcoq; adoperta virenti.
Fragilis Stat. lib. 1. Syll. Huc illuc fragili proſternit corpora muſco.
Viridis Calphur. Quibus viridis ſtellanti vellere muſcus Dependet.
Tenax Seneca, Muſco tenaci pectus ac palear viret.
Flauens Pont. Quam tibi acerranæ muſco flauente Napæę Neuerunt.
Tenuis Architr. Sed ſummo tenuem pręcludit margine muſcum.

M V S T E L L A.

*Hoc animal infeſtum eſt ſerpenti, cui congreditur commanducata ruta, quam ſcit eſſe ipſi ſerpenti infenſam & exitialem. Colitur à Thebanis, timidiſſima eſt, gaudet latebris. Eius teſticuli mulieri alligati, partus continent. Tria ſunt genera muſtellarum, gales, ictis, melis. Melis ea eſt, quam dicimus foinam.*

Auida Colum. lib. 9. Merulaſq; & auidas muſtellas includamus.
Velox Ouid. de Phil. Mus auidus mintrat, velox muſtellaq; dintrit.

M V S T V M.

*Muſtum dicitur vinum recens: hinc muſtacia liba dicuntur muſto madefacta. Iuuen: Cauſa nec eſt quare cœnam & muſtacia perdas. Dicimus & muſtaceus. Stat. lib. 1. Syl. Et muſtaceus & latem te palma prægrandes caryotipes adebant.*

Dulce Verg. lib. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem.

Tortiuum Cato, Tortiuum muſtum circuncidaneum.
Pingue Manil. Aut repetat Bacchum per pinguia muſta fluentem.
Mite Colum. In muſti mitis ſextarios ducentos.
Amœnum Idem, Tres amphoras amœni muſti.
Aminæum Columella, Adde in muſti aminæi vrnam.
Arbuſtiuum Idem, Muſti arbuſtiui aminæi vrna.
Lene Horat. lib. 2. Serm. Leni præcordia mulſo Prolueris melius.
Feruidum Ouid. lib. 3. Triſt. Nec cumulant altos feruida muſta lacus.
Auſterum Plin. lib. 14. Cum quinq; congijs auſteri muſti.
Deciduum Sidon. Paſſim deciduo perfunditur orbita muſto.
Candidum Pont. Candida quum celeri ſub pede muſta fluunt.
Odorum Polit. Horrea ſufficiunt vel odoro dolia muſto.
Saliens Fauſt. Sordida tinguntur ſalienti corpora muſto.
Liquatum Bapt. Pius, Quæq; ſerapæno muſta liquata lacu.

M Y C E N AE.

Vrbs fuit Peloponeſi, condita à Perſeo filio Danaes, Regia & Patria Agamenonis, Thyeſte & Pelopis.

Agamemnoniæ. Verg. lib. 6. Aen. Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas.
Thyeſtææ Lucan. lib. 1. Sole Thyeſtææ noctem duxere Mycenæ.
Dites Horat. lib. 1. Carm. Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas.
Pelopeiades, à Pelope filio Tantali. Ouid. lib. 6. Met. Argosq; & Spartæ, Pelopeiadesq; Mycenæ.
Magnæ Idem lib. 16. Clara fuit Sparta, magnæ viguere Mycenæ.
Veteres Stat. lib. 1. Theb. Et Samon, & veteres armis excinde Mycenas.
Caligantes Idem, Et caligantes abrupto ſole Mycenas.
Diræ Idem lib. 2. Non fugeret diras lux interciſa Mycenas.
Inachiæ, ab Inacho Arginorum rege. Idem lib. 8. Quam pudet Inachias cõtentum abijſſe Mycenas.
Lacedæmoniæ. Mant. Sparta vetus meminit Lacedæmonioq; Mycenæ.
Fortes Idem, Andromedam monſtro fortem expugnaſſe Mycenen.
Claræ Calent. Iamq; adeò prædam Spartæ, clarasq; Mycenas Aſpicio.
Indignæ ſole. Architr. Indignas ſole Mycenas Senſit.

M Y C O N E.

Humilis Ouid. lib. 2. Met. Hinc humilem Myconem, cretoſaq; rura Cimoli.

M Y D A S.

Fuit rex Phrygiæ.

Berecynthius, à Berecintho Phrygiæ monte. Ouid. lib. 11. Lætus abit, gaudetque malo Berecynthius heros.
Diues Mart. lib. 6. Qui mauult hæres diuitis eſſe Mydæ.
Mygdonius, à Mygdonia regione Phrygiæ. Sidon. Cuius ſub iurgite Nymphæ Mygdonium fouere Mydam.
Auritus Codrus, Auritus fies tu Myda, ni taceas.
Miſer Pamph. Non auidum miſeri triſtia dona Mydæ.
Cupidus Idem, Munera ſi cupidi ſint precioſa Mydæ.
Marmoreus Lud. Bigus, In tua marmoreum flectere vota Mydam.
Magnificus Fauſt. Ipſaq; magnifici ditia regna Mydæ.
Phrygius Textor, Et Phrygio poteris ditior eſſe Myda.

M Y R I C AE.

Humiles Verg. in Buc. Non omnes arbuſta iuuant, humilesq; myricæ.
Tenues Ouid. lib. 10. Perpetuoq; virens buxus, tenuesq; myricæ.
Fragiles Idem lib. 3. de Arte, Nec denſum folijs buxum, fragilesq; myricæ.
Teneræ Mirand. Tenere afflabant virgulta myricæ.
Steriles Petrar. Oſtentatq; rubos itidem ſterilesq; myricas.
Syluestres Mant. Qualia ſylueſtres inter pineta myricas.
Paruæ Fauſt. Quantum populeis parua myrica comis. Virgultum eſt exile.

MYRON



*M Y R O N.*

*Fuit ſtatuarius magni nominis, qui fecit ex ære buculã plurimum ab antiquis laudatã. Vnde Proper. Atque aram circumſteterant armenta Myronis, Quatuor artificis viuida ſigna boues.*
Doctus Polit. Nec docto tria Myroni Pocula.
Operoſus Ouid. lib. 3. de Arte, Quæ nunc nomen habent operoſi ſigna Myronis.

*M Y R R H A.*

*Myrrha fuit Cynaræ Cypriorum regis filia, quæ patri ſuo concubuit, ex eoq; coitu ſuſcepit Adonidem. Poetæ fabulantur eam in plantam aromaticam fuiſſe commutatam deorum commiſeratione. Hanc autem arbuſculam ſucco diſtillantem habent Arabia, Aſſyria, & Orontes filius. De prædicto inceſtu Ouid. lib. 10. Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto, Virgineosq; metus leuat, hortaturq; timentem. Plena patris thalamis excedit & impia diro Semina fert vtero, conceptaq; crimina portat. Stroz. pater, Et ignaro ſubdita Myrrha patri. Architr. Hic patris amplexus vſurpat Myrrha. Calent. Myrrha patris vetitum potuit temerare cubile. Proper. li 3. Crimen & illa fuit patria ſuccenſa ſenecta Arboris in frondes condita Myrrha nouæ.*
Arabs Verg. in Cyri. Illa Arabis myrrhæ quondam qui cepit ocellos.
Pinguis Idem, Non mihi iam pingui ſudabunt tempore myrrha.
Cynareia Colum. Et lachrymas imitata tuas Cynareia virgo.
Achaia Idem, Sed melior ſtactis ponatur Achaia myrrha.
Cynareis Ouid. lib. 10. Turba Cynareis in illa Regis adeſt coniunx.
Stillata Idem, Eſt honor & lachrymis, ſtillataq; cortice myrrha.
Fulua Idem lib. 15. Quaſſaq; cum fulua ſubſtrauit cynnama myrrha.
Lachrymata Idem lib. 1. Faſt. Mondum pertulerat lachrymatas cortice myrrhas.
Olens Idem de Medic. Faciei. Profuit & marathos bene olentibus addere myrrhis.
Aſſyria Pont. Cultus & Aſſyriam redolentia pectora myrrham.
Libidinoſa Pamph. Et myrrhæ lachrymas libidinoſæ.
Scelerata Idem, Nunc non ſceleratæ corticæ myrrhæ Vngitis.
Sæua Idem, Quæq; cadunt ſæuæ lachrymas de cortice myrrhæ.
Stillans Pont. Stillantem euoluens in Perſica littora myrrham.
Inceſta Mant. Inceſtæ fuit ingens gloria myrrhæ.
Orontæa Bapt. Pius, Cernis Orontææ dominæ ſi corpora myrrhæ.
Maculoſa Mart. lib. 10. Plorat eos quoties maculoſæ pocula myrrhæ Inſpicit.
Orontis Bapt. Pius, Si forſan Orontide myrrha Munditer impleſſet noſtra puella ſinum.
Decora Textor, Candidius nato myrrha decora tuo.

M Y R T I L V S.

Perfidus Claud. Nam perfidus obice regis Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.
Deceptor Seneca, Deceptor dominæ Myrtilus.

*M Y R T V S.*

*Myrtus arbor baccas parit optimi ſaporis, amat littora. Vnde Mart. Nec plus lotos aquas littora myrtus amat. Odoratiſſima eſt in Aegypto. Eius oleo ineſt quidã vini ſapor, nobilitata eſt ouali corona, creſcit quoq; in locis planis. Anguſta habet folia, quæ non decidunt. Vita eſt breuiſſima, ſacra eſt Veneri. Hinc Verg. de Aenea loquens, Sic fatus velat materna tẽpora myrto. Venus apud Stat. lib 1. Syl. Maluit & noſtra lautam ſubterere myrto. Eidem apud Claudianum, Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto Contendant. Plinius, Huic arbori præeſt Venus.*
Tenera Verg. in Buc. Hic mihi dum teneras defendo à frigore myrtos.
Paphia Idem lib. 2. Georg. Solido Paphiæ de robore myrtus.
Amans littora. Verg. lib. 4. Georg. Pallentesq; hederas, & amantes littora myrtos.
Spartica, à Sparta ſeu Lacedæmone, iuxta quam naſcitur plurima. Idem in Battarum. Et violæ omne genus hic eſt, & Spartica myrtus.
Sylueſtris Colum. Myrta ſylueſtris foliorum duæ libræ deligantur.


Pulla

Pulla Hor.lib.1.Carm.Gaudēt magis pullā, atq; myrto.
Littorea Ouid.lib.1.Eleg.Cingere littorea flauentia tempora myrto.
Metuens frigora. Idem lib.2.Eleg.Suſtineamq; coma metuentem frigora myrtum.
Cytheræa Idem li.4. Faſt. Mota Cytheræa leuiter mea tempora myrto Cōtigit.
Viridis Idem, Vos quoq; ſub viridi myrto iubet illa lauari.
Nigra Ouid.lib.3.de Arte, Ros maris, & laurus nigraq; myrtus olent.
Dionæa Sidon. Atq; Dionæam dat Martia laurea myrtum.
Frondens. Pont.Incingitq; comam frondenti & tempora myrto.
Amathuſis Idem, Et Baccho felix, felix Amathuſide myrto.
Sopora Idem, Beauit Veneris ſopora myrtus.
Virens Idem, Et molli viola, & virente myrto.
Cypria Idem, Colligam flores, Cypriamq; myrtum.
Florens Lud.Big.Exequiiſq; vocat, florentiq; aurea myrto.
Præuiridis Crinitus, Cinxit frondifluam mihi Myrto præuiridi comam.
Pallida Pallad.Sor.Non virides hederæ, Veneris non pallida myrtus.
Redolens Mant.Cinge caput, vireant redolenti tempora myrto.
Ruſtica Calent.Sola dicata deæ ruſtica myrtus erat.
Citheræis Bapt.Cuius in vmbroſa myrto Citheræide ripa.

*M Y S I.*

*Myſorum populus vſque adeo fuit vilis & contemptus, vt ſequenti prouerbio locum fecerit, Myſorum poſtremus. Finitimorum incurſationib. male vexati ſunt Hinc & orta parœmia, Myſorū præda, de his qui impunè à quibuslibet læduntur, ac diripiuntur. Preterea deorū cultui adeò mancipati fuerunt, vt eſtandis animalibus abſtinerent. Viuebant melle, lacte, & caſeo.*

M Y S T A.

Pius Auſon. Et deuota pij celebrant ieiunia myſtæ.
Infulatus Sidon. Vel infulatos aram ad thuricremam rotare myſtas.
Sacroſanctos. Quint. Vna ſacroſanctos teneat concordia myſtas.

## N A B A T H E I.

*Populi ſunt Orientales dediti cumulandis diuitijs. Apud eos mulcta publica dicitur ijs, qui rem aliquo modo imminuerint. Creſcentibus opibus augetur honos, rara inibi ſeruitia, miniſtris vtuntur plurimum cognatis, vel ſibi vnuſquiſque miniſter eſt. In conuiuijs plura duodenis exſiccaſſe pocula ignominioſum eſt. Rex quandoque ſibi & alijs miniſtrat. Eius mortui cadauer in ſterquilinium deijcitur. Vrbes habent nullis clauſas mœnibus. Vtuntur camelis equorum vice. Sol ſacratiſſimum numen.*

Nigrei Mant.Illa niger Nabathæus erat felicia rura.

Quidā Romanus perditæ luxuriei.

N A C T A.

Diſcinctus Perſ.Sat.3.Non pudet ad morem diſcincti viuere Nactæ.
Immundus Vngor oliuo, Non quo fraudatis immundus Nacta lucernis.

N AE N I A.

Funebris. Sidon.Næniam funebrem luctuoſis carminibus inſcribero.
Miſera. Polit.Quare ò cum miſera quid tibi Nænia?
Iners Crinitus, Sed fruſtra inerti lachrymamus nænia.

*N A I A D E S.*

*Naiades dicuntur fontium & fluuiorum Nymphæ. Fit inde adiectiuum Naicus. Propert. lib.1. Suppoſita excipiens Naica dona manu.*

Aequoreæ Ouid.lib.14.Naiades æquoreæ ſummis in montibus ortæ.
Lubricæ Stat.lib.1.Syll.Et non ignara forſan, vel lubrica Nais.
Dominæ vndarum. Idem, Naiades vndarum dominas, regemq; coruſci Ignis.
Cærulæ Idem li.3. Te cærula Nais Mallet, & apprenſa traxiſſet fortius vrna.
Vdæ Polit.Vda choros agitat Naias decurrit oreas.

Procaces



Procaces Auſon.Furitis procaces Naiades.
Candidæ Pont. Ter candida Nais Ora manu preſſans liquidū vi traxit in amnē.
Fugaces Sab. Nil ergo fugaces Naiades, aut vnde poterūt prodeſſe propinquæ.
Vndoſæ Anglicus, Naiades vndoſæ degunt, Panesq; Lycæi.

N A P AE AE.

Nymphæ mōtiū, & ſyluarū.

Faciles Pont.Qualis dum memorat faciles ad furta Napææ.
Teneræ Pont.Ipſe canit, teneræ cantus riſere Napææ.
Placidæ Idem, Ille vt ſe gratum agnouit, placidasq; Napæas Ridere.
Virides Idem, Hunc circum ſatyri volitant virideſq; Napææ.
Formoſæ Idem, Formoſæ quibus inuident Napææ.
Pictæ Idem, Naiades, & nitidos picta Napæa ſinus.
Laſciuæ Marullus, Ruſa laſciuis viola perenni Grata Napæis.
Innocuæ Quint.Innocuæq; canunt per agros laudata Napææ.
Hilares Mant.Et exultant hilares per rura Mapææ.

N A R.

Præceps Ouid.lib.13.Narvè tulit præceps, & opacæ farforus vndæ.
Sulphureus, nam eius aqua ſulphur olet. Verg.Sulphurea Nar albus aqua.
Vitiatus Claud. Vulturnusq; rapax, & Nar vitiatus odoro Sulphure.

N A R B O.

Martius Mant.Belgæ omnes, Celtæq; ruunt, Aquitania, Narbo Martius.

N A R B O N A.

Potens animo. Mant. Te Aluerni, te Marte potens Narbona, fideli Circum equitant

N A R C I S S V S.

Purpureus Verg.in Buc.Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo.
Comans Idem li.4.Geor.Nec ſero comantē Narciſſum, aut flexi tacuiſſem, &c.
Ciphiſius Ouid.lib.3.Metamorph. Namq; ter ad quinos vnum Cephiſius annos Addiderat.
Perſpicuus Stat.lib.1.Syll.Hic te perſpicuum melius Narciſſe videres.
Hians Pont.Illi contexitq; roſas, contexit hiantem Narciſſum.
Filius Liryopes. Calent.Riſit Liryopes flagrantem filius Echo.
Proles Cephiſia. Mant.Proles Cephiſia fundit A radice Comas.
Formoſis, quoniam Ouid.lib.2.Met.ſcribit fuiſſe illi Et dignos Baccho digitos, &c.

N A R D V M.

Florens Lucan.lib.10.Accipiunt fertas nardo florente coronas.
Achæmenium. Horat.Nunc & Achæmenio perfundi nardo iuuat.
Liquidum Ouid.lib.3.de Arte, Nec coma vos fallat liquido nitidiſſima nardo.
Indicum Plin.Cuius folia nihil ab Indico nardo diſtant.
Purum Tibull.lib.2.Illius puro diſtillent tempora nardo.
Diues Mart.lib.13.Texta roſis fortaſſe tibi vel diuite nardo.
Odorum Auſon.Sparge mero cineres, & odoro perlue nardo.
Arabum Pontan.Quaq; moues Arabum ſpiras molliſſima nardum.
Tyrium Tibull.lib.4.Iam dudum Tyrio madefactus tempora nardo.
Madens Pontan.Sancte geni, nardo comam perfuſe madenti.
Lene Lactant.Quo ſimul accaſias & nardi lenis ariſtas.
Redolens Quint.Et myrrha, & nardi ſpicas redolentis.
Fragrans Mant.Nardi fragrantis ariſtas, Cynnamaq;.
Aſſyrium Hieron.Baldus, Quid iuuat Aſſyrio crines perfundere nardo.

N A R E S.

Patulæ Verg.lib.1.Georg.Suſpiciens patulis captauit naribus auras.
Acres Lucret.Lib.6.Vbi acres nidore offendit nares.
Cauæ Ouid.lib.12.Perq; cauas nares oculos aureſq; cerebrum Molle fluit.

Vncæ

Vncæ Perſius, Et nimis vncis Naribus indulgens.
Acutæ Auſ. Qui hunclocum noſtrum acutis naribus, & caperata fronte condemnes.
Teneræ Sidon. Obtrudit teneras circundata faſcia nares.
Sagaces Idē, Quis nare ſagaci Monſtrat odor pinguē clauſis ab ouillibus auram.
Mucidæ Conradus, Nec nares ſibi mucidas retergit.
Imbriferæ Mant. Barba madet, pluit imbriferis de natibus humor.
Camuræ Idem, Camuris Stygia naribus auſtam Faucibus expirant longis.
Immundæ Mant. Stillat ab immundis naribus hippomanes.
Piloſæ Iuuen. Saty. 14. Nareſq; piloſas Annotet.

N A S A M O N.

*Naſamones populi ſunt Africæ, qui naues Sirtibus illiſas ſpoliant, & victū quærunt rapto. Mant. li. 1. de Cala. Vt genus effrenū Naſamon, qui verſus in auſtros Naufragijs victum q̄rens gaudere procellis Turbinibuſq; ſolet, fuſaſq; per æquora merces Colligit, & nautas ad punica littora pulſos Auxiliū ſimulans violat. Eorum ſingulis adſunt vxores plures, cum quib. palam congrediuntur, prætento baculo. Nuptiali cœna diſcumbentiū ſingulos adit noua nupta Veneris gratia. Congrediuntur illi domo allatum donum contribuentes. Ad malorum monumenta futurorum ſcientiam aucupantur incubantes manib. Fidei ſanctio maxima, idem ſibi propinaſſe poculum. Sedentium habitu mortuos aſtruunt idipſum inter moriendum attendentes vt ſedentes expirent. In diuinationibus ſua ſequuntur omnia, in præſtanda fide manu alterius vterq; ſumpto poculo bibit. Quod ſi defuerit humor, collectum è terram cinerem lingunt.*

Inops Lucan. lib. 4. Maurus inops Naſamon, mixti Garamante peruſto Marmaridæ.
Pauper Idem lib. 9. Regna videt pauper Naſamon errautia vento.
Durus Idem, Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto.
Populator Idem, Quem mundi Barbara damnis Sirtis alit nam littoreis, &c.
Aequoreus Syll. lib. 1. Hinc coit æquoreus Naſamon inuadere fluctu, &c.
Bellator Idem lib. 9. Quinetiam Libycoſi quid de littore raptum Bellator Naſamon.
Semihomo Idem lib. 11. Ille homo ſemihomines inter Naſamonas.
Alacer Claud. Reſponſis alacrem potuit Naſamona morari.

N A S O.

Tener Sidon. Nec te carmina per libidinoſa Notum Naſo teneri.
Pelignus Stroz. pat. Naſo relegatus Scythicis Pelignus in oris.
Doctus Quint. Carmina & æthereum docti Naſonis acumen.
Ingenioſus Fauſt. Forſan & hos Naſo verſu ingenioſe fluenti.

N A S T V R C I V M.

Viride Varro, Apponitur viride naſturcium, confectum minutatim.
Humidum Guil. Caſtellus, Humida conficiunt teneræ naſturcia malæ.

N A S V S.

Turpiculus Catull. Iſta turpiculo puella naſo.
Rorans Mart. lib. 9. Exprimeret quoties rorantem frigore naſum.
Madidus Iuuen. Sat. 10. Etiam lene caput, madidiq; infantia naſi.

N A T A T V S.

Liquidus Claud. Hærentes glacie liquido tu ſcinde natatu.
Volucer Stroz. fil. Inſurgentem amnem volucri ſuperare natatu.
Præceps Mant. Natatu aſpera præcipiti per ſaxa feruntur in vrbem.

N A T E S.

Candidæ Ap. Tū nates candidas illas noctu, dieq; diruptas mœrens profugit.
Turpiculæ Pont. Iſtas turpiculas nates virgis exagitabimus.
Molles Theocrit. Quando nates duro tangebam verbere molles.
Turpes Calen. Inguinaq; & turpes exeruere nates.

Merdoſæ



Merdoſæ Fauſt. Carmina merdoſas tergere digna nates.
Leues Pont. Prima leues agitare nates tremulumq; mouere Scit femur.
Piloſæ Catul. Et nates piloſas fili non potes eſſe vendicare.

N A T R I X.

Violator aquæ. Lucan. lib. 6. Et natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.
Inimicus aquis. Mant. Et natrix inimicus aquis.
Capitata Lucil. lib. 2. Si natibus natricem impreſſit craſſam & capitatam.

N A T V R A.

Parens rerum. Colum. Benigniſſima rerum omnium parens natura, &c.
Diues Idem lib. 11. Et quos mille parit diues natura colores.
Creatrix rerum. Lucret. lib. 1. Cogere conſueſſet rerum natura creatrix.
Fœcunda Idem, Fœcundamq; magis naturam cernis in illis.
Dædala, id eſt, ingenioſa. Mant. Dedala monſtrauit tibi ſe natura.
Initialis Ap. li. 11. Rerum natura parens, elementorum omniū domina, &c.
Edax Ouid. lib. 15. Naturæq; ſuum munimen deerit edaci.
Solers Idem lib. 3. Eleg. Contra te ſolers hominum natura fuiſti.
Ingenioſa Idem, Et nimium damnis ingenioſa tuis.
Omniferens. Marull. Omniferens natura ſubit, curuaq; verendus Falce ſenex.
Omniparens. Codrus, Te dominam, te ipſa omniparens natura tremeſcit.
Sapiens Codrus, Quodq; ſuo partu ſapiens natura creauit.
Fragilis Lactant. Gerens noſtram hanc fragilem, imbecillamq; naturam.
Sedula Pamph, Ne natura ſuos maturet ſedula curſus.
Officioſa Idem, Perderet & vtres officioſa ſuas.
Prouida Idem, Sic prouida rerum Eſt natura parens.
Callida Augurellus, Seu quod ſic callida nobis Natura ingenuit.
Potens Idem, Sed cuncta potentis Naturæ propè ludicra.
Sagax Mant. Sed quoniam natura ſagax, deus, vſus & aſtra.
Omnipotens. Mant. Natura omnipotens primis indulgeat annis.
Imperioſa Lud. Big. Quem ſuper humanum decus imperioſa creauit.
Operaria Archit. Incudibus illa Fabricat omniparens quiduis operaria nutu.
Puerpera Idem, Liueat illepidos laruoſa puerpera vultus.
Larga Idem, Quam larga profudit Fœcundo natura ſinu.
Prægnatiua Idem, Prægnatiua parit roſulas & lilia tellus.
Longæua Clau. Veſtibuli cuſtos vultu longæua decoro Ante fores natura ſedet.

N A V I S.

Aerata Hor. lib. 2. Carm. Scandit æratas vitioſa naues Cura.
Nautica Apul. li. 11. Nauticis nauib. quæq; ſub imperio mūdi roſtratis regunt.
Roſtrata Suet. in Cæſa. Did. L. Caſſiū partis aduerſæ cū decem roſtratis nauibus.
Curua Ouid. lib. 2. Met. Vtq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues.
Cita Idem lib. 15. Quaq; per aduerſas nauis cita dicitur vndas.
Hoſpita Ouid. lib. 1. Faſt. Atq; per æquoreas hoſpita nauis aquas.
Longa Vitruuius, Ita vti naues longæ ſolent habere.
Bellica Vegetius, Cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur.
Timida Seneca, Succurrunt timidis ſidera nauibus.
Præceps Pontan. Præcipitem iactari vndoſa ad littora nauem.
Anxia Stroz. pat. Interea nauis petit anxia portum.
Fluuiatilis Liu. Pars fluuiatiles naues ad ſuperanda vada ſtagnorum planis, &c.
Piſcatoria Idem, Deinde in piſcatoria quadam naui retibus operti.
Auctuaria, id eſt, velox. Idem, In hoc tumultu auctuariæ naues inſtructæ.
Pontiuaga Pamph. Saxus, Sidera pōtiuagis radiabunt grata Lacones.
Volucris Conradus, Quæ nauem volucrem vehat.
Omniueha Quint. Conſpicit omniueham puppim.

Aequorea

Aequorea Mant.Contraxit in vnum Aequoreas naues Venetus.
Veliuola Idem,Claſſis adeſt,mare veliuolis tam nauibus albet.
Celer Barthol.Imperat & trabibus celeres cont exere naues.

N A V T A.

Timidus Verg.in Buc.At timidos nautas canibus laceraſſe marinis.
Miſer Lucan.lib.8.Miſeros fallentia nautas Sidera non ſequimur.
Pendens. Idem lib.2.Strictaq́; pendentes deducunt carbaſa nautæ.
Tremens Idem lib.5.Tantum nautæ videre trementes.
Sollicitus Idem lib.9.Votaq́; ſollicitis faciens contraria nautis.
Callidus Horat.lib.3.Car.Horrida callidi Vincunt æquora nautæ.
Audax Idem lib.1.Serm.Nautæq́; per omne Audaces mare qui currunt.
Sulcator ponti.Syll.lib.7.Fluctibus è medijs ſulcator nauita ponti.
Pauidus Idem lib.8.Tetruerunt pauidos accenſa Ceraunia nautas.
Vagus. Stat.lib.5.Theb.Texitur vna vagis Lemnos non agnita nautis.
Incertus Idem lib.8.Theb.Et incerti numerant ſua ſidera nautæ.
Trepidus Idem lib.9.Aut nigrum trepidis impinget Oriona nautis.
Fluctiuagi Idem lib.3.Syll.Fluctiuagos nautas ſcrutatoresq́; profundi.
Pauens Cæſar Germ. Iactatam videre ratem,nautasq́; pauentes.
Fluitans Ruffus Feſtus,Pigra ſalus redeat nautis fluitantibus alto.
Auidus Seneca,Auidus nimium nauta flatus Optat.
Leuiſomnus Marull.Leuiſomna pubes nautæ vmbras temnite.
Vigil Stroz.fil.Noſq́; vigil clara nauita voce ciet.
Pontiuagus Pamph.Sax.Sidera pontiuagis radiabunt grata Lacones.
Neptunicola Syll.lib.14.Et neptunicolæ tranſuerberat ora Telonis.
Debilis Mant.Debiles nautas,humilemq́; cymbam.

N A X O S

Thæſæa Stat.lib.7.Theb.Te Molus,te Nyſa ferax,Thæſæaq́; Naxos.
Genialis Idem lib.1.Syll.Iſmaraq́; & quondam genialis littora Naxi.
Bacchata Verg.lib.3.Aen.Bacchatamq́; iugis Naxon,viridemq́; Donyſam.
Vitigena Pont.Hanc poſt vitigenæ ſpaciantem littore Naxi.
Bacchia Stat.in Achil.Lemnos,& à tergo decreſcit Bacchica Naxos.

N E A P O L I S.

Cumæa Politian.Hunc Phœbæ Claros,Cumæa Neapolis illum Protulit.
Inquieta Marull.Et inquietæ regna Neapolis.
Sinuoſa Mant.Sinuoſa Neapolis vndis vapulat.
Dulcis Hieron.Ang.Et norunt Calabri,dulcisq́; Neapolis.
Docta Martial.lib.5.Et quas docta Neapolis creauit.

N E B R I S.

Erythræa Sidon.Baſſaris,& maculis Erythrææ nebridos horrens.
Maculoſa Sidon. Hic diſtincta latus maculoſa nebride thyas.
Villoſa Strozius filius,Hic onus alarum,villoſæ nebridos ille Proijcit. Nebrides vocantur damarum,ceu ceruorum pelles, quibus veteres vtebantur in Bacchi ſacrificijs.

N E B V L A.

Atra Verg.lib.8.Nebulaq́; igneus pecus æſtuat atra.
Humens Lucanus lib.6.Quiq́; nec humẽtes nebulas, nec rore madentem Aera.
Aeria Manil.Aeriam in nebulam clara compagine verſus.
Tenuis Ruff.Feſt.Tenues Nebulæ caligine fuſa Tenduntur cœlo.
Obumbrans Mart.Capella,Inter obrumbantes nebulas præniteret.
Stridens Sidon.Halitu nebulæ ſtridentis impletis.
Leuis Seneca,Ilico vt nebulæ leues volitat.
Turpis Idem,Serpit in cœlum nebulæq́; turpes.





Nigra Marull.Inuoluitq́; diem nigræ obtentu nebulæ.
Tetra. Quint.Eſt auſus nebulis intrare per oſtia tetris.
Volans. Mant.Veluti nebulæ per inane volantes.
Opaca Idem,Ecce niger nebulæ globus exit opacæ.
Inanis. Fauſtus,Nebulaq́; includit inani.
Volucris Ouid.lib.1.Met.Et noctis faciem nebulas feciſſe volucres.
Nigrans Mant.Nigrantes.Proſpiciunt nebulas toto ſe voluere Olympo.

N E C E S S I T A S.

Sæua Horat.lib.1.Carm.Te ſemper anteit ſæua neceſſitas.
Dira Idem li.3.Si figit adamãtinos Summis verticib. dira neceſſitas Clauos.
Violenta. Theod. Cyr. Singulisq́; noſtram violentam quandam neceſſitaté perficiant.
Inſuperabilis.Liuius,Pareatur neceſſitati,quam nec dij quidem ſuperant.
Rigida. Idem,Rigida namq́; neceſſitas. Neceſſitatem hanc poetæ faciunt Parcarum matrem,quæ ſunt inexorabiles.

N E C T A R.

Dulce Verg.de quatuor temp.Temperies,autumne,fluit tua nectare dulci.
Odoratum Ouid.lib.4.Met.Nectare odorato ſparſit,corpusq́; locumq́;.
Cœleſte. Idem,Protinus imbutum cœleſti nectare corpus.
Hyblæum Syll.lib.4.Nectare Cecropias Hyblæo accendere ceras.
Bacchæum. Stat.lib.2.Syll.Et madidas Bacchæo nectare rupes.
Nobile Martial.lib.13.Pallados à ſyluis nobile nectar apis.
Citheriacum Idem lib.14.Sume citheriaco medicatum nectare ceſton.
Idalium,eadem ratione.Pont.Stillans Idalium per ora nectar.
Liquidum. Polit.Et liquido arenem nectare potet humum.
Rubicundum.Idem,Vinitor & fœtus rubicundo nectare fructus.
Maſſicum Marull.Si nectar tibi Maſſicum miniſtrat.
Atticum. Idem,Flumina larga nectaris Attici.
Theſæum,i.Atticum, propter mel Hymetti montis Atticæ. Pamph. Poſt ſeruata diu Theſæo nectare poma.
Rubrum. Mirand.Rubri nectaris hauſtu,Dulcis & ambroſię fructu feliciter euſi.
Aethereum.Conr.Guſtans ætherei pocula nectaris.
Præſuaue Quint.Allicit externas præſuaui nectare gentes.
Mellifluum Mant.Pectora melliflui diuino nectaris imbre.
Beatum. Adr.Card.Hæc eſt amphora nectaris beati.

N. E. F A S.

Maculoſum Horat.lib.4.Mos & lex maculoſum edomuit nefas.
Crudele Stat.lib.11.Inſtaurant crudele nefas.
Vipereum. Auſon.Vipereumq́; nefas nocituri auerte veneni.
Cruentum Seneca,Aliquod audendum eſt nefas atrox,cruentum.
Execrandum.Idem,In quo execrandum victor admittit nefas.
Impium Idem,Piæ ſorores impium auderent nefas.
Infandum. Pamph.Triſtis & infandum flet philomela nefas.
Horrendum Idem,Non ſilet,horrendum flet philomela nefas.
Triſte Verg.lib.2.Aen.Nefas quæ triſte piaret.
Graue Pacificus,Infandum crimen paſſa,nefasq́; graue.
Indignum Crinit.At obſoleto mœret indignum nefas.
Terrificum Quint.Primiq́; parentis Terrificum miſerata nefas.
Infame. Mant.Tam inmane ſit auſus Et tam infame nefas.

N E L E V S.

Diues. Ouid.lib.2.Met.Diuitis hic ſaltus,herboſaq́; paſcua Nelei. Filius fuit Neptuni,& pater Neſtoris,qui Pylon vrbem condidit.

## NEMEA.

Frondens Stat.lib.1.Syll.Nec grauis aſpexit Nemees frondentis alumnus.
Frondoſa Mart.lib.1.Non Marathon taurum, Nemeæ frondoſa leonem.
Syluoſa Mant.Vt fera ſyluoſæ Nemees, vt portitor Helles.
Cleonæa, à Cleonis oppido Arcadiæ propinquo Nemeæ, in qua Hercules leonem interfecit, Idem, Sacra Cleonææ Nemees, & Olympica feſta.
Frondifera Barth.Frondiferæ Nemees nodoſo robore fretus.

## NEMESIS.

*Nemeſim Euripides fecit Iouis filiam, vltricem eorum, qui vel ſuperbiunt, uel faſtidiunt amores. Quod innuit Seneca, dicẽs, Sequitur ſuperbos vltro à tergo Deus. Et Auſon. Punio ſic Perſas vaniloquos Nemeſis, Ariſtoteles ait natam ex improborum proſperiore ſucceſſu, indignationem, vocari Nemeſim, mediamq; eſſe inter inuidiam & aduerſum gaudium. Plato dicebat Nemeſim eſſe diuini iudicij angelum, huncq; præeſſe nobis, velut iudicis ſuperioris vicarium, qui à turpibus deterreat, honeſtorũ ac virtutis amorem conciliet, obſequentesq; illectationib. ſuis blande confoueat, obluctantes verò aſſiduis turbinibus, varieq; diſtorqueat. Macrob. ait Nemeſim deam eſſe, quæ colitur contra ſuperbiam ſuperbosq; perſequitur. Vnde Catullus, Ne pœnam Nemeſis repoſcat à te. Simulachrum eius ab Agoratrico ſtatuario factum, coluit Rhamnus nobilis Atticæ pagus, Vnde & Rhamnuſia dicitur. Habuit & Romæ ſtatuam in Capitolio. Hæc dea inſolentiæ & arrogantiæ eſt vindex, vt quæ ſpes immoderatas, & velet, & puniat. Fingebatur olim Veneris ſpecie, tenebatq; malum arborem dextra.*

Adraſtæa, ſeu Adraſtia, ab Adraſto rege, qui primus huic templum cõſtituit. Lucianus, Eſt dea quæpiam Adraſtæa, videtq; iſta.
Rhamnuſia, à Rhamnunte Atticę pago, vbi, vt oſtendit Zenodotus, huic deæ ſtatua eſt ſolido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidię opus, ſed Agoracriti nomine. Ouid.lib.3.Met. Dixerat, aſſenſit, precibus Rhamnuſia iuſtis.
Exoſa Ouid.lib.5.Triſt. Numen & exoſæ verba ſuperba deæ.
Potens Marull. At ſpera Nemeſin deam potentem.
Sæua Idem, Miraris ſæuam curabit in Nemeſin.
Trux Mant. Trux Nemeſis volat vt iacto citra fulmine flamma.
Calua Calent. Quum poteris caluæ maxima regna deæ.
Vehemens. Catull. Eſt vehemens dea, lędere hanc caueto.

## NEMESIS. Tibulli.

Formoſa Mart.lib.8.Fama eſt, arguti Nemeſis formoſa Tibulli.
Laſciua Idem lib.14.Vſſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.
Celebrata Stroz.pat. Viuit vbi inſigni Nemeſis celebrata Tibullo.

## NEMVS.

Auium Marull. Totus noua plenus mente per auia nemora.
Ferum Catull. Ipſe demens fugit in nemora fera.
Vmbroſum Ouid.lib.7.Met. Quas nemus vmbroſum, ſecretaq; ſylua tegebat.
Purpureum Bœotius, Nunquam purpureum nemus Lecturus violas petas.
Pictum Polit. Floribus his pictum poſſidet aura nemus.
Pomiferum Mart.lib.1. An' ne pomiferum nemus perenne.
Altum Syll.lib.1. Saxoſis nemora alta iugis.
Atrum Verg.lib.1.Aen. Deſuper horrentiq; atrum nemus imminet vmbra.
Frondeum Idem, Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.
Vmbriferum Idem lib.6.Aen. Atque inimica abſuit In nemus vmbriferum.
Odoratum Idem, Inter odoratum lauri nemus.
Opacum Idem lib.8. Atq; inter opacum Allabi nemus.
Solum Idem lib.11. Iuga longa petebat Solorum nemorum.
Grauidum Pallad.Rul. Et varia grauidum pingere fronde nemus.
Gelidum Horat.lib.1.Carm. Me gelidum nemus Nympharumq; leues.
Vacuum Idem lib.3.Car. Ripas & vacuum nemus Mirari lubet.

Fron-



Frondiferum Lucret.lib.3. Frondiferum nemus aſſiſtens.
Frondoſum Apul. Aliquanto longius video frondoſi nemoris cõuallẽ vmbroſam.
Syluoſum Idem lib.7. Circa montis illius ſyluoſa nemora.
Denſum Ouid.lib.11. Iuſſit, & in denſum trabibus nemus ire videri.
Tondile, in quo tondentur, & amputantur rami.
Celſum Syl.lib.7. Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim.
Profundum Stat.lib.5.Theb. Longoq; profundum Impleuit clamore nemus.
Tenerum Mart.lib.8. Mordeat & tenerum fortior aura nemus.
Amœnum. Idem lib.9. Tu colis Elyſios, nemorisq; habitator amœni.
Laureum Mart.lib.10. Et delicatæ laureum nemus Floræ.
Arduum Val.Flacc.li.1. Aut Athon, aut Rhodopen, mœſtæ nemora ardua Piſæ.
Obſcurum Seneca, Noua præda canibus, qua per obſcurum nemus.
Auricomum. Pont. In auribus nemus auricomum, Chariteiaq; arua.
Argutum, ab auium concentu. Idem. Phœbus & argutum concitat aura nemus.
Virens Marull. Vaſtæq; & nemorum ſtrage virentium.
Viridans Lactan. Iam reparat viridans frondea tecta nemus.
Lauriferum Stroz.pat. Vmbrasq; ſubire Lauriferi nemoris.
Populeum Stroz.fil. Et veteres fagos, populeumq; nemus.
Apricum, ſoli expoſitum. Augur. Qua per apricum nemorum vireta.
Myrteum Idem, Vel intra hoc myrteum ferri nemus.
Frondifluum. Crinit. Cinxit frondifluam mihi Myrto præuiridi comam.
Aerium Petrarcha, Eſt nemus aerium trabibus quo frigida quercus.
Comans Mant. Hæc nemorum vobis damus ornamenta comantum.
Cæcum Idem, Brachia certatim ſaliunt in vulnera, cæcum Per nemus.
Oliuiferum Idem, Bacchatũ radijs, & oliuiferum nemus oẽs Surgere per campos.
Silens Idem, Et ventum in ſaltus nemorum per opaca ſilentum.
Surdum Idem, Hac luce perluſtrant ſurdum nemus.
Odorum Idem, Et odora cucurrit Per nemora.
Multicomum. Idem, Sunt iuga, ſunt valles, multicomumq; nemus.
Horrendum Idem, Quæ nemus horrendum, & lucos tenuere ſilentes.
Odoriferum Idem, Spargit odoriferum myrtea ſylua nemus.
Floriferum. Calent. Liliaq; & violas, floriferumq; nemus.
Inuium Bap.Pius, Si fugiant, ſi ſenta colant nemora inuia.
Horrificum Barth. Vt nemus horrificum lucosq; ſubire cruentos.
Horridum Tho.Rad. Quod horridis nemorib. ſyluis crudeſcentibus aſperatur.
acitum Verg.lib.6. Per tacitum nemus ire, pedemq; auertere ripę.

## NEPA.

Viroſa Mant. Viroſamq; nepam videt, Aemoniasq; ſagittas. Nepa ſcorpiũ ſignificat. Cic.li.5.de finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas cornibus vti videas boues, nepas aculeis, ſuam cuiq; animantium eſſe naturam.

## NEPTVNVS.

*Neptunus filius fuit opis & Saturni, frater Iouis & Plutonis. Vxorem habuit Amphitritem, ex qua multas ſuſcepit Nymphas. Tridentem habet pro ſceptro, Muros urbis Troiæ condidit vnà cum Apolline. Templum habuit in Tænaro Laconiæ promontorio, & Onchesto vrbe Bœotiæ. Træzenij quoque ſumma religione colunt Neptunum, & eius Dei tutelæ eorum ciuitas dedicata eſt, cui fructuum primitias deligunt, & inſigne in nummo tridentem habet. Autor Plutarchus in Theſeo.*

Saturnius, Saturni filius. Verg.lib.5.Aeneid. Tum Saturnius hęc domitor maris edidit alti.
Aequoreus Ouid.lib.5.Faust. Accipit ęquoreus pocula prima deus.
Pater ventorum. Horat.lib.1.Carm. Ventorumq; regat pater.
Maris deus Idem, Suſpendiſſe potenti Veſtimenta maris deo.

Hybernus

Hybernus Idem in Epod. Neptunus alto tendit hybernus ſalo.
Furens Idem lib. 1. Epiſt. Neptunum procul è terra ſpectare furentem.
Terriquaſſo Antiquiſſimi Græcorum, vt eſt apud Gell. vocarũt Neptunum Ennoſigæon, & Seiſicthona, id eſt, terriquaſſonem & tellurimotorem.
Cæruleus Ouid. lib. 1. Met. Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Tridentifer Idem lib. 8. Regna vagæ dixi ſortite tridentifer vndæ.
Rector maris. Idem lib. 11. Non impunè feres, rector maris inquit.
Deus æquoris. Idem lib. 3. de Ponto, Obruerit cum tot ſæuis deus ęquoris vndis.
Rex maris Syll. lib. 17. Talibus alloquitur regem maris.
Tænarius Proper. lib. 1. Tænarius facili preſſit amore deus.
Glaucus Val. Flac. lib. 2. Cymothoe, Glaucusq; manu pater ipſe profundi.
Arbiter pelagi. Marull. Nec vero pelagi arbitro.
Minax Sabel. Et qua ſæpe minax Tyrrhena per æquora laſſat Cæruleos Neptunus equos.
Atrox Cõrad. Seu Neptunus atrox cornigerũ ſoluat amniũ vlnoſas ſcatebras.
Fluctiuomus. Idem regis fluctiuomi diuitias qui modo proferant.
Gelatus Crinit. Perq; Neptunum iaciunt gelatum.
Parens aquarum. Heſiod. Aut deus, ipſarumq; parens Neptunus aquarum.
Spumans Mant. Neptunus ſpumans vltricibus vndis Inſequitur miſeros.
Liquens Idem, Qui ratè Neptuni regna liquentis arant.
Profundus Cantal. Neptunoq; animam demandauere profundo.
Salſipotens Plaut. in Trinummo, Salſipotenti & multipotenti Iouis fratri.
Liquidus Propert. lib. 3. Quæ voluit liquido tota ſubire deo.

N E R E I D E S.

Virides Stat. lib. 3. Syl. Ipſæ Puniceis virides Nereides antris.
Laſciuæ Claud. Laſciuas doctum fallere Nereidas.
Vdæ Pont. Vbi molliter vdæ Nereides ducunt choreas.
Oceanitides Idem, Ergo agite ò michi cultæ auræ, Oceanitides auræ.
Pictę Idem, Vos cæruleo quæ littore pictæ Nereides.
Aequoreæ Catul. Aequoreæ monſtrum Nereides admirantes.

N E R E V S.

*Nereus fingitur filius Oceani, & Tethios, Deus maris, & pro ipſo mari quandoque ſolet accipi.*

Grandæuus Verg. in Buc. Grandæuus Nereus nouit namq; omnia vates.
Spumeus Idem lib. 2. Aen. Spumeus, atq; imo Nereus ciet æquora fundo.
Violentus Ouid. lib. 12. Permanet Aoniis Nereus violentus in vndis.
Cærulus Idem in Epiſt. Qua latam Nereus cærulus ambit humum.
Magnus Idem lib. 2. Eleg. Tunc mare in hæc magnus declinat littora Nereus.
Cærulæus Perſius, Et qui cæruleum dirimebat Nerea delphin.
Profundus Stat. lib. 5. Theb. Generumq; profundi Nereos.
Placidus Claud. Placidus Nereus, & lucida Phorci Canicies.
Aduena Idem, Certis vbi legibus aduena Nereus Aeſtuat.
Velifer Pont. Summiſerit omnia Nereus Velifer.
Ventoſus Marull. Terræq; ventoſiq; Nerei.
Trux Stroz. fi. Ventorum, pelagiq; truci ſe credere Nereo.
Vagus Sabell. Bis ter dena vago diſtinguitur inſula Nereo.
Refuſus Idem, Quam ſtagna refuſi Nereos & placido ſulcabant flumina curſu.
Frequens ſcopulis. Idem, Quaq; frequens ſcopulis arctat ſua brachia Nereus.
Spumans Mant. Et ſpumans voluit conchylia Nereus.

N E R I T O S.

Alta Mant. Argiuoſq; lares, Ithacamq; & Neriton altam.
Ardua Verg. lib. 3. Aeneid. Dulichiumq; Sameq;, & Neritos ardua ſaxis.

Mons



Mons eſt in inſula Ithaca, à quo Vlyſſes vocatur Neritius.

N E R O.

Caluus Quint. Cæſare ab armiſono ad caluum monumenta Neronem.
Sæuus Syl. lib. 15. Rumpit per medios Nero ſæuus iter.
Ingratus Stat. lib. 2. Syll. Ingratus Nero dulcibus theatris.
Ferus Mart. lib. 1. Inuidioſa feri radiabant atria regis.
Piger Idem, Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis.
Crudelis Idem lib. 7. Heu Nero crudelis, nullaq; inuiſior vmbra.
Matricida, quoniam cum Agrippinam matrem facta ſua exquirentem acerbius, & corrigentem grauaretur, eam varijs modis tentauit perdere, primo veneno, ſed quum ſentiret antidotis prĕmunitam, ſolutilem, nauem cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus eſt, ſimulataq; amicitia, Baias euocauit quã nando euaſiſſe vt competit, inops conſilij eam interfici iuſſit, quam prius ſtupro contaminauerat. Auſon. Matricida Nero proprio ſe perculit enſe.
Dirus Sidon. Claudius hebdomaden duplicem trahit, & Nero dirus.
Inceſtus Polit. Aſſereret miſeras inceſto principe terras.
Durus Quint. Duri quem ſuſtulit ira Neronis.
Indignabundus. Mant. Propterea Nero rex indignabundus, & ira Percitus.
Sanguineus Idem, Et neq; ſanguineo ſimilem te finge Neroni.
Superbus Idem, Ecce ſuperbus Aeneadum de gente Nero.
Crudus Idem, Dum redit interea crudi fœda vmbra Neronis.
Prauus Boet. Ceſſa, non tandem valuit poteſtas Vertere praui rabiẽ Neronis.
Inuiſus Idem, Inuiſus tamen omnibus vigebat Luxuriæ Nero ſæuientis.

N E R V V S.

*Horum epithetorum ſenſus eſt varius, quoniam neruus quandoque eſt cytharæ & lyræ, nonnunquam arcus. Propterea oportebit eum, qui appoſite his volet vti, rationem habere commodæ ſignificationis.*

Tortilis Lucan. Hunc aut tortilibus vibrata Phalarica neruis.
Geticus, quoniam Getæ clarent vſu ſagittarum. Idem lib. 8. Aemonioſq; arcus Geticis intendite neruis.
Lethalis Idem, Nec puer aut ſenior lethales tendere neruos.
Validus Lucr. lib. 5. Fundatum & validis aptum per viſcera neruis.
Oeagrius Syll. lib. 5. Dulcis Oeagrios pulſabit pectine neruos.
Turgens Vitru. Igitur nerui inflatione turgentes.
Sinuatus Cæſar Germ. Ducentemq; ferunt ſinuato ſpicula neruo.
Canorus Ruff. Feſt. Et ore canoros Tenditur ad neruos.
Reſonans Sidon. Continet atq; alio reſonantes murmure neruos.
Stridens Pont. Idem, quod volucres neruo ſtridente ſagittas Torqueat.
Apollineus Polit. Mox & Apollineis aduentum opponere neruis.
Vocalis Pamph. Quum tentat citharæ vocales tangere neruos.
Blandiloquus. Conr. Blandiloquis ſociata neruis.
Threicius, ab Orpheo. Quint. Ante vbi Threicijs ſociarat carmina neruis.
Tortus Rodolphus Agricola, Tu neruos tendere tortos.
Grandiſonus. Pallad Sor. Vidi ego grandiſonis reſonantia carmina neruis.
Ithuræus Mant. Roſtraq; Ithuræo iactata Cydonia neruo.
Concinnatus Idem, Et concinnatis feriant noua carmina neruis.
Alacer Val. Var. Vincula ſufficiunt, alacres intendite neruos.
Sonans Architr. Alternatq; latus humero, neruoq; ſonanti.
Tremens Glarean. Trito vibraſſe trementes Sat digito neruos.
Sonorus Mant. Meamq; ſonoris Inſtaurare lyram neruis.
Taurinus Claud. Intendunt taurinos viſere neruos.
Tenſilis Barth. Loch. Organa tenſilibus diſcat pertingere neruis.

Hh NESSVS.

Neſſus fuit Centaurus Ixionis ex nube fili⁹, ſagittis cõfoſſus ab Hercule, quod eius vxorẽ Deianeirã rapuiſſet.

N E S S V S.

Ferox  Ouid.lib.9. At te Neſſe ferox eiuſdem virginis ardor Perdiderat.
Violentus  Idem lib.9. Vana pedum violente rapit, tibi Neſſe biformis Dicimus.
Semiuir  Idem in Epiſt. Semiuir occubuit vi, ſemiferoq; veneno Neſſus.
Semifer  Seneca, Namq; ſemiferi dolis auferre cupiens pellici eripui mihi.
Perfidus  Stroz.pat. Fraude ſed occubuit, perfide Neſſe, tua.
Sæuus  Pamph. Et fera, quæ Neſſus ſpicula ſæuus agit.
Trux  Quint. Nec te committere Neſſo Deianeira truci.

N E S T O R.

*Neſtor filius fuit Nelei, ſuauiloquentia inter Græcos & prudentia clariſſimus. Vnde Homerus, Poſt hoc aſſurgit Pylius pux ille, difertus Neſtor, cuius ab ore fluit vox melle loquenti. Dulcior. Is vixiſſe fertur annos trecentos.*

Pylius  Verg.de obitu Mecœnatis, Ter Pylium fleuere ſui ter Noſtra canum.
Annoſus  Idem, Neſtoris annoſi viciſſes ſæcula.
Ter æuo functus. Horat. At non ter æuo functus amabilem Plorauit omnes Antilocum ſenex Annos.
Triſſeclis  Neuius (vt eſt apud Gell.lib.9.cap.7.) Vocabat Neſtorem triſſeclisenem & dulcioriloquum.
Facundus  Ouid.lib.12. O facunde ſenex, æui prudentia noſtri.
Neleius, Nelei filius Idem, Hęc poſtquam dulci Neleius edidit ore.
Fidus  Idem.lib.13 Qui licet eloquio fidum quoq; Neſtora vincat.
Longæuus  Mart.lib.8. Hi duo longæuo cenſentur Neſtore fundi.
Prudens  Codrus, Longa ætas Pylium Prudentem Neſtora fecit.
Neleides, Nelei filius. Anglicus, Aut quæ Neleides ſecula vixit auus.
Decrepitus  Calent. Quidve in decrepito Neſtore totus erit.
Grandæuus  Fauſt. Grandæuum excelſo dixiſſes Neſtora ſenſu.
Maturus  Idem, Maturum excelſo qui Neſtora pectore geſſit.

N E S T V S.

Strymonius, i. Thracius. Eſt enim fluuius Thraciæ. Mant. Strymonius meminit Neſtus, ſcit Biſſonis vnda.

N E X.

Infanda  Ouid.in Ibin, Legimus infandæ Iphinga dediſſe neci.
Stygia  Idem, Membra feras Stygiæ ſemicremata neci.
Dura  Val.Flac.lib.2. Deſertaq; duræ Virgo neci.
Nefanda  Idem lib.3. Quæſtuq; nefandum Edocuere neci.
Impia  Seneca, Genitorem adortus impia ſtraui nece.
Perfida  Idem, Mortifera vinctum perfidæ tradet neci.
Hoſtilis  Marull. Et madida hoſtili tela manusq; nece.
Sanguinea  Idem, Sanguineæ quacunq; necis truculenta minatur.
Lethalis  Idem, Lethalem in galea paſſa Camilla necem eſt.
Tetrica  Idem, Neſcis quàm tetricæ ſors ſit amara necis.
Amara  Mirand. Nil nobis prodeſſe necem patiemur amaram.
Cruenta  Lud.Big. Omnia diſturbat necis ira miniſtra cruentæ.
Horrida  Idem, Pati libenter horridam necem.
Miſera  Idem, Quàm miſerè in ſolio ſuccubuiſſe neci.
Violenta  Crinit. furore perciti homines violenta nece occumberent.
Lurida  Quint. Condemno Ieſum luridæ inuitus neci.
Turpis  Idem, Mutanſq; turpi floridam vitam nece.
Obſcœna  Idem, Alium premit decus obſcœna nece.
Mœſta  Mant. Mœſtæ cauſa fuere necis.
Cruda  Idem, Infamem, crudamq; necem.
Obſcura  Idem, Languor & obſcuram mittitur ante necem.





Horrenda  Fauſt. Cogitur horrendæ ſuccubuiſſe neci.

N E X V S.

Validus  Claud. Thoracum validos pulſant ſuſpiria nexus.
Irreſolutus  Bœotius, Stringetq; ligans irreſoluto ſingula nexu.
Durus  Stat.in Achil. Audijt & duros laxantem Aegæona nexus.
Implicatus  Crin. Et implicatis nexibus reſiſtitat, id eſt frequenter reſiſtit.

N I D O R.

Somnifer  Mant. Nidoribus auræ Somniferis ſubeunt nares.
Fumificus  Idem, Fumifico motus craſſæ nidore culinæ.

N I D V S.

Dulcis  Verg.lib.1.Georg. Progeniem paruam duceſq; reuiſere nidos.
Loquax  Polit. Cepit auis matrem primò, nidoſq; loquaces.
Concauatus  Col.lib.9. Expiatis cubilibus inijciunt ita factis concauatis nidis.
Pendens  Ouid.lib.11. Incubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
Querulus  Idem de Medic.faciei, Addita da querulo volucrũ medicamina nido.
Tepens  Stat.lib.6.Theb. fugere feræ, nidoſq; tepentes Abſiliunt.
Algens  Idem lib.9. Auſter & algentes rapuit Thetis inuida nidos.
Vernus  Idẽ lib.3.Syl. Noctu dieq; tenes nõ ſic Thracinia nidos Alcyone vernos.
Excelſus  Val.Flac.lib.7. Mater ab excelſo produxit in aera nido.
Gracilis  Claud. Ne gracilem ventus diſcuſſerit arbore nidum.
Implumis  Pont. Implumeſq; auium nidos cum matribus ipſis.
Leuis  Calphur. Quam leuibus nidis ſomnos captare volucres.
Altus  Codrus, Qualis & è nido quum primum prouolat alto.
Fragrans  Stroz.pater, Victa graui ſenio, fragrantes prouida nidos Conſtruit.
Textilis  Idem, Textilibus nidis auſas prodire columbas.
Inuolucer  Salmon. Qui nidos educet inuolucres.
Volucer  Mant. Et volucri ſimiles, quæ pabula nido.
Tepidus  Idem, Dum nati implumes tepido fert pabula nido.
Cauatus  Val.Var. Idaliæ volucres alto ſtridore cauatis Exiliunt nidis.

N I G R E D O.

Coruina  Apul.lib.2. Nunc coruina nigredine cærulus.
Piceus  Pont. Liueſcet fumo, & piceum dabit vſta nigrorem.

N I L V S.

*Nilus fluuius eſt Aegypti, plurimum trahens limi quo arua fœcundat. Incerta eſt eius origo. Eccleſiaſtici dicunt eum à Paradiſo terreſtri ſcaturire. Varijs in locis mutat nomina. Septẽ oſtijs infunditur Oceano. Vnde idem Clau. Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat. Arundines profert, quarum membranulæ ſimiles ſunt papyro. Nullas expirat auras. Crocodilos nutrit & Hippopotamos. Alueum egreditur, & totam Aegyptum ſtagnantibus vndis alluit.*

Stagnans  Verg.lib 4.Georg. Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.
Septemgeminus. Verg.lib.6.Aen. Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.
Lagæus  Iuuen.Sat.6. Ad Pharon & Nilum, famoſaq; mœnia Lagi.
Tepidus  Mart.lib.11. Tolle puer calices, tepidiq; toreumata Nili.
Diuiduus  Luc.lib.8. Qua diuidui pars maxima Nili in vada decurrit Peluſia.
Vagans  Idem lib.9. Nilumq; bibens per rura vagantem.
Tumidus  Horat.lib.3. Qua tumidus rigat arua Nilus.
Septemfluus  Ouid.lib.1.Met. Sic vbi deſeruit madidos ſeptemfluus agros Nilus.
Septemplex  Idem lib.5.Met. Qui ſe genitum ſeptemplice Nilo Ementitus erat.
Papyrifer  Idem lib.15. Perq; papyriferi ſeptemflua flumina Nili.
Aduena  Idem lib.5.Faſt. Et pereunt lentes, aduena Nile, tuæ.
Diues  Idem lib.3.Eleg. Ille fluens diues ſeptena per oſtia Nilus.
Fœtifer  Plin.lib.7. Præterquam in Aegypto, vbi fœtifer portu Nilus.
Sacer  Syll.lib.13. Cui ſtant ſacro ſua mœnia Nilo.

Aeriſonus Stat.lib.1.Theb.Captus & æriſoni lugentia flumina Nili.
Placidus Idem lib.3.Theb.Seu fœcunda refert placidi clementia Nili.
Refluus Idem li.4.Theb.Sic vbi ſe magnis refluus ſuppreſsit in antris Nilus.
Vndoſus Idem, Et patris vndoſi ſonitus expectat hiulca Aegyptus.
Parethonius Idem lib.5.Theb.Rauca Parethonio decedunt agmina Nilo.
Paludoſus Idem lib.3.Syll.Vnde paludoſi fœcunda licentia Nili.
Aeſtifer Idem, Verritur, æſtiferi quicquid terit area Nili.
Fertilis Tibull.Fertilis æſtiua Nilus abundat aqua.
Imbrifer Mart.lib.1.Apollodoro plaudit imbrifer Nilus.
Apricus Val.Flac.lib.3.Memphis, & aprici ſtatio ſilet annua Nili.
Torrens Idem lib.4.Contra Nilus adeſt, & toto gurgite torrens.
Aeſtiuus Claud.Hinc bibat æſtiuum ſepteno gurgite Nilum.
Deuius Idem, Nilus ne meatu deuius.
Arcanus Mant.Horruit & dubia ſurgens ab origine Nilus.
Pharius Stroz.fil.Aſſeruitq́; deis Pharij gens accola Nili.
Latus Pont.Germani nomas, & lati niger accola Nili.
Longifluus Idem, Non maria, non longiflui lata oſtia Nili.
Portentifer Stroz.fil.Et portentiferi naſſet vada noxia Nili.
Limoſus Pamph.Oſtia limoſi tetigit dum pinguia Nili.
Vagus Lud.Big.Præſertimq́; vagi regno gens ſubdita Nili.
Vndans Quint.Naturam vndantis Nili ſerutatur.
Sonans Idem, Et Meroes conſpexit aquas, Nilumq́; ſonantem.
Pellæus Mant.Ictibus expoſitum Pellæi infamia Nili.
Præceps Idem, Saxo præceps vbi Nilus ab alto intonat.
Limifer Idem, Limifer Aegyptum toto ſemel irrigat anno Nilus.
Auſtralis Priſcianus, Sed magis auſtralis ſunt terminus oſtia Nili.
Pinguis Idem, Hoc fluuij pinguis deſcendunt flumina Nili.
Irriguus Idem, Irrigui per quam deſcendunt flumina Nili.
Ferax Fauſt.Quaq; ferax ſeptem Nilus abundat aquis.
Extremus Mant.Extremusq́; videt Nilus.
Fallax Claud.Iam tibi nulla videt fallax inſomnia Nilus.
Nigrans Idem, Oſtia nigrantis Nili ſeptena vaporat.
Tepens Iuuen.Sat.10.Perfuſa Oceano, Niloq́; admota tepenti.
Anaurus, quod nullas expuct auras.

N I N O S.

Felix Lucan.lib.6.Et Felix (ſic fama) Ninos, ventoſa Damaſcus.

N I O B E.

*Filia fuit Tantali, & uxor Amphionis regis Thebarum. Hæc habuit 14. liberos, quos omnes Apollo ſagittis interfecit, quod illa Dianæ & Latonæ ſe prætuliſſet. Id ægreferens Niobe, prænimio dolore diriguit in ſcopulum, propè Sipylum vrbem Mæoniæ. Proper.li.2. Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba Sollicito lachrymans defluit à Sipylo.*

Tantalis, Tantali filia. Ouid.lib.6.Met.Diro conuitia facto Tantalis adiecit.
Sipyleia Stat.lib.5.Syll.Citius genitrix Sipyleia fertur Exhauſiſſe genas.
Mœſta Polit.Quo flet mœſta ſilex Niobe, Niubesq́; ſepulchrum.
Frigida Pamph.Hæc tibi det Beroe, frigida vel Niobe.
Infelix Pacificus, Infelix Niobe ſeu magis illa foret.
Ardua Archi.Hic Niobe multa Latonam prole laceſſit Ardua.
Rigida Claud.Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada fingit.
Superba, prius poſitum.

N I P H A T E S.

Arduus Claud.Arduus Hyrcana quatitur ſi mater Niphates.
Tigrifer, à ferendis Tigribus. Sidon.Aut vt tigriferi pharetrata per arua Niphatis.

Fluui⁹ eſt Medorum ſeu Armeniorum cadens ab eiuſdē noīs fonte.

NIREVS.



N I R E V S.

*Filius fuit Charopi & Aglaiæ, puer à naxo admodum ſpecioſus, cuius formam Homerus ſuis carminibus dignatus eſt.*

Diuinus Bapt.Pius, Nirea diuinum facit immortalis Homerus.
Pictus Pont.Pictum oculis, fuſumq́; coma roſeumq́; labellis.

N I T O R.

Aureus Apul.lib.5.Quas iſtis manibus meis ſubinde aureo nitore perſtrinxi.
Tremulus Cæſar Germ.Nubibus elidet ſonitus, tremuloq́; nitore.
Purus Polit.Purus Apollinei ſyderis eſſe nitor.
Rutilus Quint.Ecce domus rutilo micuit patefacta nitore.
Sydereus Mant.Sydereus fronti quibus eſt nitor.
Placidus Mant.Suſpice pacificos ignes, placidumq́; nitorem.
Nitidus Plaut.in Caſ. Omnibus rebus ego amorem credo & nitoribus nitidis antceuenire.
Pæſtanus, gratus inſtar roſarum Pæſti. Bap.Pius, Pæſtanusq́; tuo fulgurator enitor.
Lacteus Idem, Permixtus lacteus igne, Et ferit & penetrat ſaxea corda nitor.
Niueus Idem, Ludit & in niueo flaua nitore coma.
Albus Idem, Quos quater abiungit mira per oſſa nitor.
Flammeus Catullus, Flammeus vt rapidi ſolis nitor obſcuretur.
Iucundus Mant.Quid lucidus, inquam, Ille nitor.

N I X.

Alpina Verg in Boc. Alpinas ah dura niues & frigora Rheni.

Ab Alpibus q̄ ſunt gelidiſſimæ, nam plerunque dictionis huius epitheta, ab ijs regionibus tracta ſunt, quæ feruntur frigidiſſimæ.

Sythonia Idem in Boc. Sythoniasq́; niues hyemis ſubeamus aquoſæ.
Riphæa Lucan.lib.4.Riphæas huc ſolue niues, huc ſtagna lacusq́;.
Scythica Idem lib 6.Scythicæ (quum bruma rigeret) Dimaduere niues.
Hyberna Horat.lib.4.Carm.Nec fluuij ſtrepunt hyberna niue turgidi.
Gelida Ouid.lib.2.Faſt.Nec noua per gelidas vſta ſit herba niues.
Brumalis Idem lib.4.de Ponto. Tectaq́; brumali ſub niue terra latet.
Madens Idem in Epiſt.Moræ niuis lachrymæ ſole madentis eunt.
Pura Stroz.pater, Candidior pura Carbo poeta niue.
Caduca Ouid.lib.3.Eleg.Nomen habes nullum niuibus collecte caducis.
Tenera Idem ad Liuiam, Soluuntur teneræ vere repente niues.
Getica Syllan.libr.17. Et Geticis ſoluit feruenti ſanguine Mauors Lætus cæde niues.
Biſtonia Stat.lib.11.Veluti cum vere reuerſo Biſtoniæ tepuere niues.
Horrifera Val. Flac. lib. 5. Pleiades ille mouens, Mixtumq́; ſonoribus imbrem Horriferam iue niuem.
Orthryſia Claud.Laſſa per Orthryſias fundere membra niues.
Cana Idem, Non canas veſtita niues, non aſpera ventis.
Pruinoſa Mart.Cap.Canicies pruinoſis niuibus candicabat.
Deflua Sidon.Niſi cum deflua niue paſtus impalluit.
Cimbrica Idem, Artus infantum mollas nix Cimbrica durat.
Maligna Pont.Huic concreta gelu, niuibusq́; oppreſſa malignis.
Montana Idem, Collaq́; montana non minus alba niue.
Appœninicula. Stroz.pater, Appœniniculæ continuere niues.
Liqueſcens Liuius, Fluentemq́; labem liqueſcentis niuis ingrediebatur.
Infirma Idem, Iam tum infirmam ingredientia niuem.
Algens Pamph.Noſcit & algentes pingere flore niues.
Alba Theocr.Vt canis è montibus albæ Sæpe niues.
Candida Quint.Non vicit ingens candidas ignis niues.
Rigida Bapt.Pius, Qui rigidas colunt ſæpe calere niues.
Sarmatica Mant.Frigora, Biſtonias Sarmaticasq́; niues.

Hyperborea Bapt.Pius, Brachia hyperborea candidiora niue.
Mœotica Propert.lib.2.Vt Mœotica nix niueo ſi certet Ibero.
Theſſalica Stat.in Achill.Non Peleon ingens, Theſſalicæve niues.
Algida Catullus, Ego viridis algidæ Idæ niue amicta loca colam.
Dura Propert.lib.3.Duras Gallica Parnaſi ſparſit in arma niues.

NOBILITAS.

Ingenua Theodor.Cyr.Craſſa illa corporis nebula detexiſſe ingenuam, nobilitatum.

NOCTVA.

Noctis auis Ouid.lib.11.Si quando luce vagantem Noctis auem cernunt.
Palladis Idem.lib.2.Faſt.Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix.
Garrula Plin.lib.7.Sic noctua in imbre Garrula.
Solicana, à me dicitur, vt à Martiano Capella muſæ ſolicanæ.
Noctiuada Idem, An mage noctiuadæ traditur alitis vſus.
Improba Pamph.Improba iam carmen noctua triſte canit.
Fera Pacificus, Quid toties gemuit noſtris fera noctua tectis.
Prænuncia fati Archi.Prænuncia fati Noctua pcedit properanti morte propinquos.

NODVS.

Tortilis Barth.Tortilibus nodis, ſpirarumq́; orbibus hauſit.
Contortus Ruffus Feſtus, Brachia contortis aſtringunt nubila nodis.
Flexilis Sidon.Cogunt flexilibus latere nodis.
Durus Seneca, Duris oneret pectora nodis.
Lacertoſus Pont.Quaq́; lacertoſo curuantur brachia nodo.
Difficilis Stroz.pat.Hac mea difficili vinxit præcordia nodo.
Strictus Pamph.Iucundi amplexus, ſtrictis qui pectora nodis Componant.
Irreſolubilis Crinit.Nodoq́; ſtringens irreſolubili.
Tenax Idem, Nodis reuinctum vincla tenacibus.
Obſtrictus Quint.Nam miſer obſtricto Iudas ſua guttura nodo Ruperat.
Nexus Idem, Si videas nexis torquere ſophiſmata nodis.
Latens Mant.Quem penes arbitrium nodos aperire latentes.
Anceps Val.Var.Ancipitis prolata palàm diſcuſſio nodi.
Arctus Barth.Vi nectit multa, nodisq́; interplicat arctis.
Ahenus Fauſt.Quam nec Ariſteus nodis edoctus ahenis Detineat.
Solidus Architr.Clauditur, & ſolidum ſuccingit eburnea nodum.
Arcanus Claud.Arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
Aeratus Propert.lib.1.Me licet æratis aſtringam brachia nodis.
Herculeus Herm.Barb.Qui nos inuicem nexuit, & Herculeo nodo iunxit.
Gordianus, qm̃ Gordius rex nodum quendam inexplicabilem compegiſſe fertur.
Caſſioticus, quoniam Caſſium vrbs fuit Aegypti, cuius incolis fuit peculiare nodos multum intricatos connectere.

NOMAS.

Picta Mart.lib.8.Cui diadema daret marmore picta Nomas.
Afra Idem lib.9.Quod Phrygia ſymas, Afra quod Nomas mittit.
Dura Pamph.Illius duro pectore dura Nomas.

NOTA.

Informis Pont.Et decor informes traxit in ore notas.
Turpis Tho.Rad.Ne turpem infamiæ notam contrahamus.
Infamis Stroz.pater, Damnat & infamis pagina plena notæ.
Olens Architr.Animæ non tergis olentes ſub fama redolente notas.

NOTVS.

Ventus eſt meridionalis.

Præceps Ouid.in Epiſt.Vidi præcipiti carbaſa tenſo noto.
Ater Lucan.lib.5.Non imbrib.atrum Aeolij latuiſſe notũ ſub carcere ſaxi.

Rapidus



Rapidus Stroz.fil.Turbabant rapida flamina ſæua noti.
Vdus Horat.Ionius vdo quum remugiens ſinu Noto carinam ruperit.
Furens Hom.apud Gell.Cũq́; Euro incubant Zephyrusq́; Notusq́; furentes.
Terribilis Ouid.lib.1.Triſt.Terribilisq́; notus iactat mea verba preceſq́;.
Procelloſus Idem in Epiſt.Alba procelloſos vela referre notos.
Nubifer Ouid.in Epiſt.Te dare nubiferis lintea plena notis.
Aeolius, ab Aeolo ventorum rege.Ouid.lib.1.de Arte, Et iubet Aeolios irrita ferre notos.
Madidus Pamph.Sax.Nec madidus largo ſibilat ore notos.
Triſtis Stat.lib.7.Theb.Triſtiq́; roſaria pallent Vſta noto.
Sæuus Val.Flac.lib.4.Sic vbi ſæuis Aduectet ratis acta notis.
Pluuius Ruff.Feſt.Pluuioq́; tepeſcant iam vicina noto.
Vuidus Idem, Cornua cæca præmens notus vuidus aera cogit.
Acer Idem, Interea totis notus acer ſæuiet vndis.
Inſanus Bap.Pius, Et dedit inſanis vela ferenda notis.
Durus Seneca, Duros excipiunt notos.
Lubricus Idem, Quas verè primo lubricus perdit minas.
Aerius Pont.Rurſus in aerios prælia abite notos.
Iratus Stroz.pat.Conor & iratis perdere verba notis.
Nymbiſonus.Pamph.Numina nymbiſonos clara fugare notos.
Tumidus Idem, Quum tumidus madido ſibilat ore notus.
Leuis Idem, Diripuère leues irrita verba noti.
Turbidus Idem, Pulſus & aduerſo turbidus axe notus.
Pluuius Sabell.Nunc pluuijs correpta notis, nunc acribus Euris.
Furens Bap.Egn.Hinc boreasq́; notusq́; furens, crebérq́; procellis Africus.
Imbrifer Hier.Balbus, Imbriferisq́; rigent hinc tua membra notis.
Sonorus Quint.Sonorus imbri quasq́; perflauit Notus.
Fugax Mant.Flumina terrores, nymbi promiſſa, fugaces Verba noti.
Volucer Fauſt.Labitur vt volucri pulſa carina noto.
Inflatus Idem, Nec plena inflatis ambitione notis.
Celer Idem, Ferrei & in celeres membra reuulſa notos.
Vanus Idem, Euacuat vanos fama referta notos.
Tepidus Tibull.lib.4.Et iubeat tepidos irrita ferre notos.
Hybernus Propert.lib.2.Nec folia hyberno tam tremefacta noto.
Stridens Stat.in Achill.Penitusq́; noto ſtridente propinquis Arripitur terris.
Raucus Hier.Angl.Quum quatitur rauco ſæpius acta noto.
Surdus Idem, Dicitur hæc ſurdis verba dediſſe notis.
Humens Mant.Humentisq́; noti flatus ceſſaſſe nocentes.
Violentus Boetius, Quod notus ſicco violentus æſtu.

NOVACVLA.

Sæua Mart.lib.2.Hoc ſalamandra notet, vel ſæua nouacula nudet.
Stricta Idem lib.11.Quid ſi me tonſor quum ſtricta nouacula ſupra eſt.

NOVALIA.

Culta Verg.in Buc.Impius hæc tam culta Noualia miles habebit?
Rigua Colum.Tu quoq́; proſciſſo riguoq́; inſperſa nouali.
Dura Claud.Quàm duras ſulcis mollire nouales.

NOVEMBER.

Pruinoſus Mant.Noua pruinoſi iam lux erat orat Nouembris.

NOVERCA.

Iniuſta Verg.in Buc.Eſt mihi nanq́; domi pater, eſt iniuſta nouerca.
Sæua Idem lib.Georg.Pocula ſi quando ſæuæ infecère nouercæ.
Mala Idem lib.8.Georg.Hippomanes, quod ſæpe malæ legère nouercæ:

 Immitis

Immitis Stat.lib.3.Syll.Immitem credas iuſſiſſe nouercam.
Dira Val.Flac.lib.3.Et diræ referentem monſtra nouercæ.
Monſtrifera Idem lib.5.Vbi monſtriferæ par ille nouercæ.
Cruda Pont.Exatiatq; animum cruda nouerca ſuum.
Terribilis. Ouid.lib.1.Met.Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.

NOX.

Nox fingitur terræ filia & Parcarum.

Intempeſta. Verg.lib.1.Georg.Illic vt perhibent, aut intempeſta ſilet nox.
Cæca Idem lib.3.Aen.Nocte natat cæca ſerus freta.
Obſcura. Idem lib.4.Aen.Nox quum terras obſcura teneret.
Atra Idem lib.1.Aen.Ponto nox incubat atra.
Humida. Idem lib.2.Aen.Et iam nox humida cœlo præcipitur.
Silens Idem lib.4.Aen.Somno poſitę ſub nocte ſilenti.

In quanihil omnino præter tenebras apparet.

Eumenidum mater.Idem lib.6.Aeneas matri Eumenidum, magnæq; ſorori.
Sola Idem, Ibant obſcuri ſola ſub nocte per vmbras.
Sopra Idem, Vmbrarum hic locus eſt, ſomni noctisq; ſoporæ.
Nigra Idem lib.7.Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Fumigera. Verg.lib.8.Glomeratq; ſub antro Fumiferam noctem.
Opaca Idem, Defenſi tenebris & dono noctis opacæ.
Flammifera.Lucan.lib.5.Vidit flammifera confectas nocte Latinas.
Languida Idem, Soluerat armorum feſſas nox languida curas.
Latebroſa Idem lib.6.Non obſcura petit latebroſæ tempora noctis.
Caliginoſa Horat.lib.2.Caliginoſa nocte premit deus.
Gelida. Bap.Pius, Me gelidæ noctes, me ros, me cana pruina.
Operoſa. Apul.Iamq; operoſa & peruigili nocte tranſacta.
Pruinoſa Ouid.lib.3.Eleg.Longa pruinoſa frigora nocte pati.
Arcana. Stat.lib.10.Arcanæ moderatrix Cynthia noctis.
Furtiua. Ouid.lib.1.Eleg.Inq; miniſteriis furtiuæ cognita noctis.
Laſciua. Idem lib.2.Eleg.Sepæ ego laſciuæ conſumpſi gaudia noctis.
Lethæa Idem lib.3.de Arte, Victaq; lethæa lumina nocte premant.
Reuerenda Idem in Ibin, Noxq; tenebrarum ſpecie reuerenda tuarum.
Tranquilla Plin.lib.9.Tranquillis noctibus relucet.
Roſida Seneca, Roſidæ noctis geminauit horas.
Soporifera Syl.lib.7.Haurire ſinebant Dona ſoporiferæ noctis.
Somni genitrix.Idem lib.15.Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis Purgarat.
Illunis. Idem, Illunem nacti per rura tacentia noctem.
Tacita Idem lib.17.Ac tacita ſpargit celata incendia nocte.
Titanis Stat.lib.1.Theb.Titanis late mundo ſubuecta ſilenti.
Quieta Idem lib.1.Theb.Tunc epulæ, felixq; ſopor, noctesq; quiete.
Tenebroſa Idem lib.7.Attoniti tenebroſam à vertice noctem Reſpexere duces.
Proterua. Idem li.9.Luduſve proteruæ Noctis.
Occidua. Idem lib.10.Stat ſuper occiduæ nebuloſa cubilia noctis.
Fœda Idem, Fœdam indignantes noctem.
Fœcunda. Idem, Nox fœcunda operum, pulchræq; accommoda fraudi.
Cærula Idem lib.3.Syll.Vix dum cærula nox ſubibat orbem.
Vaga Idem lib.3.Syll.Qualemq; vagæ poſt crimina noctis.
Brumalis Idem li.4.Syl.Hylaresq; ioci brumalem abſumere noctem Suaſerunt.
Tartarea Mant.Tartaream penetrant chaos inſcrutabile noctem.
Terrifica Val.Flac.lib.5.Sacraq; terrificæ ſupplex mouet irrita noctis.
Picta Claud.Stat pronuba iuxta Stellantes nox picta ſinus
Madida Ruffus Feſtus, Cur ſpacium lucis, madidæ cur tempora noctis.
Stelliparens Idem, Occaſusq; celer tamen iſto ſtelliparens nox.
Algida Idem, Lucis in occaſu nox vt ferat algida rores.

Connubia



Connubia Mart.Cap.Quum eos connubiæ, aut intempeſtæ noctis ſilentio ad ſe venire compelleret.
Somnifica Idem, Neq; me conſpiciet ſomnificamq; vel temulentam.
Furua Idem, Hic oſtilos igitur furuæ ſplendet a noctis.
Euanida Bap.Pius, Verum tempus erat quum nox euanida miſcet.
Concubia Mant.Namq; vbi concubiæ venere ſilentia noctis.
Stellans Idem, Quum noua ſtellanti micat inter ſidera nocte.
Horrenda Seneca, ...noctis horrenda ſopore.
Sublustris Pont.Quæ paſſim multa ſubluſtris noctis in vmbra.
Importuna Idem, Ingeminat nigras nox importuna tenebras.
Nigrans Idem, Nigrantes, Seu noctes placuit vt ſoles ducere Baccho.
Mandens Idem, Ingratum vt ſenſit frigus ſub nocte madenti.
Fuſca Idem, Mox vbi ſiderijs nox fuſca ſuperuenit aliſq.
Nigricans Idem, Et quod nec nigricante cicedula nocte.
Fuſcula Idem, Fuſcula nox, orcus quoque furſculus.
Somnifera Idem, Da noctem nato, noxia ſomniferam.
Frigidula Pont.Tecum has frigidulas fouere noctes.
Vdula Idem, Auræ ſalubres ventilant, nox vdula.
Fallax Thom.Rad.Fallaci haud ſemper ludunt temeraria nocte.
Tacens Marull.Non tot ſigna micant tacente nocte.
Horrifica Stroz.fil.Siſtit, & horrificam pellit ſub tartara noctem.
Stellifera Mant.Stelliferæ noctis medium tranſierat axem.
Soporata Iuuencus, Iamq; ſoporata torpebant omnia nocte.
Profunda Augurell.Errabam in cæcis tenebris, & nocte profunda.
Humens Guill.Caſtell.Aut fœdi aſſurgent humenti nocte vapores.
Pallida Mant.Et nox iam pallida cœlum Clauderet.
Stellata Idem, Stellatæ dux noctis erat.
Taciturna Idem, Inſomnus ducens taciturnæ tempora noctis.
Vmbroſa Idem, Expulit vmbroſam cœleſti lumine noctem.
Rorifera Mantuanus, Orbe ſoporato tellus Aegyptia noctem Roriferam induerant.
Horrifera Idem, Tu mihi per noctem horriferam, tenebroſa per antra.
Trepida Idem, Trepidæq; horrentia noctis Somnia.
Triſtis Idem, Mœrebatq; tacens & triſti pallida nocte.
Tænaria Idem, Animasq; in nocte iacentes Tænaria.
Stygia Val.Var.Poſſis & Stygiæ referare ergaſtula noctis.
Humecta Cimbr.Et humectæ fugat aſtra cadentia noctis.
Pallens Barth.Et ſomni ſoror, & pallentis fila noctis.
Sydera Architr.Noctis ſyderæ mentita diem.
Imbrifera Claud.Sic non imbriferam noctem ducentibus hœdis.

NVBES.

Alta Verg.lib.1.Georg.Deſerit, atq; altam ſupra volat ardea nubem.
Cærulea Idem in Cyri, Corpora cæruleas peruertite in æthera nubes.
Aetherea Idem de Iride, Diſcolor æthereis apparet nubibus iris.
Vmbrifera Idem ibidem, Vmbriferas nubes radijs vbi contigerit ſol.
Aquoſa Idem ibidem, Quum Phœbus radios in nubem eiecit aquoſam.
Atra Idem lib.3.Aen.Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem.
Nigra Idem lib.5.Plaudentem nigra figit ſub nube columbam.
Liquida Idem ibidem, Namq; volans liquidis in nubibus arſit arundo.
Aeria Tibull.lib.4.Aeriæ & nubes diripienda ferant.
Cærula Verg.lib.8.Qualis quum cærula nubes Solis inardeſcit radijs.
Gelida Idem lib.12.Aut qua ſpe gelidis in nubibus hæres.

Cæca

Cæca Lucan.lib.2.Micatuis cæca telorum in nube ferantur.
Squallens Idem lib.6.Mœſtum i ecta caput ſquallenti nube pererrat.
Imbrifera Idem lib.9.Et non imbriferam contorto puluere nubem.
Ardua Horat.lib.3.Carm.Molem propinquam nubibus arduis.
Volans Lucret.lib.1.Pulueris exhalat nebulam, nubesq; volantes.
Valida Idem lib.6.Incidit in validam maturo fulmine nubem.
Caua Ouid.lib.8.Met.Exiliantq; cauis eliſi nubibus ignes.
Picea Idem lib 11.Feruet & inducta piceis è nubibus vmbra.
Bibula Idem lib.14.Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Grauida Idem lib.1.Triſt.Fallor an incipiunt grauidæ euaneſcere nubes?
Opaca Idem lib.2.de Arte, Aut quiddam nubis opacæ Quærimus.
Maculoſa Plin.lib.37.Maculoſa nube occulta aliquando vomica.
Humens Ruffus Feſt.Si Notus humentes Libyco trahit æthere nubes.
Nigrans Syll.lib.2.Nigrantem fumo rogus alta ad ſidera nubem.
Obſcura Idem lib.14.Mulciber obſcuræ tectus caligine nubis.
Vndans Idem lib.13.Erigit vndantem glomerato puluere nubem.
Calida Stat.lib.4.Theb.Exalat calidam nubem.
Montana Idem lib.7.Seu montana dedit nubes.
Aſpera Idem lib.10.Armatas erexit apes fremit aſpera nubes.
Glauca Val.Flac.lib.2.Cuius ſtellantia glauca Lumina nube tremunt.
Volucris Idem, Tollitur & volucres Riphæa per ardua nubes.
Fumans Idem lib.3.Arduus & late fumanti nube coruſcus.
Vmbroſa Idem lib.4.Illic vmbroſæ ſemper ſtant æquore nubes.
Fugax Claud.Vndoſam ſeruare fugam, nubesq; fugaces.
Ignota Idem, Nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.
Diſploſa Ruffus Feſt.Diſploſis etenim per apertam nubibus æthram.
Imbrificata Mart.Cap Modo nubibus imbrificatis.
Deformis Seneca, Ipſos penates nube deformi obſidet.
Squallida Idem, Et nube mœſtum ſquallida exoritur iubar.
Pallida Pont.Pallida quum cœlo nubes delapſa repente.
Ventoſa Polit.Neq; ventoſis in nubibus alas Expandis.
Fumida Mirand.Quem fumida nubes Concluſit.
Procelloſa Idem, Procelloſas nubes diſiecit amoris.
Leuis Idem, Inq; leues abiit perfuncto munere nubes.
Ignicolor Iuuencus, Quando veniet ignicolori Maieſtate potens.
Turbida Augur.Turbidis Opertus acer vndecunq; nubibus.
Vaga Quint.Vrgent nubibus mentem vagis.
Cœliuaga Mant.Cœliuagis quoties è nubibus æſtas Fundit aquam.
Multicolor Idem.Quas iride veſtit Multicolor nubes.
Lurida Idem, Extemplò nitidum prius aera lurida nubes inquinat.
Altiuola Idem, Et altiuolis cribrati nubibus imbres.
Horrifica Syll.lib.17.Turbine & horrificam traxere per æthera nubem.
Sonora Iuuen.Sat.13.Ad ſubitas Thracum volucres, nubemq; ſonoram.

NVBILA.

Fuſca Ouid.lib.5.Met.Fuſca repurgato fulgiebant nubila cœlo.
Denſe Syll.lib.1.Hic ſubitus ſciſſo denſa inter nubila cœlo.
Caua Idem lib.3.Niſi quem caua nubila torquens.
Turbida Idem lib.4 Nigranteſq; globos, & turbida nubila torquens.
Picea Idem lib.5.Squallebat preſſum picea inter nubila cœlum.
Nymboſa Stat.lib.4.Syll.Spiritus ac hyemes, nymboſaq; nubila parent.
Frigida Idem lib 5.Syl.Frigida damnatæ prædixit nubila menti.
Concaua Cæſar Germ.Concaua quos reddunt incluſo nubila vento.





Vaga Ruff.Feſt, Qualia protractu vaga nubila ſæpe rubeſcunt.
Tetra Idem, Mox tempeſtates & nubila tetra cientur.
Humida Auſon.Communem ſenſere reum, quáquàm humida circum Nubila.
Triſtia Seneca, Triſti ſilentem nubilo liquit domum.
Atra Idem, Nunc atra ventis nubila impellentibus.
Nigrantia Pont.Nigrantia nubila latè Differet.
Nigra Idem, Non nebulæ, non me nubila nigra tegunt.
Sublimia Pont.Tandem & ſublimia tranat Nubila.
Ardua Idem, Ardua laxato diſcuſſit nubila cœlo.
Opaca Pamph.nubila perpetuæ noctis opaca tegent.
Pallida Mant.Tu ſimilis Zephyro, qui pallida nubila & imbres Diſſipat.
Cæca Cantal.Heſperus vnde illis per nubila cæca reuulſit.
Mollia Stat.in Achil.Vbi mollia frangunt Nubila.
Liuentia Mant.Cernis vt è ſummo liuentia nubila Baldo.

NVCES.

Auellanæ Plin.Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt.
Tarentinæ Colum, Nucē Græcā, Auellanā, & Tarentinam hoc mō facere poteris.
Thaſiæ Quint.Thaſia nux quoſdam, cilix & piſcis aliquos.
Perſicæ Pol.in Ruſ.Toruaq; cum ceraſis, duroq; putamine clauſa Perſica nux.
Ponticæ Plinius laudat Ponticas.
Prenæſtinę Cato.Et nuces recentes Prenæſtinas & Græcas ſerito.
Fagineæ Mant.Fagineaſq; nuces, barbataq; meſpila.

NVGAE.

Canoræ Horat.In Arte, Quàm verſus inopes rerumq; nugæq; canoræ.
Argutæ Gell.li.15.Qui de petoritis argutiſſimas nugas nuper dixit.
Peregrinæ Mart.lib.5.Nolo, peregrinis placeas tibi Gellia nugis.
Dulces Idem lib.8.Tu ne potes dulces ingratè relinquere nugas.
Gaudioſæ Thom.Rad. Quum ſedatos epulonum animos ex tot iam gaudioſis nugis cerneret.
Amantes ocia. Cod.Blanditiaſq; leues & amantes ocia nugæ.
Leues Stroz.pat.Tu quoque parce leues nugas extollere tantum.
Vaniloquæ Idem, Et qui vaniloquis conſumunt tempora nugis.
Vulgares Mant.Quo fit vt errorem nugis vulgaribus iſtum.
Fœmineæ Idem, Ergo vbi fœmineæ potuerunt vertere nugæ.
Futiles Idem, Quid opus modo perdere tempora nugis Futilibus.
Loquaces Remaclus, Nugiſq; loquacibus omnia miſcent.
Aniles Mant.Verum hæc ne forſan nugæ videantur aniles.
Ineptæ Adr.Card.Nugulas ineptas non perferens Martianus interuenit.
Bullatæ Perſius Sat.5.Bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat.
Vanæ Mant.Nitimini in leges vanis inflectere nugis.
Ficticiæ Barth.Loch Fictitiæ nugæ, & grecanica fabula cedat.
Inanes Theo.Cyr.Hæc aūt vobis nō incaſſum, tāquam nugas inanes effudo.
Ventoſæ Idem, Ventoſis philoſophorū nugis ſimplicem piſcatorum doctrinam.
Commentitię.Idem Suſpicaminiq; nos vobis commentitias nugas afferre.

NVGATOR.

Graphicus Plaut.in Trinummo, Nimium hunc graphicum nugatorem.

NVMA.

*Numa fuit ſecundus Romanorum rex, inſignis pietate & iuſtitia. Is condidit templum Iani, quod aperiebatur tempore belli, pacis verò claudebatur. Mox cultum deorum inſtituit. Creauit ſacerdotes. Veſtales virgines ſacrauit, dies feſtos, nefaſtoſq; condidit. Annum, qui prius erat decimeſtris, diuiſit in duodecim menſes. Natus demum annos 40. fatis conceſſit. Templum Veſte rotundum conſtruxit, vbi perpetuus ignis aſſeruabatur.*

Sacrificus Lucan.lib.9.Sic illa profecto Sacrifico cecidere Numæ.
Munificus Ouid.lib.3.Faſt.Cui Numa munificus, facti pote præmia dixit.
Intonſus Idem ibidem, Tunc erat intonſi regia magna Numæ.
Fatidicus Stroz.fil.Verbaq; fatidici pectore digna Numæ.
Pacificus Mart.lib.12.Pacifici Latia reddis ab vrbe Numæ.
Sanctus Pamph.Et Numa, ſic ſancto ſanctior, atque Numa.
Legifer Idem, Secula legiferi tempore nata Numæ.
Romuleus Idem, Romuleiq; tenent regia tecta Numæ.
Oebalius Sabell.Oebaliumq; addāt ambitioſa Numā, i. Lycurgum, vt conijcio.
Antiqnus Ouid.lib.3.Triſt.Hic fuit antiqui regia parua Numæ.
Sceptrifer Stroz.pat.Sceptrifer Aegeriam fertur amaſſe Numa.
Placidus Claud.Con placido moderante Numa.
Vetus Mant.Sine Numam veterem, Lacedæmoniumve Lycurgum.
Iuſtus Ouid.lib.2.Eleg.Aegeriam iuſto concubuiſſe Numæ.

## N V M E N.

Auxiliare Lucan.Numen auxiliare vocat.
Exorabile Stat.lib.5.Syll.Nunc magni vocat exorabile numen Cæſaris.
Venerabile Sidon.Teſtor, Roma tuum nobis venerabile numen.
Sanctum Mant.Nec ſuperos odi, nec numina ſancta, nec aras.
Immortale Hieron.Anger.Immortale ſibi numen adeſſet.
Olympicum Mant.Candide per ſuperos, per Olympica numina iuro.

## N V M E R I.

Molles Crinit.Molles teneris labellis Dulce perſungis numeros.
Blandi Pont.Nec blandis numeris dabit Thalia.
Dulces Idem, Ad ima & dulces numeros miniſtra.

## N V M M V S.

Doloſus Perſ.Quod ſi doloſi ſpes nulla reſulſerit nummi.
Aureus Bud.Itaq; in nummo aureo, argenteoque æſtimando ſcrupulus nullus eſſe debet.
Iurgioſus Conr.Viuitur nummo ſine iurgioſo.

## N V M Y C I V S.

Corniger Oui.li.3.Faſt.Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numycius vndis Creditur.Fluuius eſt Italiæ, non longe à Lauinio, in quo ſubmerſus eſt Aeneas.

## *N V M I D AE.*

*Numidæ ſeu Numades populi ſunt Africæ, degentes in plauſtris ductilibus, unde vocantur vagi. Habebant [illegible] alueos nauium conuerſos pro tugurijs, aut[ore] Saluſtio. Veſcuntur lacte, ferina carne, & elephantis. Omnis eorum vita occupatur in paſcendis gregibus. Equos regunt non freno, ſed virga. Hinc vocantur infrenes, vel etiam quod legibus careant. Nullus certas habent ſedes. Vxorib. perinde ac ſeruis vtuntur. Locus medius apud eos ſedes eſt honoris. In bellicis conflictib. plerumq; cedunt & fugam mentiuntur, mox vbi opportuna fert occaſio, in hoſtem ſe conuertunt, rurſusq; maiore impetu q[uam] prius inuadunt. Acutiſſimo ſunt ingenio, ſingulariq; prudentia ad cognoſcendam veritatem, refellendamq; falſitatem.*

Infreni Verg.lib.4.Aen.Et Numidæ infreni cingunt, & inhoſpita Sirtis.
Vagis Lucan.lib.4.Autololes, Numidæq; vagi.
Fugaces Idem, Tunc primum patuere doli, Numidæq; fugaces.
Maurulij [illegible] Scyphas in Maurulios ex acie Numida refugit.
Indomiti Mant.Ac Numidæ indomiti bella inteſtina mouebant.
Belligeri Idem, Belligeri erumpunt Numidæ, teliſq; laceſſunt.
Infrenes Barthol.Reſpice & infrenos Numidas, fractiq; Iugurthæ Imperium.
Acres Mantuan.Hæc tormenta acres Numidæ exercere ſolebant.

## N V N C I V S.

Velox Claud.Dixerat, & velox iam nuncius aſtra terebat.

Celer



Celer Mant.Sed celer aerio labens per nubila curſu Nuncius.
Aeripes Remaclus, Nuncius aeripes Nazareth arua petit.

## N V T R I X.

Sedula Horat.An matrona potens, an ſedula nutrix.
Blanda Auſon.Eripui tenerum blandis nutricibus æuum.
Officioſa Homerus apud Eraſmum, Non ſecus ac dulciſſima nutrix Muſcam arcet puero ſomno officioſa cubanti.

## N V T V S.

Facilis Pont.Quæ poſtquàm facili perfecit ſingula nutu.
Subuafer Mant.Signaq; ſubuafro taxantem myſtica nutu.
Tacitus Ouid.lib.3.Eleg.Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus.
Loquax Pont.Vtq; ſupercilio ſpondens, nutuq; loquaci.
Geſtuoſus Thom.Rad.Singulos hortari geſtuoſis nutibus.

## N V X A R B O R.

Viridis Pallad.Rut.Martialis expertum ſe ait virides nuces.
Patula Calent.Aſſerunt patula ſub nuce concinere.
Longæua Iuuen.Sat.11.Annoſam ſi fortè nucem deiecerat Eurus.

## N Y M B V S.

Nigrans Verg.lib.4.Aen.His ego nigrantem commixta grandine nymbum.
Obſcurus Idem lib.12.Hor Venus obſcuro faciem circundata nymbo.
Aethereus Idem lib.8.At Venus æthereos inter dea candida nymbos.
Niger Lucret.lib.6.Præterea perſæpe niger quoq; per mare nymbus.
Volans Idem, Corpora quæ faciunt nubes, nymbosq; volantes.
Rigans Idem, Atq; aliis aliæ nubes, nymbiq; rigantes.
Gyemalis Ouid.lib.9.Vberior ſolito nymbis hyemalibus auctus.
Auſtralis Idem li.4.de Ponto. Nulla dies adeò eſt auſtralibus humida nymbis.
Subitus Syl.li.1.Heu quænam ſubitis horreſcit turgida nymbis Tempeſtas.
Terrens Idem lib.6.Sic tibi torrentem crepitanti grandine nymbum.
Ater Idem lib.12.Fulminaq;, & tonitrus, & nymbos conciet atros.
Piceus Stat.lib.1.Theb.Piceo nox obuia nymbo.
Tenuis Idem lib.6.Theb. Aut tenues curant vaga flumina nymbos.
Præceps Valer.Flac.lib.1.Ipſe ego præcipiti tumidum per Enipea nymbo.
Hiulcus Claudian.Confeſſus generum nymbis Hymnæus hiulcis.
Vibratus Idem, Aſpera vibrati renuerunt omnia nymbi.
Hybernus Cæſar Ger.Ver erat hybernis totum execrabile nymbis.
Vndans Pont.Perſpiciensq; vndantem altè deſcendere nymbum.
Fumificus Idem, Credere fumificum diſcuſſo puluere nymbum.
Trux Polit.Aut trucibus nymbis, aut iræ obnoxia Cauri.
Horriſonus Pallad.Sor.Iuppiter horriſonis ſemper non æthera nymbis Concutit.
Gellidus Mant.Cornuaq; ægocer[i] gelidis humentia nymbis.
Glacialis Idem, Perdidit & nymbis Cererem glacialibus hauſit.
Leuis Idem, Sublatæq; leues nymbi tolluntur arenæ.
Stillans Idem, Candida, præcipitant ſtillantem culmina nymbum.
Algens Barthol.Armatam torquet nymbis algentibus Arcton.

## N Y M P H AE.

Teneræ Ouid.lib.11.Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina nymphis.
Niuæ Idem lib.1.Faſt.Vt tetigit niueæ ſecreta cubilia nymphæ.
Aequorea Syll.Aequoreæ pelago ſimul emerſere ſorores.
Nereiæ Idem, Tum magno percuſſa metu Nereia turba.
Glaucæ Stat.lib.9.At genitrix cętu glaucarum cincta ſororum.
Cæruleæ Idem, Cæruleæ referunt lamenta ſorores.
Dulces Idem lib.2.Syll.Occurrit dulcis amaro Nympha mari.

Fluctigenæ

Fluctigenæ Mar.Cap.Cunctiq; fluctigenæ, complures etiam aſtriluci.
Humentes Sidon.Humentes nymphas Phorcus comitatur vbique.
Fluċticolæ Idem, Fluċticolæ quum feſta nurus Pagaſæa per antra.
Formoſæ Pont.Formoſæ ludunt vbi feſta ad carmina nymphæ.
Nitidæ Idem, Tum ſeptem nitidæ ſunt præſto ad munera nymphæ.
Cærulæ Idem, Audijt irrigui cærula nympha loci.
Candidæ Idem, Teq; meo pepigit candida nympha thoro.
Decoræ Idem, Currit in amplexus nympha decora tuos.
Amatrices Polit.Traxit amatrices hæc vſque ad limina nymphas.
Laſciuæ Conrad.Et laſciua canat ſub calamis nympha tepentibus.
Prænitentes Crinit.Et inter herbas prænitentibus nymphis.
Letæ Idem, Furta cum lætis agitare nymphis.
Nemoriſſequæ. Idem, Huc adſint nemoriſſequæ nymphæ cum ſatyris leues.
Vitreæ Mich.Ang.Quod formam vitreis quondam componere nymphis.
Oceanitides Mant.Inter aquas nymphis Oceanitidibus.
Florilegæ Idem, Et vos ſylueſtria nymphæ Numina florilegæ.

*N Y S V S.*

*Nyſus fuit Troianus Hyrtaci filius, & amicus Euriali. Hi duo pro Aenea certauerunt in Turnum, quorum alterum Eurialum quum Rutili interfeciſſent, Nyſus qui curſu periculum euaſerat, redijt tamen ad vlciſcendam ſocij mortem: eoq; facto ſuper mortui corpus ſe confodit, & exanimem proiecit.*

Hyrtacides Ouid.lib.1.Triſt.Hyrtacidæ Nyſi gloria nulla foret.
Phrygius Stat.lib.10.Phrygijq; admittat gloria Nyſi.
Purpureus Idem lib.3.Syll.Hinc & purpurei cedat coma ſaucia Nyſi.
Pius Stroz.pat.Euryalusq; pio viditin Hirtacide.

## O A X E S.

Rapidus Verg.in Buc.Pars Scythiam, & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.

O B B A.

Poculum ligneum. Seſſilis, ideſt, lata. Perſius Sat.5.Exhalet vapida læſum pice ſeſſilis obba.

O B E L V S

Acutus Petrarcha, Venit Ariſtarchus obelis armatus acutis.

O B E X.

Fortis Mant.Obice forti Suſtinuit Turcorum iras.

O B L I V I O.

Pigra Stat.lib.10.Theb.Limen opaca quies, & pigra obliuia ſeruant.
Deſes Augur.Obliuionem ſæpe rerum deſidem.
Lethæa, à fluuio infernali, cuius aqua obliuionem fertur inducere. Vnde Verg.Securos latices, & longa obliuia potant.

O B S E Q V I V M.

Blandum Seneca, Tu modo blando vince obſequio.
Manſuetum Mant.Inter mille feras, tibi quæ manſueta ferebant Obſequia.

O B S I D I O.

Arcta Lucan.lib.6.Sed patitur ſæuam veluti circundatus arcta Obſidione famem.
Dura Mant.Cinxerat has vrbes dura obſidione Philippus.

O B S O N I V M.

Opiparum Plautus in Milite, Vino ornamentis, opipariſq; obſonium.
Lautum Mant.Obſonia menſas Lauta onerant.

O C C A S V S.

Serus Seneca, Quæq; ad occaſus iacet ora ſeros.

Sedes



Sedes Zephyri, quoniam Zephyrus flat ab occidente. Vnde Ouid.lib.1.Met. Veſpere ab occiduo quæ littora ſola tepeſcunt, Proxima ſunt Zephyro.

O C E A N V S.

Refuſus Verg.li.7.Audiit, & ſi quem tellus extrema refuſo ſummouet oceano.
Ingens Lucan.lib.1.Quum funditur ingens Oceanus.
Beluoſus Horat.lib.4.Car.Te beluoſus q; remotis Obſtrepit oceanus Britannis.
Circumuagus. Idem in Epo. Nos manet oceanus circumuagus.
Senex Ouid.lib.5.Fauſt.Thetios has neptes, oceaniq; ſenis.
Glacialis Iuuen.Sat.2.Altra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem Oceanum.
Aduena Val.Flac.lib.1.Lybiæ cum rumperet aduena Calpen Oceanus.
Sonorus Ruffus Feſtus, Qui poſtquàm oceano ſeſe expediere ſonoro.
Rex vndarum. Pont.Oceanus rex vndarum, ac Mauruſia coniunx.
Vaſtus Polit.Quæ plurima vaſtus Subluit oceanus.
Circumfluus. Codr.Varc.Sed quos terris circumfluus ambit Oceanus.
Vitreus Stroz.fil.Vitreo quæ lota reſurgit Oceano.
Canus Conr.Pater ille Oceanus canus & vuidus.
Reciprocans Quint.Eſt vnda Oceani reciprocantis.
Immenſus Mant.Oceano immenſo vicina, cadentibus aſtris.
Vndoſus Idem, Phœbus & vndoſo Doris in Oceano.
Vagus Cimb.Qua ſumma vagi ferit æquora Thetis Oceani.
Amplus Bart.Non ſecus oceano fertur Neptunus in amplo.
Refluus Priſcian.Latè refluum memorare parabo Oceanum.
Largus Polit.Perfundit largi fontibus oceani.
Fertilis Fauſt.Fertilis oceanus qua rura Britanica ditat.

*O C I V M.*

*Apud Athenienſes Draco legislator eos, qui ocij forent damnati, capite mulctandos cenſuit. Nihilominus apud quoſdam populos vt Thracios ocioſum eſſe pro honeſtiſſimo iudicatum eſt. Plinius Cælius Minutium quendam monens ait. Longe præſtare vacuum eſſe, quàm ineptis implicari laboribus. Thales ait eam domum optimam ſibi videri, vbi ocio pingui domino perfrui licet. P.Scipio, qui prior Africanus eſt appellatus, dicebat, nunquã ſe minus ocioſum eſſe, quàm cum ocioſus, nec minus ſolum, quàm quum ſolus, vt ſcripſit Cato. Idem Cato dicere ſolebat nos minus ocij, quàm negocij clarorum virorum rationem extare oportere. At contra Galba dictabat neminem ocij ſui rationem reddere cogi.*

Ignobile Verg.lib.4.Georg.Parthenope ſtudijs florentem ignobilis oci.
Tranquillus Lucan.lib.2.Melius tranquilla ſine armis Ocia ſolus ages.
Molle Ouid.lib.1 Met.Mollia ſecuræ peragebant ocia gentes.
Ignauum Idem lib.1.Triſt.Et non ignaua legentem Ocia delectent.
Segne Idem lib.1.de Ponto, Non ſum qui ſegnia ducam Ocia.
Infelix Idem lib.4.de Ponto, Quaq; infelicia perdam Ocia materia.
Diſtinctum Idem lib.1.Eleg.Ipſe ego ſegnis eram, diſtinctaq; in ocia natus.
Liberum Idē lib.2.de Arte, Hic tibi ſeruandus tenor eſt, cum libera dantur ocia.
Languidum Claud, Langiuda cæruleis inuexerat ocia bigis.
Sordidum Mart.lib.1.Sordidaq; in paruis ocia rebus amat.
Marcidum Claud.Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu Ocia.
Blandum Idem, Cui neq; luxuries bello, nec blanda periclis Ocia.
Dulce Auſon.Dulcia, ſecreti repetantur vt ocia ruris.
Oblectabile Idem, Nam ſi mihi ocium fuerit oblectabile.
Gratum Idem, Nec occupari tempora grato quæretur ocio.
Iners Idem, Inertis ocij, inutile opuſculum.
Pingue Sidon.Pingui ocio marcidus & eneruis animus ſe attollat.
Facile Seneca, Euryſtheus facili regnet in ocio.

Long

Lene Idem,Leni perfruar ocio.

Languens Pont.Cui labor,impatienſq́; ocij languentis egeſtas.

Lætum Idem,Cantanteſq́; fruamur, & ocia læta ſequamur.

Garrulum Pont.Ocia ſecurus garrula Bacchus amat.

Deſidioſum Pamph.Ocia quas plumis deſidioſa tenent.

Fœdum Sabel.Ocia fœda ſimul,ſimul eſt quoque iuſſa voluptas.

Amœnum Quint.Tu verò in altis ocium pallatijs Traxiſti amœnum.

Pigrum Rodolph.Agric.Ocia pigra ſequi,ſegniuè fatiſcere luxu.

Quietum Quint.Humano generi quietum ocium præſtas.

Pernicioſum.Vnde Catul.Ocium reges prius & beatas Perdidit vrbes.

Genioſum Mant.Et cole noſtrates genioſa per ocia lucos.

Infœcundum.Stat.lib.3.Syll.Ocia iam pulchræ terit infœcunda iuuenta.

Facundum Claud.Facunda placebant ocia.

Delicioſum Pictorius,Ocia perpetuo delicioſa cauæ.

## O C R E A.

Læuis Verg.lib.7.Aut ocreas læues,lento ducunt argento.

Ferrea Vegetius,Ferreas ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere.

Renidens Stat.lib.10.Semianimes artus ocreis renidentibus hærent.

Fulua Quint.Armentaria fuluis Plena ocreis videas.

Teres Barthol.Pars teretes ocreas & ſcuta recurua. Ocreæ dicuntur crurum munimenta.

## O C V L I.

Humentes Lucan.libro 4. Ante ducis voces oculis humentibus omnes Aſpicerent.

Vitrei Pont.lib.2.Baiarum,Ni reddis michi vitreos ocellos.

Glauci,i.ſubuirides,Salmon.Et arridet glaucis tibi mater ocellis.

Orbicularis Textor,Quum nutum dominæ facit orbicularis ocellus.

Venuſti Cic.in 5.Quæſt.Tuſc.Hæc,quæ ſunt minima, tamen dicantur bona neceſſe eſt,candiduli dentes,venuſti oculi,color ſuauis.

Igniti Marull.Ignitos quotiens tuos ocellos In me vita moues.

Teneri Ouid.lib.3.Eleg.Quid fles & lachrymis teneros corrumpis ocellos.

Vagi Boet.Et hoc vagis oculis, & effrena lingua,petulanti animo, vultu incompoſito.

Roſei Mart.Cap.Aurora exoriens roſeis ſpectabat ocellis.

*Oculi.n. venuſti mordent, & alliciũt ac potentiſſimum amoris incitamentum pariunt, ita vt eorum fulgor & amabilis intuitꝰ quaſi quodam morſu vitalia populetur.*

Ebrij, qui aliquantulum humecti ſunt, & ludibundi. Cat. Et dulcis pueri ebrios ocellos.

Ludibundi, qui grato motu ſpectantes alliciunt.Gall.cap.5.lib.3.Nam cùm vocem eius infractam, capillumque arte compoſitum, & oculos ludibundos, atque illecebræ,&c.

Luciduli Pont.Et cùm lucidulos in me conuertit ocellos.

Vigiles Architr.Quum longo vigiles ſomno ſuffundit ocellos.

Sequaces Stat.lib.3.Pelegere animis,oculiſq́; ſequacibus auras.

Gemmantes Col.lib 5.Ne ſuper lachrymet, & gemmantem cæcet oculum.

Morſicantes Apul.Tum ille ceruicem intorſit,& ad me conuerſa limis & morſicantibus oculis.

Micantes Idem,Sic tuis iſtis macantibus oculis & rubentibus bucculis.

Proterui Ouid.in Epiſt.Tu modo me ſpectas oculis laſciuè proteruis.

Arguti Idem lib.3.Eleg.Riſit & argutis quiddam promiſit ocellis.

Tumidi Idem ibidem,Et veſtem tumidis prætendit ocellis.

Molles Idem lib.1.de Rem.Mollibus eſt oculis,quod fleat illa refer.

Nitidi Iuuen.Sat.6.Turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos.

Albicantes Plin.lib.2.cap.10.Beli oculus albicans pupillam pingit nigram.





Flagrantes Syl.lib.17.Cerno flagrantes oculos,vultumq́; timendum.

Blandi Stat.lib.2.Syll.Nec petulans acies,blandiq́; ſeuero Igne oculi.

Turgiduli Catul.Flendo turgiduli rubent ocelli.

Melliti Idem,Mellitos oculos tuos iuuenci Si quis me ſinat vſq; baſiare.

Compoſiti Propert.lib.1.Compoſitos leuibus radijs patefecit ocellos.

Acres Val.Flac.lib.6. Ac ſimul huc acres oculos ſenſuſq́; referre.

Ardentes Idem lib.6.Perſequitur luſtrans,oculiſq́; ardentibus hæret.

Auari,videndarum rerum cupidi.Manil.Verticibus medijs oculos emittet auaros.

Stellantes Mart.Cap.Quos ſtellantib.oculis interſtinctos cerebri vibratus ignũ luminabant.

Nictantes Idem,Nictantes oculos reprimit ſtupefacta vapore.

Decori Idem,Oculos delecta decoros Reconde mentis intimo.

Purpurati Idem,Nec poſſe purpuratis nimium placere ocellis.

Protuberantes.Sidon.Etenim protinus argumento fuere liuida cutis, oculi protuberantes.

Rutilantes Pont.Quid dicam,cum plena oculis rutilantibus.

Radiantes Idem,Mille miſcent oculis paſſim radiantibus ignes.

Placidi Idem,Torpeſcunt,placidos flectis quum lenis ocellos.

Madidi Idem,Vt madidis vultum demiſit ocellis.

Nitentes Idem,Ne lachrymis,ne fœda oculos formoſa nitentes.

Cupidi Architr.Cernendiq́; fauum cupidis delibat ocellis.

Splendiduli Pont.Et qua ſplendidulos moues ocellos.

Petulci Idem,Nigra,& lumina,petulcos,ocellos,Colla,& candida,veſculas papillas.

*Petulci,id eſt,procaces.*

Laſciui Idem,Laſciuos cohibe focilla ocellos.

Faciles Idem,Non ſponde faciles benigna ocellos.

Dulciculi Idem,In te dulciculis tuens ocellis.

Procaces Idem,Exercete oculos ſimul procaces.

Flammei Thom.Rad. Quæ cum totius corporis ornatum flammeos oculos in occipitio gereret.

Flammantes Mant.Torua tuens ſpiranſq́; oculis flammantibus iram.

Craſſiculi Thom.Rad.Rugoſus vultulus,craſſiculi,& eminentes oculi.

Rubelli Idem,Surſum verſis rubellis oculis,ore amplo.

Syderei Polit.in Epigr.Aſpice ſydereis,vt blandum arridet ocellis.

Acuti Idem,Aeſtuat,atq; aliena oculis bona limat acutis.

Fulgidi Marul.Amorem ocellis inſidentem fulgidis.

Pulchri Codr.Vrceus,Pulchriſq́; oculis afflauit amores Cypris.

Curioſi Lact. Quod in ſecreta illius cœleſtis prouidentiæ curioſos oculos voluerunt immittere.

Auidi Stroz.fil.Hinc auidos explere oculos.

Impudici Boetius,Supercilio mutilato,oculo impudico,faſtuoſoq́; inceſſu,&c.

Idalij Achil.Bochius,Illa illa idalijs potens ocellis.

*Idalij, id eſt, Venerei.*

Lubrici Bapt.Pius,Nam modo me dominæ male lubricus angit ocellus.

Serenati Idem,Blanda ſerenatis incendit gratia ocellis.

Amabiles Idem,Cuius amabilibus Phlegeton Cocytus ocellis Manat.

Cupidinei,id eſt laſciui.Bapt.Pius,illa cupidineis animum deduxit ocellis.

Cœleſtes Idem,Quam mihi cœleſtes illi videantur ocelli.

Comes Idem,Comibus heu fateor dominæ pellectus ocellis.

Conniuentes Architr.Progrediente notat,& conniuentis ocelli Inuidia mordet.

Acidalij Bapt.Pius,Lumina Acidalijs canimus contendere ocellis.

Ignei Pamph.Plenis faucibus,igneis ocellis.

Lucentes Conrad.Fronte lucentes oculi coruſcant.

Ridentes Augur. Quæ mihi me nutu ſolo ridentis ocelli.
Lucidi Idem, Humentemq; oculis deſine turbidam Nubem tendere lucidis.
Promicantes Crinit. de Max. Cæſ. Statura fuit ingenti, oculis promicantibus, &c.
Præfulgentes Idem, Oculi præfulgentes clariſſimum ſolis lumen.
Tremuli Idem, Quum tremuli ſeſe oculi exerunt.
Pæti Salm. Flauicomos crines, pætum qui laudet ocellum.
Amœni Mant. Amœnis ſubridens oculis, & mente arcana volutans.
Herbei Plaut. Cum collatino ventre, atq; herbeis oculis.
Procliues Arch. Procliues oculos leuat Architrenius, inſtar Sideris ardeſcens.
Emiſſitij Plaut. in Aulul. Circumſpectatrix cum oculis emiſſitijs. *Emiſſitij, id eſt exilientes ab emittẽdo.*
Flammifera Mant. Flammiferis oculis ſyluas, & retia rumpens.
Flammeoli Polit. Ocelli arces, flammeoli, mala mens, ſuauiſſima verba.

O D A.

Dulcis Conrad. Carminum dulces reſonemus odas.
Lyrica Idem, Hic lyricas modulatur odas.
Lepida Quint. Quum caneret lepidas Venuſinus Horatius odas.
Pulchras Ouid. de Phil. At merulus modulans tam pulchris concinet odis.
Terſa Pallad. Sor. Quinetiam terſas lyricis, qui cantibus odas Edidit.

O D I V M.

Crudele Verg. in Cyri, Appoſuitq; odium crudele parentis.
Aſperum Idem lib. 2. Aen. Promiſi vltorem, & verbis odia aſpera moui.
Nefandum Crinit. Vides, nefandis, vt trahuntur odijs.
Interneciuum Apul. Quas tibi poſt interneciuum odij ſorores appellare non licet.
Pertinax Plin. Pertinax inter ſe odium gerunt.
Profanum Stat. lib. 1. Theb. Alternaq; regna profanis Decertata odijs.
Igneſcens Idem lib. 11. Atq; igneſcentia cernunt per galeas odia.
Improbum Idem lib. 12. Viuunt, odia improba, viuunt.
Vatinianum Catul. Odiſſem te odio Vatiniano.
Aegrum Val. Flac. lib. 5. Enſeſus darent odia ægra ſine armis.
Impacatum Claud. Impacatisq; rebelles Vrgeret odijs.
Acerbum Mant. Sacra vident odio nos inſectantur acerbo.
Inimicum Pont. Peruincitq; inimicum odium, ac malè conterit hoſtem.
Amarum Mant. Aſtyages autem regis germanus amaro Flammigerans odio.
Fuſcum Tho. Rad. Amore in amarum, & fuſcum odium commutato.
Inexpiabile T. Liuius, In quos Aurunci magis iam inexpiabili odio.
Atrox Marul. Exercemus atrox ſoli odium in genus.
Lugubre Idem, Et lugubre odium ſancte precor tuum.
Pertinax Lactantius, Huius tam pertinacis odij quàm potiſſimum cauſam eſſe dicamus.
Inteſtinum Mant. Declinans odia inteſtina ſuorum.
Exacerbatum. Liuius, Conſul Romam redijt, non tam belli gloria aucta, quàm irritato exacerbatoq;, &c.
Cruentum Pamph. In ſæuas odij faces cruenti.
Malum Idem, Spargat atrox odij ſemina dira mali.
Triſte Sabell. Non deniq; triſte remittet Hoc odium.
Peſtiferum Lud. Big. Peſtiferum eſt odium, quod venit ex meritis.
Feruens Iuuencus, Audeat, atq; odio fratris feruente moueri.
Cæcum Idem, Aut cæcis odijs inimicos ducere dignos.
Flagrans Mant. Sæuitiam, & flagrans odium minuere parumper.
Lethale Idem, Concipiat lethale odium, iubeatq; necari.
Recrudeſcens. Idem, Sæpe recrudeſcens odium facturus in arma.
Malignum Idem, Longinqua malignis Deprauata odijs.

Capitale



Capitale Idem, Sed magis inſectati odijs capitalibus omne.
Exitiale Val. Var. Anglorum exitiale odium.
Crudum Idem, Quæ crudis odijs mœnia proruit.
Sæuum Germ. Brix. Sanctam odium in ſæuum pacem conuertit.
Fatale Cimbr. Seu fatale odium tantos mouere tumultus.
Perniciosum Fauſt. Hinc odia indignis pernicioſa viris.
Occultum Claud. Deiecerat amnes Occultis odij terror.
Funeſtum Mant. Fraternaq; pectora primum Funeſtis accenſa odijs.
Agreſte Lucia. Apud Eraſ. Laboras autem agreſti ſicuti dicitur, omnium odio.
Nouercale, quoniam nouercæ ferè omnes odio quodam fatali proſequuntur priuignos.

O D O R.

*Arabia. Saba vrbs Arabiæ: Perſis, Aſſyria Panchaia, India, & Armenia, propter varias herbas, armaticosq; frutices, totæ ſunt odoriferæ. Hinc orta ratio multorum dictionis huius epithetorum.*

Sabæus Colum. Cælitibus templisq; Sabæum miſcet odorem.
Pulcher Pallad. Rut. Et frondes pulchro ditat odore feras.
Liquidus Horat. lib. 1. Carm. Perfuſis liquidis vrget odoribus.
Cynnameus Bapt. Pius, Cynnameo licuit oris odore frui.
Iucundus Plin. lib. 19. Obrutis niue vaſis odore iucundo.
Achæmenius, id eſt Perſicus. Syll. lib. 15. Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem Bapt. Pius, Indus Achæmenio crines non comit odore.
Aſſyrius Tibull. lib. 1. Non ſoror Aſſyrios cineri, quæ dedat odores.
Syrius Pont. Et rore Idalio, & Syrio veneremur odore.
Panchæus Idem, Vos ego Panchæo ſupplex venerabor odore.
Mollis Idem, Ambroſiæ ſpiret, nec ſine mollis odor.
Arabus Idem, Atq; Arabo noſter ſpiret odore rogus.
Pharitæus Pont. Molle Pharitæo ſpirabit lectus odore.
Arabs Idem, Manſit Arabs odor in ligno. Mant. Fumat Arabs odor.
Cyprius Pont. Promiſit quoq; Cyprios odores.
Corycius Idem, Vna Corycij, Syriq; odores.
Myrrhæus Polit. Quas ros, odorq; myrrhæus Commendat.
Vagus Conradus, Nec mares rapiunt vagos odores.
Ambroſius Salm. Et locus ambroſio plenus odore fuit.
Nectareus Quint. Sapidiſſimus vndiq; odorem Nectareum redolet.
Amœnus Mant. Ipſe domum rediens, vt amœno afflatus odore eſt.
Fragrans Fauſt. Tam cito fragranti putris odore cares?
Tymbræus Bap. Pius, Hanc Tymbræus odor, caſiæ iuuat halitus illam.
Arabius Plaut. Arabius murrhinusq; omnis odor conolebat.
Arabicus Idem, Eiq; Arabico, vt fumiſcem odore.
Gratus Bapt. Pius, Gratus odorato ceſpite manat odor.
Genialis Idem, Inuitat genialis odor de ceſpite molli.
Indus Claud. Peruenit Indus odor, penetrat, completq;.
Diuinus Mant. Motibus impellens diuinum ſpargit odorem.
Orontæus. ab Oronte fluuio Syriæ. Stroz. fil. Pexaq; Oronteo ſplendet odore coma.
Tenuis. Varius de morte apud Macr. Aethera per nitidum tenues ſectatur odores.

*Tymbræus, à tymbra herba bene olente.*

*Pharitæus, id eſt Aegyptius, à Pharo inſula.*

O D O R M A L V S.

Iniucundus Mant. Aut iniucundum terrenæ fæcis odorem.
Funeſtus Idem, Et funeſtus odor, terrumq; per aera virus.
Teter Lucr. Quoniam tetro affligantur odore.
Latrinalis Mant. Latrinalis odor de luce carentibus antris.
Dirus Idem, Et cœnoſa palus diro contriſtet odore.

 ODI.

### *OE D I P V S.*

*Oedipus, filius fuit Lai regis Thebarum, & Iocaſtæ, qui patrem neſcius interfecit, ac demum incognitam matrem duxit in vxorem, ex eaq; ſuſcepit Etheoclem, & Polynicem, qui mortuo patre de regno diſceptantes, mutuis vulneribus ſeſe interfecerunt. Oedipus tandem ſui inceſtus, ac parricidij certior factus, ſceleris horrore oculos ſibi eruit. Idem ſic apud Senecam loquitur, Occidi patrem, ſed matrem amaui, proh loqui Hymenæum pudet. Idem Seneca, Egit in ortus ſemet, & matri impios Fœtus regeßit, quiq;, neque mos eſt feris, Fratres ſibi ipſe genuit.*

Miſer Stat. lib. 8. Miſeriq; innoxia proles Oedipodæa.
Impius Seneca, Et nuptiales impij Oedipodæ faces.
Cæcus. Idem, Cæci parentis regimen, ac feſſi vnicum.
Infauſtus Idem, Vel ſic deſere infauſtum patrem.
Parricida Idem, Nil parricida dexteræ debes tuæ.
Orbus luminis. Idem, Dulce non vllo mollitur iter luminis orbus.

### OE N E V S.

Parthaone natus Ouid lib. 9. Accipe me generum dixi, Parthaone nate.
Calydonius Stat. lib. 1. Theb. Vos quæ progenies, quanquam Calydonius Oeneus.
Superbus Stat. li. 1. Theb. Sate gente ſuperbi Oenos. Rex fuit Aetoliæ, & pr Meleagri.

### OE N O N E.

Pegaſis Ouid. in Epiſt. Pegaſis Oenone Phrygiis celeberrima Nymphis.

### OE N O M A V S.

Phrygius Calent. Nec talis Phrygij filia regis erat. De Hyppodamia loquitur.

### OE S T R V M.

Horribile. Verg. in Cyri, Fertur, & horribili præceps impellitur œſtris.
Rapidum. Quint. Non ne velut rapido mentem correptus ab œſtro.
Aeſtiuum. Fauſtus, Scilicet æſtiuis quando ſtimulatus ab œſtris.
Volucre Bap. Pius, Volucriq; Cupidinis œſtro Cedimus.
Laurigerum Stat. Tempus erit cum laurigero tua fortior œſtro Facta canam.
Diuinum Marull. Enthea diuino præcordia concutis œſtro.
Pierium Barthol. Pierio ſed enim quum me calor excitat œſtro.
Aonium Barth. Loch. Pallas vbi Aonio certamina fortiter œſtro Occinuit.

### OE T H A.

Qui mõs eſt Theſſaliæ, ĩ quo Hercules ſeipſum cõbuſſit.

Herculea Claud. Iuga deſeris Oethes Herculeo damnata rogo.
Nemoroſa Ouid. lib. 9. impleuitq; ſuis nemoroſam vocibus Oetham.
Alta. Idem, Eſſe deos dixit, perq; altam ſaucibus Oetham.
Ardua. Idem, Arboribus cæſis, quas ardua geſſerat Oetha.
Frondoſa Stat. lib. 4. Theb. Omnia frondoſa longum deos audit ab Oetha.
Aemonia Claud. Hic rotat Aemoniam præduris viribus Oetham.
Gelida. Verg. in Cyri, Et gelido veniens manes quatiebat ab Oetha.

### OE T H V S.

Immanis Verg. in Cul. Nam victus ſedet immanis ſerpentibus Oethos. Fuit Gigas, Aloi filius, frater Ephialtis, qui conati ſunt detrudere Iouem cœlo.

### *OLEA, SEV OLIVA.*

*Oleæ, ſeu oliuæ arbori folia non deficiunt, nefas erat olim eã in profanis vſibus polluere, vt nec propitiandis quidẽ numinib. ex ea altaria accenderentur. Ea coronabantur equitũ turmæ. Idibus Iulijs, & minorib. triumphis ouantes. Fructus conſtat nucleo, oleo, carne, amurca. Tarde creſcit, morſa capite fertur ſterileſcere. Immunis eſt a carie, & vetuſtate Durat annis ducentis. Inimiciſſima illi pluuia circa Vergilias. Gaudet cinere, et calcarijs fornacib. Vermiculationem patitur, & fungum. Portata, præſtabat indicium pacis. Fuit olim arborum maxima in Betica. Sacra eſt Mineruæ. Venafrum vrbs Campaniæ, Picenum regio Italiæ. Sicyon vrbs Achaiæ. Trebula Italiæ. Paparethos inſula, ager Sabinorum. Burotas fluuius Laconiæ. Lycabeſos mons Atticæ, Betis fluuius Hiſpaniæ, Pariopotamia proxima Tigri regio, Fortunatæ inſulæ, Tapurnus mons Campaniæ, & Ancon ciuitas Picenorum, præcipuam oleæ, & oliuarum laudem meruerunt.*

Pallens



Pallens Verg. in Buc. Lenta ſalix quantum palenti cedit oliuæ.
Teres Idem in Buc. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.
Tarde creſcens. Idem lib. 2. Georg. Virgulta, & prolem tarde creſcentis oliuæ.
Pinguis Idem, Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ.
Viuax Idem lib. 2. Georg. Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ.
Viridis Idem lib. 5. Aen. Conſequitur viridi Mueſteus euictus oliua.
Pacifera Idem lib. 8. Paciferaq; manu ramum prætendit oliuæ.
Caduca Cato, Oliuæ caducæ ſaliantur.
Venafrana Hor. lib. 2. Serm. Preſſa Venafranæ, quod bacca remiſit oliuæ.
Pacalis Ouid. lib. 6. Met. Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Palladis arbor. Ouid. lib. 6. Met. Illinc incumbens cum Palladis arbore palmæ.
Mitis Ouid. lib. 7. Arenti ramo iam pridem mitis oliuæ.
Nitida Idem lib. 7. Nitidæq; ferax Peparethos oliuæ.
Popularis Idem, Ingreditur, ramumq; tenens popularis oliuæ.
Frondens Idem lib. 8. Baccaq; cum ſamis ſemper frondentis oliuæ.
Pacata Ouid. lib. 1. de Ponto, Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ.
Albens Idem in Epiſt. Frondibus infantem ramisq; albentis oliuæ.
Licinia Plin. lib 15. Vnde & Liciniæ gloria præcipua oliuæ.
Palladia Syll. lib. 1. Nullaq; Palladia ſeſe magis arbore tollit.
Canens Idem lib. 13. Prætendens dextra ramum canentis oliuæ.
Glauca Stat. lib. 2. Theb. Inſula per crines, glaucæq; innexus oliuæ.
Supplex Idem lib. 12. Vittata, & laurus, & ſupplicis arbor oliuæ.
Inſons Idem, Aſtitit ille quidem ramis inſontis oliuæ.
Imbellis Val. Flac. lib. 5. Iam vittas frondemq; imbellis oliuæ.
Vmbroſa Claud. Protinus vmbroſa veſtit qua littus oliua.
Vernicoma Mart. Cap. Hinc iam vernicomæ frondent tibi munera oliuæ.
Virens Sidon. Aeternumq; virens oliua ſignet.
Viridans Idem, Amborum tum diua comas viridantis oliuæ Pace ligat.
Attica, quoniam ſacra Mineruæ Atticæ. Salm. Attica, cui clarũ nomen oliua dedit.
Pacifica Mant. Vimina pacificæ per templa legantur oliuæ.
Piſæa Iuuen. Sat. 13. Præſtat, & eſuriens Piſææ ramus oliuæ.
Picena Mart. Si mihi Picena turdus palleret oliua.

### O L E V M.

Pingue Verg. in Buc. Craterasq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui.
Liquidum Idem lib. 2. Georg. Nec caſia liquidi corrumpitur vſus oliui.
Palladium Verg. in Moreto, Ergo Palladij guttas inſtillet oliui.
Viride Cato, Oleum viride ſic facito.
Tardum Lucret. lib. 2 At contra tardum cunctatur oliuum.
Inolens Idem, Quod licet, ac poſſis reperire inolentis oliui Naturam.
Leue Idem lib. 6. Miſceri quum pix nequeat grauis, & leue oliuum.
Calorificum Gell. lib. 17. Sed non ſecus oleum quoq; calorificum eſt.
Venafranum Pamph. Bacca Venafranis nunquam ſua ceſſit oliuis.
Vnctum Stroz. fil. Vnde hyemi ſunt ligna, ſint vncti copia oliui.
Cæruleum Mant. Cærulei breue vas olei.
Aſſyrium Catull. Sertisq; Aſſyrio fragrans oliuo Puluinus.

### O L I T O R.

Sedulus Colum. Tum præbeat imbres Sedulus irrotans olitor.

### O L L A.

Fictilis Mirand. Stillatq; latex, quem fictilis olla ſuſcipit.
Farrata, plena pulte facta ex farre. Perſius Sat. 4. Farratam pueris plaudentib. ollam.

### *O L O R.*

*Iupiter mutatus in cycnum, Lædam compreſſit, vt fabulantur poetæ, ex eoq; concubitu ſuſcepit*

*ſuſcepit Helenam. Propterea olor, ſeu cycnus ab ipſa Læda muliere Spartana, ſeu Laconica vocatur Amyclæus, & Tyrapnæus, ab Amyclis, & Therapnis vrbibus Laconiæ.*

Argutus Verg. in Buc. Sed argutos interſtrepere anſer olores.
Albus Ouid. in Epiſt. Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Innocuus Idem lib. 2. Eleg. Illic innocui latè paſcuntur olores.
Niueus Stat. lib. 8. Accurrit niueo quam flammiger ales olor.
Amyclæus Stat. lib. 1. Syll. Amyclæos ad frena citauit olores.
Plumeus Manil. Plumeus in cœlum nitidis olor euolat alis.
Ales Ruffus Feſt. Cœlum ſuper aduolat ales, ales olor.
Candidus Mart. Cap. Nam candidus niuoſis ales inuoluitur alis.
Paphius Pont. Peruolitant circum, & Paphij veſtantur olores. [Ab epitheto Veneris Paphiæ cuius currus trahit cycnis.]
Therapnæus Polit. Tu iungis olores Phœbe Therapnæos.
Phœbæus Idem, At nunc Phœbæos anſer velut inter olores.
Apollineus Stroz. fil. Inter Apollineos recinam velut anſer olores.
Candens Conrad. Candens olor, & remotis ignibus argo.
Reſonus Lud. Big. Vt reſonos vox anſaris inter olores.
Nitidus Augur. Iam candens ebur, & nitidos ſuperabat olores.
Lædæus Fauſt. Ad ſua Lædæus frena citetur olor.
Argenteus Mant. Cui comes in lucem nitidis argenteus alis Ibat olor.
Imbellis Idem, Flebat, vt inuadi cernens à vulture nidos Latétes imbellis olor.
Lacteus Ammon. Lacteis, & colludat oloribus.
Vocalis Fauſt. Neſcio quis cogit vocalem coruus olorem.
Aonius Bapt. Pius, Dignus es, Aonij cui plaudant carmine olores.
Cayſtrius Idem, Sythoniæq; niues, chryſtalla, Cayſtrius ales.
Cantor Architr. Per vada cantor olor, citharœda per æquora Syren.
Mæandrius Bapt. Pius, Talia, nec dulci geminat Mæandrius ore, Vicinæ gaudens tempore mortis olor.
Canorus Propert. lib. 2. Canoris Anſeris indocto carmine ceſſit olor.
Blandus Guido Poſth. Quis ſuper oſſa cubat? Blandorum cœtus olorum.
Serenus Bapt. Plaut. Candidula, vt coruum veſte ſerenus olor.
Spartanus Mart. lib. 8. Spartanus tibi cedet olor, Paphiæq; columbæ.

## O L V S.

Agreſte Ariſtoph. apud Gell. lib. In agreſtibus enutritus oleribus ſit.
Niliacum Mart. lib. 13. Niliacum ridebis olus, lanasq; ſequaces.
Rigidum Archit. Quo rigidum palleſcit olus, quo fercula feſto. Oleribus abundat Syria in hortis operoſiſſima.

## *O L Y M P V S.*

*Olympus mons eſt Macedoniæ altiſsimus, & qui propter ſublimitatem videtur contingere nubes. Hinc plerunq; accipitur pro cælo, vt in quibuſdam ſequentium epithetorum.*

Frondoſus Verg. lib. 1. Georg. Scilicet, atq; oſſæ frondoſam inuoluere Olympũ.
Celſus Verg. in Cyri, Aemathia celſum duplicabat vertice Olympum.
Clarus Idem li. 4. Aen. Ipſe deum tibi me claro demittit Olympo Regnator.
Deuexus Idem lib. 8. Deuexo interea propior fit veſper Olympo.
Aethereus Idem, Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo.
Omnipatens Idem lib. 12. Iunonem interea rex omnipatentis Olympi Alloquitur.
Opacus Hor. li. 3. Car. Fratreſq; tendentes opaco Pelion impoſuiſſe Olympo.
Vaſtus Ouid. lib. 1. Met. Me valet excepto vaſti quoq; rector Olympi.
Altus Syll. lib. 4. Quas acies alto genitor dum ſpectat Olympo.
Volucer Val. Flac. lib. 2. Iunonem volucri primam ſuſpendit Olympo.
Magnus Idem lib. 5. Si dea, ſi magni decus huc ades inquit Olympi.
Curuus Idem, Curuoq; diem ſubtexit Olympo.
Fuluus Idem lib. 7. Tollitur, & fuluo Venerem veſtigat Olympo.





Cæruleus Idem, Illos cærulei primus ferit horror Olympi.
Gelidus Claud. Diſſiluit gelido vertex oſſæus Olympo.
Pruinoſus Idem, Oſſa pruinoſum vexit glacialis Olympum.
Rapidus Idem, At rapidi limen tendebat Olympi.
Stellans Idem, Rex, ò ſtellantis Olympi.
Connexus Manil. Ipſe aũt quantũ connexo mundus Olympo Obtineas ſpacium.
Flammiger Ruff. Feſt. Scandere flammigerum victor permiſit Olympum.
Splendens Mart. Cap. Mundanuſq; oculus, fulgor ſplendentis Olympi.
Atlantiacus Calphur. Si quis Atlantiaci molitur pondus Olympi.
Ignifer Seneca, Tuq; igniferi rector Olympi.
Stellifer Idem, Quum ſtelliferi victor Olympi.
Aſtriger Pont. Quin aſtrigerum ſubnixus Olympum.
Obliquus Idem, Vnde per obliquum ſolium declinat Olympum.
Nemoroſus Marull. Sortita frondoſum cacumen Calliope nemoroſi Olympi.
Aemathius, i. Theſſalus, Stroz. fil. Oſſan, & Aemathij olem conuoluere Olympi.
Profundus Pamph. Sax. Quũ querulis cies profundi Lamẽtis nitidos lares Olympi.
Sydereus Idem, Et mox ſydereum fieri ſpectabis Olympum.
Sublimis Idem, Vertice nubifero ſublimem pulſat Olympum.
Flammifer Mirand. Donec flammifero princeps labaris Olympo.
Pulcher Quint. Gaudium ſummum velut aula pulchri Sentit Olympi.
Cœleſtis Mant. Nomina ſignandis opibus cœleſtis Olympi.
Aſtrifer Idem, Ad aſtriferi portum veniſtis Olympi.
Fulgens Idem, Quæ ſceptra tenes fulgentis Olympi.
Aemonius, ab Aemo Theſſaliæ monte. Idem, Altior Aemonio mons eſt Argæus Olympo.
Vitalis Idem, Sed vel luce ſua facit hoc vitalis Olympus.
Glacialis Idem, Et tenues miratur aquas glacialis Olympi.
Ardens Idem, Ardentis Olympi artificem fecere hominem.
Flammans Idem, Namq; flammantis meditans Olympi Lumen.
Radians Val. Var. Legibus extricare queant radiantis Olympi.
Stelliger Cimbr. Ac ſi ſtelligeri Martem regnator Olympi captiuum videat.
Lucens Barth. Quod poſtquam fumo lucentem clauſit Olympum.
Mollis Bap. Pius, Tu mihi ſplendebas per ſidera mollis Olympi.
Rutilus Lud. Staccolus Vrbinas, Altitonans rutilo dignè me excepit Olympo.

## O M A S V M.

Pingue Horat. lib. 1. Serm. Infantes ſtatuas, ſeu pingui tentus omaſo.
Vile Idem lib. 1. Epiſt. Patinas cœnabat omaſi Vilis, & agnini.
Centipelle Conr. Aequandus tibi centipelli omaſo.

## O M E N.

Occultum Claud. Occulto fallitur ille Omne.

## O M E N T V M.

Album Iuu. Sat. 13. Ponimus, & ſectum vituli iecur, albaq; porci Omenta.
Pingue Catull. Omentum in flamma pingue liquefaciens.

## *O M P H A L E.*

*Omphale fuit regina Lydorum, cuius amore vſq; adeò exarſit Hercules, vt ea iubente fuſos, & lanas rudibus illis manibus, quibus portenta ſubegerat, attrectauerit. Quod ei dat magno probo Deianeria apud Ouidium. De hac Propert. lib. 3. Omphale in tantum formæ proceſſit honorem Lydia Gygæo tincta puella lacu: Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe columnas, Tam dura traheret mollia penſa manu.*

Mæonis Ouid. lib. 2. Faſt. Ibat odoratis humeros perfuſa capillis Mæonis aurato conſpicienda ſinu.
Lyda Idem, Ridet amatorem Lyda puella ſuum.

Lydia Stat. lib. 10. Sic Lydia coniunx Amphitryoniadem exutum horrentia terga.

Impudica Lact. Nam illud quidem nemo negauit, Herculem non tantum Euryſtheo ſeruiſſe regi, ſed etiam impudicæ mulieri.

Formoſa Ouid. Craſſaq; robuſto deducis pollice fila, Aequaq; formoſæ penſa rependis heræ.

Adultera Idem in Epiſt. Vna recens crimen referetur adultera nobis.

ONAGER.

Aſininus Reuchlin in Sergio, Tu aſinini onagri pullus auritus.

Timidus Verg. lib. 3. Georg. Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros.

Segnis Stroz. pat. Errat in herboſa ſegnis onagrus humo.

ONVS.

Vaſtum Bapt. Pius, Quæ graue iam, & vaſtum debilitauit onus.

Coloſſicum Bud. in Pa. Coloſſica onera, ſunt onera magnæ molis, quales ſunt Coloſſi.

ONYX.

*Onyx gemma eſt, habens candorem vnguis humani, aut vas vnguentarium ampullæ marmoreæ ſimile. Reperitur in fœmineo genere. Mart. Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat. Onyx gemma reperitur in Arabiæ montibus, nec vſquam alibi.*

Lubricus Stat. lib. 2. Syll. Gremio, nec lubricus oſſa Quod vallauit onyx.

Craſſus Sidon. Limina craſſus onyx cruſtat.

Leuis Pont. Tu roſa, tu violæ, tu mihi leuis onyx.

Candidus Idem, Et in dextra candidus ardet onyx.

Candicans Tho. Rad. Candicans onyx contraxit infernam caliginem.

Myrrheus Prop lib. 3. Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

OPES.

Attalicæ Verg. in Culice, Attalicis opibus data vellera.

Auidæ Verg. in Culice, Non auidas agnouit opes, nec triſtia bella.

Magnificæ Ouid. lib. 4. Faſt. Duraq; magnificas quercus habebat opes.

Superbæ Syll. lib. 17. Opibusq; ſuperbis Vis fracta.

Miſeræ Mart. lib. 1. Qui ſemper miſeras ſollicitabat opes.

Regales Manil. Regales vt opes, & ſacra æraria ſeruent.

Crœſiæ Mart. Cap. Illa Crœſias Dariasq; præ ſuis opes deſpiciat.

Fluxæ Seneca, Vanos honores ſequitur, haud fluxas opes.

Auratæ Pamph. Pauper, & auratas diues habebat opes.

Dites Mich. Ang. Et terræ dites luxuriantis opes.

Viſcoſæ Gul. Caſſ. Viſcoſas animus temnere diſcat opes.

Iniquæ Mant. Non alia ob cauſam mundi ſaluator iniquitas Appellauit opes.

Inopes virtutis. Archit. O inopes virtutis opes, ô gloria.

Excultæ Proper. lib. 4. Abſtulit excultas pertica triſtis opes.

Leues Boetius, Defectumq; leues non comitantur opes.

Munificæ Ouid. lib. 4. de Ponto, Nec mihi munificas arca negauit opes.

Siſyphiæ Medea apud Ouid. in Epiſt. I nunc, Siſyphias improbe confer opes.

OPIVM.

Soporiferum Ap. lib. 8. de Aſino aureo, Immixtũ vino ſoporiferũ gerebat venenum.

OPOBALSAMVM.

Candidum Stat. lib. 3. Syll. Candida felices ſudant opobalſama virgæ.

Gratum Calent. Spirent & violas, & grata opobalſama lecti.

OPPIDVM.

Arduum Mant. Oppida cepiſti ſublimibus ardua ſaxis.

OPPROBRIVM.

Amarum Archit. Et amara opprobria vultu Mœſta verecundo.

OPS



OPS DEA.

Turrigera Ouid. lib. 2. Triſt. Carmina turrigeræ dicere iuſſit Opi.

Idæa Tibull. lib. 1. Idææ currus ille ſequatur Opis.

OPS. AVXILIVM.

Medica Ouid. lib. 3. de Arte; Ad medicam dubius confugit æger opem.

Salutifera Idem in Epiſt. Daq; ſalutiferam iam mihi fratris opem.

Innocua Idem lib. 1. de Rem. Innocuam ſacro carmine monſtrat opem.

Machaonia Idem lib. 1. de Rem. Ille Machaonia vix ope ſanus erit.

OPVLENTIA.

Locuples Mant. Vt hæc formæ locuples opulentia matrem Prodat.

Felix Idem, Hinc venit in noſtros felix opulentia cœtus.

ORACVLVM.

Delphicum Mirand. Delphica vaniloqui cantata oracula Phœbi.

Diuinum Stat lib. 1. Theb. Defixus ſenior diuina oracula Phœbi Agnoſcens.

Pythicum Liuius, Decreuere legatos forteſq; Pythici oraculi expectandos.

Sacrum Quint. Hinc ſacra veridicis oracula ambagibus.

Sanctum Mant. Quo virtus, quo ſancta vocant oracula vertet.

Phœbæum Mant. Vis Phœbea tuis oracula cedere dictis.

Veridicum Cat. Accipite, qđ læta tibi pandunt luce ſorores veridicum oraculum.

ORATIO.

Numeroſa. Bud. Qui numeroſæ aut diſertæ orationis aucupio ſenſus oẽs accõmodantes.

Perblanda Liuius, Vbi prima eius oratio perblanda ac benigna fuit.

Blandiloquens. Laber. Submiſſa placidè blandiloquens oratio.

Conciliatrix Cic. lib. 1. de Leg. Omitto orationis vim, quæ conciliatrix eſt.

Compta Idem de Sen. Facitq; perſæpe ipſam ſibi audientiam diſerti ſenis.

Ornata Idem li. 4. de Fin. Deinde ea quæ requirebant ad orationem ornatam.

Regina. Sophocles tragicus, Reginam rerum orationem vocauit, vt eſt apud Fabiũ.

Flexamina Cic. lib. 2. de Orat. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè a bono poeta dicta eſt flexamina.

ORATOR.

Cathedrarius. Sid. Si vel apud municipales aut cathedrarios oratores garriamus.

Potens Quint. Orator ſermone potens Antenor Achiuis.

Suauis Cic lib. 3. de Oratore, Ita ſit nobis igitur ornatus, & ſuauis orator.

Canorus & alia. Idem Cic. de Claris orat. L. Gell. quẽ ille contubernalem in conſulatu fuiſſe narrabat, &c.

ORBILIVS.

Beneuentanus. Crin. de Orat. Orbilium Beneuentanum à puero audiuit.

Plagoſus Hor. lib. 2. Epiſt. Memini quæ plagoſum mihi paruo Orbilium dictare.

ORBIS.

Intortus Archit. Sterneret intortos orbes manſueta Charybdis.

Tortus Verg. lib. 12. Haud minus Aeneas tortos legit obuius orbes.

Apertus Lucan. lib. 1. Et apertum gentibus orbem.

Spacioſus Ouid. lib. 3. Eleg. Me miſerum, me tam ſpacioſo circuit orbe.

Frugifer Manil. Frugiferum ſub ſe reddunt mortalibus orbem.

Globoſus Mart. Capel. Tunc ſuos globoſos orbes corripuit.

Circulatus Idem, Tunc lubrici anguis circulator orbes, & hiatus.

Refugus Sido. Vix ad refugos lux peruenit orbes.

Obliquus Marull. Obliquumq; iubes currus agitare per orbem.

Sinuoſus Remacl. Vt circumſcriptus ſinuoſi terminus orbis.

Auarus Archit. Vt varius rerum ſpecies emungat auari Orbis opes.

Patulus Idem, Hic vbi planicies patulum limatur in orbem.

Rotundatus Pamph. Sax. Orbe rotundato ſidera quæq; micant.

Inflexus

Inflexus Mant.Leniter inflexos ſenſim finitur in orbes.
Flectus Boetius,Flexus iterum cogat in orbes.
Curuus Tibull.li.4.Qualis & in curuum pontus conflexerit orbem.

### ORBITA.

Curua Mart.Cap.Ambiat & quantos orbita curua globos.

### ORCA.

Vas eſt fictile lato aluo, ore & fundo anguſto, longiore collo, in quod iter ludentes pueros, q nucē inieciſſet, erat victor. In eo ēt condebantur olim ſalſamenta, vinū, oleum & ſalgama. Erat peculiare Hiſpanis. Nomē traxit ab Orcę marinę ſimilitudine.

Auguſta Perſius Sat.3.Auguſtæ collo non fallier orcæ.

### ORCADES.

Naufragæ Conr.Neq; naufragæ Multis exitium nauibus.

### ORCVS.

Palladius Verg.lib.1.Georg.Palladius Orcus Eumenideſq; ſatæ.
Stygius Idem lib.4.Aen.Stygioq; caput damnauerat Orco.
Pallens Lucan.lib.6.Primo pallentis hiatu Hæret adhuc Orci.
Nil miſerans Hor.lib.2.Car.Victima nil miſerantis Orci.
Luridus Tibul.lib.3.Diues in ignaua luridus Orcus aqua.
Niger Mant.Progenies nigri dum præterit Orci.
Rapax Marull.Ac me dente nigro rapacis Orci Ereptum.
Formidabilis.Ouid.lib.14.Et formidabilis Orci Vidit opes.
Fuſculus Pont.Fuſcula nox,Orcus quoq; fuſculus.
Sæuus Polit.Sęuo lachrymas conciuerat Orco.
Sceleratus Pamphilus,Protinus & nobis ſcelerati ianitor Orci.
Furuus Idem,Non draco ſquamoſus,furui non ianitor Orci.
Immenſus Sabell.Horridus immenſi trepidet quem ianitor Orci.
Tenebroſus Mant.Principio Iudam tenebroſo emergere ab Orco.
Dirius Mirand.Atq; pios auſers diri de faucibus Orci.
Auarus Augur.Arte diſcerptum,rediens auaro Abſtulit Orco.
Turbidus Quint.Turbidus Orcus Annuerat.
Miſer Mich.Angl.Sunt gemini portus,miſerum trahit vnus ad Orcum.
Vmbroſus Egidius Delphus,Euocat vmbroſo lachrymis ingentibus Orco.
Tartareus Mant.Vſque à Tartarei tenebris horrentibus Orci.
Lethæus Idem,Illuditq; malis lethæi a manibus Orci.
Infernus Idem,Liber ab inferni tenebris horrentibus Orci.
Trepidus Idem, Cerberus & trepidi me regia ſenſerit Orci.
Improbus Idem,Improbus has ſordes in carmina ſeminat Orcus.
Triſtis Idem Mant.Dicite,quæ triſtem mulier deſcendit ad Orcum.
Immobilis Idem,Fata redire vetant, & lex immobilis Orci.
Luctiſonus Idem,Luctiſoni tandem defuncta laboribus Orci.
Vorax Idem,Depulſos ex vrbe vorax abſorbuit Orcus.
Durus Idem,Mitior eſt duri gens implacabilis Orci.
Inuiſus Cantal.Cæſa vel inuiſum partim conceſſit ad Orcum.
Teter Idem,Cerberus ore latrans, & tetri ianitor Orci.
Nigrans Bartholin.Infernæq; animæ,nigrantiſq; arbiter orci.
Monſtroſus Fauſt.Quo veniens monſtroſo crimen ab Orco.
Igneus Pictorius,Sic affligitur igneo ſub Orco.

### ORDEVM.

Triticeum Colum.lib.9.Quæ cum ordeo triticeo minuta creta obijcitur.

### OREADES.

Agreſtes Ouid.lib.8.Tallibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Comptæ Pont.Et cultæ Dryades,comptæ quoq; Oreades adſunt.
Salientes Fauſtus,Per ſummos ſaliens montes laſciuit Oreas.

### *ORESTES.*

*Oreſtes filius Agamemnonis, & Clytemneſtræ, qui matrem occidit, in vltionem patris ſui, quē illa*



*illa prius interfecerat. Propter quod parricidium agitatus eſt furijs, quibus non ante purgari potuit, quam ad aram Dianæ Tauricæ perpetratum ſcelus expiauerit. Cælius ſcribit, Oreſtem vi furoris ſibi digitum arroſiſſe, & voraſſe, eoq; facto Eumenides albas illi ſe ingeſſiſſe, quum prius nigro colore occurrerent formidoloſæ. Cæterum quum Oreſtes, & Pylades veniſſent in regionem Tauricam ad deponendas furias illas, quibus Oreſtes laborabatur, eſſentq; à rege comprehenſi, & ſimulachrum Palladis inde auferre voluiſſent, rex Oreſtem quem audiuerat eſſe autorem furti, damnauit capitis. Quum autem neſciret, vter eſſet Oreſtes, Pylades eum ſe eſſe affirmabat, contendebatq; vt pro ſocio interficeretur. Oreſtes verò volebat irrogari ſibi ſupplicium, nomen ſuum accuſans, & furtum Cicero in Lælio: Quum ignorante rege, inquit, vter eſſet Oreſtes; Pylades ſe Oreſtem diceret, vt pro illo necaretur, Oreſtes autem ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeuerat, ſtantes plaudebant in re ficta.*

Agitatus furijs.Verg.lib.3.Aen.Et ſcelerum furijs agitatus Oreſtes.
Agamemnonius.Idem lib.4.Aen. Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes.
Triſtis Horat.in Arte,Perfidus Ixion,Io vaga,triſtis Oreſtes.
Sceleratus,prius poſitum.
Inſanus Ouid.lib.2.de Ponto, Adfuit inſano iuuenis Phocæus Oreſti.
Agamemnone natus.Idem,Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnone nati.
Vltor patris Ouid.lib.1.Eleg.Et vindex in matre,patris malus vltor Oreſtes.
Argolicus Idem,Quod fuit Argolici iuuenis Phocæus Oreſti.
Sarmaticus Syll.lib.15.Quum modo Sarmaticus regna infeſtaret Oreſtes.
Inanis mentis.Sta.lib.5.Theb. Vel inanem mētis Oreſtem Oppoſito rapidam Pylade, &c.
Miſer Idem lib.12.Texit & è miſero matrem ſummouit Oreſte.
Turbidus Val.Flac.li.7.Turbidus vt pœnis, cæcuſq; pauoribus enſem Corripit, & ſæuæ ferit agmina matris oreſtes.
Matricida Sidon.Raperet cum Taurica ſacra Matricida pius.
Rapidus Idem,Et fidum rapidi ſodalem Oreſtis.
Pauidus Polit.Dum ſcena Oedipodem,pauidumq; agitaſtis Oreſtem.
Furioſus Stroz.pater, Arſit in Aegyſtho furioſi mater Oreſtis.
Argiuus Mant.Quem tulit huc fugiens Tauros Argiuus Oreſtes.
Timidus Calent.Et quicquid timido furor inſpirabat Oreſti.
Pelopeius,oriundus à Pelope Lucan.li.7.Haud alios nondum Scythica purgatus in ara Eumenidum vidit vultus Pelopeius Oreſtes.
Demens Horat.lib.2.Sermonum, Nec ferro vt demum genitricem occidit Oreſtes.
Agamemnonides.Iuuen.Sat.8.Per Agamemnonidæ crimen.

### OREXIS.

Orexis de eſuritio.

Feruida Mant.Feruidam ventris moderans orexin.
Olens Val.Var.Hinc gula delitias, & olentem ſuaſit orexin.
Rabida Iuuen.Sat.6.Ducitur ante cibum rabidam facturus orexin.

### ORGANA.

Hydraulica Sidon.Illic nec organa hydraulica ſonant.
Diſſona Fauſt.Diſſona ſed ſtrideat rauco velut organa cantu.

### ORGIA.

Thebana Stat.lib.7.Theb.Et Thebana metu iuratus in orgia Ganges.
Mollia Idem lib.12.Mollia laudabat iam marcidos orgia Ganges.
Myſtica Pamph.Saxus,Orgia quod miles myſtica concelebrant.
Delicioſa Remaclus,Delicioſa fluant præſentibus orgia diuis.
Obſcura Catull.Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis.
Sacra Mant.Heu fruſtra inceſtis intrant ſacra orgia dextris.
Solennia Idem,Ogiaq; altiſono celebrant ſolennia cantu.
Bacchæa Stat.in Achill.Quod ſi Bacchæa ferentes Orgia.

Candida

Candida Mant.Cand.Cum gemitu lucentibus origa flamma.

## ORICHALCVM.

Durum Barth.Intexto ſquallere auro,duroq; orichalco.

Nitidum Idem,Squallentes auro galeas,nitidoq; orichalco.

## ORION.

*Orionem poetæ fabulantur natum ex vrina Iouis ſine matre. Feruntq; Hierum quendam pauperem ſenem fuiſſe cultorem parui agelli,cui quum deeſſent liberi, Iouem & Mercurium hoſpitio ſuſceptos rogauit, vt filium darent. Quod cum feciſſent, Hierus ipſe puerum natum vocauit Vriona: deinde mutatione primæ literæ Orion dictus eſt Ouid.li.5.Fauſt.Huc Hierus, quia ſic genitus,vocat Vriona,Perdidit antiquum litera prima ſonum.Excreſcens deinde euaſit venator maximus,adhæſitq; Dianæ. Sed cum viribus fidens gloriaretur nullam eſſe feram, quam non conficeret,dijs inſolens verbum vlciſcentibus contingit, vt terræ ſcorpionem pareret, à quo grauiſſimè vulneratus eſt, & tandem ſagittis confoſſus à Diana,cui ſtuprum intentauerat.Poſtea relatus eſt in cælum,eſtq; ſignum tempeſtuoſum pluuijsq;,& procellis idoneum, cuius tempore hyems ortum habet,turbatq; terras,& maria tempeſtatibus.Tres habet ſtellas in capite,horribili fulgore nitentes. Propterea quod nautis terrorem incutit, fingitur a poetis enſifer, & aſpectu horribili.*

Nymboſus Verg.lib.1.Aen.Quum ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion.

Aquoſus Idem lib.4.Dum pelago deſæuit hyems, & aquoſus Orion.

Enſifer Idem lib.4.Faſt.Enſifer Orion æquore merſus erit.

Deuexus Horat.lib.1.Car.Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis.

Infeſtus Idem in Epodo,Dum pecori lupus,& nautis infeſtus Orion.

Palladius Ouid.lib.2.de Arte,Palladius in lyricem ſyluis errabat Orion.

Niger Stat.lib.9.Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.

Nubilus Claud.Nubilus Aegæo quem turbine verſat Orion.

Rutilans Idem,Iſte pedem læuum rutilans ſubit Orionis.

Rutilus Idem,Iſte pedem læuum rutili ſubit Orionis.

Aureus Pont.Quatit aureus enſem rion.

Triſtis Idem,Stella mihi tenebræ,ſtella eſt mihi triſtis Orion.

Obſcurus Stroz.fil.Imbriferum obſcurus gladium diſtringit Orion.

Venator Pamph.Saxus,Errauit,quoniam cecidit venator Orion.

Atrox Idem,Atrox enſem quatiebat Orion.

Inſanus Idem,Inſanus dum nubila denſat Orion.

Superbus Quint.Nitidumq; ſuperbi Orionis enſem.

Neptunius Mant.Terrifica par mole tibi Neptunie Orion.

Occiduus Barth.Scorpius occiduo adimens iubar Orioni.

Sæuus Mant.Sidera compeſcunt comites Oriona ſæuum.

Crudelis Muſæus, Non me decet crudelis, & vdus Orion.

## ORITHYIA.

*Fuit filia Erechthei Athenarum,qui Pandioni ſucceſſit in regno.Hanc Boreas rapuit, raptam tulit in Thraciam,ex eaq; ſuſcepit Zechum, & Calaim,qui cum Argonautis Colchos nauigauerunt, & harpyas fugauerunt ex regno.*

Pandionia Propert.lib 2.Iam Pandioniæ eſſet genus Orithyiæ.

Rapta Idem lib.3.Infelix Aquilo raptor,timor Orithyiæ.

Attis,i.Attica Muſæus,Nec Boream immemorem ſinit Attidos ipſæ puellæ.

Eumolpis Bapt.Pius,Te caluiſſe ferunt Eumolpidos Orithyiæ.

Eumolpæa Idem,Frigidus & quamuis Eumolpææ Orithyiæ Igne calet Boreas.

Erechtis,Erechthei filia.Oui.in Epid. Nōie ceperūt Aqlonis Erechtheida Thraces.

## ORNAMENTVM ET ORNATVS.

Pulchrum Quint. Aſt ornamenta capillos Pulchra tegunt.

Superbus Mant.Pendula ſuſpendat paries aulæa,ſuperbo Splendidus ornatu.

Tyrius Claud.Secreta monilia feruent,Ornatus curent Tyrios.

Pulcher



Pulcher Plaut.Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno polluunt.

Magnificum Polit.Magnificisq; fueris ornamentis affectus.

## ORNVS.

*Ornus arbor montes amat,naſcitur in ſaxoſis montibus: procera eſt, & tamen infrugifera, rugoſum, & aſperum habet corticem.*

Rigida Verg.in Buc.Cantando rigidas deducere montibus ornos.

Sterilis Idem lib.2.Georg.Naſcuntur ſteriles ſaxoſis montibus orni.

Peliacæ Val.Flac.lib.1.Quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.

Excelſa Idem lib.3.Petit excelſas Tyrinthius ornos.

Aeria Idem lib.8.Callet,& aeriam quamuis perfertur ad ornum.

Procera Pont.Illa ego proceras ſummis è montibus ornos Quæ traxi.

Annoſa Codr.Vrc.Ille annoſa ſed durior orno.

Viridis Stroz.fil.Creuit & virides ſenſim depaſcitur ornos.

Dura Sabell.Robora ſuccidi,duras ſecuribus ornos.

Solida Mant.Aut piceas,ſolidaſve ſuis cum frondibus ornos.

Frondoſa Idem,Coma frondoſis procerior ornis.

Montana Bart.Vis æquauit humi,montanaſq; eruit ornos.

Teres Idem,Nec mora ſuccidi teretes de montibus ornos Imperat.

Comans.Bapt.Eg.Progeniem ſternitq; comantes Atque ornos.

## OROETES.

Rex fuit Parthorū, qui Poicratē Samiorum regē victum ſuſpendit.

Crudelis Mant.Inſidijs tandem captum crudelis Orœtes.

ORONTES, fluuius eſt Syriæ,quam diſterminat Ab antiochia.

Celer Lucan.lib.6.Et Quantum Tiris,quantum celer ambit Orontes.

Babylonius Ouid.lib.2.Met. Arſit & Euphrates,Babylonius arſit Orontes.

Syrius Glarean.Pompeium Cæſar,Syrium Pompeius Orontem Vicit.

Eous Stat.lib.4.Syll.Quos ad Eoum tuleras Orontem.

Imbellis Claud.Proterit imbellem ſonipes hoſtilis Orontem.

Mitis Mant.Qua mitis Orontes currit.

Longinquus Idem,Et quam patre Syrio genuit longinquus Orontes.

Rapidus Barth.Qui Scythiam inuadet,rapidumq; videbit Orontem.

## ORPHEVS.

*Orpheum Apollinis, & Calliopes filium,poetæ faciunt principem Moſæ lyricæ, adeò vt fabulentur,delinitas eius cantu arbores ſuis ſe locis exeruiſſe,ſenſificatas cautes egiſſe choros,fluuios curſum cohibuiſſe,exarmatas feras poſuiſſe feritatem, & alia id genus incredenda. Quod ideo factum eſt,quoniam agreſtes, & beluino propè ritu degentes homines, ad meliorem vitæ cultum redegiſſet. Fingitur etiam cantu ſuo ab inferis exoraſſe Eurydicen,ea lege, vt ſequentem à tergo non proſpiceret,priuſquam ad ſuperas auras ambo rediſſent.*

Thracius Verg,in Buc.Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus.

Threcius Idem lib.6.Aen.Necnon Threcius longa cum veſte ſacerdus.

Vocalis Hor.lib.1.Carm.Vnde vocalem temere ſecutæ Orphea ſyluæ.

Rhodopeius Ouid.lib.10.Hanc ſimul & legem Rhodopeius accipit Orpheus.

Apollineus Idem lib.11.Vatis Apollinei vocalia miſit in ora.

Iſmarius Idem lib.3.Eleg.Quid pater Iſmario,quid mater profuit Orpheo?

Geticus Polit.Cerberus audita Getici teſtudine vatis.

Oeagrius Stat.li.5.The.Oeagrius illic Accliuis malo medijs interſonat Orpheus.

Othryſius,ab Otry Thraciæ monte, vel Odryſius, ab Odryſijs populis.Stat.lib.5.Syll.Odryſius vates poſitis ad Strymona plectris.

Blandus Val.Flac.lib.1.Aut blandus teſtudine defuit Orpheus.

Cithariſta Mart.Cap. Thracius cithariſta perdocuit.

Biſton,à Byſtonibus Thraciæ populis.Pont.Biſtonis an ne ſenis ſonat hic lira.

Mellifluus Marull.Tactaq; melliflui cerneret ora viri.

Dulciſonus Pamph.Orphea dulciſonum potuit feciſſe poetam.

Melicus

Melicus Quint. Et Melicum æterno lactaſſes vbere vatem.
Sonorus Idem, Stetit ante Sonorum Orphea.
Blandiloquus. Idem, Orphea blandiloquum Thebæ dignantur amico Hoſpitio.
Dulcicanens, a me dicitur vocabulo Capellæ.
Pangæus, à Pangæo promontorio Thraciæ. Idẽ, Cognita Pangæi tum vatis opinio.
Riphæus, à Riphæis montibus Scythiæ. Calent. Nec lachrymæ potuere magis, nec plectra Riphæi Vatis.
Biſtonius Syll. lib. 11. Biſtonius vates flammis Acheronta ſonantem Placauit.
Trax Mart. Cap. Nam Trax quo duri rumpere regna Herebi.
Canorus Sidon. Orpheum viſere, qui quotidiana ſaxa, & robora, carneaſque fibras mollit dulciloqua canorus arte.

ORTVS pro oriente.

Eous, i. orientalis. Syll. lib. 15. Quæ Titan ortu terras aſpergit Eoo.
Puniceus Claud. Craſtina puniceos quum lux detexerit ortus.
Roſeus Idem, Qui primum roſeo Phœbi prolatis ab ortu.
Rutilus Idem, Gentis in auxilium rutilo venit Eurus ab ortu.
Phœbæus Sabell. Sed quæ Phœbæos ſuſpicit ortus.
Luciſluus Iuuenc. Aſt vbi luciſluum reddet ſol tertius ortum.
Nitidus Architr. Et nitido temerè confidit in ortu.
Purpureus Mant. Purpureo ſol naſcitur aureus ortu.

ORTYGIA.

Delus inſula prius vocabatur Ortygia.

Breuis Mant. Ortygiamq; breuem Mycone, Gyaroq; ligatam.

ORYZON.

Decliuis Archith. Diuidit in numeris ſphæram, decliuis oryzon.

OS.

Roſeum Verg. lib. 2. Aen. Continuit, roſeoq; hæc inſuper addidit ore.
Clamoſum Lucan. lib. 4. Venator tenet ora leuis clamoſa Moloſſi.
Niueum Ouid. in Epiſt. Quiq; ſubeſt niueo lenis in ore rubor.
Loquax Auſon. Atq; in verba refert modulata lege loquax os.
Pulchrum Seneca, Et ora durus pulchra populatur lapis.
Ambroſium Pont. Conceſſum ambroſio ſi ſemel ore frui.
Cultum Idem, Permanet & decor atque oris præſtantia culti.
Blandum Idem, Conſuetos blanda per ora modus.
Fulgidulum Idem, Quæ me fulgidulo ore ſuauiatur.
Argutum Idem, Arguto ſimul ore ſuauientur.
Canorum Idem, Plaudit heroum genus, & canoro Conſonat ore.
Nitens Idem, Et nitentis oris honores.
Sidereum Polit. Sidereo quantum ſpargit ab ore iubar.
Melleum. Idem, Quas ore melleo fundis.
Renidens Idem, Ipſe renidenti dum dat mihi Tityrus ore.
Purpureum Marull. Oris purpurei, & pectora eburnea.
Formoſum Pamph. Ore formoſo puerum decorum.
Nitidum Stroz. pat. Hinc nitidi fæcundia prouenit oris.
Eburnum Idem, Oráq; purpureis tinxit eburna roſis.
Dulciloquũ Pamph. Quam pia dulciloquio facundia promitur ore.
Facundum Idem, Componis, dictas, facundo diſſeris ore.
Diſertum Conrad. Oris diſerti ò quanta potentia eſt.
Iucundum Lud. Big. Impleat, & nobis iucundo rideat ore.
Dulciſonum Polit. Aut qui dulciſono falleret ore diem.
Lepidum Crinit. Quid Bembus lepido diſertus ore.
Suauiloquũ Mant. Et ore ſuauiloquo viſus cunctas præcellere partes.
Lacteum Calent. Lacteaq; inſurgens venit in ora rubor.

Rubicun-



Rubicundum Plau. in Pſeud. Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum.
Flexanimum Bap. Pius, Flexanimoq; ſedet multis in ore lepor.
Serenatum Idem, Pulchra ſerenato facies dum proferat ore.
Querulum. Idem, Nec querulo deſit murmur in ore loquax.
Rutilum. Idem, Hoc color, hoc rutilo ſplendet in ore nitor.
Cycnæum Idem, Qualia Cycnæo fundit pia Chloris ab ore Verba.
Dulce Idem, Talia nec dulci geminat Mæandrius ore.
Harmocinum Idem, Laudat, & harmonico concinit ore diem.
Melicum Idem, Iudicat, & melico ſentit ab ore trahi.
Idalium, id eſt Venereum. Idem, Gratia & Idalio fulgor in ore probat.
Egregium Mant. Fulget in egregio decor inſuperabilis ore.
Madidum Idem, Ore cantet madido, ſignataq; verba relinquent.
Auidum Stroz. pat. Porrectas auido nunc capit ora dapes.
Superbum Claud. Ille ſuperbi Flammeus oris honos.
Molle Tibull. lib. 1. Charior eſt auro iuuenis, cui mollia fulgent Ora.
Floridulum Catull. Ore floridulo nitentes.
Decorum Mant. Auus ore decoro Vt paucis reſponſa dedit.
Mellifluum Boet. Mellifluì canit oris Homerus.
Venuſtum Muſæus, Oriſq; micans ſplendore venuſti.

OS OSSIS.

Durum Verg. lib. 9. Igneſcunt iræ, & duris dolor oſſibus ardet.
Nodoſum Lucan. lib. 8. Nodoſaq; frangit Oſſa diu.
Candidum Pamph. Tumulus quod oſſa paruus candida continet.
Nodatum Lactant. Oſſa dicuntur nodata, & adiuncta inuicem.
Solidum Idem, Neque duris ac ſolidis oſſibus, ne ad vſum inhabiles eſſent.
Prædurum Bapt. Pius, Præduro durior oſſe thorus.
Album Mant. Effigies albo ſacras ſignabat in oſſe.
Canum Stroz. fil. It magis inde nouus cana per oſſa calor.

OSSA.

Mons eſt Theſſaliæ abundans pinis arboribus.

Pinifera Lucan. lib. 1. Quantus piniferæ Boreas quum Thracius Oſſæ.
Arctoa Stat. lib. 3. Theb. Et arctoæ gelidum caput inſtitit Oſſæ.
Ardua Ouid. lib. 2. Eleg. Ardua deuexum Pelion oſſa tulit.
Gelida Stat. li. 5. Theb. Gelida non ſæuius Oſſa Luxuriant Lapitharum epulæ.
Frondens Idem lib. 8. Frondenti quàm iungere Pelion Oſſæ.
Aeria Idem lib. 9. Semifer aeria talis Centaurus ab Oſſa Deſilit.
Nemoroſa Sidon. Quantum non nemoroſa tollit Oſſa.
Threſſa Seneca, Threſſa premitur Pelion Oſſa.
Theſſala Idem, Iam Theſſala Pelion Oſſa premet.
Niualis Claud. Niualis Oſſa tonat.
Glacialis Idem, Promptius imponam glaciali Pelion Oſſæ.
Abrupta Bern. Bolog. Crem. Et ſuper abrupta poſuerunt Pelion Oſſa.

OSCVLVM.

Dulce Verg. lib. 1. Aen. Et dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet.
Fragrans Horat. lib. 2. Carm. Quum fragrantia detorquet ad oſcula ceruicem.
Hians Apul. lib. 3. Hiantibus oſculis, & fragrantibus papillis.
Luctans Ouid. lib. 4. Met. Pugnantemq; tenet, luctantiaq; oſcula carpit.
Obuium Idem in Epiſt. Obuiaq; in ſummis oſcula demus aquis.
Molle Iuuen. Sat. 6. Ac mollia ſemper Oſcula delectent.
Anhelum Stat. 3. Syll. Sertiſq; dediſti Oſcula anhela meis.
Humidum Stroz. fil. Humidaq; in medijs oſcula ferre ſonis.
Furtiuum Claud. Furtiua carpent oſcula Naiades.
Roſidum Pont. Oſculaq; intactis ſeruat tibi roſida labris.

Dilectum

Dilectum Idem, Huic & Blanditias; huic & dilecta ferebat Oſcula.
Blandum Idem, Laſciuis relegans oſcula blanda iocis.
Gratum Stroz. fil. Grataq; nunc fronti, nunc oſcula libat ocellis.
Pugnans Pont. Certent pugnantia linguis Oſcula.
Ebrium Idem, Ebria iungebant fugentibus oſcula linguis.
Laſcium Polit. Vt laſciua ſuo furtim daret oſcula lauro.
Semibulcum Idem, Semibulca ſicut oſcula,
Preſſum Pamph. Oſcula queis roſeis figebas preſſa labellis.
Mulcens Sabell. Abſtergit lachrymas, mulcentiaq; oſcula figit.
Amicum Crinit. Et amica libat oſcula Mauros.
Delicioſum Calent. Oſcula iam vati delicioſa dabis.
Mite Item, Mitia blandiſonis interferet oſcula dictis.
Pudibundum Glarean. Pudibundaq; matris Oſcula.
Charum Tibul. lib. 1. Capias tunc chara licebit Oſcula.
Inſidioſum Stat. in Achil. Oſcula ſecuræ dabit inſidioſa ſorori.

OSTENTATIO.

Inanis Adr. Card. Vt hac induſtria nō inanem oſtentationē quæſiſſe videatur.

OSTREA.

Delicioſa Pamp. Sax. Oſtrea Paiano delicioſa lacu.
Spumoſa Quint. Spumoſa fragorem Oſtrea dant.

*OSTRVM.*

*Oſtrum, dr̄ color conchilij ſeu muricis, & purpuræ. Pleraque aūt dictionis huius epitheta ab ijs locis deducta ſunt, in quibus claruit vſus purpuræ: cuiuſmodi fuerūt hæc ſequentia, Tyrus & Sidon vrbes phœniciæ, Aſſyria, getulia, & quædam alia, vt docebimus in dictione Purpura.*

Sarranum id eſt Tyrium, quoniam Tyros prius vocabatur Sarra. Mant. Cogitur in veſtes, Sarauno intingitur oſtro.
Tyrium Verg. lib. 3. Georg. Illi victor ego, & Tyirio conſpectus in oſtro.
Purpureum Idem in Aetna, Purpureoq; rubens ſurgat iubar aureus oſtro.
Sidonium Idem in Cyri, Tum coma Sidonio florens ſucciditur oſtro.
Superbum Idem lib. 1. Aen. Arte laboratæ veſtes, oſtroq; ſuperbo.
Sanguineum, rubrum inſtar ſanguinis. Idem. lib. 12. Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro Si quis ebur.
Puniceum Claud. Album puniceo pectus diſcriminat oſtro.
Coruſcum Idem, Teſta parant epulis, oſtroq; referta coruſco.
Agenoreum, ab Agenore rege Phœniciæ, in qua fuit Tyros purpura nobilis. Ruffus Feſtus, Agenoreo color hinc mentirier oſtro.
Rutilum Sidon. Ad diadema venit, rutilum qui Cæſaris oſtrum.
Regale Pont. Qua Regale nitet villis radiantibus oſtrum.
Nitens Idem, Fota ſinu genitricis, & oſtro induta nitenti.
Pretioſum Stroz. pater, Quis Venere aduerſa precioſo gaudeat oſtro.
Pictum Petr. Arbit. Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro.
Ardens Mant. Ardenti ſplendidus oſtro.
Getulum Fauſt. Quis Cadmeia Tyros, Getulumq; inuidet oſtrum.
Pœnum Propert. lib. 4. Nam mihi quos Pœnis tibi purpura fulgeat oſtris.

*OSYRIS.*

*Oſyris, filius fuit Iouis ex Niobe Phoronei filia, ſucceſſitq; Phoroneo in regno Argiuorum. Profectus ad Aegyptios, Iſidem, ſeu Io filiam Inachi duxit in vxorē, ibiq; varias artes docuit. Vnde poſt mortem vnà cum vxore relatus eſt in numerum deorum. Hunc autem interfecit Typhon frater inuidia accenſus. Hinc Diodorus. Compertum eſt (inquit) Oſyridem Aegypto iuſte regnantem, à Typhone fratre impio ac nefario interemptum. Quem in ſex, & viginti partes diſſectum, cuilibet eorum, qui tanti ſceleris participes fuerant, partem dedit, vt ipſos defenſores cuſtodesq; regni fidos haberet Iſis demum Oſyridis mortem vita, Typhonem ipſum auxilio filij (qui Oros dicebatur) occidit. Oſyrim colebant Aegyptij forma bouis, & frequenter immerſum aquis quærebant cum luctu.*



Sanctus Horat. lib. 1. Epiſt. Per ſanctus iuratum dicat Oſyrim.
Frugifer Stat. lib. 1. Theb. Seu præſtat Oſyrim Frugiferum.
Pius Ouid. lib. 3. Eleg. Sic tua ſacra pius ſemper Oſyris amet.
Pharius Sidon. Hic Cererem Siculam Pharius comitatur Oſyris.
Auricomus Pont. Inde auricomum Aegyptus veneratur Oſyrim.
Cœleſtis Pamph. Sax. Iugera qui damnat, cœleſtem damnat Oſyrim.
Lacer Mirand. Aegyptus lacerum mœrens plangebat Oſyrim.
Corniger Mant. Barbara cornigerum Memphis plorabat Oſyrim.
Nudus Architr. Tollitur, vt nudam gemat Iſida nudus Oſyris.

*OTHO.*

*Fuit Otho Imperator, qui Galbæ ſucceſſit, homo mundiciarum penè muliebrium, vulſo corpore, faciem quotidie raſitare, & pane madido linire ſolitus, ne barbatus fieret. Victus à Vitellio apud Bebriacum, auſus eſt mortem ſibi conſciſcere, quamuis multas adhuc haberet copias, poſſetq; ſperare victoriam. Quod feciſſe odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Mart. lib. 6. eius mortem Catonianæ anteponit. Cato enim interfecit ſe Vticæ, copijs iam profligatis, ne in hoſtem incideret: Otho verò integro adhuc exercitu, ne bella ciuilia gererentur. De eo Sextus Aurelius Victor: Hic (inquit) à Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Bebriacum victus, ſemet gladio transfixit, anno ætatis 17. adeò amabilis militibus proprijs, vt pleriq; corpore eius viſo, ſuis manibus mortem ſibi conſciuerit.*

Mollis Auſon. Mollis Otho infami per luxum deneger euo.
Laſciuus Idem, Galba ſenex, Otho laſciue, & famoſe Vitelli.
Sæuus Idem, Galba ſenex perijt, ſæuo proſtratus Othoni.
Famoſus Idem, Mox Otho famoſus, clara ſed morte potitus.
Turpis Sidon. Hinc turpis, quod pulcher Otho.
Pathicus Iuuen. Sat. 2. Ille tenet ſpeculum, pathici geſtamen Othonis.

OTHOMANNVS.

Atrox Mant. Chriſtigenas Othomannus atrox premit Hellade capta.

OTHRYS.

Nemoroſus Lucan. lib. 6. Sol ſtitiale caput nemoroſus ſubmouet Othrys.
Niualis Stat. lib. 3. Theb. Si quando niualem Othryn.
Canus Idem lib. 4. Canumq; vireſcere dorſo Othryn.
Piniger Val. Flac. lib. 6. Creſcit Othrys piniger.
Aemathius Sidon. Polluit Aemathium ſanguis Centauricus Othryn.
Niuoſus Stroz. fil. Per Lybiæ Syrtes, per Othryos alta niuoſi.
Theſſalicus Mant. Iuga tandem alpina ſubintrat Theſſalico maiora Othry.
Nubifer Idem, Theſſala nubifero pubes deſcendit ab Othry.
Gelidus Barth. Alpinaq; niues, gelidumve effulminat Othryn.
Nubilus Stat. in Achil. Iam triſtis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys.

OVIDIVS.

Pelignus Mart. lib. 2. Pelignus duto, dixerat poeta.
Sulmonis alumnus. Polit. Rigui ne tener Sulmonis alumnus.
Peligni alumnus.
Inops Polit. Getica ſic ſemiſepultus arena Proh dolor, exul inops, &c.
Ingenioſus Lactan. Quod optimè ingenioſus poeta ſignauit.
Præceptor amoris. Quint. Mi faueat volucris magnus præceptor amoris.

OVILE.

Tenerum Franc. Petr. Pinguibus arentes, tenerisq; ab ouilibus arcent.

OVIS.

Balans Vergilius libro primo, Georg. Balantumq́ue gregem fluuio merſare ſalubri,

Lanigera Ouid.lib.1.Faſt.Numina lanigeræ coniuge debet ouis.
Pellita Ouid.lib.2.Carm.Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen.
Infirma Idem in Epod. Aut tondes infirmas oues.
Cornigera Lucr.lib.2.Cornigeras norunt matres, agniq; petulci.
Placida Ouid.lib.1.Faſt.Quid bos, quid placidæ commeruiſtis oues. Idem libro 13. Meta. Nec placidæ carpſiſtis oues hirtæ ve capellæ. Pamph.Sax. Vt lupus in placidas ſanguinolentus oues.
Pauida Ouid.lib.5.Triſt.Proq; lupo pauidæ bella verentur oues.
Immunda Idem lib.3.de Arte, Demptus ab immundæ vellere ſuccus ouis.
Imbellis Pont.Præterit imbelles ira leonis oues.
Blanda Tho.Rad.Blandarum nutrix ouium.
Tenella Idem, Tenellam ouiculam ad lanienam pertrahunt.
Hirſuta Pamph.Ruſticus hirſutas Tytirus inter oues.
Mollis Heſiodus, Mollem ſumere ouem cupiunt.
Mitis Mich. Ang. Quantum bellua mitem Indica vincit ouem.
Velligera Fauſtus, Quum male velligero tergore vecta foret.
Saliens Idem, Inq; nouo ſaliens gramine ludit ouis.
Manſueta Architr.Nec eum manſueta fefellit ouis.
Scabra Plaut.in Trin.Oues ſcabræ ſunt tam glabræ, quàm hæc eſt manus.
Fœcunda Mant.Sua paſcua redde Fœcundis ouibus.
Canuſina Canuſium, vrbs eſt Apuliæ, in qua lanæ erant rutili coloris. Iuu.Sat.6. Paſtores & ouem Canuſinam, vlmoſq; Falernas.
Bidens Verg.Centum lanigeras mactabat ritè bidentes.

O V V M.

Læue Calphur.Candidus alter erat, læuiq; decentior ouo.
Teres Lactan.Seq; oui teretis colligit in ſpeciem.
Tractabile Architr.Mille modos cultus recipit tractabilis oui.

## P A B V L V M.

Pingue Luc.lib.1.Hic feſſæ pecudes p pinguia pabula, læta Corpora deponũt.
Lętum Idem lib.2.Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta.
Dulce Stroz.pat.Dulciaq; obiecit pabula mollis amor.
Herbidum Fauſt.Herbida laſciuo carpentia pabula morſu.
Cereale Barth.Tempore quo nulli Cerealia pabula norant.
Mite Quint.Mitia nutantes inuitant pabula ſomnos.

PACHYNVS, Promontorium eſt Siciliæ, Peloponneſum ſpectans.

Trinacrius Verg.lib.3.Aen.Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachyni.
Siculus Idem lib.7.Siculo proſpexit ab vſq; Pachyno.
Craſſus Phileticus, Paſcua, nunc frondens craſſe Pachyne tuas.
Excelſus Mãt.Excelſi ſulcans vada lata Pachyni. Quãq; ſecũda ſyllaba corripit.

PACTOLVS, Fluuius eſt Lydiæ.

Rubens Claud.Non ſtagna rubentis Aurea Pactoli.
Diues Idem, Deſpumat rutilas diues Pactolus arenas.
Lydius Seneca, Diuite Pactolus vexit te Lydius vnda.
Radians Polit Hermus & aurata radians Pactolus arena.
Aurifer Tibul.lib.3.Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis.

PADVS, Fluuius Italiæ, alio nomine Eridanus.

Tumens Luca.li.6.Sic pleno Padus ore tumẽs ſuper aggere tutas Excurrit ripas.
Populifer Ouid.lib.2.Eleg.Frigidus Eurotas, populiferq; Padus.
Phaethontæus.Mart.lib.10.Et Phaethontæi qui petis arua Padi.
Gelidus Pont.Ludere me gelidi florida ad arua Padi.

Celer



Celer Stroz.pat.Deuectum celeri te quoq; cymba pado.
Vagans Stroz.fil.Nunc opus eſt cohibere padum per culta vagantem.
Toruus Cleoph.Toruus arenoſis quam padus ambit aquis.
Torrens Quint.Non Sarmatæ, nec quos videt torrens padus.
Rapax Mant.Huc claſſis ſubuecta Pado prætenta rapaci.
Venetus Idem, Sic Rhenum, Venetumq; padum, Rhodanumq; Ararimq;.
Exundans Idem, Fert padus exundās mala ſæpius omnia noſter.
Trifidus Fauſt. Sic cui cincta pado Ferraria ſeruit.
Præpes Bap.Pius, Et quicunq; padi præpetis ora bibit.
Olorifer Claud.Cynus oloriferi vexit ab amne padi.
Phaethontius, Syll.lib.7.Nunquam Phaethontius amnis Sanguinea pontum, &c.

P A D V S A.

Vluipara Mant.Nomen & Vluiparæ tellus vicina Paduſæ.
Phaethontæa, Idem Quum Phaethontææ propter vada longa Paduſæ.
Rauca Claud.Eridani ripas, & raucæ ſtagna Paduſæ. Fluuius eſt, quem alio nomine Maſſanicum appellant. Qudam Padi brachium eſſe dicunt.

P AE A N.

Potens veri Lucan.li.5.Tuq; potẽs veri Pæan, nullumq; futuri A ſuperis celate diẽ.
Canorus Mich. Angl.Pæana canorum Carmine mellito referens.
Iucundus Mant.Iucundumq; canunt Pæana volantes.
Sacer Idem, Venient ſacrum Pæana canentes.
Herculeus Stat.lib.4.Theb.Herculeum Pæana canunt.
Apollineus Bapt.Plaut.Diſcite Apollineum pueri Pæana canentes. Pæan, hymnus erat dicatus Apollini, vt Dithyrambus Baccho, Iulus Cereri, Rheæ Lytierſa, Hypœpus Dianæ.

*P E G A S V S.*

*Pegaſus fuit equus alatus, Neptuni & meduſæ, ſeù Gorgonis, filius quo Bellerophon expeditionem ſumpſit contra Chimæram. Hic ſaxo in Helicone pedis vngula percuſſo, fontem nomine Hippocrenen elicuit. Apud Iuuen. Sat.4. Pegaſus nomen eſt ciuis Albani, vbi ait, Rapta properabat ab olla* Pegaſus. *Apud Calph. alterius equi nomen corriptur in Bucol. vbi ait, Quorum de ſanguinis ponam Velocem* Pegaſum. *Eſt & nomen viri apud Verg. lib.11. correpta. Tum lyrim,* Pe*gaſumq; ſuper.*

Ales Horat.lib.4.Carm.Exemplum graue præbet ales Pegaſus.
Volaticus Apuleius, Reputabam Pegaſum inclytum illum metu magis volaticum fuiſſe.
Aerius Manil Aerius naſcetur equus, cœloq; volabit.
Meduſæus Ouid.lib.5.Met.Dura Mæduſæi quem præpetis vngula rupit.
Gorgoneus Ouid.lib.3.Faſt.Suſpice, Gorgonei colla videbis equi.
Præpes Polit.Vecta Meduſæo Tithonia præpete coniunx.
Volans Stat.lib.3.Syll.Largæq; volantis Vngula ſedit equi.
Cornipes Auſon.Pulſu citatam cornipes fudit fremens.
Volucer Idem, Pegaſus volucer actus à Lycia non vltra Ciliciam permeauit.
Celer Stroz.pat.Ire nec in celeri Bellerophontis equo.
Aliger Pamph.Aliger excutiet ſummo te Pegaſus orbe.
Fugax Ouid.lib.5.Met.Penniſq; fugacem Pegaſon.
Bellerophontæus.Prop.lib.2.Bellerophontæi eua fluit humor equi.

PALAMEDES, filius Nauplij regis Euboiæ.

Naupliades Sidon.Tanquam Naupliades repertor artis.
Miſer Pamph.Semper & Euboicas miſeri Palamedis ad arces.

P A L A T I V M.

Altum Ouid.lib.3.Triſt.Forſitan expectes, an in alta palatia miſſum.
Ornatum Pont.Et ſtruxit nitidos ornata palatia gemmis.

Kk 2 Fuluum

Fuluum Pamph.Fulua colas igitur diues palatia.
Aureum Quint.Hominem quid iuuat aureis Oſtentare ſuum ſtemma palatijs?
Saxeum Idem,Conſtruit auratis palatia ſaxea tignis.
Turritum Idem,Turrita palatia ſanctis Ciuibus hoſpitium.

P A L A T V M.

Auidum Sidon.Atq; abſens auido crepitat iam præda palato.
Tenerum Perſius,Et tenero ſupplantat verba palato.
Molle Mant.Eſca tamen molli eſt non contemnenda palato.

P A L E A.

Pinguis Verg.lib.1.Georg.Nequicquam pingues paleæ teret area culmos.
Leuis Idem,Sæpe leuem paleam,& frondes volitare caducas.
Inanis Verg.lib.3.Georg.Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.
Exigua Colum.lib.2.Sed exiguas paleas,nec multam ſiliquam facit.
Orna Hor.lib.3.Serm.Quum pater ipſe domus palea porrectus in orna.
Exilis Plin.lib.18.Tenuuior hordeo palea exilis.
Fertilis Marul.Modo fertilis in morem paleæ accendere.
Volans Mant.Sternebat fragiles calamos paleaſq; volantes.
Stridens Idem,Vndiq; ſtridentes paleas vorat.
Triticea Cato,Palias triticeas & hordeaceas,acus,faginũ,vicia ĩ tecto cõdito.

PALAEMON, filius Athamantis,alio nomine Melicerta.

Athamantiades.Ouid.lib.3.Ius habet & Triton,Athamantiadeſq; Palæmon.
Thebanus Stat.lib.7.Theb.Thebanum toto planxiſſe Palæmona ponto.
Naufragus Idem lib.2.Syl.Naufragus impoſita iacuit ſub matre Palæmon.

PALAEMON, Vicentinus Grammaticus.

Doctus Iuuen.Sat.7.Quis gremio Enceladi,doctiq; Palæmonis affert.

*P A L E S.*

*Pales,dicitur dea paſtorum.Sacra eius vocabantur* Palilia,*ſeu* Parilia, *tranſmutatione literæ.Hic dies natalis erat vrbis Romæ,à paſtoribus conditæ.Propert.lib.4.Vrbi feſtus erat, dixere* Palilia *patres: Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.Genus ſacrificij erat, vt accenſis ſtramenticijs faſcibus ignem ſaltu tranſilirent, poſteaq; lac biberent, qui fructus eſt pecoris. Ouid. Et tepido lacte precare Palem.*

Fœcunda Verg.in Cul.Et Venus & fœcunda Pales.
Ruſtica Ouid.lib.4.Faſt.Ruſtica præcipuè eſt hoc dea læta cibo.
Paſtorum domina.Idem,Paſtorum dominæ grandia liba Pali.
Sacra Idem,Sacra Pales aderat inde mouetur opus.
Telluriſtis Mart.Cap.Nonnulli tellurſtres,ſyluicolæq; diui.
Grandæua Nemeſ.Dat grandæua Pales ſpumantia cymbia lacte.
Montana Polit.Et montana Pales,& quo paſtore Pheræi Gaudebant campi.
Placida Tibul.lib.1.Et placidam ſolco ſpargere lacte Palem.

*P A L AE S T R A.*

*Palæſtra dicitur luctatio,qua Græci olim exercebantur. Hinc Palæſtrici dicebantur, qui motus geſtuſq; formabant, vt in palæſtra brachia eſſent recta, ne indoctæ ruſticæve manus,ne qua in proferendis pedibus inſcitia. De antiqua puerorum inſtitutione Plautus, Ante ſolem inquit,exorientem niſi in palæſtram veneras gymnaſii, profecto haud mediocres pœnas penderes. Ibi curſu,luctando,haſta,diſco,pugillatu,ſaliendo ſeſe exercebant magis quam ſcorto. Athletæ quandoque exercebantur nudi,eaq; exercitatio vocabatur gymnas. Vnde Paris Ouidianus alloquens Helenã, More tuæ gentis,nitida dum nuda palæſtra Ludis, & ex nudis fœmina mixta viris. Porrò moris erat,vt luctaturi ceromate,id eſt oleo cerato perfunderentur,quos qui vngebant,vocabantur ceromatiſtæ. Hinc palæſtra uocatur liquida, vncta, pinguis, madida. Poſt vnctionem inſpergebantur puluere,vt corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantium prehenſiones admitterent. Pulvis autem ille vocabatur aphe.*

Graminea Verg.lib.6.Pars in gramineis exercent membra palæſtris.

Olympiaca



Olympiacã Lucan.lib.4.Hoſpes olympiacæ ſeruato more palæſtræ.
Liquida Idem lib.9.Arcados authoris citharæ,liquidæq; palæſtræ.
Nitida Ouid.lib.5.Faſt.Læte lyræ pulſu,nitida quoq; læte palæſtra.
Vncta Idem in Epiſt.Aut fora vos retinent,aut vnctæ dona palæſtræ.
Pinguis Stat.lib.6.Theb.Iam tenuem pingues florem induxere palæſtræ.
Catenata Polit.Stetq; catenatas ſuadens nudare palæſtras.
Nuda Mant.Et noctes emere,& nudæ indulgere palæſtræ.
Lædæa,id eſt Spartana.Mart.lib.1.Lædæas Lacedæmonijs palæſtras.
Mollis Idem lib.4.Hinc oleo corpus refrico,molliq; palæſtra.
Fortis Stroz.pat.Et ſeu dictus eras forti certare palæſtra.
Herculea Claud.Herculeas vidit fluuio luctante palæſtras.
Argiua Seneca,Non Argiua membra palæſtra Flectere.
Dura Polit.Incaluere animis dura certare palæſtra.
Spartana Stroz.fil.Spartanæq; artes verſare,doloſq; palæſtræ.
Madida Pamph.Seu iaculo celeriq; manu,madidaq; palæſtra.
Agilis Fauſt.Aut nimio exercent agiles ſudore palæſtras.
Decora Hor.lib.1.Carm.Voce formaſti cantus,& decoræ More palæſtræ.
Amphionia Claud.Sic Amphioniæ pulcher ſudore palæſtræ Alcides.

P A L I L I A.

Fumoſa Perſius,Et focus,& porci,& fumoſa palilia fœno.
Puerilia Mant.Ac puerilia ludo Et paſtorali celebranda palilia ſaltu.

P A L I N V R V S.

Iaſides,Iaſij filius.Vergilius libro quinto Aeneidos, Iaſide Palinure, ferunt ipſa æquora claſſem.

P A L L A.

Tænarea Stat.lib.7.Theb.Tænaream fulua mordebat Iaſpide pallam.
Tenuis Seneca,Tenuem Tyrio ſtamine pallam.
Hiacynthina Tho.Rad. Abiecta illa in hiacynthina palla cernetur.
Sidonia Propert.lib.4.Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla Officia.
Lutea,coloris crocei.Tib.lib.1.Fuſa ſed ad teneros lutea Palla pedes.
Tyria Idem lib.4.Vrit,ſeu Tyria voluit procedere palla.
Punicea Stat.in Achil.Et iam punicea nudatum pectora palla.
Aurata Idem, Si decet aurata Bacchum veſtigia palla Verrere.
Fulgens Claud.Obtectu pallæ fulgentis obumbrat.

P A L A N T AE V M.

Memorabile Mant.Et Palantæum Euandri memorabile priſco Herculis hoſpitio.

Oppidum fuit in mõte Palatino, dicto à Palãte filio Euandri. Quę prius dicta ſunt in Minerua, dãt intellectum facilè epithetorum huius dictionis.

P A L L A S.

Docta Verg.de obitu Mecœn.Pallade cum docta Phœbus donauerat artes.
Sæua Idem lib.2.Aen.Effugiunt,ſæuæq; petunt Tritonidis arcem.
Armiſona Syll.lib.13.Armiſonæ curent ſimulachrum auellere diuæ.
Tritonia Verg.lib.3.Aen.Iam ſummas arces Tritonia reſpice Pallas Inſedit.
Bellipotens Stat.li.2.Theb.Diua ferox,magni decus ingeniũq; parẽtis Bellipotẽs.
Belli præſes Verg.lib.11.Armipotens belli præſes Tritonia virgo.
Intacta Hor.lib.1.Car.Sunt quibus vnum opus eſt intactæ Palladis vrbem.
Bellica Ouid.lib.5 Met.Bellica Pallas adeſt,te protegit ægide fratrem.
Tritonis Idem lib.8.Functus Erictæas Tritonidos ibat ad arces.
Bacciſera Idem lib.2.Eleg.Dat quoq; bacciferam Pallada rarus ager.
Bellatrix Syll.lib.3.Qua virgo (vt fama eſt) bellatrix edita lympha.
Torua Stat.lib.2.Theb.Hinc Phœbi pharetras, hinc toruæ Palladis angues.
Seuera Idem lib.1.Syl.Et Phœbus pater,& ſeuera Pallas.
Innuba Val.Flac lib.1.Tuq; innuba Pallas eripe me.
Aegiſona Idem lib.3.Aegiſona quam nec fera pectore virgo Diſpulerit.

Innupta Idem.lib.8.Ipſa autem innuptæ iam Pallados erigit arces.
Aſpera Claud.Vtraq; virgo ruunt, hæc triſtibus aſpera bellis,
Coruſca Mart.Cap.Senſim Pallas coruſca deſcendit.
Armata Idem, Virgo armata, decens rerum ſapientia Pallas.
Doctifica a me dicitur vocabulo eiuſdem Capellæ.
Prudens Sidon.Iuno grauis, prudens Pallas, turrita Cybelle.
Animoſa Pont.Præficit bellis animoſa virgo.
Bellicoſa Marull.Seu bellicoſæ Pallados ægida.
Filia Iouis Codrus, O Pallas alti filia Iouis.
Fera Pamph.Non tamen vt tulerit Pallados arma feræ.
Furens Idem, Pallados pectus Latium furentis.
Caſta Idem, Quæ Citheræa ſuum caſta cum Pallade numen.
Doctiloqua Quint.Thebas doctiloquæ mœnia Pallados.
Auſonia Idem, Culta ſub Auſoniæ Pallados obſequium.
Amœna Idem, Vbi Pallas amœna fatigat ingenia.
Armigera Idem, Venerat armigeræ ſurgunt vbi Palladis arces.
Belligera Mant.Eſſe vel Alcidem vel Caſtora, belligeram ve Pallada.
Anguitenens Barth.Præterea anguitenens properat Tritonia virgo.
Dædalea, id eſt ingenioſa. Fauſt.Quis non Dædalea genitum te Pallade credat.
Dædala Idem, Dædala & excelſo ſapiens in vertice Pallas.
Prædocta Idem, Vt ſileam innumeras prædoctæ Pallados artes.
Scyrias, a Scyro inſula, in qua regnauit Lycomedes pater Deidamiæ.
Littorea Stat.in Achil. Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum Forte die.
Ferox Idem, Naiades Aetnæas inter Diana, feroxq; Pallas.
Glaucopis Diod.ſcribit aerem nominatũ eſſe Pallada. Aer aũt coloris eſt glauci.
Sais Propert.Mercurio Saïas fertur Boebeidos vndis Virgineum primo compoſuiſſe latus.
Ithonia ſeu Ithonis, ab vrbe Bœotiæ.
Prouida Hieron.Ang.Penelope fuſo, prouida Pallas acu.
Halea, ab Haleo quodam, qui apud Tegeas templum conſtruxit Palladi.

PALLAS.

Niueus Verg.lib.10.Ipſe caput niuei fultum Pallantis, & ora Vt vidit.

PALLIVM.

*Pallium veſtimentum erat Græcis peculiare. Hinc palliatæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus Græcorum palliatorum.*

Sericum Stat.lib.3.Syl.Et ſerica pectore ponunt Pallia.
Coccineum Mar.Cap.Corpus eius flameũ totũ, pennata veſtigia, palliũ coccineũ.
Philoſophicum Bud.Extemplo pallio philoſophico pcinctus doliũ illud ſuum, &c.
Oneroſum Iuuen.Sat.6.Oneroſaq; pallia iactat.

PALLOR.

Viridis Verg.in Cyri, Non tibi nequicquam viridis per viſcera pallor.
Terribilis Lucan.lib.5.Terribilis ſed pallor ineſt, nec feſſa quieſcunt Corda.
Obſcura Idem lib.7.Solis in obſcuro pugnam pallore notauit.
Albus Horat.in Epod.Tacent, & albus ora pallor inficit.
Luteus Horat.Tibiq; pallor luteus.
Buxeus Crinit.Frons humana, tamen lurida buxeo pallore.
Marcidus Apul.lib.5.Impos animi, marcido pallore defecta.
Buxans Idem lib.8.Buxantiq; pallore trepidus.
Exanguis Idem lib.9.Exangui pallore trepidantem puerum.
Deformis Apul.Pallor deformis, marcentes oculi, laſſa genua.
Infernus Idem, Humani coloris ſuccedit pallor infernus.
Luridus Ouid.lib.4.Met.Luridus exangues pallor conuertit in herbas.

Similis



Similis buxo Idem lib.11.Oſſa receperunt, buxoq; ſimillimus ora pallor.
Tacitus Idem lib.6.Faſt.Horrueram, tacitoq; animum pallore fatebar.
Truculentus Stat.lib.10.Cur tibi torua acies, cur hic truculentus in ore pallor?
Exanimis Idem lib.12.Sic exanimis in terga reducit pallor Agenoridas.
Languidulus Thom.Rad.Violæ blandus nitor, languidulusq; amore pallor.
Albeſcens Lact.Alterius vultũ maculet nũc ſuffuſus rubor, nũc pallet albeſcens.
Sepulchralis Mant.Atq; ſepulchralis pallor confecerat ora.
Plumbeus Idem, Lachrymis turgentia lumina pallor Plumbeus.
Liuidus Remaclus, Liuidus exhauſto ſanguine pallor ineſt.
Gelidus Stat.in Achil.Figit gelidus Nereia pallor.

PALLVS.

Teres Colum.lib.5.Manet diutius, quàm teres pallus.
Saligeneus Idem lib.12.Semen eius inditum pilæ, & ſaligeneo pallo pinſitum.
Ligneus Pallad.Rutilius, Ibi ligneum pallum deprimis.

PALMA.

*Palmis abundat Iudæa. Reperiuntur etiam in Europa ſed ſteriles. In maritimis Hiſpaniæ fructum ferunt, ſed immitem, dulcẽ in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem Orientales ex his vina cõficiunt, & nonnullæ gentes panẽ. Terra feruida & fabuloſa habet frugiferam palmã. Gaudet & riguis. Coma eius eſt in cacumine, & pomũ nõ inter folia, ſed inter ramos. Folia ipſa cultrato ſunt mucrone lateribus in ſe bifidatis, Huic arbori eſt vterq; ſexus, vt omnib. alijs. Mas in palmite floret, fœmina circa florẽ germinat tm̃, ſpinæ modo. Pomum habet oblongum, non vt oliuæ orbiculatum. Portat in trimatu. Genera eius 49. nonnulli poſuerunt. Folia non amittit. Si ſuper eius lignũ (inquit Gellius) magna pondera imponas, ac tam grauiter vrgeas, oneresq;, vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, non deorſum palma cedit, nec intra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recuruaturq;. Propterea in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt vrgentibus, prominentibusq; non cedat.*

Ardua Verg.lib.2.Georg.Chaonijq; patris gaudes, atq; ardua palma.
Olympiaca Idem lib.3.Georg.Seu quis olympiacæ miratus præmia palmæ.
Nobilis Horat.lib.1.Carm.Euitata rotis palmaq; nobilis.
Florida Apul.Illud cibarium vaſculum floridis palmulis rotabat.
Victrix Idem, Pedes ambroſios regebant ſoleæ palmæ victricis folijs intextæ.
Foliata Apul.Ibat tertius attollens palmam auro ſubtiliter foliatam.
Virens Sabel.Ecce virentem Vendicat ipſa viro dulcis facundia palmam.
Rugoſa Ouid.lib.8.Hic nux, hic mixta eſt rugoſis carica palmis.
Viridis Idem lib.2.de Arte, Lætus amans donec viridi mea carmina palma.
Elea Stat.lib.10.Natus ad eleas melior quis ſurgere palmas.
Tremula Lactan.Illicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ.
Egregia Liuius, Egregiam iſtam palmam belli Punici peracti petis.
Amœna Sedulius, At iuſtus palmæ ſimilis florebit amœnæ.
Aegyptia Quint.Inuenta menſis palma mox Aegyptia.
Triumphalis Mant.Votiſq; vocata Palma triumphalis pugnæ.
Fulua Idem, Et fuluæ tectus velamine palmæ.
Vmbroſa Iuuen.Sat.15.Qui vicina colunt vmbroſæ Tentyra palmæ.
Idumæa Verg.lib.3.Georg.Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

PALMA manus.

Roſea Nemeſian.Inueniam roſeis ſtringentem lilia palmis.
Albens Guil.Caſtel.Iungere & albentes palmis innectere palmas.
Tenella Idem, Et moueat tremulam palma tenella chelym.

PALMES.

Lætus Verg.in Buc.Ima læto turgent in palmite gemmæ.
Methymnæus Idem lib.2.Georg.Quam Methymnæo carpit de palmite Lesbos. A Methymna vrbe Leſbiæ, optimi vini ferace.
Viridis Idem in Culice, Pollentemq; ſibi viridi cum palmite lucens.



Tener

Tener Idẽ de quatuor temp. Promifer autumnus tenero dat palmite fructum.

Longus Colum. lib. 15. Sed longi palmites non menſura, verùm gemmarum numero æſtimantur.

Fructuoſus Idem lib. 6. Fructuoſos palmites ſubmittit.

Vber Gell. lib. 19. Vberrimosq; vitium palmites decidit.

Grauidus Ouid. lib. 1. Faſt. Et noua de grauido palmite gemma tumet.

Nyſæus ab epitheto Bacchi. Syll. lib. 7. Feſtas Nyſæo redimiuit palmite menſas.

Vitifer Stat. lib. 4. Syll. Sic vitifero ſub palmite nudos Vmbrauit colles.

Lentus Claud. Quam lento premitur palmite populus.

Opacus Idem, Indorum ſpolijs, & opaco palmite Bacche.

Racemifer Sidon. Racemifer exit Plurima p̃ frontem conſtringens oppida palmes.

Frondens Pont. Frondentem ramum, frondenti & palmite mala.

Fructuarius Bud. In hac deformitate culturæ & penuria fructuariorum palmitum.

Nobilis Crinit. Nobilem exortum è patrio ſemine palmitem.

Falernus Petrarcha, Poſuerint, quid palmitibus ſeù dempta Falernis.

Vernus Boetius, Vernos ſtringere palmites.

Pampineus Mant. Sunt tibi pampineo veſtiti palmite colles.

P A L M E T V M.

Pingue Horat. Et vngi Præferat Herodis palmetis pinguibus.

P A L V M B E S.

Raucæ Verg. in Buc. Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes.

Aeriæ Idem, Nanq; notaui Ipſe locum, aeriæ quo congeſſere palumbes.

Torquatæ Polit. Dum ſua torquatæ recinunt dictata palumbes.

Plauſitantes Thom. Rad. Palumbes plauſitans, anſerq; gratitans.

Teneræ Perſius Sat. 3. At cur non potius, teneræq; palumbes.

P A L V S.

Craſſa Verg. lib. 2. Georg. Fluminibus ſalices, craſſisq; paludibus alni.

Placida Idem lib. 8. Mitis vt in morem ſtagni, placidæq; paludis.

Laxa Lucan. lib. 2. Stagna auidi texere ſoli, laxæq; paludes.

Pigra Idem, Pigra palus Scythici patiens Mœotica plauſtri.

Torpens Lucan. lib. 9. Torpentem Tritonos adit illæſa paludem.

Limoſa Syll. lib. 14. Inuida limoſa reſtagnant arua palude.

Stagnans Apul. Partim ſtagnante palude fluidam.

Liquida Ouid. lib. 1. Met. Iuppiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbem.

Vda Idem ibidem, Cœnumq; vdæq; paludes Intumuere æſtu.

Caua Idem lib. 6. Met. Et modò tota caua ſubmergere membra palude.

Nigra Syll. lib. 13. Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.

Vaſta Plin. lib. 5. Palus vaſta ad amnem Tritonem.

Fœda Stat. lib. 4. Theb. Seù turbidus amnis, Seù tibi fœda palus.

Lenta Idem lib. 3. Syll. Vſque adeò ne parum lentas tranſire paludes.

Sordida Idem lib. 4. Inducit Nero ſordidas paludes.

Bibula Mart. lib. 11. Nec tibi de bibula ſarta palude teges.

Lata Claud. Latisq; paludibus exit Cimbros.

Acida Tho. Rad. Omnes poſt Acidæ paludis egreſſum ad optatas commigrẽt domos.

Piſcoſa Codrus, Et Rhenum & Rheni piſcoſam carne paludem.

Cœnoſa Pamph. Cœnoſas habitem veluti cur rana paludes.

Madida Idem, Syluea ſub madida vaccinia nigra palude Gignit.

Curua Barth. Quiq; Bycen curuam cinxere paludem.

Spurca Fauſt. Demptaq; de ſpurca rana palude cadit.

Rimoſa Calphur. Dum rimoſa palus, & multo torrida limo.

Putrida Catull. Verùm totius vt lacus, putridæq; paludes.





P A M P I N V S.

Viridis Horat. lib. 1. Carm. Cingentem viridi tempora pampino.

Tener Colum. lib. 3. Prærodit teneros adhuc pampinos & vuas.

Prorepens Idem libro 5. Curuationem vitis prorepens ſtatim pampinus apprehendat.

Viniſluus, à me dicitur vocabulo Conradi ſcribentis, Viniſluis ſociaris vndis.

Mitis Sedulius, Mitis in occidulas emittit pampinus vuas.

P A N.

Cuſtos ouium. Vergil. libro 3. Georg. Pan ouium cuſtos, tua ſit tibi Mænala curæ?

Tegeæus Idem libro primo Geor. Adſis ò Tegeæ fauens, oleæque Minerua Inuentrix.

Licæus Idem lib. 8. Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Hirtuoſus Apul. Hirtuoſus Deus, ſauciam Pſychen ſic permulcet.

Ruſticus Idem, Pan Deus ruſticus iuxta amnis ſupercilium ſedebat.

Deus pecoris. Ouid. lib. 2. Faſt. Pana Deum pecoris veteres coluiſſe feruntur.

Velox Idem, Ipſe Deus velox diſcurrere gaudet in altis Montibus.

Montanus Idem in Epiſt. Sic faueant Satyri, montanaq; numina Panes.

Pecorum Deus. Idem lib. 2. Syll. Inſequitur velox pecorum Deus.

Proteruus Idem, Hoſtemq; proteruum Vidit.

Arcadius Bap. Pius, Dum parat Arcadio iungere membra Deo.

Potens nemorum, Val. Flac. lib. 3. Pan nemorum belliq; potens.

Mænalides Auſon. Nec cultor nemorum reticebere Mænalide Pan.

Telluriſter Capella, Nonnulli telluriſtres, ſyluicolæq; diui.

Semifer Idem, Pernix ſemiferi puella Panos.

Capripes Proper. lib. 3. Capripedes calamo Panes hiante canent.

Montiuagus. Nemeſianus, Hæc fatus, cœpit calamis ſic montiuagus Pan.

Arcas Bap. Pius, Arcas & hirſuto ſuccinat ore Deus.

Cicuticen, canens cicuta. Sidon. Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes.

Pauidus Idem, Pan pauidus, Fauni rigidi, Satyri petulantes.

Montanicola. Pont. Simul heroes, ſimul heroinæ, Et montanicolę Panes.

Rureſter Tho. Rad. Mellitum rureſtris Panos delicium.

Cornua longus. Idem, Pan cornua longus, barbam prolixus, pedes capreus.

Rubens Polit. Panq; rubens, & fronte cupreſſifera Syluanus.

Ruricola Stroz. pat. Nec vos ruricolæ turba benigna Dei.

Bicornis Stroz. fil. Capripedes Satyros, Panasq; habitare bicornes.

Arcadicus Pamph. Arcadicum tenui celebremus arundine Pana.

Soliuagus Petrar. Panaq; turbatum, per auia liqui Soliuagum.

Syluiuagus Anglicus, Syluiuago reſonant carmina grata Deo.

Aruiuagus Idem, Aruiuagi Panes, & ruſtica numina Fauni.

Corniger Mant. Corniger eſt Pan Deus Arcadiæ.

Lupercus Idem, Non Pana Lupercum, Non Satyros.

Agreſtis Barth. Et Syluane parens, & agreſtis numina Panos.

Semicaper Bap. Pius, Semicaper petit hanc diuus, petit anxia mater.

Querulus Idem, Hic queruli mecum Syluestria numina Panes.

*P A N A C E A.*

*Herba eſt, cuius ſuccus morbis omnibus medetur, vt vocabulum ipſum indicat. Plinius, Panacea ipſo nomine omnium morborum remedia promittit.*

Odorifera Verg. lib. 12. Ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam.

Potens Lucan. lib. 9. Et panacea potens, & Theſſala centaurea.

P A N C H A I A.

Pinguis Verg. lib. 2. Georg. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Diues Tibull. Illic quas mittit diues Panchaia merces.

## PANIS.

Triticeus Fauſt.Triticeoq; petit meliorem pane farinam.

Furfureus Gell.lib.11.Furfureum panem eſitare, vinum erutũ & fœtidũ potare.

Prædulcis Plin.lib.17.Eſt & panis prædulcis.

Frumentatus.Idem, Validiora eſſe corpora, quæ frumentato pane aluntur.

Iurulentus Bud.Quod pane iurulento pro pulmentario bona ex parte veſcuntur.

Rubidus Plaut.Atq; ibi torreto me pro pane rubido.

Cibarius Cic.in 5.Quæſt.Tuſc.Quum Ptolomæo Aegyptum peragr anti cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo iucundius.

## PANNONII.

Feroces Stat.lib.1.Syll.Pannoniuſq; ferox, arcuq; horrenda fugaci Armenia.

## PANNVS.

Textilis Pont.Nudaq; textilibus velauit corpora pannis.

## *PANTAGIA.*

*Fluuius eſt Siciliæ, de quo Claudianus, Et ſaxa rotantem Pantagiam. Syllius, Hippatin, ac facile ſuperari gurgite paruo Pantagiam.*

Fugax Mant.Et rauco reſonans clamore fugacem Pantagiam ſuperat.

## *PANTHERA.*

*Pantheris verſicolores ſunt maculæ, qui color cunctas quadrupedes ſollicitat, ſed oris toruitas deterret. Propterea capite ipſo occultato, Pantheræ reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur habere in armo ſimilem lunæ maculam creſcentem in orbes, & pari modo curuantem cornua. Pantherarum mares ſunt Pardi. Scaurus in ædilitate ſua 150. miſit. Pompeius magnus 410. Auguſtus 420. Tactis aconito carnibus & guſtatis necantur. Vnguium mucrones in corporis vaginas recondunt, ne refrigantur & hebetentur. Solæ animalium odoratæ ſunt. Earum oculi in vmbras refulgent, hebetantur in ſole, & longius quàm cæteri nitent. His tantum terrorem afferunt hyænæ, ut ne conentur quidem reſiſtere. Quinetiam aliquid de corio earum habentem non appetunt. Et ſi pelles vtriuſque contrariæ ſuſpendantur, aiunt decedere pilos Pantheræ. Pantheræ non attingunt perunctos iure gallinarum, præcipuè ſi allium fuerit incoctum. Carnibus Pantherarum viuunt Agriophagi populi.*

Picta Ouid.lib.3.Met.Pictarumq; iacent fera corpora pantherarum.

Ferox Mant.Nec panthera ferox aberat, nec tergore panther Multicolore.

## *PAPAVER.*

*Papauer herba eſt ſoporem gignens, & inducens obliuionem. Verg. Vrunt lethæo perfuſa papauera ſomno. Succus eius vocatur meconium.*

Cereale Verg.lib.1.Georg.Nec non & lini ſegetem, & cereale papauer.

Veſcum Idem lib.4.Georg.Lilia, verbenaſq; premens, veſcumq; papauer.

Lethæum, obliuionem inducens, inſtar Lethæs.Idem lib.4.Georg. Inferias Orphi lethæa papauera.

Fœcundum Ouid.lib.11.Ante fores antra fœcunda papauera florent.

Soporiferum.Idem lib.5.Triſt.Quotvè ſoporiferum grana papauer habet.

Grauidum Auſon.inter arundineaſq; comas, grauidumq; papauer.

Plenum Sopore.Polit.Hic gratum Cereri, plenumq; ſopore papauer.

Agreſte Lact.Qualis ineſt folii, quæ fert agreſte papauer.

Frigens Mant.Seminat infelix lolium, frigenſq; papauer.

Medicatum Mant.Spargit lethæo medicata papauera rore.

Luteum Catul.Alba Partheniace velut luteumq; papauer.

Purpureum Propert.lib.2.Cãdida purpureis mixta papaueribus. Fit inde adiectiuũ papauereus.

## PAPHOS, vrbs eſt in Cypro inſula.

Florifera Crin.Seu tu floriferam concelebras Paphon.

Cypria Mant.Vertice conſpiciens Cypriam Paphon, Idaliumq;.

Celſa Verg.Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atq; Cithera.

PA-



## PAPILLA.

Tenuis Pont.Molle micet tenues inter dilapſa papillas.

Decora Apul.Qua decoras deuinxerat papillas.

Habilis Ouid.lib.1.Eleg.Nec ſinus admittat digitos, habileſve papillæ.

Tumida Idem lib.1.de Remed.Omne papillæ pectus habent tumidæ.

Candens Pont.Pectora candentes nudant exerta papillas.

Vndiflua Idem, Cerulaq; vndifluæ ludunt ſub ſtagna papillæ.

Aureola Idem, Interdum aureolas petis papillas.

Tenera Idem, In teneris manus immiſcere papillulis.

Lacteola Idem, En mammas, en lacteolas formoſe papillas.

Nitida Idem, Et modò carpebat nitidis alimenta papillis.

Veſcula Idem, Colla & veſcula, veſculas papillas.

Gemmea Idem, Pulchro è pectore, gemmeis papillis.

Niuea Idem, Spirant de niueis tibi papillis.

Bella Idem, Quam latet in tepido bella papilla ſinu.

Furtiua Marul.Furtiuis latuit diù papillis.

Altrix Stroz.fil.Dum putet altricis ſuetum traxiſſe papillæ.

Sublustris Mirand.Nec tibi ſubluſtres rariſſima tela papillas Nudabat.

Teres Remaclus, Baſia ſi tibi dent nymphæ, tereteſq; papillas.

Gemipoma Corn.Gall.Conde papillas, conde gemipomas.

Pomoſa Textor, Hunc tu pomoſa feciſti ardere papilla.

Horridula Plaut. Molles morſiunculæ papillarum horridularum oppreſſiunculæ.

Aurata Iuuen.Sat.6.Tunc nuda papillis Conſtitit auratis.

Roſea Catull.En hic in roſeis latet papillis.

Lactans Idem, Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas.

Lactea Adr.Card.Turget lactea ſuminis papilla.

## PAPYRVS.

Bibula Lucan.lib.4.Conſeritur bibula Memphytis cymba papyro.

Aegyptia Apul.Modò ſi papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami, &c.

Niliaca Mart.lib.13.Perdite Niliacas Muſæ mea damna papyros.

Tenuis Calent.Qui tenui committere verba papyro.

Fragilis Hier.Angl.Membra geris tenui & fragili contexta papyro.

Viridis Mant.Littus arundinibus cingit, viridiq; papyro.

## PARADISVS.

Sacer Sidon.Iam te circunſtant paradiſi millia ſacri.

## PARASITVS.

Edax Horat.lib.1.Epiſt.Quantus dorſenninus edacibus in paraſitis.

Impurus Plaut.in Muſt.Impure paraſite, qui paraſitus ſum.

Cynicus Idem in Perſa, Cynicum eſſe egentem oportet paraſitum prope.

Inanis Idem in Stil.Ampullam rubidam, paraſitum inanem.

Pernoctans Iuuen.Sat.14.Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.

## *PARCAE.*

*Parcæ, ſeu deæ fatales dñr à poetis Clotho, Lacheſis, Atropos. Ceſelius vindex apud Gellium lib.3. ponit alia earum nomina, vt Nonam, Decimam, Mortam, citatq; verſum hunc Liuij poetæ antiquiſſimi, Quando dies aduenit, quam profata Morta eſt. Finguntur aũt Demogorgonis filiæ, ſecundum Tullium Herebi & noctis. Alio nomine vocantur fata. Dñr metiri vitam hominum fuſis & ſtaminibus, quæ ex ſua colonent & deducunt. Hinc vocantur lanificæ. Seneca, Parcarumq; colos irremeabiles. Feruntur eſſe inexorabiles, nulliſq; precibus moueri, vt quam impoſuerunt rebus ſeriem commutent, aut vitæ prorogent exitum, quam naſcentibus nobis cõſtituerunt. Idem Seneca, Nulli iuſſo ceſſare licet, nulli ſcriptum proferre diem. Earum officia diſtinguuntur a poetis, vt velint vnam eſſe quæ vitam hominis ordiatur, aliam, quæ contexat, tertiam, quæ filum rumpat, ac finiat. Sunt qui in numero Parcarum ponant Ilithyiam.*

Concor-

Concordes Verg.in Cyri, Concordes ſtabili fatorum numine parcæ.
Iniquæ Horat.lib.2.Carm. Vnde ſi parcæ prohibent iniquæ.
Veraces Idem in Car.ſecul. Voſq; veraces cecinisſe parcæ.
Veteres Ouid.lib.15.Ferrea non poſſunt veterum decreta ſororum.
Nentes Idem lib.5.Triſt. Scilicet hanc legem nentes fatalia parcæ Stamina.
Duræ Stat.lib.6.Theb.Sed iuuenem duræ prohibebant diſcere parcæ.
Nigræ Idem lib.6.Theb.Sic Iouis imperia, & nigræ voluère ſorores.
Immites Propert.lib.4.Non minus immites habuit Cornelia parcas.
Celeres Stat.lib.5.Theb.Siſte leuem campum, celeres neu percipe parcas.
Nocentes Idem lib.11.Me penes, & ſuperi mecum, parcæq; nocentes.
Inimicæ Stat.lib.2.Syl.Subitas inimica leuauit Parca manus.
Sæuæ Idem, O ſæuæ nimium, grauesq; parcæ.
Lanificæ Hier.Ang.At tua lanificæ mutilant filicia parcæ.
Tetricæ Mart.lib.4.Mouerunt tetricas tam pia vota deas.
Veridicæ Idem lib.5.Sed tu veridicæ diſcuntur reſponſa ſorores.
Auidæ Seneca, Nulli non auidas polo parcas ſtamina nectere.
Malignæ Pont.Iniiciesq; auidas parca maligna manus.
Crudeles Polit.Numina crudeles parcas miſeranda laceſſit.
Inuidæ Marull.Inuida quod miſeris tam breue parca dedit.
Seueræ Fauſt.Neuerat exhauſta parca ſeuera colo.
Impiæ Stroz.pat.Iniecitq; feras impia parca manus.
Feræ Idem, Ius habet in magnas ſi fera parca deas.
Immotæ Sabell.Iuſſerat immotas deducere ſtamina parcas.
Tenaces Crinit.Quis colla regum parca tenax ligat.
Inamatæ Remacl.Et celeres truncet parca inamata dies.
Stygiæ Calent.Quovè trahant Stygiæ pendentia fila ſorores.
Rapaces Herc.Argent.Bon.Parca rapax, vitæ metuens fera ſtamina rupis.
Triſtes Tibull.lib.13.Aut ſi fata negent reditus, triſteſq; ſorores.
Feroces Vinc.Aſtell.Nouar.Parca ferox ex quo iuſſuq; agitata deorum.
Mœræ Theod.Cyr.Parcas etiam mœras appellatas ait, eo quòd memeriſmenæ, hoc eſt, particulatim ſingulis diuiſæ, ac diſtributæ ſint.

PARDVS.

Celer Lucan.lib.6.Quum per ſumma rapit celerem venabula pardum.
Volucer Mart.lib.1.Et volucrem longo porrexit vulnere pardum.
Pernix Mant.Auidi pernicibus omnes Aſſimiles pardis.
Leuis Idem, Trux leo, dente minax aper, & leuis ilia pardus.
Fulmineus Claud.Obuia fulminei properent ad vulnera pardi.

PARIES.

Latericius Pallad.Rut.Quòd ſi latericios parietes in prætorio facere volueris.
Cementicius.Vitruuius, Parietibus cementiciis altitudines extructæ.
Muſcoſus Stroz.pat.Muſcoſus paries, humorq; ſitusq;.

PARIS.

Priami filius.

Dardanius Verg.in Buc.Habitarunt dij quoq; ſyluas Dardaniusq; Paris.
Phrygius Idem lib.7.At non ſic Phrygius penetrat Lacedæmonia paſtor.
Perfidus Horat lib.1.Carm.Paſtor cum traheret per freta nauibus Idæis Helenam perfidus hoſpitam.
Famoſus Idem lib.3.Iam nec Lacænæ ſpondet adulteræ Famoſus hoſpes.
Alexander Lucr.lib1.Ignis Alexandri Phrygio ſub pectore gliſcens.
Troianus Ouid.lib.4.Faſt.Cœleſteſq; deas Troiano iudice vicit.
Priamides Ouid.in Epiſt. Hanc tibi Priamides mitto Lædæa ſalutem.
Idæus Idem, Forma quoq; Idæo iudice victa mea eſt.
Adulter Idem, Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.





Phryx Idem, Nec dedignare maritum Rure Therapnæo nata puella Phrygē.
Laſciuus Idem in epiſt. Tu modò me ſpectas oculis laſciue proteruis.
Priameius Idem lib.2.de Arte, Talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis.
Troicus Idem lib.1.de Arte, Tu quoq; non ſtultè Troice raptor habes.
Iudex dearum. Plin.lib.34.Iudex dearum, amator Helenæ, & tamen Achillis interfector.
Temerarius.Stat.lib.1.Syll.Nec ſi Dardania temerarius Ida veniſſes.
Potens Idem lib.2.Syll.Sic fixum Paridis manu potentis.
Fatalis Seneca, Fatalis ſed inter potentes arbiter paſtor deas.
Iliacus Stroz.pat.Tyndaris Iliaco ſi dura fuiſſet amanti.
Roſeus Pamph.Non potuit roſeum forma iuuare Parim.
Procax Fauſt.Non laſciua Venus Paridem motura procacem.
Dardanus Stat.in Achill.Soluerat Oebalio claſſem de littore paſtor Dardanus incautas blandè populatus Amyclas.
Inceſtus Idem, Aequor inceſti prædonis vela.
Semiuir Idem, Nos Phryga ſemiuirum portus & littora circum.
Pulcher Hieron.Quid tunc Pallas erat, vis & Iunonia, malum Quum tulit à pulchro, &c.
Formoſus Ouid.Dux Pari Priamide, damno formoſæ tuorum &c.

PARMA.

Caua Ouid.lib.12.Fului nubis caſſis, nec onus caua parma ſiniſtræ.
Fulua Stat.lib.11.Et fulua metallo parma micet.
Bellica Pont.Parmerium bellica parma iuuat.
Aerea Th.Rad.Tum parmis æreis, tum piſcibus æthereis bene natam.
Cruda Syll.lib.5.Nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.
Cælata Idem lib.14.Cuius cælata gerebat Taurum parma trucem.
Picta Propert.lib.14.Picta nec inducto fulgebat parma pyropo.
Alba, ea dabatur Tyronibus, quam rerum ſuarum titulis poſtea depingerent. Vergil.lib.11.Enſe leuis nudo, parmaq; inglorius alba.

PARMA VRBS.

Martia, id eſt bellicoſa.Mant.Te Martia Parma Ac Tarenſe ſolum.
Armigera Mater ab armigeræ demiſſa propagine Parmæ.

*PARNASVS.*

*Parnaſus mons eſt Phodicis Apollini ſacer & Baccho, duos habens vertices velut diſtinctos, monticulos, de quo Lucan. libro 5. Parnaſus gemino petit æthera colle. Mons Phœbo Bromioq; ſacer. In eo fuit Apollinis Delphici templum, & fons Caſtallius.*

Arduus Ouid.lib.1.Met.Mons vbi verticibus petit arduus aſtra duobus Nomine Parnaſus.
Biceps Perſius, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſo memini.
Bicornis Stat.lib.1.Theb.Si ſtagna petit Cyrrhæa bicorni Interfuſa iugo.
Biuertex Idem, Summaq; biuerticis vmbra Parnaſi reſidens.
Niualis Seneca, Parnaſi niualis arx trucem ſonitum dedit.
Bifidus Stroz.fil.Quiq; refers doctas bifido de monte ſorores.
Bicollis Calent.Summusnè bicornem Parnaſum poetis.
Gorgoneus Bap.Pius, Gorgoneumq; refert ſcandere velle iugum.
Altus Mant.Quæ fugit ardua in alti Parnaſi iuga.

PAROS.

Inſula eſt maris Aegei, quæ marmor habuit laudabile.

Marmorea Ouid.lib.7.Planamq; Seriphon, Marmoreamq; Paron.
Candens Sidon.Candentem iam nolo Paron, iam nolo Cariſton.
Rigida Stroz.pat.Et rigida ſaxa reuulſa Paro.
Delphica Pamph.Delphica quæq; Paros fert, quæ lapidoſa Caryſtos.
Niuea. Mant.Et niueam ſpoliate Paron, ſpoliate Donyſan.

### PARTHENIVS fluuius.

Rapax Ouid.lib.4.de Pont.Partheniusq; rapax,& voluens ſaxa Cynapes.

### PARTHENOPE.

Eubois,ab Euboicis,ſeu Chalcidenſibus colonis condita,Stat.lib.1.Syl.Conſurgat ad æthera tellus Eubois.

Decora Cantal.Salue Parthenope decora ſalue.

Inclyta Idem,Inclyta Parthenope regum ſtudioſa tuorum.

Egregia Barth.Vidi de rupe triumphis Parthenopem egregiam.

Alta Mant.Regno atq; opibus ſpoliauimus altam Parthenopen.

Inſidioſa Ouid.in Epiſt.Parthenode blandis inſidioſa dolis.

### PARTHENOPEVS.

*Filius fuit Meleagri & Atalantæ,rex Arcadiæ,qui adhuc puer ad bellum Thebanum profectus occiſus eſt.*

Arcas Stat.lib.6.Theb.Sed Arcada Parthenopeum Appellant.

Erymanthius.Idem,Adfuit Hippomedon,rectorq; Erymanthius enſe.

Tegeæus Idem,Affatu tacito iuuenis Tegeæus adorat.

Audax Idem lib.9.Primumq; leues furata ſagittas Audacis tergo pueri.

### PARTHI.

*Parthi,populi orientales ſagittis adeò claruerunt,vt fugientes à tergo iacularentur,auerſiq; ſequentes hoſtes læderent,perinde ac aduerſi.*

Leues Verg.lib.4.Georg.Prima leues ineunt ſi quando prælia Parthi.

Pugnaces Lucan.lib.3.Pugnaces dubium Parthi tenuere furorem.

Animoſi Horat.lib.1.Carm.Et verſis animoſum equis Parthum dicere.

Feroces Idem lib.3.Et Parthos feroces vexet.

Pileati Mart.lib.10.Ad Parthos procul ite pileatos.

Refugi Claud.Refugo,quæ ſit fiducia Partho.

Fugaces Pamph.Fugaces Qua Parthi verſa poſt ſua terga manu.

Martij Quint.Et quas rubenti Martius Parthus bibit.

Truces Mant.Rex Macedum,Parthosq; truces ſuperauit & Indos.

Volucres Barth.Et volucrem vexilla timentia Parthum.

Potentes Priſcian.Martia egus Parthi,telis arcuq; potentes.

Celeres Ouid.lib.3.de Arte,Vt celar auerſis vtere Parthus equis.

Fluxi Sidon.Tu fluxis equitata bactra Parthis.

Sagittiferi Catull.Seu Sacas,ſagittiferosq; Parthos.

Immanes Idem,Quæ immanes penetrare auſint,ac frangere Parthos.

### PARTVS.

Grauidus Pont.Sufficiat grauido fœcundans viſcera partu.

Tener Mant.Sedulaq; ad teneros velut incunabula partus.

### PASCHA.

Sublime Quint.Iudæa turba non ſat audens pertimet Sublime paſcha.

Sacrum Idem,An ſic paſchatos Sacri dies parandus armis?

Sacratum Idem,Hoc eſt ſacrati nuncium huius paſchatos.

### PASCVA.

Læta Horat.lib.4.Carm.Qualem ve lætis caprea paſcuis Intenta.

Herboſa Ouid.lib.2.Met.Diuitius hic ſaltus,herboſaq; paſcua Nelei.

Roſida Mant.Errantesq; quo per roſida paſcua tandem.

Frigida Calphur.Frigida nocturno tinguntur paſcua rore.

Pinguia Seneca,Et quæ paſcuo Fœcunda pingui Thracios nutrit greges.

Viridantia Mant.Viridantia late paſcua conſumpſit.

Fœcunda Fauſtus,Fœcunda in paſcua France Duc auidas pecudes.

Fruticantia Idem,Atq; per Ethrucæ fruticantia paſcua Piſæ.

Fumantia Claud.Fumantia vernant paſcua.

Humentia



Humentia Mant.Perriguis humentia paſcua riuis.

### PASIPHAE.

*Paſiphæ filia fuit Solis, vxor Minois regis Cretæ, quæ nefando tauri amore deflagrauit, cuius beneficio Dædali concubuit intra vaccam ligneam incluſa, & ſepta iuuencæ corio,ex quo concubitu natus eſt Minotaurus,monſtrum biforme. Neronis principatu inter cætera ludicra ſpectacula taurus Paſiphaen in ligneæ iuuencæ ſimulacro abditam iniit, vt multi ſpectantiū crediderūt. Hoc genus ſpectaculi celebrabat Martial.dicens: Iunctā Paſiphaen Dictæo credite tauro, Vidimus accepit fabula priſca fidē. De Paſiphae Syll.li.8. Hinc genus orditur Minos,immixtaq; tauro Paſiphae. Verg. Suppoſtaq; tauro Paſiphae. Idē, Et fortunatā ſi nunq̄ armenta fuiſſent, Paſiphaen niuei ſolat amore iuuenci. Proper. Vxorē quondā magni Minois,vt aiunt, Corrupit toruū candida forma bouis. Idē, Teſtis Cretęi faſtus,q̄ paſſa iuuēci Induit abiegnę cornua falſa bouis.*

Aſinaria Apul.lib.10.Ad inſtar aſinariæ Paſiphaes.

Filia ſolis Ouid.lib.9.Monſtra ferat,taurum dilexit filia ſolis.

Minoa Auſon.Non ſum ego Minoæ machina Paſiphaes.

Monſtrifera Seneca,O maius auſa matre monſtrifera malum.

Gnoſia Calent.Quem Cretæ peperit Gnoſia mœcha bouem.

Dira Augurel.Dum fugit diram Paſiphaen.

Adultera Ouid.lib.8.Quæ toruum ligno decepit adultera taurum.

### PASSER.

*Paſſeres fallaciſſimi ſunt & argutiſſimi. Vita iis breuiſſima. Mares diutius anno non viuere argumentum eſt, inquit Plinius, quia nullus apparet initio veris. Nigrities quæ eſt in roſtro, æſtate incipit. Fœminis longior paulò vita.*

Argutus Mart.lib.9.Audit & arguto paſſere vernat ager.

Saltitans Th.Rad.Saltitantem,cantilantemq; inter cornua paſſerculū cōtinens.

Soliuagus Bap.Pius,Soliuagusq; ſonat blanda cum Atlantide paſſer.

### PASSVS.

Rapidus Stroz.pat.En rapidis iterum fertur cita paſſibus.

Volucripes Bap.Pius,Fama venit paſſu ſæua volucripede.

Vagus Stat.in Achil.Exhauſtumq; vago per gramina paſſu.

### PASTOR.

Montiuagus.Stat.lib.1.Theb.Montiuago pecoris cuſtodi mandat alenam.

Vagus Pont.Sectaturq; vagi paſtoris in agmine ſignum.

Pauper Idem,Hæc adeat pauper paſtor loca.

Durus Iuuen.Sat.7.Paſtoris duri eſt hic filius,ille bubulci.

Montanus Mant.Tu quoq; montanis lætum paſtoribus agmen.

Egenus Idem,Cladibus inuolat paſtores omnium egenos.

Vigil Fauſt.Nec vigil orbatum paſtor ouile gemat.

### PATAVIVM.

Antenoreum.Verg.Hic tamen ille vrbem Patauii,ſedesq; locauit Teucrorum.

Latum Mant.Euganeis latam ſtatuit ſub collibus vrbem.

### PATELLA.

Dura Ouid.lib.6.Faſt.Fert miſſos Veſtæ dura patella cibos.

Lauta Pont.Condiat & tritum lauta patella piper.

Vncta Reucl.in Sergio,Vt reliquias vnctæ patellæ & canthari.

Fragilis Iuuen.Sat.7.Et vaticano fragiles de monte patellas.

### PATERA.

Spumans Verg.lib.1.Aen.Ille impiger hauſit Spumantem pateram.

Micans Claud.Rex ipſe micantem Inclinat dextra pateram.

Patens Conrad.Amplexus pateris ampla patentibus.

Capax Mant.Liuiana capaces Vina grauant pateras.

Gemmans Sidon.Gemmantem pateram rex ipſe retentat.

Nitens Pont.Quibus ille nitentem pro clypeo obiecit pateram.

Effigiata

Effigiata Th.Rad.Effigiatam pateram & conuiuia floccipenderes.
Aurea Liuius,Legati à Peſto pateras au eas Romam attulêre.
Aurata Pamph.Tradidit auratas, Galle tibi pateras.

PATIBVLVM.

Execrabile Lactant.Atq; execrabili patibulo figeretur.

PATIENTIA.

Lenta Lucan.lib.1.Quod tam lenta tuas tenuit patientia vires.
Fortis Lactan. Virtus eſt perferendorum malorum fortis ac inuicta patientia.
Tranquilla Iuuen.Sed tranquilla malum melius patientia vincet.
Conſtans Guil.Caſtel.Digna eſt ingenti conſtans patientia laude.

*PATINA.*

*Vas eſt, in quo dapes elixæ, & iurulentæ feruntur ad menſam, à patendo, vt liquet: hinc patinarij gulones, quorum Deus venter eſt, & animus nuſquàm alibi quàm in patinis.*

Grandis Perſius, Sed grandes patinæ, tuccetaque craſſa Annuere bis ſuperos vetuere.
Fictilis Mart.lib.5.Fictilibus noſtris exoneratus eris.

PATRIMONIVM.

Vnctum Catul.Aut quid hic poteſt niſi vncta deuorare patrimonia.

*PATROCLVS.*

*Patroclus Locrenſis Menecij fuit filius, qui cũ Græcis ad expeditionem Troianam profectus eſt, & ibidem armis Achillis indutus, interfectus eſt ab Hectore. Quod vbi reſciuit Achilles, tametſi propter ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeidem abſtinere bello conſtituiſſet, nihilominus mutato propoſito redijt ad bellum, nec prius quieuit ex animo quàm ſocij mortem vindicauerit. Sidon. Sic Phrygium Aemathia victorem cuſpide poſcens Aeacides, cæſi luctum frenauit amici. Lucianus ait Patroclum fuiſſe Achillis paraſitum, & morionem* Idomenei *regis Cretæ, qui ad Troiam cum Græcis pugnauit.*

Actorides Ouid.lib.13.Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis Troas.
Meneciades Idem in Epiſt.Siue Meneciadem falſis cecidiſſe ſub armis.

PATRONVS.

Sollicitus Plaut.in Menech.Sollicitos patronos habent.

PAVIMENTVM.

Teſtaceum Pallad.Rut.Teſtaceo pauimento debemus imprimere.
Teſſelatum, à teſſeris, quarum forma eſt quadrata. Suet. In expeditionibus teſſelata, & ſectilia pauimenta circuntuliſſe.
Vermiculatum, i. aduerſis coloribus variegatum. Lucill. Ante pauimenta atq; emblemata vermiculata.
Aſarochum, ſic dictum, quoniam non verreretur, ſed manu colligerentur purgamenta.
Lithoſtrata, dicuntur, quæ paruulis cruſtis ſunt coagmentata.
Subdialia, quæ erant ſub dio, & in aperto.

*PAVO.*

| Habilis | Mant.Et ſpernens habilem geſtare pharetram. |
| Immanis | Claud.Frenaq; & immanes pharetras, arcusq; decoros. |
| Aurata | Claud.Aurata donabitur ille pharetra. |
| Venatrix | Claud.Mænalios arcus, venatriceſq; pharetras. |
| Hamata | Pont.Formabas docilem hamatæ ſe aptare pharetræ. |
| Venefica | Idem, Arcumq; clauamq; veneficam pharetram. |
| Nitida | Idem, Fulſerunt nitidæ ad latus pharetræ. |
| Trux | Idem, Telaq; de pharetra ſeligit ipſe truci. |
| Setoſa | Th.Rad.Setoſa illa pharetra toxicatas gerit ſagittas. |
| Mœdica | Marull.Non tot ſpicula Mœdicis pharetris. |
| Verſicolor | Stroz.pat.Et pharetra accinctus verſicolore puer. |

Nitens



carmen ramo querula cantat Aedonis.

| | |
|---|---|
| Flebilis | Idem, Philomela ſuos, natumq; ſonat flebilis Ityn. |
| Attica | Pamph.Saxus, Carmine ni dulci floret ſcelus Attica pellex. |
| Triſtis | Idem, Triſtis & infandum flet Philomela nefas. |
| Iſmaria, ab Iſmaro Thraciæ monte. | Idem, Dulcius Iſmariæ pellicis ore frui. |
| Garrula | Stroz.pater, Garrula vicinis carmen Philomela ſub vmbris Integrat. |
| Sibilans | Sidon.Diluculo autem Philomelam inter fruticem ſibilantem. |
| Torua | Idem, Seu veſtros Philomela planctus. |

PHILOSOPHIA.

Argumentoſa. Theod.Neq; in argumentoſa philoſophia, neq; in coniecturali Muſica, ſed in ipſius boni, veriq; ſcientia philoſophus verſari debet.

PHILTRA.

| | |
|---|---|
| Pallentia | Ouid.lib.2.de Arte, Nec data profuerint pallentia philtra puellis. |
| Ignea | Remaclus, Et qui fauce vomunt ignea philtra boues. |
| Sæua | Theocr.Nunc iterum ſæuis cantabo ſedula philtris. |
| Morbida | Val.Var.Et morbida philtra Miſcet corporibus. |
| Tabida | Remalcus, Vlceribus tollens tabida philtra vagis. |
| Theſſala | Iuu.Sat.lib.6.Hic magicos affert cantus, hic Theſſala vendit Philtra. |

PHINEVS.

*Phineus rex fuit Arcadiæ ditiſſimus, & admodum auarus, qui mortua vxore Stenoboe, ex qua Palemonem, & Phinea ſuſceperat, duxit vxorem Harpalicen Boreæ filiam, Zeti & Calais ſororem. ſuaſu cuius Harpalices interfecit filios ex priore coniuge ſuſceptos. Propterea dijs flagitium vlciſcentibus immiſſæ ſunt harpyæ aues rapaciſſimæ. cibos eius, & menſam turpiſſimè fœdantes Quas demum fugauerunt Zetus & Calais, de quibus Val.Flac.lib 4.ſic inquit. Nomen & Actææ Calais, Zetuſq; ſororis proſiliunt. Zetuſq; prior, quem cernimus, inquit: Tu ne ille Odryſiæ Phineus rex inclytus Oræ, Tu Phœbiq; comes, noſtro dilecte parenti.*

Cretus Agenore. Val.Flac.li.4.Non ego nūc magno quod cretus Agenore Phineus.

Fatidicus Idem, Littora fatidici Pœnis horrentia Phinei.

PHLEGETHON.

| | |
|---|---|
| Furens | Verg.in Culice, Nec timuit phlegethonta furentem ardentibus vndis. |
| Vaſtus | Idem in Battarum, Et vaſtum phlegethonta pati. |
| Tartareus | Sabel.Tartareo merſus ſub phlegethonte iacet. |
| Sæuus | Syll.lib.13.Exundantibus vrit ripas ſæuus aquis phlegethon. |
| Ardens | Idem ibidem, Ardenti phlegethonte natat fornacibus atris. |
| Fumidus | Stat.lib.4.Theb.Fumidus atra vadis phlegethon incendia voluit. |
| Apertus | Val.Flac.lib.1.In ſcrobibus cruor, & largus phlegethontis aperti. |
| Sonorus | Claudian.phlegethonta ſonorum Poſcit. |
| Inamœnus | Idem, Cocytus, phlegethonq; vadis inamœnus. |
| Igneus | Seneca, phlegethon arenas igneus totas agens. |
| Violentus | Idem, Exitia ſupra noſtra violentus fluat Phlegethon. |
| Ater | Idem, Phlegethontis atri regias animas vehet. |
| Auarus | Codrus, Sub pedibuſq; minax poſuit phlegethontis auari. |
| Rapidus | Stroz.filius, Spe vana eluſos, rapidi phlegethontis ad vndas. |
| Stygius | Pamph.Corpora multa virum ſtygij phlegethontis ad amnem. |
| Niger | Idem, Tartareas nigro de phlegethonte vocat. |
| Infernus | Mant.Chriſtus ab inferno poſtquam phlegethonte reuerſus. |
| Flammeus | Idem, Flammeus obſcuros phlegethon perſuſcitat ignes. |
| Tænarius | Idem, Tænarium penetrat ſubter phlegethonta virago. |

PHLEGMA.

| | |
|---|---|
| Salſum | Codr.Vrc.Salſum phlegma ſapit, ſed cærula bilis acerbum. |
| Aquoſum | Idem, At qui pituita, vel aquoſo phlegmate abundat. Duplex eſt erratum in dictione pituita. |



Vdidu-

Vdidulum Conradus, Quo phlema vdidulum ſuum reſorbet.

## P H L E G R A.

Locus eſt in Theſſalia, in qua gygãtes à Ioue fulminati ſunt.

Tumida Stat. lib. 10. Quænam ſpes hominum tumidæ poſt prælia Phlegræ?
Vetus Mant. Fulmine deiectos, veteresq́; incendia Phlegræ.

## P H O C Æ.

*Phocæ piſces ſunt, qui à mugitu boues marini dicuntur, Teguntur pilis, & corio. Pariunt in terra pecudum more, & coeunt inſtar canum. In ſomno mugiunt, unde & vituli meruerunt nomen. Spirant & dormiunt in terra. Pelles earũ non tangũtur de cœlo, teſte Plinio. Laur. Lippius, Carpe ſoporiferam pennam, pellemq́, rigentem: Iam domi, & nuſquam fulmina torta time.*

Turpes Verg. lib. 4. Georg. Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite phocas.
Deformes Brixius, Deformes fugiunt phocæ.
Immanes Val. Flac. lib. 3. Phorcys & immanes intorto murice phocas.
Tetræ. Pont. Aſpidum ad Syrtes, genus atq; tetras in mare phocos.

## P H O C I S.

*Regio eſt inter Atticam, & Boeotiam, in qua Delphi oppidum fuit, item fons Caſtalius, Celphiſus amnis, mons Parnaſus, & Apollinis templum.*

Trifida Stat. li. 1. Theb. Trifidæq́; in Phocidos arce longæuũ implicui regem.
Sonora Idem lib. 11. Vbi Phocidos arma ſonoræ, Euboiciq́; duces.
Larga Marul. Parnaſusq́; biceps, facundaq́; flumina largæ Phocidos.
Obliqua Seneca, Et omne quicquid vberi cingit ſolo Obliqua Phocis.
Humida Mant. Hipocrenæis Phoci parit humida lymphis.
Parua Idem, Sicut apud Delphos in parua Phocide.
Aonia Idem, Poſtulat, Aoniæ Phocidis arua petat.

## P H O C V S.

Aeacides, Aeaci filius. Ouid. lib. 7. Excepit Aeacides illos in limine Phocus.
Nereius Idem, Tum verò iuuenis Nereius omnia quærit.

## P H O E B A S.

Effrena Seneca, Effrena Phœbas entheas laudes quatit. Dicuntur Phœbi ſacerdotes.

## P H O E B E.

Vide rationẽ horũ epithetorum in dictionib. Luna, & Diana.

Aurea Verg. lib. 2. Georg. Ventus erit vento ſemper rubet aurea phœbe.
Latonia Col. Nec tam nubiuago borea Lathonia phœbe.
Innupta Ouid. lib. 1. Met. Exuuijs gaudens, innuptæq́; æmula phœbes.
Iaculatrix Idem in Epiſt. Hæc tibi me in ſomnis iaculatrix ſcribere phœbe.
Lucida Idem in Ibin, Nec tibi ſol clarus, nec ſit tibi lucida phœbe.
Gelida Architr. Accendis gelidam ſine fratris lampade phœben.
Memoralis Stat. lib. 1. Syll. Hæc domus ægeriæ nemoralem adiungere phœben.
Clara Manil. Et veluti claram phœben in funere lugent.
Candida Seneca, Remeare bigas candida phœben.
Nocturna Pont. At ſi nocturnam phœben, rotantiaq́; aſtra.
Innuba Idem, Accendit Cytherea ignes, atque innuba phœbe.
Menſtrua Polit. Quidq́; ſilens moneat, quidq́; inter menſtrua phœbe.
Pallida Mich. Angl. Qua phœbe pallida flamma Accipiat.
Vaga Mant. Et vaga perluſtret phœbe duodena quotannis Sidera.
Argentea Idem, Nox erat, & phœbe gelidis argentea bigis.
Pulchra Andr. Ammon. Gratius Titan ſolito reſulſit, Pulchraq́; phœbe.
Lathmia Barth. Quas nec tutata eſt pereuntes Lathmia phœbe.
Velox Idem, Iunxerat interea velox ter cornua phœbe.
Humida Idem, Altoq́; polo volat humida phœbe.
Multiuaga Idem, Iunctaq́; multiuagæ rapimus confinia phœbes.
Titania Idem, Ingentemq́; ſinum laxat Titania phœbe.
Roſida Egnatius, Roſida noctiuagis aſtris labentibus phœbe.

PHOE-



## P H O E B V S.

*Quæ prius de Apolline dicta ſunt, facilem præbent ſenſum & intellectum horũ epithetorum*

Aureus Ver. de Ortu ſolis, Phœbus Atlantæis è fluctib. aureus orbem ſuſtulit.
Candens Idem lib. 8. Ipſe ſedens niueo candentis limine Phœbi.
Roſeus Idem lib. 11. Ni roſeus feſſos iã gurgite Phæbus Ibero Tingat equos.
Fatidicus Lucan. lib. 5. Delphica fatidici reſerat penetralia Phœbi.
Calidus Idem, lib. 6. Imbribus & calido producunt nubila Phœbo.
Tener Colum. Dum Phœbus tener ac tenera decumbit in herba.
Augur Hor. Augur, & fulgente decorus arcu Phœbus.
Inſignis Ouid. Crinibus inſignem quis acuta cuſpide Phœbum Inſtruas?
Canorus Idem lib. 3. de Arte, Talis es aſſumpta Phœbe canore lyra.
Laurifer Idem, Viſite lauri fero ſacrata palatia Phœbo.
Saluber Idem lib. 3. de Remed. Vt faueas cœptis Phœbe ſaluber ades.
Terrificus Stat. lib. 3. Theb. Terrificiq́; aberit clementia Phœbi.
Doctus Idem lib. 5. Syl. Et Pallas, doctiq́; cohors Helyconia Phœbi.
Lauriger Mart. lib. 9. Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi.
Fatificus Claud. Pectora fatifici ſtimulis igneſcere Phœbi.
Multifidus Idem, Multifidusq́; ruat centum per pectora Phœbus.
Parnaſæus Ruffus Feſtus, Vt parnaſæo munus memorabile Phœbo.
Coruſcans Idem, Flammigero Phœbus temone coruſcans.
Potens numeris. Auſon. Phœbe potens numeris, præſes Tritonia bellis.
Auricomus Mart. Capella, Phœbus & hic vocitetur auricomus.
Sagittarius Idem, Hinc quoq; ſagittarius, hinc quoq; vulnificus.
Flammilucus Idem, Currum Delium ſubuehebant anheli flammilucis alipedes.
Palatinus Calph. Sacra palatini penetralia viſere Phœbi.
Ephebus Sidon. Saturnus profugus, vaga Cinthia, Phœbus ephebus.
Candidus Pont. Ipſe tuam coluit candide Phœbe lyram.
Actiacus Polit. Sacra illam Actiaco tenuere palatia Phœbo.
Lycius Idem, Felix grata domus Lycio Beniuenia Phœbo.
Rutilans Cod. Aut Iouis, aut Phœbi rutilantis lumen habendum eſt.
Sagittifer Idem, Luna ſagittiferi iam bis ſoror aurea Phœbi.
Salutifer Idem, Si non grauaris Phœbe ſalutifer.
Sonorus Idem, Phœbe quid reſtas (citharam ſonorus ſume.
Sublimis Stroz. pater, Sublimisq́; pari quamuis diſcrimine Phœbus.
Purus Idem, Qua puri quondam radios imitantia Phœbi.
Crinitus Pamph. Nec ſacra crinitus pro Ioue Phœbus agit.
Velox Idem, Curru peruolat ecce clara Phœbus Velox ſidera.
Caleſcens Idem, Atque caleſcentes cœleſti lumine Phœbi.
Intonſus Idem, Intonſi citharę neruos, & laurea Phœbi Serta.
Nitens Pamph. Phœbi perſpicuum iubar nitentis.
Nitidus Idem, Non leuat vt nitido certantia lumina Phębo.
Igneus Sabell. Igneus interea Phœbus prodibat ab Indis.
Vaniloquus Mirandula, Delphica vaniloqui cantata oracula Phœbi.
Radioſus Conrad. Tunc micat pulchro radioſus orbe Phœbus.
Lucifluus Idem, Qualis Phœbus agit lucifluam rotam.
Calens Idem, Miraris campos liquidos, Phœbumq́; calentem.
Clarus Idem, Siderum curſus & amœna clari Lumina Phœbi.
Rubicundus Idẽ, Bis per obliquũ roſeam reduxit Lampadem Phœbus rubicundus.
Feruidus Idem, Feruidi Phœbi caput expaueſcens.
Ignifluus Idem, Ignifluum remeare Phœbum.
Omniuomens, Idem, Gignitur omniuomente Phœbo.
Roſidus Idem, Obruat feſſos ſocio labore Roſidus Phœbus.

Vagans Idem, Qui cupis Phœbum roſeum vagantem Noſſe.
Lucidus Idem, Lucidum Phœbum, & nitidas ſorores.
Flammiger. Quint. Sua flammigero das lumina Phœbo.
Rapidus Mant. Circum ignes rapido contraria Phœbo.
Delphicus Cleoph. Deſtituuntq; tuos Delphice Phębe lares.
Comatus Anglicus, Et Lycio celeber Phœbe comate ſolo.
Ardens. Mant. Atq; ſub ardenti ſonitum dabat Area Phębo.
Clarius Idem, Hinc Ammonis opus, Clarij oracula Phœbi.
Mitra Idem, Tunc veteres diui Phębus quem Perſica mitram Lingua vocat.
Vagus, Cantalycius, Dum vagus Herculei torrentia terga leonis Phębus adit.
Genialis Fauſt. Da mihi, da graciles genialis Phębe camœnas.
Coruſcus Bapt. Pius, Fulmina cum radijs Phębe coruſce tuis.
Comoſus. Idem, Et radijs cedis Phębe comoſe tuis.
Titanius Idem, Quum micat Eoo Phębus Titanius axe.
Decorus Hier Ang. Sunt hederæ, & lauri Phębe decore tuæ.
Actius. Proper. lib. 4, Actius hinc traxit Phœbus monumenta.

## P H OE M O N E.

Arcana Stat. lib. 2. Syll. Refertq; arcana pudicos Phœmonoe fontes.
Vaga. Lucan. lib. 5, Phœmonoen errore vagam, curiſq; vagantem. Sed hoc in loco alterius Phębadis nomen eſt.

## P H OE N I X.

*Phœnicem vnum in toto orbe habet Arabia, Aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collũ, cætera purpureum, cauda cœrulæa, roſeis pennis diſtincta, facie criſtis ornata, & plumeo apice caput honeſtante. Quorundã eſt opinio, neminem extitiſſe, qui viderit veſcentem. Sacer eſt Soli, hinc vocatur Titanius, & ſoligena. Viuit annos 660. Seneſcens caſia thuriſq; ſurculis conſtruit nidum, quem odoribus replet, & ſuper emoritur. Ex oſſibus deinde & medullis naſcitur vermiculus, inde fit pullus, qui priori funeris, iuſta reddens, totum nidum defert in urbem quandam Panchaiæ, Soli ſacram, ibiq; in ara deponit. Plinius ait allatum fuiſſe Phœnicem in urbem Romam Claudij principis cenſura, anno urbis 800. Mart. lib. 6. alludit ad nidum huius uolucris, dicens: Quod ſemper caſiaq; cynnamoq;, Et nido niger alitis ſuperbe Fragras.*

Reparabilis Verg. multiplicat nouis phęnix reparabilis alex.
Viuax Stat. lib. 5. Syll. Quæ ſibi proſternat viuax altaria phœnix.
Nobilis Plin. lib. 10. Et ante omnes nobilem Arabiæ Phęnicem.
Pharius Sta. li. 2. Syl. Et Cilicum meſſes, Phariæq; exẽpta volucria Cynnama.
Longæuus Claud. Quicquid ab externis ales longæua colonis Colligit.
Vnicus Idem, Vnicus extremo phœnix procedit ab euro.
Auis Solis, prius poſitum.
Gangeticus Auſon. Nec quia mille annis viuit Gangeticus ales.
Aſſyrius Stroz. pat. Aſſyriæq; parem volucri mirabitur ætas.
Soligena. Bap. Pius, Malo ego ſoligenæ phęnicis fata ſubire.
Titanius Claud. Hæc fortunatus nimium Titanius ales regna colit.
Viuidus Idem, Par volucer ſuperis ſtellas qui viuidus æquat Durando.
Alumnus Phębi. Idem, Dictiſq; pium ſoluatur alumnum.
Aeternus Idẽ, Parturiente rogo curis natura laborat Aeternã ne perdat auem.
Flagrans Idem, Sed regis iter flagrantis adorant.

## P H OE N I X.

Amynthoridès, quia filius fuit Amyntoris cæcus. Ouid. in Ibin, Id quod Amyntorides videas, trepiduſq; miniſter prætentes baculo luminis orbis iter.

## P H O L O E.

*Mons eſt Theſſaliæ, in quo habitabat centauri. Clau. Proſtratis rubuit nubigenis Pholoe.*

Opaca Stat. lib. 3. Theb. Vnus vt ex ſyluis Pholoes habitator opacæ.
Niuoſa. Sidon. Paſſim per Pholoen iacet niuoſam.

PHRE-



## P H R E N E S I S.

Furioſa Serenus, Ex vitio cerebri phreneſis furioſa mouetur.

## P H R Y G E S.

Primigenij, Mortalium primi. Apul. lib. 11. de aſino aureo, Inde primigenij Phrygis Peſinunticam nominant domini matrem.
Semiuiri Verg. lib. 12. Semiuiri Phryges, & fœdare in puluere crines.

## P H R Y X V S.

*Poetæ dicunt Phryxum & Hellen eius ſororem, Athamantis patris furorem, & inſidias nouercæ fugientes arietem conſcendiſſe, eoq; vectore intraſſe mare: Hellen decidiſſe in pontũ, Phryxum Colchos perueniſſe incolumem, & arietem Ioui immolaſſe.*

Nubigena Col. Mox vbi nubigenæ Phryxi nec portitor Helles.
Aequoreus Stat. lib. 5. Theb. Gentibus æquorei redierunt vellers Phryxi.
Profugus Val. Flac. lib. 1. profugo quin agmina iungere Phryxo.
Graius Idem lib. 5. Graio ſic cuncta ſimillima Phryxo.
Aeolius Idem lib. 6. Nec minus Aeolij proles Aeetia Phryxi.
Portitor Helles. Architr. Nam libræ ſuſcipit horas Portitor Helles.

## P H T H I S I S.

Improba Serenus, Si verò phthiſis annoſa ſedet improba morbo.

## P H Y A X.

Sæuus Ouid. lib. 4. de Ponto, Nec vincet Cyclops ſæuum feritate Phyacem.

## P H Y L L I S.

*Phyllis filia fuit Lycurgi regis Thracum, quæ ægreferens ſe relictam & ſpretam à Demophoonte filio Theſei, quem unicè deperibat, & ab expeditione Troiana redeuntem hoſpitio ſuſceperat, vitam laqueo præfocauit, in amygdalum poſtea, ut fabulantur poetæ, conuerſa.*

Rhodopeia Ouid in Epiſt. Hoſpita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis.
Threicia Mant. Illud Threiciæ de Phyllidis arbore tractum Vimen erat.
Sythonis, id eſt Thracia. Ouid. in Epiſt. Nec quæris cauſas Sythoni dura moræ.
Miſella Pamph. Coniunx vt miſeri miſella Phyllis.
Frondoſa Quint. Frondoſaq; Phyllis Parturit.
Impatiens Mant. Nec Nioben, nec te coniunx Priameia, nec te Impatiẽs Phyllis.
Miſera Calent. Nec miſeræ Phyllides arbor abeſt.
Diues Phyllis apud Ouid. Demophoontem alloquens, Cuius opes auxere meæ, cui diues egenti Munera multa dedi, multa datura fui.

## P I A C V L V M.

Dirum Mant. Mitteret hæc ſceleri tam dira piacula noſtro.

## P I C A.

Improba Mart. lib. 1. Improba Cecropias offendit pica querelas.
Salutatrix Idem lib. 7. Pica ſalutatrix ſi tibi Lauſe placet.
Loquax Idem lib. 74. Pica loquax certa dominum te voce ſaluto.
Garrula Pamph. Rauci garrula picæ fori.
Diſerta Fauſt. Promiſit & humanos pica diſerta ſonos,
Roſtricen Barth. Loch. Roſtricenes quæ nam petulantia picas fecerit.

## P I C E AE.

Pingues Mant. Hinc piceæ pingues, odioſa colubris Fraxinus.

## P I C V S.

*Picus auicula eſt aduncis unguibus arbores excauans, in quibus pullos educat. Picæ diſſimilis eſt pico. Eodem die commutat voces. Nidificat in arborib. parit oua 9 expreſſior eſt ei loquacitas quàm pſytaco, adamat verba quæ loquitur: nec diſcit tñ, ſed diligit. Emoritur victa difficultate verbi. Et niſi ſubinde eadẽ audiat, memoria fallitur. Plin. ait ea facilius diſcere quæ glande veſcuntur, & quod habẽt digitos in pedib. nullæ tñ duobus primis vitæ annis. Omnibus lata eſt lingua, quæ ſermonẽ imitantur humanũ. Ouid. lib. 5. Met. Inſtiterant ramis imitantes oĩa picæ. Idẽ. Nunc quoq; in alitibus facũdia priſca remanſit, Raucaq; garrulitas ſtudiũq; immane loquendi.*

 Læuus

Læuus Horat.lib.3.Car.Teq; nec læuus vetet ire picus.
Martius Ouid.lib.3.Faſt.Martia picus auus gemino pro ſtipite pugnant.
Roſtricanus Tho.Rad.Ferociſſimæ beſtiæ gubernanti ſuberant pico roſtricano.
Mauortius Mant.Turmatim campos volucris Mauortius picus.
Audax Idem, Audax, Picus in auſpicijs auis obſeruata Latinis.

P I E R V S.

Diues Ouid.lib.5.Met.Pierus has genuit Pellæis diues in aruis.

P I E T A S.

Mitis Ouid.lib.3.Triſt.Quod pro te voueam miti pietate mereris.
Egregia Stat.lib.5.Syll.Namq; egregia pietate meretur.
Sancta Seneca, Sancta ſi pietas placet.
Eximia Idem, Pietate nati factus eximia deus.
Humana Stroz.pat.Quam neq; propoſito pietas humana nefando Arcebat.
Officioſa Idem, Et quicquid pietas officioſa valet.
Clemens Pamph.Quem locum clemens pietas habebit.
Inermis Mant.Militat caſus pietas inermi. Tuta per omnes.
Caſta Pacificus, Cogit & vt caſta ſe pietate colat.
Cana Bapt.Pius, Conſortemq; thori canæ pietatis Iulum.
Tenera Mant.Et tenera impoſitos pietate feretro.
Morigera Idem, Et iam morigera ſuperos pietate colebat.
Illuſtris Theod.Qui illuſtri pietate viguerunt.

P I G R I T I A.

Iners Lud.Big.Non ſic locus vllus inerti Pigritiæ.
Lenta Mart.lib.11.Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Delicata Sidon.Quum delicatæ pigritiæ tuæ plus poterit impendi.
Criſpa Mãt.Malignũ Criſpa ſuperciliũ, pallens, impexa capillos, Os immunda, manus illota, cadente ſaliua, Barba madet, pluit imbriferis de narib. humor.

P I L A.

Volubilis Apul.lib.2.Pilæ volubilis inſtabile veſtigium.
Rotunda Quint.Pila nanq; rotunda recuſſis Icta ſalit baculis.
Leuis Ouid.lib.3.de Arte, Reticuloq; pilæ leues fundantur aperto.
Saxea Mant.His dictis venit ecce ſonans pila ſaxea cœlo.
Plumbea Idem, Tonet elato pila plumbea fumo.
Sulphurea Idem, Traiectaq; terga Sulphureæ ſtridore pilæ.
Fulminea Idem, Auerſura periculum, fulmineaſq; pilas.

P I L E V M.

Textile Apul.lib.11.Vidi ſimiam pileo textili.

P I L I.

Fruticans Sidon.Pilis intra narium antra fruticantibus.

P I M P L A.

Virens Salm.Quicquid Pimpla virens, bicepsq; ſaltus.
Pieria Mant.Venit ad Eurotæ lauros, Pimplamq; remiſit Pieriam.

*P I N D A R V S.*

*Pindarus, princeps fuit Lyricorum apud Græcos, floruit Aeſchyli temporibus. Scripſit lingua Dorica, Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia. Primas meruit inter nouẽ Lyricos, quorum hæc ſunt nomina, Alcæus, Sapho, Steſichorus, Iſycus, Bachylides, Simonides, Alcmam, Anacreon, & Pindarus ipſe. Alexander quum Thebas euerteret, & in omnes ſæuiret ſine diſcrimine, Pindari uatis penatibus parci iuſſit. Expiraſſe fertur obdormiſcens in gremio pueri adamati. Valerio teſte. Quint.lib.10.Inſtit.orat.de eo ſic inquit, Nouem ferè Lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritus magnificentia, ſententijs, figuris, beatiſsima rerũ, uerborumq; copia, & ueluti quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.*

Thebanus Theod.Cyr. Thebanus ẽt Pindarus fatum ac fortunam valere iubens.

Athriua-



Athriuagus Bap.Pius, Quale vel Athriuagus ſublimi Pindarus ora Auritis quondã luſit Hamadryadis.

P I N D V S.

Celſus Seneca, Qua celſus aſtris inſerit Pindus caput.
Thrax Idem, Aut omne Pindi Thracis excidam nemus.
Niualis Idem, Pindi niualis vertice, aut Nyſæ iugis.
Pinnifer Pamph.Celſaq; pinniferi tremuere cacumina Pindi.
Gelidus Mirand.Qui gelidum verſabant vomere Pindum.
Nubifer Fauſt.Nubifero maior Pindo miretur Olympus.
Perrhebus, à Perrhebe vrbe, vel Perrhebis Theſſaliæ populis, qui Lapitharum potentia fracti, profugerunt in loca montana vicina Pindo Theſſaliæ monti. Prop.lib.3. Aut cur Perrhebi tremuère cacumina Pindi.

P I N E T V M.

Nucliferum Pont.Arbueteisq; comis & nucliferis pinetis.
Virens Mant.Frigida pinetis alpina virentibus ora.

*P I N V S.*

*Pinus arbor non floret. Folia habet capillata, quæ non decidunt. Firmiſsima eſt aduerſus cariem & tineas. Vmbra eius necat germina. Sterileſcit, ſi quis cacumen auferat, nec tamen emoritur. Eius erucæ vocantur pyrrocampæ. Exciſa nullã remittit ſobolem, ſed prorſus emoritur. Propterea Crœſus (vt eſt apud Herodotum in erato) minabatur ſe extirpaturum Lampſacenos pini in morem. Aptiſſima eſt nauigijs. Frequens in Atlante. Ida, Lyceo, Simoente, Mænalo & Othry. Sacra eſt Cybele. Pinaſter vocatur ſylueſtris pinus à medio ramoſa, vt pinus in vertice. Copioſiorem parit reſinam. Folia habet prætenuia, & mucrone aculeata, quæ non amittit.*

Nautica Verg.in Buc.Nec nautica pinus Mutabit merces.
Florida Idem in Batr.Bumaſtusq; virens, & ſemper florida pinus.
Sylueſtris Colum.lib.5.Recte etiam faciunt ad eam rem ſylueſtres pinus.
Virens Idem lib.10.Itemq; ſemper virens pinus & minor ilex.
Pontica Horat.lib.1.Carm.Quamuis pontica pinus Syluæ filia nobilis.
Hirſuta Ouid.lib.10.Et ſuccincta comas, hirſutaq; vertice pinus.
Acuta Idem lib.2.de Arte, Quaſq; tulit folio pinus acuta nuces.
Amans littora. Syl.li.10.Deuoluunt quercus, & amantem littora pinum.
Procera Ennius apud Macrob.Pinus proceras peruertunt.
Cornigera Catull.Quercum, aut corni geram ſudanti cortice pinum.
Odora Stat.lib.6.Theb.Hinc audax abies, & odora in vulnere pinus.
Caua Val.Flac.lib.1.Volat immiſſis caua pinus habenis.
Garrula Nemeſ.Sed nobis ne vento garrula pinus Obſtrepat.
Multifida Seneca, Multifidam iam tempus erat ſuccindere pinum.
Capillata Tho.Rad.Littora myrtus, Capillata pinus.
Cybeleia Fauſt.Alta velut lentum pinus Cybeleia vimen.
Berecynthiaca Mich.Angl.Et Berecynthiacæ faſtigia pinus.
Conifer Mant.Coniferas pinos & odoriferas cypariſſos.
Picea Idem, Et piceas alij pinos, & odora cupreſſi Robora.
Pinguis Idem, Frondibus & pini pingues, & myrtea ſylua.
Nutans Bapt.Pius, Vertice nutantes pinos.
Ardua Claud.Ardua caucaſeo nutat de vertice pinus.
Alta Architr.Hic pinus graciles ſuccingitur alta capillos.

P I P E R.

Rugoſum Cleoph.Veſtit rugoſum ſæpe Thalia piper.
Mordax Quint.Fragrantia thura, piperq; mordax.

P I R Y T H O V S.

Ixionides Ouid.lib.8.Hac Ixionides illa Trœzenius heros.
Ixione natus Ouid.Soror et erat mentiſq; ferox Ixione natus.

 Audax

Audax Stat.lib.8.Theb. Tentat & audaci Theſeus iuratus amico. Theſeus cum Pirythoo amicitiam iureiurando confirmauit, authore Plutarcho, quæ nunquam diuelli potuit.

P I S A.

Vndoſa Stat.lib.3.Theb.Et vndoſæ qui ruſticus accola Piſæ.
Etruſca Mant.Atq; per Etruſcæ fruticantia paſcua Piſæ.

P I S A E.

Alphææ Verg.lib.10.Hos parere iubet Alphææ ab origine Piſæ.

P I S C A T O R.

Solers Syl.lib.5.Haud ſecus ac vitreas ſolers piſcator ad vndas.
Hamigera, vt Petrus à Guil.Caſt.dr, vbi ait, Porrigit hamigeri de ſore penſa ſenis.
Aequoreus Claud.Sic attonitos ad littora piſces Aequoreus populator agit.

P I S C A T V S.

Hamatilis Plaut. in Rud. Poſt id piſcatum hamatilem & ſaxatilem aggredimur.

P I S C I S.

Aquoſus Ouid.lib.10.Piſciq; aries ſuccedit aquoſo.
Fluuialis Colum.lib.9.Dulcibus fluuiales clauderent piſces.
Mutus Hor.lib.4.O mutis quoq; piſcibus Donatura cycni, ſi libeat, donum.
Vagus Horat.lib.1.Serm.Anguſtoq; vagos piſces vrgere catino.
Squamiger Lucret.lib.1.Squamigerum genus, & volucres erumpere cœlo.
Saliens Ouid.lib.3.Met.Decipere, & calamo ſalientes diſcere piſces.
Aequoreus Idem lib.10.Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum.
Tortilis Idem lib.13.Vltimaq; excipiat quod tortilis inguina piſcis.
Piniger Idem, Cruraq; pinigero curuata nouiſſima piſce.
Edax Idem lib.1.de Remed.Vel quæ piſcis edax auido male deuorat ore.
Cæruleus Stat.lib.9.Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror Piſcibus.
Auidus Mart.lib.1.Sic auidis fallax indulget piſcibus hamus.
Amnigena Val.Flac.lib.5.Cum ſic amnigenam mirere choaſpen?
Squamifer Mant.Squamiferum forſan voluit ſi mandere piſcem.
Vndicola, à me dicitur, vt piſtris à Ruffo Feſto ſeribente, Et piſtrim vndicolam, leporis qua tenditur aluus.
Fluctigena Idem, Fluctigenæ ſpeciem monſtri ſuper inuehit auſter.
Flucticola, dictione Sidonij Apollinaris.
Vndiuagus Stroz.pat.Nunc libet vndiuagos demiſſis fallere piſces Retibus.
Saporus Conrad.Cuncta exuperans ſaporo Flumina piſce.
Vitreus Augur.Et vt ſub vndis vitrei piſces natant.
Fluctiuagus Petrar.Fluctiuagosq; alios numerans ſub gurgite piſces.
Cupidus Fauſt.Ac veluti cupidus fallacem piſcis ad hamum.
Squamoſus Idem, Dum fuerant lato ſquamoſi gurgite piſces.
Natitans Idem, Feſtaq; percurrunt natitantes flumina piſces.
Marinus Theod.Neq; animaduerterunt marinis piſcibus quanquam, &c.
Fugitiuus Iuuen.Sat.4.Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem.

P I S C I N A.

Marina Mart.lib.12.Quales marinæ miſit aura piſcinæ.

P I S I D A E.

Feroces Claud.Vterq; propinqui Finibus obliquis Lydi Piſidæq; feroces.

P I S T O R.

Farinulentus Tho.Rad.Farinulento cinere ſordidè candidari.

P I S T R I X.

Fera Cic.in Orat.Occidit Andromache clarū caput & fera piſtrix Labitur.

P I T A N E.

Aeolia Ouid.lib.7.Metamor.Aeoliam Pitanen à læua parte reliquit. Vrbs eſt Aeolica,



Aeolica, patria Archeſilai philoſophi.

P I T H O.

Facunda Lud.Milet.Huius in ore lepos talis, facundaq; Pitho, Qualis in arguta voce Periclis erat.

P I T V I T A.

Moleſta Horat.Præcipuè ſanus, niſi quum pituita moleſta eſt.
Humida Mant.Stomachi quos humida crudi Pituita infeſtat.
Mala Catull.Mucusq;, & mala pituita naſi.

P I X.

Naricia Claud.Nariciæ picis, aut Actæi mellis Hymetti.
Idæa Verg.lib.2.Georg.Idæasq; pices, & pingues vnguine ceras.
Liquida Colum.Pice liquida & oleo colligatur.
Dura Idem, Picis duræ ponto vicena quina ſatis.
Cruda Idem, Quod eſt genus crudæ picis.
Coracina Pall.Rutil. Alij coracinam picem contra formicas in arbore ſuſpendendam eſſe confirmant.
Atra Ouid.lib.13.Totus pice nigrior atra.
Illyrica Mich.Angl.Nigrior Illyrica Nariciave pice.
Pingue Syll.lib.1.Sed cætera pingui Victa pice.
Vapida Perſius Sat.5.Exhibeat vapida læſum pice ſeſſilis obba.
Indica Aſia, inquit Plinius, picem Indicam maximè probat, Græcia Piericā.

P L A C E N T A. Placētia, librum eſt farinaceū, caſeo, melle cōditū.

Mellita Horat.lib.1.Epiſt.Pane ego iam mellitis potiore placentis.
Dulcis Mart.lib.7.Dulci placenta ſordidam linit mappam.
Fatua Idem lib.11.Hinc piſtor fatuas facit placentas.
Picentina Pamph.Nō alicæ panes, nō quas tibi terra placentas Picentinas dedit.
Tenera Codrus, Paſtoris teneras ferent placentas.
Saccarea Herm.Barb.Scito ſaccareas tuas placentas non modò ſalutares, &c. Fareas pro farea propter carmen.
Farea Mart.lib.11.Huic paſtor fareas facit placentas.

P L A G A.

Hians Apul.Faſciolis hiantes vincire plagas.
Maligna Pont.Vulnus & inſani plaga maligna ioci.
Inſanabilis Lactant.Aegyptum Deus inſanabili plaga liberauit.
Nefanda Iuuenc.Vertice, & in ſancto plagis luſere nefandis.
Crudelis Mant.Ore cruentatum, & plagis crudelibus hauſtum.
Sonans Auſon.Nec te clamor, plagæq; ſonantes, Nec matutinis agitet formido ſub horis.

P L A G A R E T E.

Teres Horat.lib.1.Carm.Seu rupit teretes marſus aper plagas.
Aethola Hor.li.1.Epi.Quotiesq; educet ī agro Aetholis onerata plagis iumētā.
Nexilis Oui.li.2.Met.Nexilibusq; plagis ſyluas Erymanthidos ambit.
Nodoſa Idem lib.6.Faſt.Nodoſasq; caua tendere valle plagas.
Mollis Mart.lib.1.Ibi illigatas mollibus damas plagis.
Doloſa Adr.Card.Extendunt alij plagas doloſas.

P L A N C T V S.

Sæuus Lucan.lib.2.Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus.
Triſtis Val.Flac.lib.2.Triſti ſileant ceu cætera planctu.
Peruigil Idem, Diſſona peruigili planctu iuga.
Segnis Clau.Nec ſegnib.vndæ Planctib.aut vanis miteſcunt flumina votis.
Illiſus Seneca, Pectora illiſo ſonent Concuſſa planctu.
Fœmineus Idem, Clamor ad aſtra cum fœmineo mixtus planctu.
Flebilis Idem, Matres Latinæ flebiles planctus dabant.

Fœdus

Fœdus Stroz.fil.Et fœdo inceſtat mortalia planctu.
Querulus Conrad.Querulis qui feriant ſidera planctibus.

P L A N G O R.

Vlulabilis Apul.Vlulabili cum plangore ad eam ſtatim proſilit.
Sæuus Stat.lib.1.Theb.Ipſa vltro ſæuis plangoribus amens Tecta replet.

P L A N I C I E S.

Supina Th.Rad.Camporum ſupinam planiciem viſerem.
Aperta Egn.Liber aperta Planicie diſperſus eques.
Aprica Claud.Quos inter aprica Planicies, Cereriq; fauet.
Vaſta Adr.Card.Vaſta planicie nihil videres.

P L A N T A  D E V M.

Tenera Verg.in Buc.Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.
Niuea Claud.Niueæ delibant æquora plantæ.
Modicula Th.Rad.Modiculæ plantulæ inceſſibus molliculis aptiſſimæ.
Pernix Mant.Plantis pernicibus Euros vincere.

P L A N T A.

Ferax Verg.lib.2.Georg.Deinde feraces Plantæ immittuntur.
Odorata Colum.Nunc odoratæ peregrino munere plantæ.
Roborea Pallad.Rutil.Plantæ roboreæ ſupponentur ſtationibus equorum.

*P L A T A N V S.*

*Platanus arbor latè ſpargit ramos, ſterilis eſt, nec ad alium vſum olim adamabatur, quàm vmbrarum, quibus adeò placuit, ut mero infuſo enutriretur. Hinc genialis vocatur à poetis. Sub ea cele rabant conuiuia. Nam Plinius ſcribit, Licinium Mutianum ter conſulem ſub vna fuiſſe epulaturum cum duodeuiceſimo comite, & Caium principem ſub alta, cum quindecim conuiuis. Poetæ fabulantur Iouem cum Europa ſub platano concubuiſſe. Nam eſt alia maior eius commendatio, quàm ſemen arcere æſtate, hyeme admittere. Idem Plinius ſcribit, Antandri platanum circundolatis iam lateribus irreuiruiſſe, & vitæ fuiſſe redditam. Hæc arbor citò germinat, lata habet fol a: Iucunda eſt eius vmbra. Erant in vſu apud Romanos in uilla, aut hortis urbanis, ad umbras in ambulationum quæ ad ocium literarum primum inuentæ ſunt. Iuuen. Sat. 1. Frontonis platani, conuulſaq; marmora clamant.*

Sterilis Verg.lib.1.Georg.Et ſteriles platani malos geſſere valentes.
Inſignis Pallad.Rut.Inſignes folijs platanos felicia mentis Brachia.
Vmbrans Idem, Vmbrantes platanos & iniquam robore prunum.
Procera Apul.Poteris ſub illa proceriſſima platano te abſcondere.
Alta Ouid.lib.13.Met.Nobilior pomis, platano conſpectior alta.
Syluestris Nemeſ.Syluestris nunc te platanus Melibœe.
Lata Th.Rad.Latiſſima platanus, bicolor populus.
Genialis Fauſt.Explicat hic frondes platanus genialis opacas.
Frondens Mirand.Inter frondentes platanos, mirtosq; ſalubres.
Comans Mant.Gratior & platanos addidit vbet vmbra comantes.
Vmbrifera Homerus apud Cicer.Sub Platano vmbrifera fons vnde emanat aquarũ.
Nutans Catull.Non ſine nutanti platano, lentaq; ſorore.
Opaca Adr.Card.Denſa ſub platano, & comis opaca.
Vidua Mart.lib.3.Viduaq; platano tonſiliq; buxeto.

P L A T E A.

Populoſa Apul.Curſuq; bacchata furibundo per populoſas plateas.
Lata Auſon.Latas habet plateas & reſpondentes.
Ampla Vitruuius, Præcinctionemq; platea ampla latitudine facta.

P L A T O.

Doctus Hor.li.2.Ser.Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona.
Cecropius Mant.Cecropij interdum dulces inuiſere chartas.
Ariſtonis filius. Theo. Quod ne ipſe quidem Ariſtonis filius negaturus eſt Plato.

PLAV-



P L A V S V S.

Peruigil Claud.Talia peruigili ſumunt exordia plauſu.
Blandus Sidon.Iuuanteq; blandis vltro plauſibus.
Sonorus Pont.Plauſu reſonant caua tecta ſonoro.
Lætus Stroz.Sax Plauſu Franciſce ſonabunt Altiſono.
Altiſonus Pamph.Sax.Plauſu Franciſce ſonabunt Altiſono.
Alacer Mant.O iucunda dies alacri digniſſima plauſu.
Canorus Remaſc.Cœleſtes ſonuere chori, plauſuq; canoro.
Venalis Claud.Nec tibi venales captant æraria plauſus.
Celebris Mant.Audio geſtire & celebres attollere plauſus.
Amœnus Idem, Plauſuq; feruntur amœno.
Solennis Idem, Solenni reſonans Germania plauſu.

*P L A V S T R V M.*

*Plauſtrum, dicitur currus, in quo palàm eſt & patens, quicquid uehitur. Hinc tracta eſt origo nominis. Sunt qui ploſtrum dicunt, propter cognationem, quæ eſt inter au, & o, ut aula & olla, lautus, lotus, cautes, cotes. Propterea Veſpaſianus, ut eſt apud Tranquillum, quum uideret Florum uelle emendare conſuetudinem priſcorum uocabulorum, & plauſtrum dicere quũ prius ploſtrum diceretur, die poſtero Flaurum ſalutauit. Horatius ploſtellum dixit lib. 2. Serm. Aedificare caſas ploſtello adiungere muros.*

Voluens Verg.lib.1.Georg.Tardaq; Eluſinæ matris voluentia plauſtra.
Graue Idem lib.3.Geor.Non illas grauibus quiſquã iuga ducere plauſtris.
Stridens Idem, Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.
Robuſtum Horat.Triſtia robuſtis luctantur funera plauſtris.
Stridulum Ouid.lib.3.Triſt.Stridula Sauromates plauſtra bubulcus agit.
Roboreum Syll.lib.12.Lubrica roboreis aderant ſub ſtramina plauſtris.
Tremens Seneca, Fertur plauſtro præda trementi.
Tardum Idem, Vomer aut tardi iuga curua plauſtri.
Sarmaticum Sabell.Sarmaticis facta eſt, (quis credat?) peruia plauſtris.
Querulum Mant.Vel querulo Vehitur plauſtro, vel paupere cymba.
Sonorum Priſcian.Agricolasq; boues plauſtris domitare ſonoris.
Geticum Claud.Quum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris.
Leue Claud.Et caſtos leuibus plauſtris ingreſſa penates.
Gemens Verg.lib.11.Nec plauſtris ceſſant vectare gementibus ornos.

*P L A V T V S.*

*M. Plautus natus in urbe Vmbriæ, cui nomen Saſſina, operam primum piſtori locauit ad comparandum uictum in agendis molis illis, quas tranſatiles uocãt. Compoſuit in ipſo piſtrino quaſdam fabulas. Eius 25. Comœdiæ numerantur a ueteribus cum paucis alijs. Secutus eſt Græcos, Demophilum, Philemonem, & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantiæ claruit in tantum, ut Epius Stolo dixerit muſas, Plaut. Sermone fuiſſe loouturas, ſi Latinè loqui noluiſſent. Volcatius Sedig. de ordine Comicorum ſcribens, primas tribuit Cæcilio, Plautum cæteris omnibus præponens. Mortuus eſt paucis annis poſt Ennium.*

Iocoſus Stro.pat.Spectatura ſales Plaute iocoſe tuos.
Diſertus Fauſt.Vt traheres ſcabram Plaute diſerte molam.
Antiquus Codr.Vrceus, Antiquum verbis Plautum renouare facetis.

P L E B S.

Auida Lucan.lib.1.Terruerant ſatis hæc auidam præſagia plebem.
Ieiuna Idem lib.3.Neſcit plebs ieiuna timere.
Ventoſa Horat.lib.1.Epiſt.Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor.
Humilis Claud.Pars humili de plebe duces.
Pauida Sidon.Intuitu pauidæ plebis perfert ſcelus actum.
Indiga Marull.Spreuerit Idalium rerum plebs indiga numen.
Clamoſa Pamph.Fœlix quem tandem clamoſæ lingua plebis.

Imbecilla

Imbecilla Mant.Ne ſua plebs,quæ nunc erat imbecilla rudiſq;.
Inglorial Idem,Neq; plebs ingloria contra Cæſaream maieſtatem.
Miſella Adr.Card.Nec plebecula quid miſella latret.Recte ēt plebs dicitur.

## P L E C T R V M.

Pindaricum Stat.lib.1.Syll.Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris.
Geticum,propter Orpheũ lyricũ.Idē lib.2.Syll.Et Getici cedat tibi gloria plectri.
Nitens Idem lib.3.Syll.Abraſit lachrymas nitente plectro.
Tyrium Idem,Tyrio ne hæc mœnia plectro An Getica verere lyra.
Apollineum Polit.Carmen Apollineo tantum modulabile plectro.
Sonans Sidon.Hos inter Chiron ad plectra ſonantia ſaltans.
Modulans Seneca,Cuius ad chordas modulante plectro.
Inſigne Pont.Inſigne & plectrum gemmis,chordaſq; ſonantes.
Aonium Idem,Aoniumq; mouet circum tua pocula plectrum.
Lene Idem,Quem lenia Phœbus Iuſſit Dircææ plectra mouere lyræ.
Euans Idem,Dum choreas,dum plectra mouent euantia diuæ.
Tinnulum Idem,En cape delitias tinnula plectra tuas.
Eburneum Thom.Rad.Plectrum eburneum eburneis ſollicitabat articulis.
Smyrnæum Polit.Et qui Smyrnæis poterant contendere plectris.
Dulce Idem,Et dulci detoruat carmina plectro.
Blandum Marull.Componit docilis blandi dulcedine plectri.
Radians Codrus,Cum cithara & radiante plectro.
Auratum Sabell.Hæc meus aurato & teneat & ſubſellia plectro.
Facundum Idem,Et ſibi facundo meditari carmina plectro.
Sonorum Conrad.Iam canant noſtri iuuenes ſonora Plectra mouentes.
Threicium Cleoph.Aſpice Threicio modulantem carmina plectro.
Reſonans Quint.Reſonantia Turnus Plectra gerat.
Lepidum Idem,Orphæos,& lepido ducentis carmina plectro.
Dircæum Mant.Orpheaq; & clarum Dircæo Amphione plectro.
Vocale Idem,Vt completa ſonũ vocalibus organa plectris Flectere cœperunt.
Orphæum Idem,Trahiciam memorante & plectra Orphæa ſecuras.
Canorum Fauſt.Mulcentem & plectro reſonum Dauida canoro.
Loquax Bapt.Pius,Gutture blandiſono,plectriſq; loquacibus.
Corneum Idem,Organulis ſoluit cornea plectra ſuis.
Molle Idem,Et citharam mollem,mollia plectra cupit.
Garrulum Idem,Seu mouet argute garrula plectra lyræ.
Iocoſum Glareanus,Quidvè meæ cœlo plectra iocoſa lyræ.
Querulum Idem,Huc ades & queruli comprende volumina plectri.
Gratum Iuuen. Sat.6.Gratoq; indulget baſia plectro.
Eburnum Tibull.lib.3.Hanc primum veniens plectro modulatus eburno.
Aeolium Propert.lib.2.Et quantum Aeolio quum tentat carmina plectro.
Lydium Idem lib.4.Mitratisq; ſonant Lydia plectra choris.
Mæonium Mant.Threiciis clarum fidibus,plectroq; potentem Mæonio.

## P L E V R O N.

Meleagria,quoniam vrbs eſt Aetholiæ,quæ fuit patria Meleagri.Stat. lib.4.Tob. Fletaq; cognatis auibus Meleagria Pleuron.

## *P L E I A D E S.*

*Pleiades ſeptem fuerunt filiæ Atlantis ex* Pleione *Nympha,cum quib.Iupiter concubuit,& poſtmodum retulit inter ſydera,ne vim paterentur ab Orione. Earum nōa ſunt Electra,Alcyone,Celeno,Merope,Aſterope,Taygete,Maia;quarum ſeptima vix cerni poteſt. De his Oui.li.4. Faſt.Pleiades incipiunt humeros reuocare paternos, Quę ſeptem dici,ſex tñ eſſe ſolent. Seu quod in amplexum ſex hinc venère deorum: Nam Steropem Marti concubuiſſe ferunt,Neptuno Alcyonem,& te formoſa Celeno,Maiam,& Electram,Taygetamq; Ioui, Septima mortali Merope*

*tibi*



*tibi Siſyphe nupſit,*Pœnitet,*& facti ſola pudore latet.* Reuera Pleiades *ſtellæ ſunt in genu tauri, quæ circa æquinoctium vernum oriuntur,unde Latini eas vergilias vocant. Sunt autem pluuioſæ & infeſtiſsimæ nautis. Dicuntur etiam Atlantides.*

Imbriferæ Luc.lib.8.Ibit & imbrifera ſiccas cum Pleiade Thebas.
Lucidæ Ouid.lib.1.Met.Quem lucida partu Pleias enixa eſt.
Athlantææ Idem lib.2.Faſt.Quis nunc aut Hyadas,aut Pleiadas Athlantæas.
Aquoſæ Stat.lib.4.Theb.Quum taurum aut Pleiadas hauſit aquoſas.
Nubilæ Idem,Inq; hominem ſurrexit hyems,tunc nubila Pleias.
Aſperæ Val.Flac.li.2.Aſpera ſi te Pleias in aduerſæ tenuiſſet littore Thraces.
Madidæ Claud.Madidaq; cadente Pleiade.
Triſtes Pont.Si quis in occaſu triſtes,cęloq; cadenti Pleiadas videat.
Pluiæ Conr.Pleiades ſentit pluuias reſolui.
Vernæ Mant.A Clune coruſcant Pleiades vernæ.

## P L V M A.

Leuis Horat.lib.3.Car.Naſcunturq; leues per digitos,humeroſq; plumæ.
Mollis Ouid.lib.10. Mollibus in plumis,tanquam ſenſura reponit.
Tenella Apul.Extimæ plumulæ tenellæ,ac delicatæ,tremulæ,reſultantes.
Trepida Stat lib.3.Theb.Alipedum trepidas denſo cum murmure plumas.
Blanda Idem lib.1.Syll.Blandiſq; madentia plumis Lumina deterſit.
Tenuis Idem lib.2.Syl.Et tenues Arabum reſpirant gramine plumæ.
Verſicolor Bap.Pius,Spes gregis,aut plumæ verſicoloris aues.
Amyclæa Mant.lib.4. Laſſus Amyclæa doteris requieſcere pluma.
Volucris Seneca,Capiunt volucres brachia plumas.
Tepens Conr.Vt pluma iaceas piger tepenti.
Penſilis Iuuen.Sat.1.Vehatur penſilibus plumis.

## P L V M B V M.

Solidum Lucan.lib.3.Solido fregit caua tempora plumbo.
Liquidum Hor.lib.1.Car.Vncus abeſt,liquidumve plumbum.
Fuſcum Ouid.lib.2.Faſt.Tunc cantata tenet cum fuſco licia plumbo.
Liuens Mant.Principe Alexandro liuentis verbera plumbi Pertulit.
Flexile Sidon.Flexilis plumbi meatibus implicita.
Graue Mant Regnat & includit grauis arua feracia plumbi.
Vulnificum Barthol.Vulnificum medio quum proruit aere plumbum.
Liquens Adr.Card.Includitq; pilam ex liquente plumbo.

## *P L V T O.*

*Pluto filius fuit Saturni,frater Iouis et Neptuni,quib.cũ de regno fortius, inferos adeptus eſt ſorte.Hinc Seneca,Tertię regē ſpoliare fortis.Proſerpinā filiũ Cereris rapuit in Sicilia.*Poetæ *fingũt furias,parcas,tres iuridicos,cerberũ,Charonē,& oīa inferorũ mōſtra cũ laruis,& aīalib.*
Immitis Ver.li.4.Georg. Atq; immitis rupta tyranni Fędera. *(eidē ſubeſſe.*
Ater Idem lib.6.Aen.Noctes,atq; dies patet atri ianua ditis.
Stygius Idem lib.6.Tum ſtygio regi nocturnas inchoat aras.
Sæuus Idem lib.7.Hic ſpecus horrendum,& ſæui ſpicula ditis.
Dirus Idem lib.12. Vimq; deum infernam,& diri ſacraria ditis.
Profundus Lucan.lib.1.Ditiſq; profundi pallida regna petunt.
Opertus Idem lib.6.Noſſe domos ſtygias,arcanaq; ditis operti.
Mœſtus Idem lib.6.Quo fœdere mœſtum Regem noctis ames.
Lethæus Colum.Raptaq; lethæi coniunx mox facta tyranni.
Illachrymabilis.Hor.lib.3.Car.Amice places illachrymabilem Plutona tauris.
Niger Ouid.lib.4.Met.Ignorant vbi ſit nigri ſera regia ditis.
Imus Idem Parſq; ferum celebrant,pars imi tecta tyranni.
Saturnius,Saturni filius.Idem lib.5.Met.Haud vltra tenuit Saturnius iram.
Infernus Idem,Sed tamen inferni pollens marmora tyranni.

Rex

Rex vmbrarum. Idem lib. 8. Met. Vmbrarum rogat apta cum coniuge regem.
Summanus, i. ſummus manium. Idem lib. 6. Faſt. Summano templa feruntur.
Tartareus Idem lib. 1. Triſt. Tartareum dicunt indoluiſſe Deum.
Toruus Claud. Comprime ferales torui prædonis habenas.
Regnator noctis. Syll. lib. 7. Ceu quondam æternæ regnator noctis.
Raptor Claud. Inferni raptoris equos.
Dis Idem, Qua lampade ditem Flexit amor.
Dux erebi Idem, Dux erebi Pluton tumidas exarſit in iras.
Ferus Idem, Prima fero Lacheſis clamabat talia regi.
Arbiter noctis. Idem, O maxime noctis Arbiter, vmbrarumq; potens.
Tertius hæres. Idē, Sic tertius hæres Saturni tenebroſa vagis rimaſ habenis Deuia.
Animarum rector. Idem, Iamq; per anfractus animarum rector opacos.
Teter Idem, ignaui domitor mundi teterrime fratrum.
Ferox Idem, Talibus ille ferox dictis, fletuq; decoro Vincitur.
Auidus Idem, Sic auidus prædo iam non per ſingula ſæuit.
Opacus Claud. Quo ditis opaci Fundamenta latent.
Veiouis Mart. Cap. Quem etiam ditem, Veiouemq; dixere.
Auarus Seneca, Poſt hæc auari ditis apparet domus.
Horridus Idem, Inter profunda tartara, & ditem horridum.
Vmbroſus Idem, Atque opacam ditis vmbroſi domum.
Superbus Idem, Laxauit atri Cereris iamiam fores Pluton ſuperbus.
Crudelis Pont. Crudelem & potuit placare tyrannum.
Cupidus Idem, Cyclopum domus, & cupido loca peruia diti.
Furueſcens Th. Rad. In ſecundo furueſcens Pluto.
Implacidus Stroz. pat. Arſit & implacidus ſtygij dominator auerni.
Rapax Pamph. Duxiſti Cereris rapax puellam.
Ferreus Idem, Ingemuit lachrymans nigri rex ferreus orci.
Tremendus Augurel. Horrendas tremendi Eumenides famulas tyranni.
Phlegethontæus. Mant. Dum Phlegethontæo cupiunt parere tyranno.
Auernalis Quint. Mox vt auernalis vinceret terga tyranni.
Flammiger Idem, Quum gerat infernos ſub pectore flammiger ignes.
Lachrymabilis. Idem, A pectu lachrymabilis antra coerces.
Adamantinus. Idem, Non curat lethale preces adamantinus ingens Dis pater.
Impius Pallad. Soran. Impius Erudicen nollet habere Deus.
Cæruleus Mant. Dulcia cæruleus carpit ſolatia Pluto.
Seuerus Idem, Illinc ad tenebras herebi, ditemq; ſeuerum.
Immanis Idem, Ditem Tortorem vmbrarum immanem.
Callidus Andreas Ammonius, Callidi ditis laqueos cauere.
Sulphureus Architren. Totaq; ſulphureo nubit Proſerpina diti.
Ageſilaus Lact. lib. 1. Diuin. inſt. Plutoni cui cognomen Ageſilao fuit, pars, &c.
Clymenus, quod ad ſeſe accerſat omnes, Sic interpretatur idem Cœlius.
Gener Cereris. Iuuen. Sat. 10. Ad generum Cereris ſine cæde, & vulnere pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni.
Elyſius Stat. in Achil. Pallas & Eliſij lucebat ſponſa tyranni.
Terrenus Mant. Terreni immania ditis Agmina.

PLVVIA.

Tenuis Verg. lib. 1. Georg. Ne tenues pluuiæ, rapidiue potentia ſolis.
Hyemalis Colum. Quoniam hyemalibus pluuijs amurcæ plus concipit.
Triſtis Cimbriacus, Aut triſtes pluuias, quam verni temporis auras.
Hyberna Cæſar. Germanicus, Hybernæq; cadunt pluuiæ, concretaq; grando.
Brumalis Idem, Brumalesq; dabit pluuias.
Cerulea Pont. Ceruleæ pluuiæ, aut multo verbere grando.

Madens



Madens Idem, Nec non poſt largos imbres, pluuiamq; madentem.
Dulcis Mant. Dulcibus irrorant pluuijs mortalia corda.

PLINIVS.

Salebroſus Mant. Salebroſus & aſper Verba coagmentans duris coeuntia neruis.
Facundus Mart. lib. 10. Facunda mea Plinio Thalia.

POCVLA.

Fagina Verg. in Buc. Pocula ponā Fagina cælatum diuini opus Alchimedōtis.
Dulcia Mart. lib. 11. Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro pocula.
Spumantia Val. Flac. lib. 1. Illum nec valido ſpumantia pocula Baccho.
Fumantia Idem, Et nigro fumantia pocula tabo Contigit.
Aurea Idem lib. 2. Pars epulas manibus, pars aurea geſtant pocula.
Rorantia Pont. Marmorea miſcent rorantia pocula dextra.
Munda Codrus Vrceus, Et nobis præbet pocula munda Thetis.
Gemmata Sabellicus, Ab quanto melius inter gemmata niteris Pocula.
Gemmea Crinitus, Si nec gemmea pocula noſtris In laribus nitent.
Lucida Quint. Beryllos oriens lucida pocula.
Caua Idem, Quod Mentorio caua pocula cœlo.
Frigentia Mant. Hortenſes herbæ, frigentia lymphis pocula.
Aruiſia Syll. lib. 7. Et Ambroſijs aruiſia pocula ſuccis.
Superba Augurel. Tapetas inter, & ſuperba pocula.
Candida Bap. Pius, Pocula marmorea circumfer candida dextra.
Surrentina Vide in dictione vinum. Mant. Diſcumbuntq; alacres, & pocula libant Surrentina.
Fictilia Tibullus lib. 1. Fictili antiquus primum ſibi fecit agreſtis pocula de facili compoſuitq; luto.
Mentorea Proper. lib. 1. Lesbea Mentoreo vina bibas opere.

PODAGRA.

Podagra eſt dolor pedum.

Turpis Verg. lib. Georg. Scabiemq; ferat, turbeſq; podagras.
Nodoſa Ouid. lib. 1. de Ponto, Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.
Sæua Marull. Et ſecat indignos ſæua podagra pedes.
Dira Codrus Vrceus, Clamantes quum dira premit, vexatq; podagra.
Cruda Conradus, Crudæ podagræ, & ſemina febribus.
Dura Lud. Bigus, Potius cruciet me dura podagra.
Tardigrada Mant. Tu quoque tardigradam tactu ſanare podagram.
Tarda Catull. Aut ſi aliquem merito tarda podagra ſecat.
Lapidoſa Adrian. Cardinal. Tot dotes iuueni inuidit lapidoſa podagra.

POEDOR.

Fœdus Seneca, Vnde tam fędo obſiti pędore nati.
Carcereus Fauſt. Squallida carcereus vexet quàm corpora pœdox.

POEMA.

Pulchrum Horat. lib. 1. Ser. Et Laberi mimos, vt pulchra poemata mirer.
Dium Perſ. Ecce inter pocula quærūt Romulidæ ſaturi, quid dia poemata narrēt.
Facetum Sidon. Limans faceta ſic poemata.
Doctum Idem, Miſiſti mihi multiplex poema, Doctum, nobile, forte, delicatū.
Diuinum Polit. Geſtiet innocuo diuina poemata cantu.
Sacrum Pacificus, Voluebam libros, & ſacra poemata vatum.
Tornatum Fauſt. Si nouus excudat tornata poemata vates.
Nugoſum Guill. Caſt. Falleris, an cenſes nugoſa poemata.
Laſciuum Bap. Pius, Quin mihi dum Veneri laſciua poemata noſtræ Pango.
Dulce Mant. Et ſuper hoc veniens dulce poema refer.

POENA.

Triſtis Verg. in Culice, Quem circa triſtes denſentur in omnia pœnæ.

Crudelis

| | |
|---|---|
| Crudelis | Idem lib.6.Aen.Vidit crudeles dantem Salmonea pœnas. |
| Horrifica | Gell.lib.12.Eam capitis pœnam horrificam atrocitatis oſtentu,&c. |
| Grauis | Ouid.lib.12.Met.Diſtuleratq; graues in idonea tempora pœnas. |
| Amara | Fauſt.Et pœna indomitum frenat amara nefas. |
| Dura | Val.Flac.lib.4.Impulit & puræ commouit imagine pœnæ. |
| Languida | Seneca,Omitte pœnas languidas longæ moræ. |
| Cruenta | Idem,Cruentis pellicem pœnis premat. |
| Horrida | Idem,Horridam pœnam parant. |
| Seuera | Pont.Nam pœnas dabis,& quidem ſeueras. |
| Vltrix | Marul.Non vltrix pœna hœc meriti. |
| Immitis | Strozius pater, At ſontes pœnis lacerate immitibus vmbras. |
| Noxia | Quint.Nullumq; pœnæ noxiæ eſt expers malum. |
| Miſera | Pamph.Sumitis hinc miſeras inimico è ſanguine pœnas. |
| Vindex | Mirandula,Namq; rebellarat mens ipſa,& vindice pœna. |
| Impia | Quint.Quam longa differt impias pœnas mora. |
| Furens | Idem,Quanta eſt furentum forma pœnarum. |
| Terribilis | Mant.Terribiles illi pœnas,commentaq; fraudis. |
| Immanis | Idem,Perſephone immanes pœnas,& ſæua docebat Supplicia. |
| Atrox | Idem,Nil timet,& pœnis occurrit atrocibus vltro. |
| Sequax | Bart.Fataleſq; ardent morbi,pœnęq; ſequaces. |
| Culpabilis | Theodoritus Cyrenſis,Culpabilem iuſtitiæ pœnam ſubiens. |
| Horribilis | Idem,Horribiles & accerbiſſimas pati pœnas. |
| Vehemens | Iuuen.Sat.13.Pœna autem vehemens,ac multo ſæuior illis. |
| Acerba | Stat.in Achill.Fortaſſis acerbas Hauſurum pœnas. |

POENI.

| | |
|---|---|
| Perfidi | Ouid.lib.6.Faſt.Vota metu belli perfide Pœne tui. |
| Fallaces | Syll.lib.2.Fallax Pœne iaces. |
| Infidi | Sidon.Et infido poſui iuga tertia Pœno. |
| Truces | Syll.lib.10.Dulcia præbebat trucibus ſpectacula Pœnis. |
| Leues | Mart.lib.4.Fauſtus Annibalis,leueſq; Pœnos. |
| Rebelles | Pont.Hic Dacas,Ciliceſq; ferum,Pœnumq; rebellem Ducit. |
| Fulminei | Clau.Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Compreſſit Fabius. |
| Feroces | Idem,Non qui Pœnum domuere ferocem. |
| Sicci | Mart.lib.1.Tecum ego vel ſicci Getula mapalia Pęni. |
| Fędifragi | Cic.lib.1.Offic.Pęni fędifragi,crudelis Annibal. |

POENITENTIA.

| | |
|---|---|
| Metanęa | Mant.Huic geminæ comites, ſpes & metanęa doloris Conſcia perpetui. |

POESIS.

| | |
|---|---|
| Sacra | Mant.Dicitur & longo ſacram coluiſſe poeſim Tempore. |
| Sancta | Idem,Tua ſancta poeſis Noſtra ſit. |
| Multiuaga | Idem,Multiuagam Chriſto feci poeſim. |
| Phębæa | Textor,Phæbææ redolens chelym poeſis. |

POETAE.

| | |
|---|---|
| Audaces | Hor.lib.2.Epiſt.Sæpe etiam audacem fugat hoc,terretq; poetam. |
| Amaſij | Gellius libro nono, Audite & diſcite, noſtros quoq; antiquores poetas Amaſios. |
| Solertes | Apul.Solers poeta modulatus edixerat. |
| Veſani | Horat.Veſanum tetigiſſe timent,fugiuntq; poetam. |
| Sacri | Pamph.Vt dicunt merito ſacri poetæ. |
| Docti | Ouid.lib.3.de Arte, A doctis precium ſcelus eſt ſperare poetis. |
| Celebres | Mant.Scriptores rerum egregios,celebreſq; poetas. |

Falſi



| | |
|---|---|
| Falſi | Auſon.Si qua fides falſis vnquam eſt adhibenda poetis. |
| Municipalis | Sidon.Vel quem municipalibus poetis præponit. |
| Nobiles | Pont.Tuquoq; nobilibus precium iam laure poetis. |
| Sacrifici | Sacrifici quondam,nec dijs ignara poetæ. |
| Culti | Idem,Nec potuit culti faciem dea noſſe poetæ. |
| Inſani | Idem, Inſanis mos eſt dare verba poetis. |
| Facundi | Marul.Poſſe negas dici melos facunde poeta. |
| Emuncti | Cod.Et emunctis illum annumerare poetis. |
| Pierij | Idem,Quid quod Pierios indocta hæc turba poetas Inſequitur. |
| Mendaces | Lactant.Poetas velut mendaces,& ſacrilegos inſequuntur. |
| Generoſi | Stroz.pater,Nec tua contemnit generoſos cura poetas. |
| Diuini | Idem,Tunc ego diuinos auſim ſuperare poetas. |
| Illuſtres | Idem,Quinetiam illuſtres inter,magnoſq; poetas. |
| Lepidi | Conradus,O digni lepidis cani poetis. |
| Grandiſoni | Lud.Big.Hæc ego grandiſonis linquam celebranda poetis. |
| Phœbicolæ | Crinit.Nec mi defuerit ſacer inter Phœbicolas locus. |
| Belliſoni | Cleoph.Talia belliſono dederam reſponſa poetæ. |
| Honorati | Quint.Inter honoratos dignaris habere poetas. |
| Leues | Mant.Leuibus vulgo recitanda poetis. |
| Altiloqui | Idem,Altiloqui nihil inuenere poetæ. |
| Nugaces | Theo.Cyr.Quod ſi nugacibus poetis,plenaſq; obſcęnitatum fabulas. |

POLENTA.

| | |
|---|---|
| Caſeata | Apul.Dum polentæ caſeatæ offula grandiore in cõuiuas æmulos,&c. |
| Ordeacea | Varro,Obijciunt his polentam ordeaceam. |
| Viſcoſa | Conrad.Viſcoſas toties bibens polentas. |
| Pinguis | Mant.Montibus,atroceas & pingue polenta comedi. |

POLLEX.

| | |
|---|---|
| Mollis | Mart.lib.12.Molli pollice nec rogata ſurgit. |
| Tener | Ouid.lib.1.Eleg.Purpureas tenero pollice tange genas. |
| Habilis | Idem lib.2.Eleg.Hæc querulas habili prætentat pollice chordas. |
| Niueus | Hieron.Ange.Cælia dum tererem niueo ſub pollice fuſum. |
| Albens | Idem, Dum premor albenti pollice viuo pulex. |

POLLINCTOR.

*Pollinctores dicuntur funerum curatores, quaſi pollutorũ unctores. Pollincere enim eſt mortuum curare. Plautus in Prologo Pœnuli, Eorum, alter viuit, alter eſt mortuus:* Propterea *apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerit. Et in Sticho, Hodie pollinctura eſt. Mart.lib.*10. *Iam ſcrobe, iam pollinctore parato.* Pollinctum *funus dicitur à pollinctoribus unctum. Si à Venere defluens luna feratur ad Saturnum, faciet pollinctores, id eſt qui ſepeliendorum hominum curam ſuſcipiunt, inquit Firmicus.*

| | |
|---|---|
| Mœſtus | Mant.Interea pollinctores vicina facello Arua cauant mœſti. |

POLLVX.

*Pollux filius fuit Iouis & Lædæ, & frater Caſtoris, quamuis ambo crederentur filij Tyndarei. Hunc poetæ dicunt fuiſſe immortalem, & nihilominus immortalitatem ſuam cum fratre mortali diuiſiſſe. Hinc Vergilius. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; viam toties. Id quare fingatur, prius à me dictum eſt. Fuit perpetua ac indiſſolubilis inter eos amicitia. Stroz. pater, Talis Amyclæos non iunxit gratia fratres, Alternæ quorum vita redempta fuit. Claud. Nec charior olim mutua Lædæos deuinxit cura Lacones. Idem, Quod ſi notus amor prouexit in aſtra Lacones. Politianus, Nec tanta Oebalios tenuit concordia fratres: Bapt. Pius, Vt non Pollucem tam bene Caſtor amet.*

| | |
|---|---|
| Amyclæus | Verg.lib.3.Geor.Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllaris. |
| Tyndarides | Ouid.lib.5.Faſt.Tyndaridæ fratres hic eques ille pugil. |
| Lædæus | Idem lib.2.Faſt.Hæc ſunt Lædæis templa dicata deis. |

Nn Pius

Pius: Ouid.lib.4.Triſt.Quo pius affectu Caſtora frater amat.
Oebalides Stat.lib.5.Theb.Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ gemini.
Therapnæi Sabell.Vana Therapnæos miratur Græciæ fratres.
Oebalius. Stat.lib.3.Syl.Oebalij fratres,pontuſq; ſerenus.
Lacon Marc.lib.1.Qualia Lædæi fata Lacones habent.
Tyndareus: Val.Flac.lib.1.Fratreſq; petiuit Tyndareos.
Pileatus. Catullus, A pileatis noua fratribus pilla.
Dioſcorus,id eſt Iouis filius,Theodoritus Cyrenſis,Caſtorem autem ac Pollucem.

P O L V S.

Aſtriger Verg.de Ortu ſolis,Aſtrigerum inficiens luce Oriente polum.
Stellifer. Verg,Et maria & terras,ſtelliferumq; polum.
Ardens. Lucan.lib.1.Ardentemq; polum flammis.
Signifer Idem,lib.3.Quod non premeretur ab vlla Signiferi regione poli.
Sydereis Colum.Sydereoq; polo cedet lyra.
Rotundus. Hor.lib.1.Carm.Animoſoq; rotundum decurriſſe polum morituro.
Conſpicuus Ouid.lib.5.Triſt.Occultum ſtellæ,conſpicuumq; polum.
Aſtrifer Mart.lib.9.Quod Rhodos, aſtrifero quod pia Creta polo.
Celſus Mart.lib.9.Vt niteant celſi lucida ſigna poli.
Stelliger Ruffus Feſtus,Stelligero ſubiecta polo.
Stellans. Claud.Nanq; poli media ſtellantis in arce videbar.
Rutilus Polit.Prouehit ad rotilos culmina celſa polos.
Nitidus Seneca, Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli.
Præceps. Idem,Penes quem iura præcipitis poli.
Purus Idem Seneca, Perſolita puri ſpatia decurrit poli.
Aethereus Pont.Siue es in æthereo forma recepta polo.
Nitens Stroz fil.Et nos forte polis inhiare nitentibus horrent.
Serenus. Quint.Et qua ſerenus contegit mundum polus.
Micans Idem,Quare micanti miſſus in terras polo.
Fulgicans. Idem,Si fulgicantem comprimant gentes polum.
Cœleſtis Mant.Ordine cœleſtes qui facit ire polos.
Rapidus. Bapt.Pius,Impetus & rapidi flamma coruſca poli.

P O L Y N E S T O R.

Rex Thracum.Ouid.lib.13. Capit impius enſem Rex Thracum, iuguloq; ſui demiſit alumni.
Odryſius,id eſt Thracius.Idem,Credidit Odryſius,prædæq; aſſuetus amore.
Iſmarus. Idem,Has datus Iſmaro regi Polydorus in oras.
Thrax: Propert.lib.3.Et ſcelus accepto Thracis Polyneſtoris auro.
Perfidus. Mant.Ignarumq; doli puerum nil tale verentem. Perfidus obtruncat: placidum roſei decus oris,Et regale caput,ſimplex ſine crimine pectus.
Immitis. Idē,Et natas ad ſceptra manus, veniāq; precantes Vulnerat immitis.

P O L Y N I C E S.

*Polynices filius fuit Oedipi regis Thebanorum, & frater Etheoclis, qui quum mortuo patre alternatim principari vellet,nec cederet Etheocles, contractis ab Adraſto rege Argiuorum ſocero ſuo, cæteriſq; principibus Achaiæ copijs, bellum in ipſum Etheoclem & Thebanos mouit, in quo multis vtrinq; occiſis, fratres ipſi mutuis quoque vulneribus ſe confecerunt.*
Oedipodionides,Stat lib.1.Theb.Oedipodionides furtim deſerta pererrat.
Thebanus. Idem,Lugendus fratri iuuenis Thebane iaceres.
Iſmenius. Idem,Deiecit mœſtos extemplo Iſmenius heros Ad terram vultus.
Dircæus Idē li.2.Theb.Dircęuſq; gradū,pariterq; Acheloi⁹ heros corripuere.
Echionius Idem, Riſit Echionius iuuenis.
Cadmæius Idem lib.3.Theb.Cunctiſq; prior Cadmæius heros.
Cadmæus Pamph.Nec ſe Cadmæi per mutua vulnera fratres Miſiſſent, &c.





Argiuus Stat.lib.7.Venerandaq; nomina fingis Rex Argiue mihi.
Infandus Idem lib.8.Infando differt Etheoclea fratri.
Oedipodionius.Idem lib 10.Oedipodionij mittent diademata fratres.

P O L Y P H E M V S.

*Polyphemus filius fuit Neptuni,vnus ex Cyclopibus,monoculus,veſcens carnibus humanis, quem inebriatum Vlyſſes excæcauit. Is adamauit Galatheam nympham,à qua ſpretus,animi dolore Acin, quem illa prætulerat,ſaxo interfecit De hoc Verg.lib.3.Aen. Nam quantus,qualiſq; cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes,atq; vbera preſſat.*
Terribilis Ouid.lib.13 Terribilem Polyphemon alit.
Ferus Idem,Huc ferus aſcendit Cyclops,mediuſq; reſedit.
Aetnæus Idem lib.2.de Pōto, Nec tamen Aetnęus vaſto Polyphemus in antro.
Trux Stroz.pat.Narrabat flammas trux Polypheme tuas.
Ennæus,ab Enna vrbe Siciliæ.Michl.Angl.Igneaq; Ennæi ſaxa Cyclopis adit.
Madidus Calent.Et madidum pueri Polyphemum cæde Sicani.
Durus Cimbr.Aut Cæſos duri vaſto Cyclopis in antro.
Siculus Fauſt.Quàm mallem Thamyræ, Siculi quàm fata Cyclopis.
Neptunius Tibull.lib.4.Ceſſit & Aetnææ Neptunius incola rupis Victa, &c.
Cæcus Claud.Lumine fraudatus Cyclops,contempta Calypſo.

P O L Y X E N A.

*Filia fuit Priami & Hecubæ,cuius amore captus Achilles,pacē promiſit Troianis,ſi eam haberet uxorem. Quod quū exoraſſet à Priamo,veniſſetq; cum illa in tēplum Apollinis ad contrahendum matrimonium, ibidem interfectus eſt à Paride. Quare Pyrrhus in vltionem patris ſui interfecti, Polyxenem velut autorem mali, iugulauit ad tumulum ipſius Achillis. Ab hac dictione fit adiectiuum Polyxenius. Catullus, Alta Polyxenia madeſient cæde ſepulchra.*
Priameia Verg.lib.3.Aen.O felix vna ante alias Priameia virgo.
Audax Seneca, Audax virago non tulit retro gradum.

P O M A.

Mitia Verg.in Buc.Fronde ſuper viridi ſunt nobis mitia poma.
Agreſtia Idem lib.7.Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Lapidoſa Colum.Aut primi lapidoſis obruta pomis.
Turgentia Pallad.Rut.Magnitudinem pomi turgentis acquirent.
Rugoſa Idem,Si poma rugoſa creabit.
Turgida Idem,Et ſucco paſcit turgida poma nouo.
Lenia Idem,Mirari fructus lenia poma ſui.
Dulcia Horat.lib.2.Serm.Dulcia poma.Et quoſcunq; feret cultus.
Rubentia Ouid.lib.10.Pomoq; onerata rubenti Arbutus.
Cerealia Syll.lib.7.Polluta caſtus menſa,cerealia poma.
Cærea Mart.lib.10.Mittimus autumni cærea poma mei.
Matureſcentia.Idem lib.11.Poma quod hyberna matureſcentia capſa.
Olentia Pont.Seligit è plenis bene olentia poma caniſtris.
Pendentia Idem,Liceat pendentia ramis Carpere poma manu.
Radiantia Idem, Inſigneſq; auro,& pomis radiantibus hortos.
Grata Idem, Tum meſſor ſpicas,grataq; poma legit.
Roſida Idem, Admonuiq; caua roſida poma manu.
Pendula Idem, Præniteant ramis pendula puma ſuis.
Vireſcentia Crinit.Grandia poma & vireſcentia oſtentas.
Syluestria Mant.Raro ſylueſtria poma Carpentem.
Phæacia Idem, Alcinoi ſyluas canit,& Phæacia poma.
Verſicoloria Col.Verſicoloribus pomis grauibus collatet autumnus.
Viridia Idem lib.9.Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus.
Muſtea,dulcedinem in ſe habentia. Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuauitas, vt finis madendi non niſi periculo fiat.

## POMARIA.

Vda  Hor.lib.1.Carm.Et vda mollibus pomaria riuis.
Pendula  Polit.Mœnia nec liquido pomaria pendula cœlo.
Beata  Adr.Card.Hunc pomaria tam beata cingunt.

## POMOERIVM.

Longum  Lucan.Longa per extremos pomœria cingere muros.

## POMPA.

Solennis  Verg.li.3.Geor.Iam nunc ſolennes ducere pompas ad delubra iuuat.
Vana  Lucan.lib.2.Fœdera ſola tamen; vanaq́; carentia pompa.
Aurea  Ouid.lib.3.Eleg.Tempus adeſt,plauſus,aurea pompa venit.
Victrix  Stat.lib.3.Syll.Dignatusq́; loco,victricis & ordine pompæ.
Precioſa  Claud.Vobis rura dabunt precioſas æquora pompas.
Diues  Idem,Quæ diuite pompa Patricij reuerenda fouet ſacraria cœtus.
Superba  Pont. Ducetur Veneris ſuperba pompa.
Popularis  Tho.Rad.Popularium pomparum gaudia ſileo.
Splendida  Codr.Quid hæc ſibi tanta hodie & tam ſplendida pompa.
Laurigera  Pamph.Hæc tibi laurigeram ſeruat victoria pompam.
Inanis  Iuuenc.His votis pompæ fructus ſuccedit inanis.
Præſignis  Pallad.Sor.Scipio præſigni pompa properabat in orbem.
Triumphalis Mant.Ante triumphali Chriſtus quàm ſidera pompa Conſcendat.
Regalis  Cantal.Agmina regalis miſerunt obuia pompæ.
Clara  Claud.Quæ pompa thoro tam clara refulget.
Alacris  Mant. Roma ſenex alacri cui nam venit obuia pompa.

## PONDVS.

Durum  Lucan.lib.9.Si ſolida Libyæ compage, & pondere duro Clauderet.
Graue  Colum.Grauia pondera ſuperponito.
Solidum  Lucr.lib.1.Vndiq; ponderibus ſolidis confluxit ad imum.
Vrgens  Fauſt.Vrgens me pondus ad imum Depulit.
Pronum  Claud.Seram ponderibus pronis tractatura ruinam.
Iniquum  Adr.Card.Hi ſub ponderibus gemunt iniquis.
Oneroſum  Pamph.Pondera defecta non oneroſa manu.

## PONS.

Saxeus  Lucan.lib.4.Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu.
Validus  Lucr.li.1.Nec validi pſũt pontes venientis aquai Vim ſubitã tolerare.
Roboreus  Ouid.lib.5.Faſt.Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Celſus  Stat.lib.4.Syll.Celſis pontibus & via leuabit.
Marmoreus  Sabel.Tu quoq; marmoreis ſuperabere pontibus olim.
Penſilis  Idem,Nec de penſilibus pugnandi pontibus vſus.
Solidus  Petrarcha, Pons fuit hic manibus ſanctorum fructus auorum Tempus in hoc ſolidus.

## PONTVS.

Vaſtus  Verg.lib.4.Georg.Ibat cum vaſti circum gens humida ponti.
Trux  Idem in Cyri,Ipſa trucem multo miſceret ſanguine pontum.
Spumans  Idem lib.9.Secant ſpumantem pectore pontum.
Cæruleus  Idem lib.12.Et cæruleo ſunt numina ponto.
Scythicus  Seneca,Pontusq; quicquid Scythicos à tergo videt.
Vorax  Lucan.lib.2.Omnia pontus Haurit ſaxa vorax.
Relabens  Idem lib.4.Iamq; relabenti creſcebant littora ponto.
Tumidus  Idem lib.5.Sed vt tumidus boreæ poſt flumina pontus Rauca gemit.
Dubius  Idem lib.5.Puppim dubius ferit vndiq; pontus.
Vitreus  Horat.lib.4.Carm.Vitreo daturus nomina ponto.
Apertus  Ouid.lib.11.Inde manus tendens in aperti littora ponti.

Tumefa-



Tumefactus Idem,Inq; plagas cœli tumefactum ſcindere pontum.
Liquidus  Idem lib.4.Faſt.Liquidiq; immunia ponti.
Immenſus  Idem lib.1.Triſt.Neſcit in immanſo iactari corpora ponto.
Minax  Idem,Sæpe minas Steropis ſidere potus erat.
Euxinus  Idem lib.2.de Ponto,Miſſaq; ab Euxino legeres quum carmina põto.
Latus  Idem in Epiſt.Multa tamen latus triſtia pontus habet.
Tremulus  Syll.lib.2.Et in tremulo vibrant incendia ponto.
Perſpicuus  Idem lib.3.Candida perſpicuo conuertunt brachia ponto.
Rabidus  Idem lib.13.Agmina vt aſpexit,rabidi ceu belua ponti.
Hibernus  Stat.lib.1.Theb.Ac velut hiberno deprenſus nauita ponto.
Iacens  Stat.lib.7.Pontumq; iacentem Exanimis iam voluit hyems.
Vagus  Idem lib.12.Vnde vagi caſurum in numina ponti.
Ventoſus  Idem lib.3.Syll.Sæuaq; ventoſi mulcere pericula ponti.
Arduus  Val.Flac.lib.5.Stetit arduus inter Pontus.
Sarmaticus  Idem lib.8.Illam Sarmatici miſerantur littora ponti.
Horrendus  Manil.Horrendumq; fretis in bella laceſſere pontum.
Infeſtus  Idem, At ſimul infeſti ventum eſt ad littora ponti.
Grauidus  Idem,Grauidus iam ſurgere pontus Cœperat.
Veſanus  Idem,Propoſita eſt merces veſano dedere ponto.
Veliuolus  Ruff.Feſt.Conueniat cum veliuolo dare carbaſa ponto.
Glaucus  Idem,Fluctibus inſtabiles & glauci vada turbida ponti.
Rapidus  Claud.Ille Tyron rapidi per tot diſcrimina ponti.
Rauciſonus  Ruff.Feſt.Vt ſtata raucisoni redit indignatio ponti.
Mobilis  Seneca,Stat pontus vicibus mobilis annuis.
Scythes  Idem,Illa quæ pontum Scythen ſimplegas arctat.
Inſanus  Idem, Amat inſani belua ponti.
Frigidus  Idem,Qualis relictis frigidi ponti plagis.
Aſper  Idem,Totumq; rubeat aſperi ponti latus.
Vndiſonus  Pont.Quinetiam monſtra vndiſoni fluitantia ponti.
Viridis  Idem,Interea viridem ac pontum, & Sebethida ad vndam.
Horriſonus  Polit.Horriſoni ſternebat murmura ponti.
Piſcoſus  Marul.Piſcoſo dea procreata ponto.
Marmoreus  Idem,Tot marmoreo monſtra humida ponto.
Vndoſus  Stroz.fil.Quis timor vndoſi tentare pericula ponti.
Scopuloſus  Pamph.Stridet ager,ſtrident ſcopuloſi littora ponti.
Vndiuagus  Sabell.Cingitur vndiuago proprius breuis inſula ponto.
Spumoſus  Mirand.Spumoſo Cypria ponto Deſpereat.
Gelidus  Sedul.Iamq; ſeneſcentem gelidi ſub cærula ponti.
Niualis  Cleoph.Non te magne timent ponti fera regna niualis.
Algens  Mant.Vltima ad algentem mittit veſtigia pontum.
Viroſus  Idem,Viroſi infamia ponti Gramina.
Furens  Idem,Pontumq; furentem Sterne.
Sonans  Idem, Atq; proſternit valido ſonantem pectore pontum.
Surdus  Fauſt.Qui ſero condiderat ſurdo vota irrita ponto.
Tumens  Sidon.Admiſſoq; in Athon tumente ponto.
Amazonius  Claud.Amazonij defertur ad hoſtia ponti.
Multiſonans  Muſæus,Multiſonantis enim ponti pro littore flabat.

## POPINA.

Diuerſoriũ in quo lautiores reponũtur cibi.

Immunda  Hor.lib.2.Serm.Quæcunq; immundis feruent allata popinis.
Vncta  Idẽ li.1.Epiſt.Fornix tibi & vncta popina incutiunt vrbis deſiderium.
Tepida  Mart.lib.1.Circunfert tepidis cocus popinis.
Sellariola  Idem lib.5.In ſellariolis vagus popinis.



Fumans

Fumans Stroz. pater, Molliter aſſe igne in verubus fumante popina.
Madida Conrad. Dum quondam madidæ comis popinæ.
Saporifera Fauſtus, Doctæ ſaporiferas Phyllis condire popinas.
Pinguis Idem, Sola reſumebat pingui ſaginata popina.
Peruigil Iuuen. Sat. 8. Sed quum peruigiles placet inſtaurare popinas.
Calida Idem Sat. 11. Qui meminit, calidæ ſapiat quid vulua popinæ.
Infamis Manil. Infamem, fœdam, turpemq; odiſſe popinam.

P O P L E S.

Tremulus Lucan. lib. 6. Et tremule medios abrumpit poplite gyros.
Nodoſus Ouid. lib. 1. Met. Mollia nodoſus facit internodia poples.
Succiduus Stat. lib. 4. Theb. Poplite ſucciduo reſupinum ac pene ruentem.
Incuruus Architr. Angulus incurui corrugat poplitis arcum.
Sinuatus Glarean. Sæpe ſed ad Chriſtum ſinuato poplite eundum eſt.

POPVLONIA, vrbs fuit Ethruriæ, in cuius agro effodiebatur aurum.

Diues Mant. in Alphonſo, Et effoſſo diues Populonia ferro.

P O P V L V S.

Sciolus Mant. Ipſius eſt ſciolo quicquam ſuadere popello.
Multiuolus Idem, Quid tibi multiuoli nugas curare popelli Proderit.

*POPVLVS arbor.*

*Populi tria ſunt genera, Teſte Plinio, alba, nigra, & quæ vocatur Libyca, folio minima, ac nigerrima. Alba folio bicolor, ſuperne candicans, inferiore parte viridi. Nigræ folia ſunt circinatæ rotunditatis in iuuenta, vetuſtiora fiunt anguloſa. Populum folijs gratiſſima eſt lanugo. Fluuios amant. Vergilius, Populus in fluuijs, abies in montib. altis. Pediculus his tremulus, vmbra nulla, foliæ inter ſe trepidantia. Citò germinant, nullum ſemen aut fructum pariunt, placent vitibus, vtiles ſunt faciendis ſcutis. Populos nigras efficaciſſimas habet Creta inſula. Frequens eſt etiam hæc arbor iuxta Sperchium & Padum fluuios, qui propterea vocantur populiferi à Poetis.*

Alcidæ grata Verg. in Buc. Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho.
Bicolor Quint. Populus hinc bicolor nutat vibrata lacertis Herculeis.
Nutrita vnda Ouid. lib. 5. Met. Cana ſalicta dabant, nutritaq; populus vnda.
Alba Pont. Fundit quam multa populus alba coma.
Alta Pont. Altaq; prætexit virides tibi populus vmbras.
Phaethontias Idem, Phaethontias arbor fundit rore nouo.
Glauca Sabel. Cultu Glauca dabas nemoroſum popule nomen.
Frondens Augurel. Frondentis alte populi.
Ardua Claud. Ardua nudato deſcendit populus Hæmo.

P O R C A.

Auida Ouid. lib. 1. Faſt. Prima Ceres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ.
Lactens Idem lib. 2. Faſt. Non quæritur lactens quum ſibi porca datur.
Tenera Iuuen. Sat. 2. Atq; bonam teneræ placant abdomine porcæ.

P O R C V S.

Sectarius Cato, Releget porcos ſectarios.
Auidus Mart. lib. 5. Auidi ſequuntur villicæ ſinum porci.
Vdus Calent. Nunc olorſordes, nunc vdi ſemine porci.
Ignauus Fauſt. Cœnoſa ignaui non grunnit inertia porci.
Saginatus Propert. lib. 4. Parua ſaginati luſtrabant compita porci.
Caluinarius, qui cibo permixto ex colluuie hyeme nutritur.
Setiger Conrad. Et Iudæorum gens vetuſta ſetigeris inimica porcis.

PORPHYRION, nomen eſt Gigantis.

Improbus Claud. Porphyrion trepidam conatur vellere Delon, Scilicet ad ſuperos vt torqueat improbus axes.

P O R R V M.

Sectiuum Iuuen. Sat. 14. Filaq; ſectiui numerata includere porri.

Sectile



Sectile Idem Sat. 3. Quis tecum ſectile porrum Sutor.
Tarentinum Mart. lib. 13. Fila Tarentini grauiter redolentia porri.

PORSENNA, rex fuit Ethruriæ, qui Romam obſedit.

Minax Horat. in Epoſt. Minacis aut Ethruſca Porſennæ manus.
Magnanimus Sabell. Cernere magnanimus Porſenna non potuit.
Thuſcus Fauſt. Chœlia quæ fuerat Thuſco repetita tyranno.
Ethruſcus Mant. Viuit Horati Ardua mens, victo pontem qui rupit Ethruſco.

P O R T A.

Aerata Ouid. lib. 8. Caſtra vel æratas hoſti recludere portas.
Vallata Syll. lib. 12. Vallatas ſocium portas.
Ferrata Stat. lib. 10. Ferratæ robora portæ Torſerunt.
Stabilis Claud. Qua ſtabiles portas & mœnia vellit.
Aena Mant. Nomine quenq; ſuo, portiſq; immittit ahenis.
Adamantina Quint. Claudentur tenebris portæ adamantinæ.
Stridens Cantal. Atria & ære ſub ſtridentes cardine portæ.

P O R T E N T V M.

Infame Pont. Infami portento, aut ſæua ab imagine terræ.
Prodigioſum Crinit. Ad fidem propriã prodigioſi ac inauditi portenti inclinauerit.
Terribile Liuius, Hæc agenti portentum terribile viſum eſt.

P O R T I A.

Caſta Textor, Aut flammas biberem Portia caſta tuas.

P O R T I C V S.

Superba Mant. Agrippa ſuperbis, Porticibus, grandiq; deos teſtudine clauſit.
Spacioſa Ouid. lib. 1. de Arte, Seu pedibus vacuis illi ſpacioſa teretur Porticus.
Ampla Adr. Card. Porticibusq; amplis expectant nomen Iuli.
Nobilis Propert. lib. 2. Porticus aulæis nobilis Attalicis.
Vaga Stat. in Achill. Porticibusq; vagis errat.
Stadiata Vitru. Extra autem diſponantur porticus tres, vna ex Periſtylio exeuntibus, duæ, dextra atq; ſiniſtra ſtadiatæ.
Aperta Mant. Vt aperta diurnis Solibus offendat pendentem porticus vitam.

P O R T V S.

Apertus Syll. lib. 7. Sulcabat roſtris, portuſq; intrabat apertos.
Quietus Stat. lib. 5. Theb. Ratis ipſa moram portuſq; quietos Odit.
Securus Idem lib. 2. Syll. At tua ſecuros portus, blandamq; quietem.
Amœnus Idem lib. 4. Syll. Non tamen portu renitent amœno.
Flumineus Claud. Portuſq; reliquit Flumineos.
Placidus Idem, Commendat placidum maris inclementia portum.
Curuus Cæſ. Germ. Tunc alti curuos proſpectant littore portus.
Tutus Augur. Vt tuto valeas te condere portu.
Optatus Fauſt. Tutaq; contingunt optati littora portus.
Maritimus Liuius, Et maritimis portibus frequentatis.
Tranquillus Claud. Ardua tranquillo curuantur brachia portu.
Capax Mant. Brachiaq; in portus pandit ſinuata capaces.
Vtilis Vitruuius, Emporium idoneum portum vtilem.

PORVS, Rex fuit Indiæ, quatuor cubitis & palmo procerus.

Eous Claud. Fertur Pellæus Eoum Qui domuit Porum, quum proſpera ſæpe Philippi audiret lætos inter fleuiſſe ſodales.
Niger Idem, Aut nigri cecidit quum regia Pori.
Captiuus Idem, Tradita captiuo ſpacioſior India Poro.

P O S T E S.

Fulti Verg. lib. 8. Fultoſq; emunijt obice poſtes.
Duri Idem lib. 11. Arietat in portas, & duros obice poſtes.

 Aerati

Aerati Ouid.lib.3.Eleg. Aerati poſtes, ferrea turris erat.
Rigidi Idem lib.1.de Remedio, Et modò blanditias, rigido modò iurgia poſti Dicat.
Mauri Stat.lib.1.Syll. Auratáſve trabes, an Mauros vndiq; poſtes.
Aheni Claud. Si fortè aduerſus ahenos Aeolus obiecit poſtes.
Ferrati Idem, Ferrati poſtes, immenſaq; nectit Clauſtra chalybs.
Nitidi Idem, Hi noſtra nitidos poſtes obducere myrto Contendant
Marmorei Stroz.pat. Marmorei buxo poſtes ornatur & auro.
Stridentes Barth. Vellereq; ærato ſtridentes cardine poſtes.
Rauci Proper.lib.4. Quum ſubitò rauci ſonuerunt cardine poſtes.

POTESTAS.

Inuidioſa Claud. Clàm timidiq; iubens erat inuidioſa poteſtas.
Imperioſa Val.Var. Non tamen Anglorum tulit imperioſa poteſtas.

PRAECEPTOR.

Tetricus Auſon. Tetrici nec præceptoris habenas Detrectare nepos.
Seuerus Quint. Hic pueri in ſanctis ſub præceptore ſeuero Gymnaſijs.

POSTERITAS.

Exciſa Heſſus Pſal.109. Nullis poſteritas exciſa repullulet annis.
Prona ad malum. Francus, Peior poſteritas ſemper plus ad mala prona.

PRAECORDIA.

Tenera Apul. Delicata ac tenera præcordia conficit.
Arcana Mant. Sic penetrans arcana animis præcordia noſtris.
Mollia Fauſt. Mollia conueniunt teneræ præcordia formæ.

PRAEDA.

Fructuoſa Apul. Prædam de rapinis vberrimam fructuoſamq; capturi.
Sordida Ouid.lib.1.Eleg. Non habet euentus ſordida præda bonos.
Feralis Claud. Nec enim feralis præda moratur.
Diues Codr.Vrc. Vt diuite præda Mercuriales poſtes ornare queamus.
Opulenta Mant. Opulentæ accingitæ prædæ.
Barbara Ouid.in Epiſt. Ponitur ad patrios barbara præda Deos.

PRAEDIVM.

Cultum Claud. Contextum gemmis, aut prædia culta fuiſſent.
Omniferum Polit. Prædium omniferum quaſi pro laxamento ſibi deligit.
Ferax Augur. Laudes feracis prædij comprenderit.
Precioſum Cic.lib.2.de Finibus, Summas familiaritates prædiorum precioſorum mercede ſuperari.
Dotale Idem in Epiſt. Requiram in his de mercedibus dotalium prædiorum.

PRAEDO.

Famoſus Apul. Ego ſum prædo famoſus.
Acerbus Claud. Italiam ne feram furijs prædonis acerbi Subiectam.
Impius Stroz.fil. Aufert prædo impius aprum.
Vagus Liuius, Qui vagos prædatores in agros palantes excipiant.
Nefandus Calent. Sed bella nefandi Prædonis nunquam ſuperi patiemur inulti.
Crudelis Mart.lib.2. Exclamare libet crudelis, perfide prædo.
Auidus Claud. Sic auidus prædo iam non per ſingula ſæuit.

PRAELIVM.

Horridum Verg.in Cyri, Horrida ſanguineo pinguntur prælia cocco.
Durum Idem lib.7. Sed prælia virgo Dura pati.
Sæuum Idem lib.11. Tarchontem in prælia ſæua Suſcitat.
Dirum Lucan.lib.3. Si dira paratis prælia diſcordes.
Sceleratum Idem lib.4. Famulas ſcelerata ad prælia dextras Excitat.
Triſte Syll.lib.6. Heu quantis luimus mox triſtia prælia damnis.

Impium



Impium Val.Flac.lib.5. Impia monſtriferis ſurgunt iam prælia.
Acre Gell.li.6. Prælium grande atq; acre ieciſſe aduerſus vnum ſerpentem.
Ferum Ouid.lib.5.Triſt. Nunquid Achillæos inter fera prælia vidi.
Aſperum Idem in Epiſt. Aſpera ſummota prælia plector ego.
Improbum Syll.lib.15. Improba miſcebat ſecurus prælia fati.
Fœdum Stat.lib.2. Fœda Celenæa committere prælia buxo.
Crudum Idem lib.13. Hic cruda virorum Prælia.
Infandum Val.Flac.li.3. Tu mihi nunc cæs infandaq; prælia Clio Pande virum.
Funeſtum Idem, Funeſtaq; prælia nuper Natales rapuere domus.
Spumeum Mart.Cap. Vel ationis opem quod ſpumea prælia poſcant.
Turgidum Sidon. Turgida plectendas in prælia ſuggerit iras.
Crudele Pont. Lætentur, queis bella animo, & crudelia curæ Prælia.
Violentum Idem, Ductores aciem hanc violenta in prælia raptant.
Proteruum Marull. Admirans Volucrum proterua prælia fratrum.
Anceps Liuius, Cum prædatoribus occurriſſent ancipiti prælio digreſſi.
Martium Pamph. Hic regat vt rurſus, fac Martia prælia ductor.
Efferum Idem, Effera qui Martis prælia ſemper amat.
Cruentum Anacreon, Non Martem ferreum, non cruenta prælia.
Sæuiens Crinit. Seu tela vibraui ſæuiente prælio.
Damnoſum Mich.Angl. Ocyus haud rueret damnoſa in prælia miles.
Atrox Idem, Quid atrocia dicam Prælia.
Horrens Mant. Ecce repentino ſurgunt horrentia motu Prælia.
Raucum Remacl. Clangite vocali prælia rauca tuba.
Forte Cantal. Meruit per fortia prælia laudem.
Diſcors Bap.Pius, Cui ſemper diſcordia prælia Chloris Miſcet.
Toruum Catull. Inuiſente nouo prælia torua viro.

PRAELVM.

Falernum Stat.lib.2.Syll. Et prælis non inuidet vua Falernis.
Ebrium Fauſt. Ebria ſpumabant calcatis præla racemis.
Campanum Guil.Caſt. Dulcia Campanis non quærit Maſſica prælis.
Pelignum Mart.lib.1. Non hæc Pelignis agitur vindemia prælis.
Calenum Horat. Cecubum in prælo domitam Caleno Tu bibes vuam.

PRAEMIVM.

Largum Mant. Largaq; magnanimus ſtatuet tibi præmia princeps.

PRAESEPE.

Horridulum Quint. Præſepe horridulum non procul abſuit.
Durum Iuuencus, Cui durum cunas præſepe miniſtrat.
Ligneum Remac. Fertur Deo dulces præſepia lignea cunas.
Olidum Iuuen.Sat.8. Solam hyponam, & facies olida ad præſepia picta.

PRAESIDIVM.

Salutare Apul. Deniq; agnito ſalutari præſidio.
Validum Liuius, Tum præſidium arce validum habebat.

PRAESTER.

*Præſter ſerpens, quem momordit extemplò reddit immobilem & alienum mente, mox pilis defluentibus cum pruritu ac ventris ſolutione abſumit. Mant. Et inflatis præſter qui faucibus æſtu Epuit. Lucanus, Oraq; diſtorquens auidus ſpumantia præſter. Eſt etiam ventus turbo vniuerſa comburens & proterens: Lucr.lib.6. Præſteras Graij quos ab re nominarunt. Idem. Et quaſi demiſſum cælo præſtera imitetur.*

Torridus Lucanus lib.9. Naſidiũ Marſi cultora torridus agri Percuſſit præſter.
Auidus Mich.Angl. Non auidus præſter, vacuis nec tergora cenchris.

PRAESTIGIAE.

Magicæ Lactant. Maximas virtutes cœpit operari non præſtigijs magicis.

PRAE-

## PRAETORIVM.

Altum  Mant.Pretoria ad alta frequentẽ Conuocat Italiæ pro libertate ſenatū.

## PRANDIVM.

Lautum  Pamph.Et lauta parauit prandia.
Geniale  Conr.Cras ego Phœbo geniale ponam Prandium.
Vnctum  Fauſt.Prandia ſorbentis quod fugit vncta gulæ.
Pingue  Mant.Cymbia lacte niuent, & pinguia prandia fumant.

## PRATVM.

Molle  Verg.in Buc.Hic gelidi fontes, & mollia prata Lycori.
Formoſum  Idem in Battarum, Inuideo vobis agri, formoſaq; prata.
Gemmans  Idem de 4.Temp.Ver pingit vario gemmantia prata colore.
Irriguum  Cato, Pratum ſi irriguum habebis.
Herboſum  Varro, Tunc prata ibi herboſa.
Raucoſum  Idem, Prata retorrida ac raucoſa.
Tenerum  Col.lib.2.Oportet teneris adhuc pratis immittere.
Apricum  Horat.lib.1.Epiſt.Multa mole docendus aprico parcere prato.
Floridum  Lucret.lib.1.Florida fulſerunt viridanti prata colore.
Herbans  Apul.Pratis herbantibus roſas vtique reperturas.
Viride  Ouid.lib.1.Met.Figitur in viridi (ſic fors tulit) anchora prato.
Latum  Syll.lib.8.Latis Meuania pratis.
Humidum  Mart.lib.1.Quæq; virent lachrymis humida prata meis.
Vdum  Idem, Et breue rus, vdaq; prata tenet.
Croceum  Claud.Pratis te croceis pingit, te meſſibus æſtas.
Vernicomum, à me dicitur, vt Oliua vernicoma à Martiano Capella.
Comans  Sidon.Quouſque prati comantis exuuias abſcondis.
Gemmeum  Idem, Pingit gemmea prata Syluarum.
Decens  Seneca, Non ſic vere nouo prata decentia.
Aeſtiuum  Idem, Aeſtiua noſtro prata ſubmittit gregi.
Florens  Pont.Hic ver purpureum veſtit florentia prata.
Roſidum  Idem, Nec mora, veſtiri colles, & roſida prata.
Vernans  Pont.Illam inter frondens, inter vernantia prata.
Virens  Idem, Ambroſiæq; fluunt per prata virentia riui.
Herbitum  Pont.Te Nilus miſeratur ad herbida prata gementem.
Vernum  Idem, Qualis in vernis erycina pratis.
Canorum  Idem, Sonant cantu prata canora tuo.
Amœnum  Idem, Per amœna vagantur prata.
Floreum  Marull.Tu florea prata tepentibus Zephyris coloras.
Lætum  Stroz.pat.Læta ſaginati depaſcunt prata iuuenci.
Luridum  Pamph.Sunt vbi muſcoſo lurida prata ſitu.
Rorans  Sabell.Aſpice & heſterno rorantia prata colore.
Viridans  Conr.Aut quis reddet amicum Me pratis viridantibus.
Cultum  Idem, Qua culta inundans prata rapax Lycus.
Amplum  Lud.Bigus, Quærito germanum prata per ampla meum.
Florens  Mant.Per varios frutices, & per florentia prata.
Fruticans  Idem, Fruticantia prata ſerenas.
Gramineum.Calent.Siue in gramineis pratis agitare palæſtras.
Olens  Idem, Fluminaq; & vaſtos montes, & olentia prata.
Sitiens  Fauſt.Non ita fontanum ſitientia prata liquorem Affectant.
Pingue  Idem, Saturas cui pinguia reddant prata boues.
Pubens  Bap.Pius, Rapit hæc prati pubentis honores.
Odorum  Mant.Per odora Napeæ prata & Hamadryades nemora inter frondea ludunt.





## PRECES.

Sollicitæ  Horat.lib.1.Car.Te pauper ambit ſollicita prece.
Blandæ  Idem lib.4.Quo blandæ iuuenum reuocant preces.
Doctæ  Idem li.2.Epiſt.Cœleſtes implorat aquas, docta prece blandus.
Supplices  Sueton.Poſt multas & ſupplices preces.
Molles  Ouid.lib.3.Met.Et molles adhibere preces natura repugnat.
Humiles  Claud.Inq; humiles demiſſa preces.
Sacrificæ  Seneca, Poſtq; ſacrificas preces Cædam dicatis victimas altaribus.
Mellitæ  Marul.Duraq; mollita flectere corda prece.
Benignæ  Marull.Sed quid benigne non faciunt preces.
Supplicuæ  Bapt.Pius, Supplicuæ nec abeſt humida gutta preci.
Dulces  Idem, Hic reuocat dulci fulmina miſſa prece.
Furtiuæ  Propert.lib.1.Neſcia furtiuas reddere mota preces.
Seruiles  Thom.Rad.Certè ſeruilibus precibus propitiare ſtuduit.
Caſtæ  Seneca, Nec adire caſtis precibus, aut ritu pio.

## PRIAMVS.

Laomedontiades, filius Laomedontis.Vergl.lib.8.Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.
Diues  Horat.lib.1.Carm.Ilio diues Priamus relicto.
Dardanius  Ouid.lib.3.Triſt.Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis.
Potens  Stat.lib.2.Syll.Et ſupplex Priami potentis aurum.
Pulcher  Pulcherrimū Homerus Primum inducit, adeò ut emanarit commune.

## PRIAPVS.

Helleſpontiacus.Verg.lib.4.Georg.Helleſpontiaci ſeruet tutela Priapi.
Salax  Hor.li.1.Ser.Accidit, vt quidam teſtes, caudāq; ſalacẽ demeteret ferro.
Ruber  Ouid.lib.1.Faſt.At ruber hortorum deus & tutela Priapus.
Rubicundus.Idem li.6.Faſt.Preterea referam ne tuum rubicunde Priape Dedecus.
Lampſacides.Idem lib.6.Faſt.Lampaſacos hunc ſoli ſolita eſt mactare Priapo.
Lampſacenus.Codrus, Tecum ciuem Lampſacenum, rogo, ducas.
Procerus  Pamph.Dum vaſtum femur impleat Priapo Procero, rigido, ſalace, duro.
Alacer  Calent.Virginitatem alacri ſoluenda lege Priapo.
Frugifer  Col.Et quæ frugifero ſeruitur vicina Priapo.
Verpus, ab inuerſa pelle.Catull.Verpus præpoſuit Priapus ille.
Infamis  Mant.Infamem veteres quendam finxère Priapum.
Orneus, ſeu Orneates, ab Orneis oppido iuxta Corinthū, in quo fiebant eius ſacra.

## PRINCEPS.

Purpuratus  Sidon.Facile poſt purpuratum principem principes erant.
Pellitus  Idem, Epetit in media pelliti principis aula.
Arduus  Crin.Arduos Interreceptus fulgeo principes.

## PROBITAS.

Generoſa  Apul.En, inquit, ſanctiſſimæ matris generoſa probitas.
Dulcis  Stat.lib.1.Syll.Lumine demiſſam & dulci probitate rubentem.
Ingenua  Pallad.Soran.Ingenua qui probitate viget.
Inculpata  Mant.Nec tua te probitas illa inculpata, micanſq;.
Vnicolor  Idem, Flamma vel vnicolor probitas.

## PROBRVM.

Fœdum  Plin.lib.37.Graue profecto, fœdumq; probrum erat.
Nefandum  Seneca, Probris omne Phebeum genus onerat nefandis.
Seruile  Crinitus, Probro ſeruili reſperſus eſt.
Dirum  Mant.Cepit eum mulier diris inceſere probris.
Turpe  Catull.Probra turpia perſequens.

### PROCACITAS.

Stolida  Mart.lib.2.Ludit qui ſtolida procacitate.
Lepida  Idē lib.3.Et quicquid lepida procacitate Laxat perſpicuo labella riſu.
Hilaris  Pamph.Exultant hilari procacitate.
Querula  Adr.Card.Venantes querula procacitate.

### PROCELLA.

Abrupta  Verg.lib.3.Georg.Nempe abruptis turbata procellis.
Stridens  Idem lib.1.Aen.Stridens Aquilone procella Velum aduerſa ferit.
Aeolia  Idem lib.5.Miſcuit Aeoliis nequicquam freta procellis.
Vehemens  Colum.Vehementibus procellis obnoxia eſt.
Velox  Horat.lib.3.Age,te procellæ crede veloci.
Inſana  Seneca,Fugit inſanæ ſimilis procellæ.
Vaſta  Ouid.lib.1.Triſt.Et mea cymba ſemel vaſta percuſſa procella.
Hyberna  Idem lib.3.Triſt.Effugit hybernas demiſſa antenna procellas.
Præceps  Idem lib.4.Triſt.Fert bene præcipites nauis modò facta procellas.
Aduerſa  Ouid.lib.5.Triſt.Noſtra per aduerſas agitur fortuna procellas.
Minitans  Syll.lib.1.Terra minitantem aurte procellam.
Immanis  Idem lib.3.Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella.
Rapida  Idem lib.4.Sonipes,rapidaq; volans per aperta procella.
Vndans  Syll.lib.5.Vndanti circum tempeſtas acta procella.
Sæua  Idem lib.12.Ille trucem belli matrem,ſæuasq; procellas.
Picea  Idem lib.14.Flammarum exundat torrens,piceaq; procella.
Intorta  Idem lib.17.Ecce in torta Noto,veniensq; à rupe procella.
Subita  Idem,Subitaq; procella Arſerunt maria.
Furens  Marull.Iam tum procellis debitam furentibus.
Tumida  Claud.Proſpicit & tumidæ ſubducit vela procellæ.
Ventoſa  Quint.Nauta ventoſis miſer in procellis.
Triſtis  Mart.lib.9.Diſperſa rate,triſtibus procellis.
Aquilonia  Claud.Quæq; nitent deficiente Phœbo Aquilonæ procellæ.
Gelida  Idem,Te propter gelidis Aquilo de monte procellis Obruit.
Dira  Capella,Et licet indomiti dira procella Noto.
Tumeſcens  Sidon.Nil tumeſcentes veriti procellas.
Impotens  Seneca,Nec impotens procella fortunæ mouet.
Nigrans  Pont.Turbine iactatus volucri,& nigrante procella.
Aequorea  Idem,Stat rupes,olim æquoreis pulſanda procellis.
Horriſona  Pont.Suſcitat horriſonas ſtridenti Aquilone procellas.
Immitis  Idem,Vnde iræ,immitesq; procellæ erumpunt.
Inundans  Marullus,Nunc fruſtra inundantes procellæ.
Nymbiſona  Pamph.Et cur nymbiſonas maris procellas.
Trux  Mirandula,Quis iam fracta truci conſtructa eſt cymba procella.
Rigens  Conrad.Iam mihi triſtis hyems,Boreasq; rigentibus procellis.
Terribilis  Lud.Big.Potius ob facinus nautarū exorta procella eſt Terribilis.
Vndiſona  Sedul.Qui maris vndiſonas fluctu ſurgente procellas.
Celer  Quint.Voluunt celeres curua procellæ.
Effrenis  Reuchlin.in Sergio,Nix,ignis,effrenes procellæ,& grandines.
Aegæa  Stat.in Achill.Cycladas Aegææ frangunt vbi ſaxa procellæ.
Turbida  Catul.Idq; thalle turbida rapacior procella.
Feruens  Boetius,Sæpe feruentes Aquilo procellas Verſo concitat æquore.
Horribilis  Cic.lib.1.de Diuinatione,Nunciat horribiles inſtare procellas.

### PROCERES.

Egregij  Sidon.Aſt hunc egregij proceres ad ſceptra vocari.
Magnanimi  Stroz.pat.Magnanimosq; canit proceres,& laudibus ornat.

Aurati



Aurati  Mant.Aurati pendent proceres,patrumq; corona.
Nobilis  Idem,Et ingens Nobilium cœtus procerum.

### PROCI.

Miſeri  Stroz.fil.Et miſeros verbis detinuiſſe procos.
Pallentes  Sidon.Spectet de carcere circi Pallentes Atalanta procos.
Tenelli  Cod.Miror & vnde procis tot de me Galatea tenellis præfert.
Blandi  Stroz.pat.Difficilis blandis neſcijt eſſe procis.
Teneri  Idem,In teneri gremio dum iacet illa proci.

### PROCLAMATIO.

Ampulloſa  Polit.Ampulloſis ꝓclamationibus infrendentes,inſpumātes deſæuiūt.

### PROCVSTES, Latro fuit inſignis Atticæ.

Immitis  Ouid.lib.7.Vidi & immitem Cephiſias ora Procuſtem.

### PRODITIO.

Nefanda  Lucan.lib.4.Merceſq; nefandæ Proditionis erit.
Infida  Ouid.lib.3.de Arte,Vt ſit infida proditione fides.
Clandeſtina  Sidon.Cuniculis clandeſtinæ proditionis impugnat.
Blanda  Sedul.Et gaudia blandæ Proditionis amat.
Falſa  Verg.lib.2.Aen.Quem falſa ſub proditione Pelaſgi Inſontem.

### PRODITOR.

Occultus  Claud.Falleret anguſtas occultus proditor aures.
Sceleratus  Cod.Quem tamen audaci ſceleratus proditor enſe.

### PROFVNDVM.

Vaſtum  Lucan.lib.3.Semianimes alij vaſtum ſubiere profundum.
Pronum  Lucan.lib.4.Miſſa ratis prono defertur lapſa profundo.
Indomitum  Ouid.lib.2.Triſt.Iactor in indomito brumali luce profundo.
Immenſum  Idem in Epiſt.Aſpicit immenſum moles natiua profundum.
Iactatum  Idem,At cito mutata eſt iactati forma profundi.
Latum  Syll.lib.7.Cuncta & per terras,& lati ſtagna profundi.
Fluctiſonum  Idem lib.10.Inſula fluctiſono circumuallata profundo.
Sæuum  Syll.lib.13.Quid qui ſæuo ſepelire profundo.
Procelloſum  Idem lib.14.Quæq; procelloſo Caphaledias ora profundo.
Inſanum  Ruffus Feſt.Et inſano penderet ſæpe profundo.
Algoſum  Sidon.Algoſo prope concolor profundo.
Rapidum  Pont.Cultaq; ſub rapido ſecum feret hauſta profundo.
Trux  Stroz.fil.Hæc fuge monſtra,truci neute committe profundo.
Salſum  Faud.Edita cur fertur ſalſo Cytharea profundo.
Creperum,id eſt,dubium,& incertum.Ruffus Feſtus,Quiq; latet creperi ſuccendēs ſtagna profundi.
Cæruleum  Mant.Et qui cærulei ſulcant vada naue profundi.

### PROGNE.

*Progne Pandionis Athenarum regis fuit filia, quæ ægreferens ſororem ſuam Philomelam à Tereo marito fuiſſe ſtupratam, Itym filium, quem ex eo ſuſceperat, interfecit, & eidem comedendum appoſuit, vt iam diximus in Philomela. Ouid.lib.6.Meta. Tendentemq; manus & iam ſua fata videntem, Et mater, mater clamantem, & colla petentem Enſe ferit Progne, lateri qua pectus adhæret. Idem lib.2.Eleg. Atque ſua cæſum matre queruntur Itym. Idem lib.1.de Remedio, Nec dolor armaſſet contra ſua viſcera matrem: Quæ ſocij damno ſanguinis vlta virum eſt. Sidon. Siue prandia quis refert Thyeſtæ: Diſcerptum aut puerum, cibumq; factum. Verg.in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit: Vbi Philomelam poſuit pro Progne.*

Daulias  Catull.Qualia ſub denſis ramorum concinit vmbris Daulias,&c.
Querula  Ouid.lib.2.Triſt.Hoc querulum Progenem Alcyonasq; facit.
Impia  Oui.li.3.de Ponto,Quid trepidas,& adire times,non impia Progne.
Rhodopeia  Stat.lib.5.Theb.Rhodopeia coniunx Vlta manu thalamos.

Pandionia

Pandionia Idem lib.8.Sic Pandioniæ repetunt vbi fide volucres Hoſpitia.

Getica Idem li.12. Geticæ non plura queruntur Hoſpitibus tectis trunco &c.

Sæua Idem lib.2.Syll.Hunc nec ſæua viro potuiſſet carpere Progne.

Dura Idem lib.5.Syl.Duræ queritur Philomela ſorori.

Attica Mart.lib.11.Iſmarium pellex Attica plorat Itym.

Minuriens Sidon.Prognen inter palleres minurientem.

Cruenta Pamph.Vt fles Iſmarium cruenta mater Natum.

Iſmaria Mirandula.Vt non Iſmariæ volucris,neq; triſtia mœſtæ.

Garrula Cleoph.Et gemit enectum garrula mater Itym.

Domeſtica Calent.Adfuit & flentem miſerata domeſtica Progne eſt.

Acerba Bapt.Pius,Huc vbi plorat Itym,volucris pia,mater acerba.

Cecropis Bapt.Pius,Multa dolet raptum Cecropis ales Itym.

## PROLVVIES.

Fœda Mant.Proluuie fœda thalamos,cęnacula,menſas Infeſtare ſolent.

## *PROMETHEVS.*

*Prometheus Deucalionis pater, & Iapeti filius, poſt factos hoĩes, auxilio Mineruæ aſcẽdit in cælum, & ignem ferula de rota ſolis ſurripuit, quem hominibus indicauit. Quapropter irati dij febres & morbos terris immiſerunt, Prometheum autem per Mercurium Caucaſo alligauerunt, adhibita aquila, quæ cor eius aſſiduè depaſceret. Verg.in Buc. Caucaſeasq; refert volucres, furtumq; Promethei. Horatius lib.2.Carm. Audax Iapeti genus* Ignem *fraude mala gentibus intulit.* Poſt *ignem æthereà domo Subductum, macies nox noua frebrium Terris incubuit cohors. Claud. Aethereis miſcens terrena Prometheus Synceram patri mentem furatus Olympo. Idem, Namq; ferunt geminos vno de ſemine fratres, Iapetionidas generis primordia noſtri Diſſimili finxiſſe manu quoſcunque Prometheus Excoluit, mulsumq; innexuit æthere limo. Mant.* Igne *Prometheus* Humanum *madido formans in puluere corpus contigit & venas vitalibus imbuit auris. Idem, Me mouet & ſacros ignes furari et auſus: Atque putres audens glebas animare Prometheus. Sabell.* Primus *dira luens æternum furta Prometheus. Mart.lib.1. Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus, Aſſiduam nimio gutture pauit auem. Propert.lib.2. Idem, Caucaſea ſoluet de rupe Promethei Brachia, & à medio pectore pellet auem.*

Callidus Horat.lib.2.Carm.Callidum Promethea reuixit auro captus.

Igniger Gell. Id quoq; aĩaduertimus, apud Aeſchylũ in ignigero Prometheo.

Satus Iapeto. Oui.li.1.Met.Quam ſatus Iapeto mixtam fluuialibus vndis Finxit.

Dirus Stat.lib.11.O furor, ò homines, diriq; Prometheos artes.

Miſer Mart.lib.11.Hic miſerum Scythica ſub rupe Promethea rodat.

Iapetionides Codrus Iapetionides hoc vulnere turbidus.

Vigil Augurell.O vigil ſemper nimium Prometheum.

Infelix Claud.Hic volucrẽ viuo ſub pectore paſcit Infelix, Scythica fixus conualle Prometheus.

Conſultus Pôt. Tuq; ò cõſulte Promet. Qui tenuẽ liquidis ignẽ furatus ab aſtris.

## *PROPERTIVS.*

*Sextus Aurelius* Propertius *ex Meuania oppido Vmbriæ oriundus: quum patrem puer amiſiſſet, Romam ſe contulit, vbi propter ingenium ſtatim amatus eſt à Cor. Gallo Mecœnate. Magnam in elegiis laudem promeruit quarum quatuor libros edidit.* Hoſtiam *puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthiam appellauit. In ſuis operibus ſecutus eſt Callimachum &* Philetam *Græcos. Mortuus eſt anno ætatis ſuæ* 41.

Blandus Ouid.lib.2.Triſt.Inueniens eadem blandi præcepta properti.

Tener Ouid.lib.3.de Arte,Et teneri poſſis carmen legiſſe properti.

Laſciuus Mart.lib.8.Cynthia te vatem fecit laſciue Properti.

Facundus Idem lib.14.Cynthia,facundi carmen iuuenile Properti.

Amabilis Quint.Cant autem verſus & amabilis orſa Properti.

Callimachus Romanus.Idem,Romaniq; aderit pagina Callimachi.

Vmber Propert.lib.2.Proxima ſuppoſito contingens Vmbria campo.

PRO-



## PROPHETAE.

Sacri Auſon.Tu mites legum monitus,ſacroſq; prophetas.

Veridici Idem,Veridicis ætas prædicta prophetis.

Vaticinantes. Lactan.Prophetis vaticinantibus diſcimus.

Pharij,id eſt Aegyptij.Sabell.Nunc verò Aſſyrijs nunc ipſa prophetis.

Sancti Iuuenc.Quam voces veterum, & ſancti cecinere prophetæ.

Fatidici Idem,Fatidicis longè præponitur ille prophetis.

Iuſti Idem,Nam multi veterum iuſti,ſanctiq; prophetæ.

Hebraici Theod.Cyr.Cur nec Hebraicis pphetis,nec Apoſtolis aures inclinatis.

## PROPONTIS.

Lata Mant.Euxinum pelagus veſtrum eſt,& lata Propontis.

Alta Claud.Quorumq; profundam Ingluuiem non alta Propontis, Non freta longinquis Mæotida piſcibus implet.

Longa Ouid.lib.4.de Ponto,Miſit in has ſi quos longa Propontis aquas.

## PROPOSITVM.

Tenax Pont.Duraq; paupertas,propoſitumq; tenax.

## PROPVGNACVLVM.

Arduum Mant.Ardua congeſtis ad propugnacula ſaxis,Arma parant.

## PRORA.

Aerata Verg.lib.9.Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.

Curua Ouid.lib.1.Triſt.Monte nec inferior proræ,puppiq; recuruæ.

Citata Syll.lib.15.Ligurumq; citatis Tranſmittunt proris.

Acuta Iuuen.Sat.5.Canna Micipſarum prora ſubuexit acuta.

## *PROSERPINA.*

*Proſerpina filia fuit* Iouis, *& Cereris, quã* Pluto *in vxorẽ rapuit in Sicilia, vbi cũ mr̃e ſpaciabatur. Ouid. Raptor agit currus, & nõie quẽq; vocando Exhortatur equos. Põtanus, Hinc et Graij vates, Aetneia furta, Et raptus Siculæ toties flevere puellæ. Vocat a Græcis* Perſephone.

Inferna Verg.lib.6.Aen.Iunoni infernæ dictus ſacer.

Ennæa,ab Enna vrbe Siciliæ.Lucan.lib.6 Quæ te contineant Ennæa dapes.

Sæua Horat.lib 1.Carm.Nullum ſæua caput Proſerpina fugit.

Furua Idem lib.2.Quàm penè furuæ regna Proſerpinæ.

Horrenda Apul.Seu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina.

Stygia Stat.lib.4.Theb.Stygiæq; ſeueros Iunonis thalamos.

Phlegethontis,à me dicitur,vt ab Ouidio Lympha,dum ait,Sparſumq; caput Phlegethontide lympha.

Regina herebi.Idem,Ingemuit regina Herebi.

Auerna Idem lib.14.Fulgentem ramum ſylua Iunonis Auernæ.

Sicula Seneca,Vidiſti Siculæ regna Proſerpinæ.

Triformis,a triplici ptãte.Syll.li.1.Tum nigra triformi Hoſtia mactatur diuæ.

Aetnæa Idem lib.7.Quum fugeret thalamos Aetnæa virgine rapta.

Profunda Stat.lib.4.Theb.Minor ara profundæ Erigitur Cereri.

Infera Idem lib.2.Syl.Iam complexa manum,crinem tenet Infera Iuno.

Gemina Val.Flac.lib.1.Tergeminam tum placat heram.

Noctis hera Idem lib.7.Noctis heram Ditemq; ciens.

Ferox Claud.Quo ducta ferox Proſerpina raptu.

Plutonia Pont.Vt ſpolia effigiemq; videt Plutonia coniunx.

Inuida Idem,Inuidit mihi te nigri Iouis inuida coniunx.

Perſephonæa Codrus,Elyſios habeat Perſephonęa ſuos.

Tartarea Pamph.Pomaq; Tartareæ quæ nocuere deæ.

Phlegethontæa.Idem,Ad Phlegenthontææ limina cæca deæ.

Imperioſa Conrad.Imperioſa trahit Proſerpina ſub ſuum cubile.

Torua Petrarcha,Torua latus ſeruat coniunx.

Trinacria

Trinacria Barth. Ante omnes carpebat iter Trinacria Iuno.
Deois Ouid.lib.6.Met.Mnemoſynen paſtor deoida ſerpens.

PROSPERITAS.

Auguſta Th.Rad.Proſperitatis auguſtæ, tranquillitatis amenæ.
Secunda Mant.Quot capitur deluſa modis, quum læta ſecunda Proſperitas.

*PROTEVS.*

*Proteus, filius Oceani & Tethytos, quem poetæ vatẽ faciũt, finguntq́ captũ amore Pomonæ, in omnigenã ſpeciẽ ſeſe variaſſe. Hinc a Latinis Vertumnus dr̃, a verſo, m: tatoq́ curſu fluminis Tyberini. Proper.li.4. Vertumnus verſo dicor ab amne Deus. Et Ouid. Nomen ab auerſo ceperat amne Deus. Cui olim dicabantur fructuũ primitiæ. Idem Proper. Prima mihi variat liuentib. vna racemis, Et coma lactenti ſpicea fruge tumet. Ouid.lib. 1. Faſt. de eodem ſic inquit, Ille ſuam faciem transformat, & alterat arte, Mox domitus vinclis in ſua mẽbra redit. Idem li. 1. de Arte, Vtq́ leues Proteus mõ ſe tenuabat in vndas, Nunc leo, nunc arbor, nunc erat hirtus aper.*

Cæruleus Verg. lib. 4. Georg. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Proteus.
Aequoreus Ouid.lib.1.Faſt. Alligat æquorei brachia capta ſenis.
Carpathius Idem lib.11. Donec Carpathius medio de gurgite vates.
Ambiguus Idem lib.2.Met. Proteaq; ambiguum, balenarumq; præmentem.
Vdus Pont. Cæruleus longe Nereus videt, aduocat vdum Protea.
Marinus Mich. Angl. Sicut de vate marino, Carpathijs qui regnat aquis.
Famoſus Mant. Quæ tenuit varia famoſus imagine Proteus.
Sceleratus Horat. Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Proteus.
Mutans vultus. Idem, Quo teneam vultus mutantem Protea nodo.
Vates Ouid.lib.11. Donec Carpathius medio de gurgite vates.
Mirabilis Mant. Qualis in vmbroſo Proteus mirabilis antro.

*PROTESILAVS.*

*Fuit vnus ex principibus Græciæ, qui quamuis audiuiſſet à vatibus, ſe primum omnium in bello Troiano periturum, ſi eo proficiſceretur, contemptis nihilominus vaticinijs, iuit cum cæteris ducibus, ibiq́ interfectus eſt à Dardano quodam. quod etiam indicat ratio nominis. Nã Proteſilaus ſignificat id, quod primus mortuus.*

Hæmonius Ouid. in epiſt. Hæmonis Hæmonio Laodamia viro.
Phylacides Idem lib.2. Eleg. Triſtia Phylacidæ Therſites funera vidit.

PROVENTVS.

Lucroſus Apul. Lucroſum proſperumq́; prouentum nunciauit.

PROVINCIA.

Dura Polit. Prouinciam duram & inexplicabilem ſuſceperis.

PRVDENTIA.

Perſpicax Capella, Perſpicacis prudentiæ commendabat ingenium.
Solers Marull. Ingenium, ſolerſq́; animi prudentia rerum.
Vigil Codrus, Præterea vigil eſt huius prudentia multum.
Matura Stroz.pat. Te matura ſenem prudentia reddidit.
Simplex Mant. Candida virginitas, ſimplex prudentia.
Vigilans Idem, Vigilans prudentia ſurgit ab vſu Multiplici.
Circumſpecta. Idem, Circumſpecta graues ſequitur prudentia canos.

PRVINA.

Cana Verg.lib.2.Georg. Frigora nec tantum, cana concreta pruina.
Riphæa Idem lib.4.Georg. Aruaq́; Riphæis nunquàm viduata pruinis.
Concreta Idem in Roſa, Vidi concretas per gramina flexa pruinas.
Gelida Idem lib.4.Georg. Id venti curant, gelidæq́; pruinæ.
Hyberna Idem de 4.Temp. Mox humus hybernis albeſcit operta pruinis.
Arctoa Mant. Frigora & arctoæ ſoluuntur ſole pruinæ.
Nocturna Colum.lib.1. Nulla alia vis poteſt nocturnas pruinas ſiccare.





Rigida Lucret.lib.2. Hinc flammis, illinc rigidis inſenſa pruinis.
Acris Idem lib.3. Neq; nix acri concreta pruina.
Matutina Pont. Sunt tantum metuenda, aut matutina pruina.
Rorata Ouid.lib.3.Faſt. Mollis erat tellus, rorataq; mane pruina.
Roſida Idem lib.5.Faſt. Roſida quum primum folijs excuſſa pruina eſt.
Vitrea Idem in Epiſt. Tps erat, vitrea quum primum terra pruina ſpargitur.
Scythica Marul. Modo artus Scythicis pars pruinis.
Albicans Plin.lib.2. Maligna ac pruina tantum albicans.
Canens Syll.lib.3. Atq; ima pruinæ Canentis.
Stricta Idem lib.4. Canus apex ſtricta ſurgebat ad aſtra pruina.
Algens Stat.lib.3.Theb. Ortus & algentes laxauit ſole pruinas.
Odryſia Mart.lib.10. Quicunq; Odryſias bibunt pruinas.
Triſtis Val.Flac.lib.2. Inſediſſe domos, triſteſq́; habitaſſe pruinas.
Sæua Idem lib.4. Sæuis retegens ambuſta pruinis.
Caucaſea Claud. Caucaſeas captiua bibunt armenta pruinas.
Candens Idem, Hunc neq; candentes audent veſtire pruinæ.
Hyberborea Idem, Fecit hyperboreis Dolos prælata pruinis.
Alpina Idem, Alpinaſq́; bibunt de more pruinas.
Niualis Mart.Cap. Pruiniſq́; niualibus conſpicat.
Niuea Pont. Candida, nec niueis ceſſura liguſtra pruinis.
Ignaua Marul. Ignauaq́; pruina pigros exhortatur equos.
Sarmatica Conrad. Premuntur Culmina Sarmaticis pruinis.
Sythonia Idem, Quàm vel Sythonias graues pruinas.
Candida Idem, Pruinis ſtringens pectora candidis.
Rigua Pacificus, Et riguæ fugiebant ſole pruinæ.
Denſata Quint. Non tibi denſatis poſſunt obſtare pruinis.
Brumalis Mant. Siccaq́; brumales vrebant arua pruinæ.
Borealis Idem, Quàm brumale gelu, Borealibus arua pruinis.
Vrens Idem, Et frigent vrentibus arua pruinis.
Glacialis Idem, Omne decus, glacialibus vſta pruinis.
Caledonia, id eſt, Britannica. Claud. Ille Caledonijs poſuit qui caſtra pruinis.
Getica Idem, Candeſcat Geticis Meroe conuerſa pruinis.

PRVNA.

Calida Pont. Calidiſq́; aſſent & viſcera prunis.
Calens Conrad. Prunæ calentis olla dum ſtetit foco.
Ardens Lud. Bigus, Ardentes vertice prunas pertulit.
Torrens Mant. Audeat vnus inops, prunis torrentibus ardens.
Flagrans Idem, Addite flagrantes prunas.

PRVNA fructus.

Cærea Verg. Sunt autumnali cærea pruna die.
Damaſcena Colum. Armenijſq́; & cæreolis, pruniſq́; Damaſci.
Liuentia Ouid.lib.13. Prunaq; non ſolum nigro liuentia ſucco.
Syluestria Plin. lib.15. Sed pruna ſylueſtria vbiq; naſci certum eſt.
Cana Mart.lib.7. Paruaq́; cum canis venerunt coctana prunis.
Rugoſa Idem lib.13. Pruna peregrinæ carie rugoſa ſenectæ.
Dulcia Pamph. Non ſtarent ramis dulcia pruna ſuis.
Autumnalia Propert.lib 4 Hic dulces ceraſos, hic autumnalia pruna.

PRVRIGO.

Obſcœna Mart.lib.1. Pœnitet obſcœnæ pruriginis.
Vrens Auſon. Fœminaq́; vrenti Veneris prurigine.
Impatiens Iuuen.Sat.6 Tum prurigo moræ impatiens, tum fœmina ſimplex.
Subans Polit. Anum ſubanti perditam prurigine.

Dulcis Tho.Rad.Dulci prurigine corpus æſtuabat.
Subſcalpens Cap.Pruritu ſubſcalpente circa ima corporis appoſuerat voluptatem.
Mordax Mant.Improba mordaci ſerpens prurigine lepra.

### P S A L M V S.

Dulciſonus Quint.Pſalmis dulciſonis vndiq; ciuitas.

### P S A L T E R I V M.

Argutum Verg.in Cyri,Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda.

### P S Y L L I.

*Pſylli,populi ſunt Africæ,quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale ſerpentibus,ex cuius odore ſopirent eos. Plutarchus ſcribit, Catonem per deſerta Libyes iter facientem, Pſyllos ſecum duxiſſe,qui morſibus ſerpentum mederentur,partim ore trahentes venenum,partim ſerpentes ipſos cantibus mitigantes. Auguſtus Cæſar ubi intellexit Cleopatram( quam ſeruatam triumpho magnopere cupiebat ) aſpidis morſu periiſſe, Pſyllos admouit, qui venenum ac virus exugerent, autore Tranquillo. De his populis Lucanus ſic inquit, Gens vnica terras Incolit à ſæuo ſerpentum innoxia morſu, Marmaridæ Pſylli,par lingua potētibus herbis. Mantuanus, Libyæq; per agros. Qua ſteriles verſant nigri Garamantes arenas, Non metuunt Pſylli colubros,non ſæua ne parum Spicula,non hydri morſum,non aſpidis horrent.*

Pœni Cinna apud Gell.lib.9 Somniculoſam vt Pœnus aſpidem Pſyllus.

### P S Y T A C V S.

*Pſytacos humanæ vocis imitatores habet India, virides ſunt toto corpore, torque tantum miniato in ceruice. Quæ accipiunt,verba pronunciant. Salutant Imperatores. In vino laſciui ſunt. Duriciem eandem habent in capite,quam & in roſtro. Quum loqui diſcunt, ferreo verberantur radio, aliter non ſentiunt ictus. Quum deuolant, roſtro ſe excipiunt, cui innituntur. Amici ſunt turturibus.*

Viridis Stat.lib.2.Syll.Pſytacus ille plagæ viridis regnator Eoæ.
Canorus Idem, At nunc æterna ſilentia Lethes ille canorus habet.
Dux volucrum. Idem,Pſytace dux volucrum,domini facunda voluptas.
Ales Ouid.lib.2.Eleg. Alitis in raræ miſerum diuertite funus.
Loquax Idem,Occidit illa loquax humanæ vocis imago Pſytacus.
Garrulus Idem,Garrulus & placidæ pacis amator eras.

### P T O L E M A E V S, rex fuit Aegypti.

Niliacus Lucan.lib.8. Aetas Niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt.
Pharius,à Pharo inſula Aegypti. Idem, Phario ſatis eſſe tyranno quod poterat.
Pellæus Idem, Pellæusq; puer gladio tibi colla reſcidit.
Phrygius Idem lib.9. Teſtatur Libyæ Phrygio placuiſſe magiſtro.

### P V D I C I T I A.

Virens Mant.Semperq; virentis Flore pudicitiæ.
Ingenua Calent.Per ingenuæ ſigna pudicitiæ.
Sancta Pamph.Iſta pudicitiæ vates lux vnica ſanctæ.
Intacta Idem,Caſta nec intacta dona pudicitiæ.
Caſta Idem, Approbat & caſtam caſta pudicitiam.
Inuiolata Ouid.ad Liuiam,Quumq; pudicitia tantum inuiolata bonorum.

### P V D O R.

Timidus Lucan.lib.2.Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem.
Tacitus Ouid.lib.6.Met.Tacito tantummodo victa pudore.
Tener Idem in Epiſt.Stat nece matura tenerum penſare pudorem.
Purpureus Idem lib.4.Triſt.Purpureus molli fiat in ore pudor.
Caſtus Idem lib.1.de Arte, Ille locus caſti damna pudoris habet.
Rudis Stat in Achil.Exoluitq; rudem genitrix digreſſa pudorem.
Humidulus Muſæus,Humidulum à facie ſtillans rubicunda pudorem.
Verecundus Ouid.lib.2.de Arte,Plena verecundi culpa pudoris erat.
Ingenuus Marul.Et vetat ingenuus verba inhoneſta pudor.





Virgineus Stat.lib.12.Olim hic virginei cuſtos, monitorq; pudoris.
Stolatus Mart lib.1.Et ſtolatum permittit meretricibus pudorem.
Sollicitus Idem lib.11.Nemo eſt tam teneri,tam ſollicitiq; pudoris.
Triſtis Val.Flac.lib.2.Illa tremens,triſtiq; oculos deiecta pudore.
Aeger Idem lib.7.Deijcit hinc vultus æger pudor.
Ambroſius Mart Cap.Cœperat ambroſium promens aurora pudorem.
Conſcius Pont.Criminis eſt taciti conſcius ipſe pudor.
Sanctus Codrus,Relligio,ſanctusq; pudor,legesq; ſacratæ.
Pallidus Quint.Vt hæc profatus,pallidus ſtatim pudor.
Impollutus Mant.Impollutiq; pudoris immortalis amor.
Turpis Fauſt.Non niſi damna ferunt turpi commixta pudore.
Rubeſcens Idem,Nullaq; rubeſcens ſimplicitate pudor.
Niueus Architr.Et mihi dilecta niuei ſignata pudoris Claue.
Pulcher Claud.Pulcherq; ſeuero Armatur terrore pudor.
Innocuus Mant.Nam magis innocuo ſi ſit coniuncta pudori.
Roſeus Polit.Roſeo cum dulce pudore pingit lacteolas purpura grata genas.
Honeſtus Cic.lib.1.de Inuent.Modeſtia per quam pudor honeſtus claram & ſtabilem comparat autoritatem.

### P V E L L A.

Pauida Verg.in Cyri,Quem pauidæ alternis fugitant,optantq; puellæ.
Tenera Marul.Moris erat ſceptris teneras arcere puellas.
Candida Horat.Sed alius ardor aut puellæ candidæ.
Mendax Idem,Hic ego mendacem ſtultiſſimus vſq; puellam.
Hilaris Ouid.lib.3.Triſt.Iam violas puerịq; legunt,hilareſq; puellæ.
Trepida Idem in Epiſt.Mirantur,iuſtiq; ſenes,trepidæq; puellæ.
Placida Idem ibidem,Per gladios alij placidas rapuère puellas.
Compta Idem lib.1.Eleg. Aut puer,aut longa compta puella coma.
Verecunda Idem ibidem,Forma verecundæ nocuit mihi viſa puellæ.
Timida Idem,Nonne ſatis fuerat timidæ inclamaſſe puellæ.
Bella Idem,Hos petit in ſocio bella puella viro.
Blanda Idem lib.1.Eleg.Quod voluit fieri blanda puella facit.
Ingenua Idem lib.3.Eleg.Non tamen ingenuam ius eſt ſeruare puellam.
Laſciua Idem lib.1.de Arte.Cætera laſciuæ faciant concede puellæ.
Facilis Idem,Quo magis ò faciles imitantibus eſte puellæ.
Culta Idem lib.3.de Arte,Si bene te noſti, cultas ne læde puellas.
Scelerata Idem lib 1.de Remed.Sæpe refer tecum ſceleratæ facta puellæ.
Lacteola Pont.Inter lacteolas ſimul puellas.
Leuis Calph Credere paſtores leuibus nolite puellis.
Periura Calent.Deſine periuram vates celebrare puellam.
Formoſa Auſon.Et tu formoſæ iuuenis permixte puellæ.
Fallax Pamph.Fallaces quoniam ſequeris ſcelerate puellas.
Pruriens Mart.lib.5.Puellæ Vibrabunt ſine fine prurientes.
Pulchra Idem lib.6.Sed puer,aut longis pulchra puella comis.
Mollis Idem lib.9.Illa quibus iuuenes figis,molleſq; puellas.
Luculenta Mar.Cap.Puellæ vultu decoreq; parili,ac vetuſtate luculentæ.
Roſea Pont.Hoc agite,ò mecum roſeæ ſua ſerta puellæ.
Scrupoſa Capell.Quippe eſt ſcrupoſis fateor laſſata puellis.
Dia Pont.In thalamum veheret dia puella ſuum.
Imbellis Idem,Quam ſacer Aonidum chorus,imbelleſq; puellæ.
Vinula Idem,Non hæc ſine vinula puella abiret mihi nox.
Lactea Idem,Tibi lacteæ puellæ Prætendunt teneros ſinus.
Dulcicula Idem,Septē nā Venerē volunt puellæ Molles,dulciculæ,leues,tenellæ.

Decora Idem, Puellas gremio fouent decoras.
Spernax Pont. Vre ſpernaces iuuenum puellas.
Cupida Marull. Quod dono cupidæ datum puellæ.
Nitida Idem, Nunc vultus nitidæ meæ puellæ.
Perfida Idem, Vale puella perfida, Olim Marulli ocellule.
Simplex Stroz. pat. Simplicibus quod ſi iuuat alluſiſſe puellis.
Niuea Pamph. Nuper quũ niueę ferũ puellæ Cor vellet magica ferire tabe.
Fucata Idem, Tangere fucatas ſi te iuuat ore puellas.
Proterua Conr. Noſtram caueas puellam Vultibus cœli facias proteruam.
Amabilis Idem, Inter puellas fulget amabiles.
Multiuola Augur. Pondus nulla tamen diu puella Habet multiuola & maligna, & audax.
Fragilis Mant. Audeat & fragiles in nos armare puellas.
Nubilis Mant. Prælata puellis Nubilibus.
Pathica Calent. Pendeant ante fores pathicis ſpectanda puellis.
Viridis Bap. Pius, Dulcis humus, viridi nimium dilecta puellæ.
Sæua Tibull. lib. 1. Et fugit ex ipſo ſæua puella thoro.
Florida Catull. Floridam ipſe puellulam matris à gremio ſuæ dedis.
Pura Idem, Sed nunc iam doleo, quod puræ pura puellæ Suauia.
Auida Proper. lib. 3. Quæritis, vnde auidis nox ſit precioſa puellis.

P V E R I.

Puſilli Cato, Item pueros puſillos ſi laues eo lotio.
Molles Horat. in Epod. Mollibus in pueris aut in puellis vrere.
Laſciui Idem lib. 1. Serm. Vellunt tibi barbam Laſciui pueri.
Impuberes Gell. lib. 4. Pueros impuberes compertum eſt, ſi nimio cibo vterentur, hebetiores fieri.
Venuſti Apul. Ad diſcrimen vocabo capitis tã venuſtum & pulchrum puellum.
Impubes Ouid. lib. 2. Faſt. Nam puer impubes & adhuc non vtilis armis.
Leues Stat. lib. 3. Syll. Nonne leues pueros, non te Cytheræa pudebat.
Teneri Augurell. Amabit ergo tutius tener puer.
Rudes Manil. Vt rudibus pueris monſtratur litera primum.
Melliti Idem, Mellitis quoties oſcula dat pueris.
Memores Auſon. Et ſatis eſt puero memori legiſſe lubenter.
Blandi Pont. Ne vagi, ne glande puer, ne paruule vagi.
Inſcioli Idem, Inſtituit puerum neſcius inſciolum.
Calamiſtrati Tho. Rad. Pueri calamiſtrati, mundule induti.
Decori Pamph. Ore formoſo puerum decorum.
Proterui Idem, Et quæ dant matres pueris melimela proteruis.
Imberbes Quint. Pueri imberbes, vultuq; puellæ Sidereo.
Imbelles Mant. Pueris imbellibus vltrò Cedimus.
Intonſi Val. Var. Caſtæ ludite virgines, intonſi & pueri ſimul.
Celeres Tibul. lib. 1. Quum celer aſſueta verſat ab arte puer.
Garruli Ioan. Pinus Toloſ. Garrulus, & tota mœret in vrbe puer.
Fatui Theod. Cyr. Quaſi ſcilicet ne fatui pueri terreantur.

P V E R P E R I V M.

Crudum Stat. lib. 4. Theb. Cruda puerperia ac populos vmbroſa creauit.

P V G N A.

Anceps Verg. in Cyri, Et ancipites ſuaderent tollere pugnas.
Iniqua Idem lib. 10. Vrgetur pugna congreſſus iniqua.
Triſtis Idem lib. 11. Triſtis vbi infauſto committitur omine pugna.
Gladiatoria Gell. lib. 6. Similia eſſe pugnæ gladiatoriæ.
Acris Syll. lib. 5. Sta miles, & acres Diſce ex me pugnas.

Ferox



Ferox Idem ibid. Pugnæ ferocis Gaudebat triſtis victor nouitate, Sichæus.
Aſpera Idem lib. 7. Aſpera pugna nouas varia ſub imagine lethi Dat formas.
Miſera Val. Flac. lib. 3. Flectere fata ratus, miſeraſq; abrumpere pugnas.
Dura Idem, Fida miniſteria, & duras obit horrida pugnas.
Sæua Idem lib. 4. Sæuæq; hoc littore pugnæ.
Fortis Idem lib. 4. Omnibus idem animus forti decernere pugna.
Cæca Idem lib. 5. Cæca ſed cuncta impellere pugna.
Ardens Idem lib. 6. Ardenteſq; viri percurrere pugnas.
Infauſta Seneca, Infauſtas age dimitte pugnas.
Minax Pont. Ac torua fronte minaces Prætentant pugnas.
Cruenta Codr. Nunc reliquum Iliaci Martis, pugnæq; cruentæ Aggredimur.
Trux Stroz. fil. Admirata trucem per longa vmbracula pugnam.
Atrox Liuius, Pugna atrox ad ſyluam malitioſam fuit.
Funeſta Idem, Funeſtam pugnam morte conſulis feceris.
Horribilis Bapt. Egnat. Horribilemq; ferus Mauors ciet vndiq; pugnam.
Sanguinea Quint. Sanguineæq; canit ſpirantia vulnera pugnæ.
Acerba Barth. Sedibus Arctois in pugnam miſit acerbam.
Terribilis Remacl. Inquirit pugnæ ſeriem, ditiſq; ſepulti Terribilem pugnam.
Calens Claud. Pugnaſq; calentes Deſerit.
Sanguinaria Celſus, Hos verò interdum ad ſanguinarias pugnas retrudi ſolitos.
Feruens Mant. Martia feruentes accendunt claſſica pugnas.
Flagrans Idem, Flagrantes referat pugnas.
Crudelis Idem, Sine me crudelem auertere pugnam.

P V L C H R I T V D O.

Labilis Tho. Rad. Labilis & vana corporis pulchritudo.
Eximia Front. Alexandrum Macedonem traditum eſt eximiæ pulchritudinis virginem.

P V L E X.

Paruulus Colum. Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat.
Infeſtus Calent. Neu pulice infeſto ſomni violentur amatæ.
Moleſtus Mart. Defendit manus hæc ſcapulas, mordente moleſto Pulice.

P V L L I.

Implumes Horat. in Epod. Vt aſſidens impluminibus pullis auis.
Plumantes Gell. lib. 2. Pullis iamiam plumantibus.
Inuolucres Idem, Frumentis flaueſcentibus pulli etiam inuolucres erant.
Trepiduli Idem, Pulli trepiduli circumſtrepere.
Tremuli Iuuen. Sat. 6. Cui totam tremuli frontem Cæſonia pulli Infudit.

P V L M E N T V M.

Mellitum Apul. Quàm mellitum pulmentum apparas.
Vnctiuſculum. Plaut. in Pſeud. Ipſe ego pulmento vtor magis vnctiuſculo.
Veſcum Adr. Card. Pulmentaria veſca, quæ palatũ irritare ſaporib. putentur.

P V L M O.

Mollis Ouid. lib. 1. de Ponto, Cernit vt è molli ſanguis pulmone remiſſus.
Sanguineus Seneca, In parte dextra pulmo ſanguineus iacet.
Tumidus Idem, Tumidi iecur pulmonis fibras diſtendit.

P V L S V S.

Canorus Claud. Colleſq; canoris Pulſibus impulſi.

P V L T E S.

Madidæ Polit. Eruit & bulbum, aut madida ſe pulte ſaginat.
Candidæ Adrian. Liba adorea, candidæq; pultes.

P V L V I L L V S.

Sericus Mart. lib. 3. Effultus oſtro, ſericiſq; puluillis.

Oo 3 Tumens

| | |
|---|---|
| Tumens | Apul.Puluillis compluribus ventoſe tumentibus. |
| Mollis | Plin.lib.36.Molli puluino ſuper capita columnarum. |

## P V L V I N A R.

| | |
|---|---|
| Leue | Pacificus,Puluinar ſuppoſuitq; leue. |
| Amœnum | Petrarcha,Ex leuibus calamis puluinar ſtrauit amœnum. |
| Molle | Calent.Tunc ego molle peto ferri puluinar. |
| Auratum | Fauſt.Auratum puluinar erat,cultuque ſuperbo. |
| Geniale | Catull.Puluinar verò diuæ geniale locatur. |

## P V L V I S.

| | |
|---|---|
| Exiguus | Verg.lib.4.Georg.Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent. |
| Aeſtiuus | Idem in Coppa,Quid iuuat æſtiuo defeſſum puluere abeſſe. |
| Niger | Idem lib.9.Hi ſubitam nigro glomerari puluere nubem. |
| Cæcus | Idem lib.12.Quum cæco puluere campus Miſcetur. |
| Immundus | Idem,Canitiem immundo perfuſam puluere turpans. |
| Putris | Lucan.lib.3.Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes. |
| Glomeratus | Idem lib.6.Cæſaris vt miles glomerato puluere victus. |
| Siccus | Idem lib.9.Inuiolatus aqua ſicci iam pulueris agger. |
| Tenuis | Pallad.Rut.In tenuiſſimum puluerem cribro excutiente deducis. |
| Ater | Syll.lib.10 Puluere canities atro,arentiq; cruore. |
| Turpis | Ouid.lib.1.Triſt.Vtq; reſurrexit fœdatis puluere turpi Crinibus. |
| Leuis | Idem in Epiſt.Et leuis egregio pulueris in ore decet. |
| Obſcurus | Stat.lib.2.Syll.Qua obſcuro permixti puluere ſoles. |
| Coctus | Stat.lib.4.Syll.Cocto puluere,ſordidoq; topho. |
| Ruralis | Capell.Pauimentum rurali reſperſura puluere. |
| Glebaticus | Thom.Rad.Agrorum glebaticos pulueres viſerem. |
| Pertenuis | Iuuenc.Aſt vbi pertenui volantur puluere ſaxa. |
| Luteus | Mich.Angl.Quos ego produxi,luteoq; è puluere felix. |
| Sitiens | Mant.Pignora connixæ ſitienti in puluere matres. |
| Opacus | Val.Varan.Atra polum nubes inuoluit opaco puluere. |
| Bibulus | Mant.Quum glomerat bibulo lentos in puluere greſſus. |

## P V M E X.

| | |
|---|---|
| Cauus | Verg.lib.4.Georg.Pumicibusq; cauis,exeſæq; arboris antro. |
| Læuis | Idem in Aetna,Amiſſis opibus leuis ſine pondere pumex. |
| Latebroſus | Idem lib.5.Aen.Cui domus & dulces latebroſo in pumice nidi. |
| Multicauus | Ouid.lib.8.Met.Pumice multicauo,nec læuibus atria pomis. |
| Exeſus | Idem lib.4.Faſt.Eſt ſpecus exeſi ſtructura pumicis inſtar. |
| Fragilis | Ouid lib.1.Triſt.Nec fragili geminæ poliantur pumice frontes. |
| Muſcoſus | Plin.lib.12.Corona muſcoſos complexa pumices extat. |
| Aridus | Catul.Arido modo pumice expolitum. |
| Scaber | Sidon.Scabris cauernatim ructata pumicibus aqua. |
| Muſcidus | Idem,Per roſidas,& muſcidos pumices ſtylum traxi. |
| Aſper | Idem,Aſper ab aſſiduo lympharum verbere pumex. |
| Cauernoſus | Mant.Inde cauernoſus generatur in æquore pumex. |
| Catinenſis | Iuuen.Sat.8.Si teneram attritus Catinenſi pumice lumbum. |

## P V P P I S.

| | |
|---|---|
| Patula | Verg.lib.3.Georg.Puppibus illa prius patulis,nunc hoſpita plauſtris. |
| Aerea | Idem lib.5.Vaſtis tremit ictibus ærea puppis. |
| Picta | Idem,Tranſtra per & remos,pictas & abiete puppes. |
| Curua | Idem lib.6.Et littora Curuæ Prætexunt puppes. |
| Cærulea | Idem ibidem,Cæruleam aduertit puppim,ripęq; propinquat. |
| Turrita | Idem lib.8.Tanta molle viri turritis puppibus inſtant. |
| Caua | Lucan.lib.2.Soluuntq; cauas à littore puppes. |

Adunca



| | |
|---|---|
| Adunca | Ouid.lib.1.Met.Et puppi pontum proſpectat adunca. |
| Aerata | Idem lib.8.Iuſſit & æratas impleri remige puppes. |
| Recurua | Idem lib.8.Puppimq; amplexa recuruam. |
| Dubia | Idem lib.2.Faſt.Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim. |
| Cærula | Idem ibidem,Spargitur impulſa cærula puppis aqua. |
| Concaua | Idem lib.4.Faſt.Cæleſtum matrem concaua puppis habet. |
| Naufraga | Idem lib.2.Triſt.Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. |
| Profuga | Idem lib.5.Triſt.Et Scythicum profuga ſcindere puppe fretum. |
| Peregrina | Idem in Epiſt.Quiſquis ad hæc vertit peregrinam littore puppim. |
| Pheraclæa | Idem,Longa Pheraclæa per freta puppe vias. |
| Laborata | Idem,Arte laboratæ merguntur in æquore puppes. |
| Celer | Idem,Impoſitam celeri phaſida puppe tulit. |
| Cærata | Idem lib.2.de Rem.Non ſatis vna tenet cæratas æquore puppes. |
| Vaga | Syll.lib.4.Fertur vacta gurgite puppis. |
| Aequorea | Idem lib.12.Aequoream ducit per gramina puppim. |
| Agilis | Idem lib.15.Iamq; agiles Tyrrhena ſonant qua cærula puppes. |
| Prona | Claud.Et pronas puppes nunc amne fecundo Nunc redeunte vehit. |
| Fragilis | Stroz.fil.Tam longas fragili puppe venire vias. |
| Omniueha | Quint.Conſpicit omniueham puppim. |
| Velifera | Pallad.Sor.Dum freta veliferis ſcindentur puppibus. |
| Natans | Mant.Addebat Noes fluctus,puppimq; natantem. |
| Roſtrata | Idem,Roſtratas ardua puppes Pone trahit claſſis. |
| Timida | Fauſtus,Robora ſuggeſſit,timidam moderantia puppim. |
| Cita | Tibul.lib.4.Præteriitq; cita Tyrrhenum littora puppi. |

## P V R P V R A.

*In Melibœa vrbe Theſſaliæ,in Laconia,Tyro item & Sidone vrbibus Aſiæ, item in Africa claruit vſus purpuræ.Eſt autē purpura piſcis è conchyliorum genere, cuius cruori maxima fuit olim dignatio in tingendis lanis,præcipuè ſi lapidis ictu cædebatur. Euomunt autem ſuccum illum,quo tinguntur lanæ,cum vita. Propterea piſcatores viuas capere contendunt. Inuentum purpuræ tribuitur Herculi.Hinc Polit.in Ruſt.Concham vocat Herculeam,quum purpuram ſignificat.Capitur ſæpenumero pro ipſo panno,vt murex & oſtrum.*

| | |
|---|---|
| Rubra | Verg.in Roſa,Hunc tenui folio purpura rubra notat. |
| Melibœa | Idem lib.5.Aen.Purpura Mæandro duplici Melibœá cucurrit. |
| Laconica | Horat.Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientes. |
| Coa | Mart.lib.4.Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ. |
| Fulgens | Ouid.lib.3.de Ponto,Purpura ſæpe tuos fulgens protexit amictus. |
| Getulica | Plin.lib.6.In quibus Getulicam purpuram tingere inſtituerat. |
| Rubeſcens | Idem lib.37.Veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente. |
| Læta | Stat.lib.4.Syll.Lætabis octonis accedit purpura faſtis. |
| Delicata | Mart.lib.3.Et te purpura delicata velet. |
| Ignea | Val.Flac.lib.1.Illi Tænario pariter tremimit ignea ſucco Purpura. |
| Rutilans | Mart.Cap.Purpuræ rutilanti Puniceus quidem fulgor anteuenit. |
| Conſularis | Marul.Et conſularis præmia purpuræ. |
| Picta | Pont.Ant iuuat artifici purpura picta manu. |
| Texta | Idem,Hanc iuuat artifici purpura texta manu. |
| Mollis | Idem,Tibi purpura mollis Tingebat niueas flore decent genas. |
| Regalis | Th.Rad.Regali purpura auguſtum exornabit ſpecimen. |
| Vernans | Idem,Purpuram vernantem aurato textu. |
| Dibapha,id | eſt,bis tincta.Bud.Pridem vnum viderit dibapha purpura ferocem. |
| Grata | Polit.Pingit lacteolas purpura grata genas. |
| Oebalis | Stroz.fil.Oebalis Herculeo non debet purpura tantum Ingenio. |
| Precioſa | Pamph.Purpura plebeios nunc precioſa tegit. |

Sanguinea Idem, Purpuraq; tinctas veſtes ſanguinea.
Aeſtuans Crin. Declinet auram, & æſtuantes purpuras.
Candens Archit. Et aduſto murice candens Purpura.
Nobilis Claud. Nobilis auratos iam purpura contegit armos.
Sanguinolenta. Mant. Purpura in extenſis ſanguinolenta genis.
Ardens Iuuen. Sat. 14. Quales eſſe decet, quos ardens purpura veſtit.
Conchylis; quoniam ſanguine conchyliorum inficiebantur lanæ. Catull. Tincta tegit roſeo conchylis purpura fuco.
Rubens Boet. Quæ gemmis niueis vnda feracior, Vel quæ rubentes purpuræ.
Stlataria Iuuen. Sat. 7. Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo.
Bis ſaturata Aeg. Maſ. Purpura in Oebalio bis ſaturata cado.

PVTEVS.

Patens Horat. lib. 2. Epiſt. Poſſet qui ſpem & puteum vitare patentem.
Capax Ouid. lib. 7. Fontibus & fluuiis, puteiſq; capacibus hærent.
Profundus Stroz. pat. Per latera hinc illinc putei ſcatebroſa profundi.
Altus Quint. Et altum miratur puteum.
Cauus Mant. Et puteis lamenta cauis, ſuſpiria, & heu heu. Puteos in Græcia primus reperit Danaus.

PVDOR.

Halans Theod. Cyrenſis, De peruſtis oſſibus halantem pudorem excipiebant.

PVTREDO.

Curioſa Apul. Curioſa vulnerum putredine.
Occulta Ouid. lib. 1. de Ponto, Eſtur, vt occulta vitiata putredine nauis. Dicimus etiam pudor.

PYLADES.

Phocæus Bap. Pius, Pirithoum Theſeus iuuenis Phocæus Oreſtem.
Natus Strophio. Ouid. lib. 1. de Ponto, Non ita vixerunt Strophio atq; Agamemnone nati.
Hæmonius Stat. lib. 1. Syl. Dignus & Hæmonium Pyladem præcedere fama.
Fidus Sidon. Et fidum rapidi ſodalem Oreſte.

*PYGMAEI.*

*Populi ſunt Indiæ breuiculæ admodũ ſtaturæ, vt qui cubitum non excedant. Horum mulieres pariunt anno quinto & ſeneſcunt octauo. Aſſiduè certant cum gruibus, & vincuntur ſæpenumero. De his Iuuenalis Sat. 13. Ad ſubitas Thracum volucres, nubemq; ſonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis, Mox impar hoſti raptusq; per aëra curuis Vnguibus à ſæua fertur grue. Si videas hæc Gentibus in noſtris riſu quatiere, ſed illic Quanquàm eadem aſſiduè ſpectentur prælia, ridet Nemo, vbi tota cohors pede non eſt altior vno.*
Parui Claud. Pendula ceu paruis moturæ bella colonis.
Breues Mant. Pygmæiue breues rapiunt, verum accola Rheni.

*PYGMALION.*

*Pygmalion rex fuit Tyri vrbis Aſiæ, qui Sicheum ſororis ſuæ Didonis maritum interfecit, vt auro eius potiretur.*
Impius Verg. lib. 2. Aen. Impius ante aras, atq; auri cæcus amore Clam ferro incautum ſuperat.
Auarus Idem, Portantur auari Pygmalionis opes pelago.

PILATVS.

Dirus Remacl. Dire Pilate, ſcelus ſcis te patraſſe nefandum.
Impius Idem, Impius aſſiſtit flagello reſonante Pilatus.

PYLOS.

Nelæa Ouid. lib. 6. Met. Humileſq; Cleone & Nelæa Pylos.
Neſtorea Ouid. in Epiſt. Herculeam Sparten, Neſtoreamq; Pylon.
Neleia Stat. lib. 4. Theb. Mittat opes, Danaaſq; Pylos Neleia turmas.

Fuit vrbs Laconiæ, in qua regnauerũt Melus & Neſtor.





Senilis Seneca, Beſſan, an Scarphen, Pylon an ſenilem.

PYRA.

Atra Syll. lib. 8. Congeſſit in atram Functa tui monumenta pyram.
Sublimis Idem lib. 10. Sublimen eduxere pyram.
Succenſa Ouid in Ibin, Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.
Congeſta Mappheus, Congeſtas rapuere pyras.
Rapida Mich. Angl. Tradita cui rapidæ iura fuere pyræ.
Lucida Mant. Vbi lucida fagis Ardebat pyra congeſtis.
Odorata Bap. Pius, Impia odoratæ ſunt alimenta pyræ.

PYRA, fructus.

Syria Verg. li. 2. Geor. Cruſtumiis, Syriiſq; pyris, grauibuſq; volemis.
Syluestria Pallad. Rut. Pyra ſylueſtria, vel aſperi generis matura.
Inſitiua Horat. in Epod. Vt gaudet inſitiua decerpens pyra.
Cruſtumina Adr. Card. Ad hæc cruſtuminis pyris abundant.
Signina Iuuen. Sat. 11. Signinam, Syriamq; pyram de cordibus iiſdem.

PYRAGMON.

Ferrugineus Sidon. Hic ferrugineus fumauit ſæpe Pyragmon.
Durus Mant. Voluit in ardenti durus fornace Pyragmon.
Acmonides Ouid. lib. 4. Faſt. Brontes & Steropes, Acmonideſq; ſolent.
Flammeus Mant. Semper olens Brontes, oculis & nare Pyragmon Flammeus.
Igneus Idem, Brontes, & Steropes, atq; igneus ora Pyragmon.

Fuit vnus è miniſtris Vulcani.

PYRAMIDES.

Phariæ, ideſt, Aegyptiæ. Pamph. Non Pharias Memphis barbara pyramides.
Superbæ Mirand. Haud mirata ſuperbas Pyramides.
Nubigeræ Conrad. Geſtans nubigeræ Pyramidis ſacrum.
Celſæ Mant. Feriunt vbi ſydera celſæ Pyramides.

PYRAMVS.

Vndiſonus Priſcian. Per longum Pyramus ſpacium, pyramuſq; voluti.

Nomẽ eſt fluuij.

PYRATAE.

Vagi Sidon. Piratam per rura vagum, qui prælia vitans.

PYRENE.

Aeria Lucan. lib. 1. Deſuper albis Nubiferæ colles, atq; aeriam Pyrenen.
Niuoſa Syll. lib. 1. Celſiſq; niuoſæ Pyrenes trabs lecta iugis.
Fera Idem lib. 17. Mater bellorum fera Pyrenæ, nec mitis Iberus.
Ferox Seneca, Siue ferocis, iuga Pyrenes.
Occidua Bapt. Egnatius, Clauditur occiduæ præcelſa rupe Pyrenes.
Pallida Perſius, Helyconiadas, pallidamq; Pyrenen illis relinquo.

Mons eſt Galliã ab Hiſpaniis dirimens.

*PYROPVS.*

*Gemma eſt coloris ignei & ardente aſpectu, quem Plinius Romana dictione carbunculum vocat. Ignes non ſentit: propterea a quibuſdam vocatur Apyrauſta.*
Clarus Lucret. lib. 2. Namq; alias fit, vti claro ſit rubra pyropo.
Imitans flammas. Ouid. lib. 2. Met. Clara micante auro flãmaſq; imitante pyropo.
Ruber Manil. Fœmineum rubro vultum ſuffuſa pyropo.
Lucens Stroz. fil. Fibula lucentis ſtellante ardore pyropi.
Rutilans Mirand. Tertia candentes ignes rutilante pyropo.
Flammiuomus. Idem, Flammiuomoq; hominum mentes rutilare pyropo.
Flammiger Quint. Pectora flammigeris radiabant clara pyropis.
Igneus Idem, Percinctus capit igneis pyropis.
Splendens Idem, Splendentibus cœlum pyropis rutilat.
Igniuomus Idem, Deſuper igniuomi lucent de nocte pyropi.
Flammans Petrarcha, Chryſolytus, nitiduſq; adamas, flammanſq; pyropus.
Ardens Mant. Ignea & ardenti circum veſtita pyropo.

Vnus eſt equorum ſolis.

Gratus Ammonius, Charitas grato rutilans pyropo.

PYROIS.

Rutilus Colum. Sic micat & rutilus pyrois, ac rore coruſco Heſperus.
Rubens Tho. Rad. Colore quiſq; proprio noſcebatur pyrois rubens, Eous candidans.

PYRRHA.

Epimethei filia, & vxor Deucalionis.

Epimethis Oui. li. 1. Met. Inde Promethides placitis Epimethida dictis Mulcet.
Titania Idem, Coniugis augurio quanquam Titania nota eſt.

*PYRRHVS.*

*Filius fuit Achillis, & Deidamiæ, alio nomine Neptolemus dicitur. Ouid. in Epiſt. Ecce Neptolemo præda parata fui. Politen Priami filiũ interfecit. Troia euerſa Polyxenam ad ſepulchrũ patris Achillis occidit. Andromachen uxorem Hectoris ſibi copulauit vxorem. Demum captus amore Hermiones filiæ Menelai, Andromachen dedit Heleno Priami filio cum parte regni, poſtremo Hermionem rapuit Oreſti, eamq; cepit vxorem.*

Achillides Ouid. in Epiſt. Pyrrhus Achillides animoſus imagine patris.
Scyrius Seneca, Te ſorte prima Scyrius iuuenis tulit.
Ferox Cleophil. Illic Pyrrhe ferox, Illic Ammone creatus.
Aeacides Mant. Vt Aeacides Pyrrhus, quem ſuſtulit Argos.
Graius Calent. Maluit Andromache graio ſeruire tyranno.
Pelaſgus Idem, Ipſamq; pelaſgo Donatam Andromachem cõi ſorte marito.

PYRRHVS EPIROTA.

Moloſſus Iuuen. Sat. 12. Annibali & noſtris ducibus, regiq; Moloſſo.
Immanis Idem Sat. 14. Vel Pyrrhum immanem, gladioſq; Moloſſos.

*PYRVS.*

*Pyrus arbor dicta eſt, quod ex lato in acutum feratur inſtar Pyramidis. Folia eius ſunt cũ veinata, vita admodum breuis, fructus facile perdit. Naſcitur quandoq; in montoſis locis. Pyri ſylueſtres tarde germinant.*

Lapidoſa Pall. Rut. Si lapidoſa pyr⁹ eſt, ab extremis radicib. terrã priorẽ leuabis.
Syluestris Plin. lib. 16. Per ſe autem tardius pyri ſylueſtres, quàm cætera.
Grauida Guil. Caſt. Nec quatiet grauidas lancea ſæua pyros.

*PYTHAGORAS.*

*Pythagoras philoſophus fuit Samius. Patrem habuit Demarathum locupletem & negociatorem. In Aegyptum primò, mox Babyloniam profectus eſt ſtudio rerum ſyderalium. Demum reuerſus eſt in Cretam, & Lacedæmona, vt minois & Lycurgi leges perdiſceret. Venit etiam in Italiam, Crotoneq; conſedit, vbi populos luxu & delicijs emollitos, ad meliorem vitæ cultum redegit, matronas ad pudicitiam, iuuenes ad modeſtiam cohortatus. Eius ſanctitate & abſtinentia permotæ mulieres, auratas & luxurioſas veſtes Iunoni conſecrauere.*

Panthoides Oui. li. 15. Met. Ipſe ego nam memini Troiani tpe belli Panthoides.
Samius Idem li. 3. Faſt. Siue erat à Samio doctus, qui poſſe renaſci Nos putat.
Prudens Mart. Cap. Quã biuiũ mortalitatis aſſerere prudẽs Samius exiſtimauit.
Doctus Idem, Quarum regionum habitus prodidit doctiſſimus Pithagoras.
Celeber Stroz. pat. Viderat hoc celeber Samiæ telluris alumnus.
Diuinus Apul. Diuinus ille Pythagoras prodidit.

*PYTHON.*

*Pythonem Poetæ dicunt fuiſſe ſerpentem natum ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis, hunc, vt volunt, Apollo interfecit, & ab interfecti nomine dictus eſt Pythius, Et Pythia ludi fuerunt Apollinares, inſtituti honorem ipſius Apollinis propter interfectum ſerpentem, quorum autor fuit Corebus Athenienſi. De Pythone & Pythijs vide Ouid In lib. 1. Metam.*

Tumidus Ouid. Strauimus innumeris tumidum Pythona ſagittis.
Viridis Stat. li. 1. Theb. Te viridis Python, Thebanaq; mater ouantẽ Horruit.
Cæruleus Claud. Cæruleus tali proſtratus Apolline Python Implicuit fractis moritura volumina ſyluis.

Atrox



Atrox Pont. Iam poſtes, atroxq; irrumpit lumina Python.
Sanguinolentus. Pamph. Sanguinolentus erat ſpacioſa in iugera Python Porrectus.
Horrens Mant. Grandibus horrentem ſquamis & tergore durum Cæruleo Pythona.
Deucalionæus. Idem, Quum caput obſcuro tollens de gurgite ſerpens Deucalionæo maior Pythone.
Vetus Idem, Et cecidiſſe tuis veterem Pythona ſagittis Decet.

PYTTACVS.

Satus Lesbo Sidon. Noſcere quod tempus Lesbo ſate Pyttace ſuades.
Satus Mitylene. Idem, Tu Mitylene ſatus cognoſcis Pyttace tempus.
Lesbus Idem, Et Pyttace Lesbius ſophiſtes.

QVADRA.

Patula Verg. lib. 7. Fatalis cruſti patulis ne parcere quadris.

QVADRIGA.

Volucris Claud. Oratum volucres iam perge quadrigas.
Pernix Col. Perniciſſimarum quadrigarum ſemina diligenti obſeruatione cuſtodiunt.
Curua Manil. Deflexum ſolito curſu, curuiſq; quadrigis.
Velox Sidon. quod velocibus imperans quadrigis.
Præceps Pont. Præcepsve quadriga Excutitur.
Vocalis Marul. Flecte vocales agedum quadrigas.
Falcata Liuius, Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ & cameli.
Rapida Quint. Aere ſub impoſito rapidas agitare quadrigas.
Celer Barth. Tyrrhenamq; manum & celeres egere quadrigas.
Cita Verg. lib. 8. Haud procul inde citæ metum in diuerſa quadrigæ Abſtulerant.

QVAESTVS.

Delectabilis Thom. Rad. Tibiaq; poſt delectabilem quæſtum depoſita.
Auidus Mant. Diuitias auido mercator congere quæſtu.
Exlex Idem, Poſt turpia lucra diurnæ Fraudis, & exlegem quæſtum.

QVALLVS.

Vas eſt vimineũ, per quod vinũ guttatim è plo defluit.

Cita Colum. Vimineos quallos ſuperponant.
Pictus Pont. Vidit ea pictos melius contexere quallos.
Patulus Bapt. Pius, Huic corna, & patulo redolentia fraga quaſillo.

QVERCVS.

Dura Verg. in Buc. Et duræ quercus ſudabunt roſida mella.
Rigida Verg. in Buc. Ludere tum rigidas motare cacumina quercus.
Vmbroſa Verg. de obitu Mec. Maluit vmbroſam quercum, Nymphaſq; canentes.
Aeria Idem lib. 3. Aen. Aeriæ quercus, aut coniferæ cypariſſi.
Sublimis Lucan. lib. 1. Qualis frugifero quercus ſublimis in agro.
Glandifera Lucret. lib. 5. Glandiferas inter curabant corpora quercus.
Frugifera Sueton. in Galba, In frugiferam quercum contuliſſet.
Patula Ouid. lib. 1. Met. Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.
Sacra Ioui Ouid. lib. 7. Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.
Decidua Idem lib. 8. Contremuit, gemitumq; dedit decidua quercus.
Chaonis, à Dodona ſylua Chaoniæ. Idem li. 9. Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor.
Annoſa Idem lib. 13. Durior annoſa quercu, fallacior vndis.
Caua Idem lib. 3. Eleg. Pomaq;, & in quercu mella reperta caua.
Sylueſtris Plin. lib. 18. Trifolium herba pratenſis, quercus ſylueſtris.

Dodonis

Dodonis Polit. Tum Iupiter ipſe Fatidico mouit cantu Dodonida quercum.
Multifida Stat.lib.10. Multifidam quercum flagranti lumine obumbrat.
Marathonis, à Marathone campo ſeu ſylua Atticæ. Idem lib.12. Vt vero æquoream quercum Marathonida Theſeus Extulit.
Oſſea, ab Oſſa monte Theſſaliæ. Val.Flac.lib.1. Fleuit vbi oſſææ captaret frigora quercus.
Dodonia Claud. Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.
Amica Ioui Idem, Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupreſſus.
Chaonia Idem, In te Chaoniæ mouerunt carmina quercus.
Fatidica Seneca, Quercus hanc ſortem mihi Fatidica quondam dederat.
Frondoſa Mant. Mota ciet lenem quercus frondoſa ſuſurrum.
Ardua Pamph. Ardua robuſtis quercus radicibus hærens.
Putricaua Conrad. Et tollant Syluis putricauam robora quercum.
Alticoma Heſiodus, Alticomas quercus, annoſaq; robore pinus.
Valida Codrus, Validam manibus dum ſcindere quercum.
Alta Idem, Hic quoq; tum ludos quercu ſpectauit ab alta.
Dodonæa Claud. Dodonæa ſuo mouet auram vertice quercus.
Turgida Quint. deſiit hinc populis glandes dare turgida quercus.
Ramoſa Mant. Nudaq; ramoſæ tendebant brachia quercus.
Nodoſa Barth. Nodoſaq; ruit condenſa in prælia quercu.
Frondens Mant. Cingere frondenti victricia tempora quercu.
Carioſa Fauſt. Qualiter & longa quercus carioſa ſenecta.
Grata ſuibus. Bapt. Pius, Populus, alba comas ſuibus gratiſſima quercus.
Veſtita Claud. Si lætior adſit Gloria veſtita ſpoliis donabere quercu.

QVERELA.

Mœſta Lucan.lib.5. Tandem vix mœſtas potuit proferre querelas.
Infeſta Lucret.lib.6. Cauſam quæ infeſtis cogit ſeruire querelis.
Miſera Ouid.lib.2. Met. Non audituram miſeras Phaetonta querelas.
Fœminea Stat.lib.10. Atria fœmineis crepitant vlulata querelis.
Rudis Mart.lib.11. Nec te blanditiæ, nec verba, rudeſq; querelæ.
Muliebris Claud. Inquit & excuſſis muliebribus ore querelis.
Mœſtifica Bapt. Pius, Barbite, mœſtificis non commoda viſa querelis.
Turpis Stroz.pat. Et piget in dominum turpes iactaſſe querelas.
Arguta Pont. Agnien & argutas ranarum audire querelas.
Lugrubris Idem, Progne & lugubribus querelis.
Rauca Polit. Et immenſam raucis miſeranda querelis Syluam implet.
Grauis Marull. Poſthac accipies graues querelas.
Inſomnis Mant. Soluti morſibus Curatum, & inſomnis querelæ.
Amara Stroz.pat. Exul inops, degens in amaris Naſo querelis.
Lachrimoſa Pamph. Flet ſiſtrata bouem Lachrymoſis turba querelis.
Horrenda Idem, Fleret & horrendæ peſtana per arua querelæ.
Infauſta Lud. Big. Flebat & infeſtis pariter Bellona querelis.
Aegra Iuuencus, infelix ægris damnans ſua geſta querelis.
Mellita Quint. Irrita mellitis miſcebat verba querelis.
Dulciſona Bapt. Pius, Sic vbi dulciſonis gemeret Philomela querelis.
Supplex Mant. Altera ſupplicibus magis irritata querelis.
Melliflua Idem, Nec te mellifluæ incuruent, moueantvè querelæ.

QVERIMONIAE.

Mala Horat.lib.1. Carm. Nec malis diuulſus querimoniis.
Triſtis Idem lib.3. Quid triſtes querimoniæ.
Sollicita Auſon. Olim ſollicitis mœſta querimoniis.
Penetrabilis Gellius, Graui & penetrabili querimoniæ dixerit.

QVE



QVESTVS.

Mœſtus Verg.lib.4. Georg. Integrat & mœſtis latè loca queſtubus implet.
Lamentabilis. Apul. Ille ſenior lamentabilis queſtus, ſingulis inſtrepebat.
Vigil Stat.lib.2. Theb. Per vigiles acuunt ſuſpiria queſtus.
Flebilis Claud. Flebilis auditur queſtus.
Feralis Idem, Feralem queſtum poſt fata popoſcit.
Infauſtus Seneca, Libet infauſtos mittere queſtus.
Triſtis Idem, Triſtes queſtus nate exaudi.
Amarus. Pont. Frater & in cunis queſtus exercet amaros.
Garrulus Idem, Non ſuſpiria, garrulivè queſtus.
Pius Polit. Sparſitq; pios ad funera queſtus.
Veſanus Marull. Mitte veſanos bone Rhalle queſtus.
Funereus Stroz.fil. Non ego funereo fœdaſſem lumina queſtu.
Tumultuans. Quint. Queſtus cum lachrymis tumultuantes.

QVAESTIO.

Sinuoſa Gel.lib.4. Eſt enim diſceptatio iſta multiiugæ, & ſinuoſæ quæſtionis.

QVIES.

Iucunda Verg. in Cul. Tu lentus refoues iucunda membra quiete.
Dulcis Idem in Cul. Stratus humi dulcem capiebat corde quietem.
Placida Idem lib.1. Aen. At venus Aſcanio placidam per membra quietem Irrigat.
Languida Idē li.12. Ac velut in ſomnis oculos vbi languida preſſit Nocte quies.
Mollis Lucret.lib.4. Venatumq; canes in molli ſæpe quiete.
Pigra Apul. Confeſtimq; diſcuſſa pigra quiete alacer exurgo.
Blanda Ouid.lib.3. Faſt. Blanda quies furtim victis ſubrepſit ocellis.
Segnis Syll.lib.3. Præcipitat conſulta viri, ſegnemq; quietem Terret.
Mitis Idem lib.5. Applicat & mitem fundit per membra quietem.
Vaga Stat.li.7. Theb. Vaga rupe quies, ſi qn̄ benigno Vrbem inire gradu.
Opaca Idem lib.10. Limen opaca quies, & pigra obliuia ſeruant.
Inſidioſa Idem lib.1. Syll. Inſidioſa quies & pigræ obliuia vitæ.
Pacis amica Mart.lib.9. Gloria quæ genuit pacis amica quies.
Tunicata Mart.lib.10. O ſoles, ò tunicata quies.
Nocturna Seneca, Non me quies nocturna, non altus ſopor Soluere curis.
Obſcura Idem, Seruat placidos obſcura quies.
Tranquilla Idem, Hæc innocua quibus eſt vitæ Tranquilla quies.
Soporifera Pont. Namq; ſoporiferam pariunt hæc ſigna quietem.
Sopora Idem, Quas ſomnus Venerem iſte, gratiasq; Oſtendit tibi, quas quies ſopora.
Amica Idem, In rorem vertit noctis amica quies.
Pacifica Pamph. Sax. Tempora pacificæ læta quietis age.
Deſidioſa Idem, Loricas ſumere fuluas Tempus adeſt, Valeas deſidioſa quies.
Domitrix curarum. Cleoph. Curarum domitrix cœperat alta quies.
Læta Quint. Vt læta veſtris detur ærumnis quies.
Lenis Idem, Obſcœna facies dæmonum, lenis quies Erit ſepultis.
Pacata Idem, Dulcia pacatæ condonant vota quieti.
Secura Mant. Dieſq; Perpetuus, ſecura quies, ęterna voluptas.
Imbellis Idem lib.1. Syll. Et imbelli Salamon qui regna quiete Auxit.
Tepens Remacl. Spirabatq; tepens ocia grata quies.
Iners Bap. Pius, Nulla quies myrti pectora lenit iners.

QVINTIANVS.

Italicus Idem de ſe, Italicum non dedignare poetam.
Numeroſus Frid. Canſacrus, O ſi te numeroſe Quintiane.

QVI

## QVIRINVS.

*Romulus dictus eſt Quirinus, à quiri, ideſt, haſta, qua vtebatur aſſiduè, vel quod Cures vicerit. Ouid. Siue quod haſta quiris priſcis eſt dicta latinis; Bellicus à telo venit in aſtra Deus, Siue ſuo regi nomen poſuère quirites. Seu quia Romanus vicerat ille Cures.*

Armifer Syll.lib.16.Quis cedat toga, & armiferi gens ſacra Quirini.

Auſonius Mart.lib.10. Aſt nunc Auſonio fruſtra promiſſa Quirino.

Martigena Pamph.Sax.Et cum Martigenæ capitolia celſa Quirini.

## QVIRITES.

Bellicoſi Horat.lib.3.Carm.Sed bellicoſis fata Quiritibus Hac lege dico.

## RABIES.

Improba Verg.lib.2.Aen.Quos improba ventris Exegit cæcos rabies.

Miſeranda Lucan.lib.2.O rabies miſeranda ducis.

Dira Idem lib.7.Dira ſubit rabies.

Veſana Idem lib.5.Spumet tunc primum rabies veſana per ora.

Præceps Idem lib.7.O præceps rabies, quum Cæſar tela teneret.

Indomita Horat.in Epoſt.Indomitam properat rabiem ſedare.

Horrenda Idem lib.2.Serm.Non dicam horrendam rabiem.

Trux Apul.Truci rabie ſolent efferri.

Peruicax Idem, Pœſtilentiæ lethalis peruicaci rabie poſſeſſus.

Noxia Idem pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare.

Furioſa Idem, Furioſa rabie conciti.

Sæua Ouid.lib.5.Met.Quod ſæua quietum Ventorum rabies motis exaſperat vndis.

Cruenta Stat.li.1.Theb. Hic vltro ambobus rabiem fortuna cruentam Attulit.

Tumida Idem lib.1.Syll.Hic tumidam rabiem, ſpumoſaq; ponit Murmura.

Furens Pont.Inq; furenti Solis anhelantis rabie ſit cernere gentem.

Fera Marull.Almo ſydere temperas minas & rabiem feram.

Maleſuada Ruff.Feſt.Et maleſuada lucri rabies ſubit omnia terror.

Armata Pont.Inq; ſuum rabies armata cruorem.

Fœda Idem, Intonat & nigro rabies armata veneno, Fœda vngues, impexa comas & dente cruento.

Infanda Idem, Vſque adeò infandam in rabiem fera ſæuit Erynnis.

Acerba Idem, At poſtquàm in rabiem dolor hic ſe vertit acerbam.

Viperalis Th.Rad.Viperali rabie parentes proprio diſcerpturum.

Peſtifera Idem, Rabiemq; peſtiferam depoſuiſſe clamitant.

Pernicioſa Stroz.pat.Pernicioſa tamen rabies latronis iniqui.

Hoſtilis Sabell.Hoſtilis rabies Latias ſe fudit in oras.

Lupina Pamph.Sax.Vt rabiem lupus lupinam immitis redolet.

Cæca Idem, Horror vbique furens, rabies, & cæca trahebant.

Ferina Idem, Improuiſus ades, rabiem ſatiare ferinam.

Acris Idem, Fac vt vel rabie prematur acri.

Immitis Idem, Immitemq; animi rabiem poſuiſſe iuuabit.

Inimica Sabell.Non ſatiata tamen rabies inimica reſedit.

Infeſta Idem, Infeſtam pelagi rabiem, Scytichumq; furorem.

Maleſana Mirand.Inuidia & rabies Veneris maleſana neſandæ.

Effera Barth.Rabies decreuerat effera cunctis.

Horribilis Quint. Horribili rabie, & diro ſtimulante veneno.

Sceleſtuoſa Idem, Sed dignum tragici ſceleſtuoſa Ardentis rabie nimis cothurni.

Virulenta Idem, Nonnulli ſatyrarum virulenta feruentes rabie.

Concita Idem, Regnat in humanis rabies quoque concita rebus.

Iniqua



Iniqua Pallad.Soranus, Ruſtice, liuore, & rabie rumparis iniqua.

Amara Mant.Spectabat princeps, rabieq; ardebat amara.

Infrena Idem, Sed furor inſanus, rabieſq; infrena ſeueri.

Temeraria Idem, Adde quod humanum rabies temeraria ditis.

Neſanda Idem, Sinite ire neſandam Hanc rabiem.

Truculenta Cantal.In Venetos rabies truculenta reſæuit.

Infrendens Barth.Gliſcitq; per ora Infrendens rabies.

Germana furoris. Archit.Rumpit in omne neſas rabies Germana furoris.

Animoſa Idem, Liuori aſſiſtunt rabies animoſa, tumultus.

Infrenis Mant.Terram rabies infrenis & omnes, &c.

Viroſa Idem, Et viroſa ſuo rabies fraudata veneno.

Ferox Idem, Non ſecus ac ſi quando ferox armenta leonum Inuaſit rabies.

## RACEMVS.

Tumidus Verg.lib.2.Georg.Tranſierint Rhodia, & tumidis bumaſte racemis.

Lentus Idem in Coppa, Sunt & mora cruenta & lentis vua racemis.

Liuidus Horat.lib.2.Carm.Iam tibi liuidos Diſtinguet autumnus racemos.

Prędulcis Quint.Terra prædulces generat racemos.

Madidus Calphur.Quamuis & madidis incumbant præla racemis.

Pampineus Pont.Veſtit pampineis baccheia dona racemis.

Grauidus Pont.Dum grauidos oneret vindemia læta racemos.

Cæcubus Pont.Certent Maſſica cæcubis racemis.

Bicolor Idem, Bicolore caput redimite racemo.

Suſpenſus Idem, Hic ſua ſuſpenſum reſupinus in ora racemum Exprimit.

Mitis Petrarcha, Non volucres ſegeti, non mitibus vmbra racemis.

Gnoſiacus, id eſt Cretenſis. Mant. Genoſiacis ideò vis eſt an tanta racemis.

Rorans Syll.li.7. Miratus nemora, & rorantes ſole racemos.

Liuens Propert.lib.4.Prima mihi variat liuentibus vua racemis.

## RACHEL.

Montana Mant. Audiuit montana Rachel, vicinaq; fonti Flumina.

## RADIVS.

Ardens Verg.de Iri, Quum ſol ardendes radios in nubila iecit.

Fulgens Verg.de Iri, Dum nubes radiis fulgentibus attigit attras.

Clarus Idem, Quum pepulit radiis obſtantia nubila claris.

Tabificus Lucret.lib.6.Tabificis ſubigit radiis ſol omnia luſtrans.

Coruſcus Quint.Splendicat in longum radiis cratera coruſcis.

Micans Bapt.Pius, Me blandus mulcebat honor, radiiq; micantes.

Acutus Ouid.in Epiſt.Quod ſit auus radiis frontem vallatus acutis.

Purus Ouid.in Epiſt.Quantum cum radiis fulgens argentea puris.

Serenus. Claud.Phœbiq; egreſſa ſerenos Infecit radios.

Flammans Mart.Cap.Solus anguſtum caput radiis perfuſum flammantibus.

Arens Sidon.Perforat arenti radio lux ſicca liquorem.

Lucidus Seneca, Quam primum radios ſpargere lucidos.

Nitens Pont. Ipſe nitentes ſpargere vt radios.

Illuſtris Idem, Illuſtres effert radios.

Lubricus Idem, Oppoſitam radius dum flectit in oram Lubricus.

Vagans Idem, Et vagantes ſyderum ac ſolis radios petiuit.

Auratus Pamph.Membra ſub auratis noſtra micant radiis.

Flammifer Marull.Ipſe flammiferis per liquidum aera Purgatus radiis patris.

Phœbæus Pamph.Phœbæis clara eſt tota domus radiis.

Ignitus Idem, Igniti radij, faceſq; ſæuæ.

Sydereus Idem, Petij radios hac ego ſydereos.

Mobilis Mant.Mobilibus radiis facerent in montibus altis.

Rubeſcens

Rubeſcens Idem, Sexta rubeſcentes radios aurora per vndas Sparſerat.
Solaris Quint. Atlantiades radiis ſolaribus vſtæ.
Penetrax Mich. Angl. Radio nunquàm penetrace peregit.
Præſes Mant. Præpetibus radiis & talis imagine vultus.
Sitiens Archit. Radio ſitienti ſorbuit vndas.

## R A D I X.

Tenera Colum. Teneræ Breuesq; radiculæ vlmorum conuellantur.
Valida Luc. lib. 2. Hæc validas ſaxi radices, & fera ferri Corpora conſtituunt.
Lignoſa Plin. lib. 12. Radice lata, lignoſaq; buxei coloris.
Obliqua Idem, Radice obliqua, villoſaq; & imitante auium pedes.
Inflexa Idem lib. 17. Radices inflexas poni melius.
Syluestres Idem li. 21. Efficaciſſima tamen eſt ſyluestris radix cum vino ſumpta.
Corticoſa Idem, Radice craſſa & corticoſa, calculo inflexo.
Odorata Idem lib. 25. Radix odorata in vmbra ſiccatur.
Ramoſa Idem, Radice ramoſa qua piſces necabantur.
Fruticoſa Idem lib. 26. Fruticoſa & longa radice & quũ ſiccata eſt, vinum olente.
Limoſa Idem lib. 27. Foliis trientalibus radice limoſa & cauernoſa.
Profunda Pont. Quantum radice profunda Hæſerat.
Robuſta Pamph. Ardua robuſtis quercus radicibus hærens.
Infixa Pont. Perſtat & infixe alte radicibus hærens.

## R A M V S.

Patulus Verg. in Cul. At volucres patulis reſidentes dulcia ramis Carmina.
Fragilis Verg. in Buc. Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Olens Idem lib. 1. Georg. Induet in Porem, & ramos curuabit olentes.
Lentus Idem in Cul. Candida fundebat lentis velamina ramis.
Comans Pont. Aurati fœtus, ramo & placitura comanti.
Frondens Verg. lib. 3. Aen. Ramis tegerem vt frondentibus aras.
Robuſtus Colum. At ſi robuſti ramuli erunt.
Lætus Seneca, Nulla quæ lætos ſolet Præbere ramos arbor.
Viridis Pallad. Rut. Ramus letus, viridis & ſterilis in media plera abſtinendus.
Ferax Idem, Ex nouellis ramis, & nitidis, ac feracibus.
Procerus Idem, Inſita proceris pergit concreſcere ramis.
Edus Horat. lib. 1. Serm. Vdos cum folijs ramos vrente camino.
Crepitans Ouid. lib. 10. Fulua comas fuluo ramis crepitantibus auro.
Pendens Idem lib. 11. Carpit ab vmbrifera pendentes arbore ramos.
Pandens Idem lib. 14. Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Pendulus Th. Rad. Quicquid verò pendulis & accliuibus ramis petebat.
Opacus Ouid. lib. 4. Faſt. Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco.
Curuatus Idem lib. 2. de Arte, Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus.
Tener Plin. lib. 14. Ramis teneris cum ſuis folijs in albo muſto decoctis.
Incuruatus Idem lib. 15. Incuruatos trahunt ramos.
Nodoſus Syll. lib. 5. Et quatiens acer nodoſi pondera rami.
Excelſus Idem, Annoſa excelſos tendebat ac æthera ramos.
Nutans Syll. lib. 5. Preſſit nutantes incerto pondere ramos.
Frugifer Idem lib. 7. Addunt frugiferis inimica incendia ramis.
Tremulus Syll. lib. 7. Inſiſtens tremulis ſub pondere ramis.
Altus Idem, Et altos Mutantem ſaltu ramos.
Conifer Claud. Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Inuexus Idem, Et inuexis Aetnæa cacumina ramis.
Virens Idem, Rami caput vmbrauère virentes.
Teres Nemeſ. Quem ſuper & tereti pendebat fiſtula ramo.
Pomifer Seneca, Non vlla ramos ſylua pomiferos habet.

Vernus



Vernus Idem, Non quæ verno nobile carmen ramo cantat.
Textilis Pont. Adde textilibus pendentia citria ramis.
Odoratus Idem, Senſit odoratos ſoboleſcere ramos.
Penſilis Idem, Pomaque penſilibus micuerunt aurea ramis.
Grauidus Idem, Dum grauidos oneret vindemia ramos.
Fragrans Idem, Senſit fragrantem extremo de littore ramum.
Viridans Marull. Contectæ nemorum viridantibus vndique ramis.
Hirſutus Codrus, Non tot in hirſutis naſcuntur meſpila ramis.
Frondoſus Petrarcha, Et tenero frondoſum pollice ramum Decerpſit.
Odorificus Quint. Indaque odorificis ſpirare cacumina ramis.
Vmbrans Idem, Amnicolæ ſalices, ramiſque vmbrantibus orni.
Decorus Mica. Angl. Læue decoros Effluit in ramos robur.
Redolens Mant. Mox captum ramis texit redolentibus omnem.
Tortilis Idem, Brachia tortilibus ramis fundebat achantus.
Vmbroſus Idem, Muta ſub vmbroſis habitant quæ ſomnia ramis.
Vagans Mant. Ancipiti ramos preme falce vagantes.
Arboreus Idem, Audijt arboreis vim talem emergere ramis.
Amabilis Bapt. Pius, Cuius amabilibus cingit ſua tempora ramis.
Floridus Catull. Floridis velut enitens myrtus agia ramulis.

## R A N A.

Loquax Verg. lib. 3. Georg. Improbus ingluuiem, raniſq; loquacibus explet.
Garrula Idem in Bat. Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Lurida Varro, Iubet ranam luridam conijcere in aquam.
Querula Colum. Perpetitur querulæ ſemper conuicia ranæ.
Turpis Mart. lib. 10. An Laurentino turpes in littore ranas.
Paluſtris Horat. lib. 1. Ser. Mali culices, ranæq; paluſtres Auertunt ſomnos.
Virens Apul. De ore paſtorici canis, virens exiluit ranula.
Obſtrepens Suet. in Auguſto, Obſtrepentes fortè ranas ſilere iuſſit.
Viridis Ouid. lib. 5. Semina limus habet virides generantia ranas.
Aquatica Plin. lib. 32. Ranæ quoque aquaticę in vino vetere & farre decoctę.
Blaterans Sidon. Ranas crepuſculo incumbente blaterantes.
Paludicola, dicitur à me, vt Sicambri à Sidon. Item, paludigena, vt cannæ à Marullo vocantur paludigenæ.
Stagnicola Mant. Stagnicolæ nec dum fecere ſilentia ranæ.
Canora Conrad. Vel ranis habitare cum canoris.
Coaxans Mant. Forte coaxantem Neptunus ab æquore ranam Audijt.
Crepitans Theocr. Vt crepitans reſonanti rana cicadæ.
Rubeta Guill. Caſtell. Nec præſtat læuum rana rubeta latus.
Rauca Colot. Rana nec elyſijs rauca coaxet aquis.
Coaxatrix Fauſt. Atque coaxatrix limoſa rana palude.

## R A P A.

Brumalia Pamph. Procotomi maluæ caules, brumalia rapa.
Gaudentia frigore. Mant. Tunc & montano gaudentes frigore rapas.

## R A P A C I T A S.

Sæua Boetius, Sed quæſita vorans ſæua rapacitas Altos pandit hiatus.

## R A P I N A.

Hoſtilis Lucan. lib. 1. Prædaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ.
Triſtis Idem lib. 3. Triſti ſpoliantur templa rapina.
Auida Horat. lib. 1. Triſt. Barbara pars læua eſt auidæ ſubſtructa rapinæ.
Cupida Stat. li. 4. Theb. Cornipedum & cupidas Faunorum acerbo rapinas.
Dira Mart. lib. 11. Triſte nemus diræ vetuit ſupereſſe rapinæ.
Infanda Val. Fla. li. 7. Ratis infandis quod ſola rapinis, Sæuaq; paſcit hyems.

Pp Violenta

Violenta Pont. Et ſpolijs vitam & violenta agitare rapina.
Sæua Idem, Inſidians, ſæuiſque inhiat ſimulata rapinis.
Turpis Tho.Rad.In rapinis turpibus auara.
Mala Marull.Et perferre malis turbantes quæque rapinis.
Celer Codrus, Tot bona quàm celeri mihi ſunt erepta rapina.
Proterua Augurell.Proterua dulci nunc rapina ſuſtulit.
Immanis Mant.Vſurpata ingens ſcelus, immanemque rapinam.
Crudelis Idem, Iampridem & ſuperi crudelem odere rapinam.
Audax Mant.Dicitur audaci quondam violaſſe rapina.
Diomedæa Idē, In mores cũ regna videret Verſa Lycaonis, Diomedæaſq; rapi
Momentoſa Quint.Momentoſam apum rapinam appellat, quæ, &c. (nas.

R A S T R V M.

Graue Colum.Tu grauibus raſtris cunctantia perfode terga.
Tenax Verg.libr.2. Georg.Procuruam expectant falcem raſtroſq; tenaces.
Ligneum Pall.Rutil.Sed mox ligneis raſtellis obruantur.
Dentatum Pamph.Stercore dentatis & purgat ouilia raſtris.
Fœcundum Sabell. Fœcundaque raſtra minores Laudibus extollent.
Validum Pont. Hanc validis raſtris, & duro verbere marræ Diſcute.
Rigidum Petrar. Certabant rigido glebas conuellere raſtro.
Curuum Catull.Non humilis curuis purgatur vinea raſtris.

R A T I S.

Spumans Verg.lib.10 Spumanteſque rates aruis inferre Latinis.
Præceps Lucan.lib.2. Præcipites hæſere rates, & ſtrage cruenta.
Trepida Idem lib.5. Tunc rector trepidæ fatur ratis.
Fragilis Hor.li.1.Car. Qui fragilem truci commiſit pelago ratem Primus.
Picta Ouid lib.2. de Ponto, Seu rate ceruleas picta ſulcauimus vndas.
Veliuola Idem lib.2.de Ponto, Et freta veliuolas non habitura rates.
Caua Idem in Epiſt. Turbida, perque cauas vix adeunda rates.
Errans Sabinus, Iſmaron errantes quum tenuere rates.
Cærata, id eſt pice vncta. Ouid in Epiſt. Cærula cæratas accipit vnda rates.
Dubia Idem lib.1.de Arte, Sæpe reges dubiam Creſſa puella ratem.
Prona Syll.lib.17 Fertur prona ratis ventos impellere credas.
Curua Calent.Fulmina per curuas diſijcienda rates.
Pauida Val.Flac.lib.1. Pauidamque coruſcæ Ante ratem cecidere faces.
Volucris Idem lib.2. Volucrem ſub luce dehiſcens Terruit vnda ratem.
Reciproca Idem lib.8 Itque, reditque ratis lapſoque reciproca fluctu.
Credula Seneca, Nondum ſecabunt credulæ pontum rates.
Turrigera Pont.Ipſi de rate turrigera, aut è puppibus altis.
Naufraga Stroz.pat. Atque impacatis naufraga fertur aquis.
Aerea Stroz.fil.Cum bene pertulerit furias ratis ærea ponti.
Fluctiuaga Pamph. Ducere fluctiuagas ad loca tuta rates.
Fluuialis Sabell. At ratis (vt fama eſt) debet fluuialis erythræ.
Gelida Conrad.Liquiſſet gelidas ante ferus rates.
Sutilis Augurell.Malim ſubigere ſutilem hanc conto ratem.
Aerata Barth. Aeratis aptant ratibus.
Vnca Fauſt. Me duce ſurgentes ſpreuit ratis vnca procellas.
Vncta Pacificus, Euolat vncta ratis felicibus acta lacertis.
Vndiuaga Lud. Big. Qualiter vndiuagas elyce, aut pynoſura gubernat Luce rates.
Liburna Mant.Stipantque liburnas Arma rates.
Leuis Tibull.lib.1.Ipſe leuem remo per freta pelle ratem.
Inſtabilis Idem, Ducunt inſtabiles ſidera certa rates.

Profuga



Profuga Idem lib.2. Troica qui profugis ſacra vehis ratibus.
Fortis Propert.lib.2.Cæſaris & fortes dicere poſſe rates.
Curua Idem lib.3.Ite rates curuæ, & læti contexite cauſas.
Vaga Boetius, Et vagas pelago rates.

R A V E N N A.

Paludoſa Syll.lib.8.Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ.
Antiqua Claud.Dixit, & antiquæ muris egreſſa Rauennæ.
Paludicola Sidon.Rura paludicolæ temnis paludoſa Rauennæ.
Vluoſa Idem, Vluoſę petijt ſitim Rauennæ.
Annoſa Pamph.Venit ab annoſę iuuenum manus vrbe Rauennæ.
Aequorea Pamph. Aequoream dices quos eduxiſſe Rauennam.
Longæua Mant.Aruaq; longæuæ quondam ſubiecta Rauennæ.
Humilis Idem, Per Inſubres, Adriamq; humilemq; Rauennam.

R E B E C C A.

Iudæa Mant.Decepit Iudæa virum Rebecca, ſuamq; Progeniem.

R E C E S S V S.

Obtruſus Claud.Intrat & obſtruſos implorat fama receſſus.
Vmbroſus Pont.Per ſaltus, per opaca loca, vmbroſoſque receſſus.
Arcanus Sabell.Fallor an arcanos cęli ſcrutata receſſus.
Mollis Pont.Tayeta, aut molles Phrygiæ receſſus.
Viridis Idem, Nunc nos ad virides vocat Antiniana receſſus.
Abditus Augurel.Paſſim receſſus vt ſubintrent abditos.
Fuſcus Petrarc.Oſtendens digito fuſcos aperire receſſus.
Dulcis Mant.Dulciq; ſedens diuina receſſu Ocia lentus agis.
Cauernoſus Quint. Antra cauernoſo ſunt ſemper aperta receſſu.
Obſcurus Bapt.Pius, Obſcuroq; latens rigat ora receſſu.
Tenebroſus Claud.Namq; videbatur tenebroſo obtecta receſſu.
Occultus Mant.Pectoris occulto virtus incocta receſſu.
Caligans Idem, Incertamque diem, caligantesque receſſus.

R E C V R S V S.

Vagus Mant.Ecce vagis circum dumeta recurſibus errant.

R E G E S.

Minaces Horat.lib 2.Carm.Ductaq; per uias Regum colla minacium.
Superbi Lucret.lib.5.Non populi, genteſque tremunt, regeſq; ſuperbi.
Magni Stat.lib.5.Theb.Sordida magnorum circa veſtigia regum.
Magnanimi Idem lib.7.Magnanimi reges, quibus haud parere recuſem.
Tumidi Mart.lib.5.Luxuria eſt, tumidiq; vocant hæc munera reges.
Purpurei Claud.Sub tua purpurei venient veſtigia reges.
Pelliti Sidon.Stetit ante pellitos reges.
Feroces Idem, Quod fueris blandus regi placuiſſe feroci.
Potentes Codrus, Potentes Qui ſternit reges.
Munifici Stroz.fil.Munificum ad regem merces aduexit Eoas.
Belligeri Sabell.Belligerum regem, victriciaq; arma ſecutus.
Egregij Theodor.Certoque hoc omine reges egregios.
Inuicti Idem, Inuictus rex ſigna mouet.
Armipotentes. Mant. Euaſere minas, & vim regum armipotentum.
Auricomi Idem, Inter auricomos reges regitur tua maxima virtus.
Tremendi Boetius, Dudum tremendos ſæua proterit reges.

R E G I A.

Splendida Stroz.pat.Splendidaque Attalicas regia vincit opes.
Ardua Mant.Regia fœmineo longè ſonat ardua planctu.
Diues Verg.in Aetna, Commouit regia diues.

Pp 2 REGNVM.

### REGNVM.

Inuidioſum Ouid.lib. 4. Triſt. Non inuidioſa nefandis Nec cupienda boni, regna Thoantis erant.

Opulentum Seneca, Opulenta ferro regna germani petunt,

Potens Fauſt. Quæ regno elata potenti neſcit adhuc.

### REI.

Mœſti Mart.lib.4. Mœſtorum quod anhelitus reorum.

Solliciti Idem ibidem, Sollicitisque velim vendere verba reis.

Trepidi Ouid lib. 1. Faſt. Ciuica pro tepidis quum tulit arma reis.

Pallidi Mart.lib. 1. Non rumpet altum pallidus ſomnum reus.

Pauidi Idem lib.4. Nec pauidos triſti voce citare reos.

Attoniti Idem lib. 12. Nec minus attonitis vox celebrata reis.

Miſeri Pont. Præſidium & miſeris Chriſte benigne reis.

### RELEGATIO.

Sæua Crini. Habita deteſtatione tã ſæuæ, tamq; calamitoſæ relegationis.

### RELIGIO.

Superſtitioſa. Gell. lib 4. Qui nimia & ſuperſtitioſa religione ſeſe alligauerat.

Sancta Stroz. Pat. Nil niſi de ſancta relligione loqui.

Pura Apul. Puriſſimæ religionis ſecreta peruaderem.

Pia Pont. Et pia relligio cinctis ad tempora vittis.

Prouida Marull. Prouida uirgines ſanxit relligio patrum.

Diuina Liuius, Apud quos iuxta diuinas religiones fides humana colitur.

Deuota Pamph. Sax. Limina deuota relligione fero.

Candida Augur Nec non vt candida nobis Relligio.

Sacra Mant. Fer procul à ſacra relligione gradum.

Verenda Bapt. Egnatius, Verũ hoſti ſeruãda fides, diuumq; verenda Relligio.

### REMEDIVM.

Sagax Apul. Nec conſilio prudenti, vel remedio ſagaci.

### REMEX.

Validus Syll.lib.14. Pulſibus & valido ſuperabat remige ventos.

Canorus Claud. Stagnaque remigibus ſpument inuerſa canoris.

### REMIGIVM.

Agile Mant. Agilique per auras Remigio tranat.

### REMVS.

Pendens Ouid.lib.11. Obuertit lateri pendentes nauita remos.

Leuis Idem lib.15. Leuibusque amphryſia remis Saxa fugit.

Agilis Idem in Epiſt. Factus inops agili peragit freta cærula remo.

Demiſſus Idem lib.3. Eleg. Non freta demiſſi verrebant eruta remi.

Validus Val. Flac. lib.2. Ecce procul validis Lemnon tendentia remis.

Intortus Idem lib 8. Et intortis ſocio cum milite remis.

Audax Claud. Fregit hyperboreas remis audacibus vndas.

Theſſalicus Idem, Et freta remis Inclyta Theſſalicis.

Reluctans Idem, Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi.

Citus Pont. Freta lata citis ſpumantia remis.

Spumans Barth. Decantatam Aſiam, & ſpumantibus æquora remis.

Aeratus Idem, Aerato inuectus remo.

### *REMVS.*

*Hic Remus filius fuit Martis, interfectus à fratre Romulo, quod vallum extruendis manibus deſignatum contra edictum tranſiliſſet. Lucanus, Fraterno primi maduerunt ſanguine muri. Ouid in Ibin, Vtq; Remo muros auſo tranſire recentes. Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.*

Iliades Ouid. lib.3. Faſt. Iliadæ fratres iura petita dabant.

Antiquus Marull. Antiqui ſoboles Remi.





Auſonius Pamph. Quos tulit Auſonij nobilis aula Remi.

Miſer Idem, Quærebant miſero non benè viſa Remo.

Martigena Ouid. lib.3. Eleg. In quo Martigenæ non ſunt ſine crimine nati.

Auentinus Proper. lib.4. Dixit Auentino rura pianda Remo.

### RENES.

Cynnamei Textor, Zonaque cynnameos renes præcurta nequiret Cingere.

### REPVLSA.

Turpis Horat. lib.1. Serm. Exiguum cenſum, turpemq; repulſam.

Triſtis Sidon. Quod regnum mereare doles triſtique repulſa.

Grauis Stat. in Achill. Dixerat illa graui multum demiſſa repulſa.

### REQVIES.

Nocturna Colum. Quibus irrepant aues ad requiem nocturnam.

Dulcis Augur. Iam quibus inuentis dulci requiete fruuntur.

Grata Ouid. ad Liuiam, Tu requies feſſo grata laboris eras.

Iners Mant. Requie ſopiuit inerti.

### RESINA.

Aegyptia Plaut. in Mercat. Reſinam ex melle Aegyptiam vorato.

### RESTIS.

Torta Pont. Ac vicino è margine Reſtibus tortis innitens.

Spartea Colum. lib.13. Deinde Sparteis reſtibus arborem eludunt.

### *RHETI. Populi.*

*Populi ſunt Germaniæ Italiam verſus inclinantes, qui duce Rheto à Gallis pulſi, Alpes occuparunt, & à nomine ducis Rhetiam condiderunt.*

Sæui Claud. Quæ ſæuis obiecta Rhetis, quæ Saxona frenat.

### RHETIA.

Sublimis Clau. Sublimis in Arctõ Prominet Hercyniæ cõfinis Rhetia ſylue.

### RETINACVLVM.

Vncum Stat. lib.3. Syll. Vncaque ſubmerſæ penitus retinacula vellant.

Amerinum, id eſt ſalignum. Verg. Atque amerina parat lentæ retinacula viti.

### REVERENTIA.

Decens Ouid. lib.3. Faſt. Donec honor placidoq; decens reuerentia vultu.

### *RHADAMANTVS.*

*Poetæ faciunt tres inferorum iudices, Minoem, Aeacum, & Rhadamanthum, quorum arbitrio & ſententia puniantur animæ, & cogantur fateri, quæ piacula in ſeram noctem diſtulerint, ut inquit Maro, Caſtigant, dolos audiunt, nullum ſcelus relinquunt impunitum.*

Gnoſius Verg. li.6. Aen. Gnoſius hæc Rhadamãthus habet duriſſima regna.

Immitis Stat. lib.3. Syll. Et immitem potuit phryga vincere ſupplex.

Iuridicus Seneca, Flentes Eurydicen iuridici ſedent.

Toruus Conrad. Et iudices tres ore toruos.

Agenorides Mant. Qualis Agenorides Lycia Rhadamantus in ora.

Inexorabilis Cic. Fortaſſe etiam inexorabiles iudices Minos & Rhadamanthus.

Quoniã filius Iouis, & Europæ filię Agenoris

### RHAMNVSIA.

Iniqua Polit. Sed iniqua bonis Rhamnuſia tantum.

Crudelis Idem, Hoc vbi crudelis vidit Rhamnuſia monſtrum.

### RHEBAS.

Pulcher Priſcian. Bithinijque viri ſunt pinguia rura colentes; Qua Rhebas pulcher gratiſsima flumina voluit. Fluuius eſt Bithyniæ.

Longinquus. Val. Flac. lib.4. Longinquique exirent flumina Rhebæ.

### *RHEDA.*

*Rheda vocabulum eſt gallicum, ſignificans carrucam. Hinc rhedarius auriga, & compoſitũ bigenũ, ex Græco & Gallico epirhedium. Verg. Tritoq; trahunt epirhedia collo. Erat rheda ſemper duarum rotarum, ſed multiplicium quandoque iugorum, qua omnibus hominibus etiam abiectiſſimis uti licuit.*

| | |
|---|---|
| Deuexa | Iuuen.Sat.4.Blandaque deuexæ iactaret baſia Rhedæ. |

## RHENVS.

*Rhenus fluuius eſt, qui diuidit Belgas à Germanis. Fidem vix capere poteſt, quod de huius natura ſcriptum legitur. Aiunt enim fluuium hunc Celtarum infantes intra ſuum ſinum coniectos, ſi polluta matris pudicitia ſuſcepti eſſent, tanquam impuri lecti vindicem rapidis vorticibus ſuffocare conſueſſe. Quos autem ſenſiſſet legitimo & impolluto natos matrimonio, in portum placidis aquis extuliſſe. Hinc Claud. lib. 2. in Ruff. Et quos naſcentes explorat gurgite Rhenus. Defluit in Cymbricum mare geminis hoſtijs. Idem Claud. Te Cymbria Tethys Diuiſum biſido cõſumit Rhene meatu.*

| | |
|---|---|
| Bicornis | Verg lib.8.Extremique hominum Morini, Rhenuſque bicornis. |
| Spumans | Lucan.lib.1.Fregit & arctoo ſpumantem vortice Rhenum. |
| Rebellis | Stat.lib.1.Syll Non vacat arctoas acies, Rhenumq; rebellem. |
| Minax | Claud.Rhenumque minacem Cornibus infractis. |
| Gelidus | Auſſon.Biſſula trans gelidum ſtirpe, & lare proſata Rhenum. |
| Tumens | Sidon.Et flauis in pocula fracte Sicambris Rhene tumens. |
| Ferox | Seneca,Violentus vnda Tygris,aut Rhenus ferox. |
| Saxoſus | Pontan.Et quas ſaxoſi vexat ripa aſpera Rheni. |
| Sæuus | Pamph Quis nunc bella mouet, ſæui gens aſpera Rheni. |
| Flauus | Sabell. An potius flaui vada frigida Rheni. |
| Tumidus | Mirandula, Audiit & tumidi iam ditior accola Rheni. |
| Citatus | Conr. Rhenus ingenti fluuio citatus. |
| Impiger | Idem,Noti carminibus Fiſtula & impiger Rhenus. |
| Succiduus | Idem,Rhenus ſe proprio ſucciduus reddidit alueo. |
| Rapax | Idem,Rhenum rapacem quæ modo poſſidet. |
| Rapidus | Idem,Rapidus gelato flumine Rhenus. |
| Vagus | Conr.Genteſque Rhenus quas vagus irrigat. |
| Algens | Idem,Vel quis algentem, niuibusq; & auris Vuidum Rhenum. |
| Turgidus | Idem,Rheni & fluenta gloriantur turgidi. |
| Audax | Mant.Audacis Rheni graue murmur & vndam. |
| Teutonicus | Idem Et vada Teutonici tangit vaſtiſſima Rheni. |
| Paluſter | Idem, Tuque procul fuſa Rhene paluſtris aqua. |
| Aſper | Cantal. Quid tantum Rhodani gẽtes potuere, quid aſper Rhenus. |
| Corniger | Cimbriacus, Corniger & flexo ſinuoſus gurgite Rhenus. |
| Latus | Barthol.Obruit & lato vicina Colonia Rheno. |
| Spumeus | Idem,Hinc Rhenus tumidoque humectat ſpumeus aluo. |
| Vndiſonus | Idem,Interea vndiſonum dum trans parat agmine Rhenum. |
| Glacialis | Priſcian.Oceani rumpens glacialis littora Rhenus. |
| Nitidus | Glarean Et nitidus profert ſua cornua Rhenus. |
| Gallicus | Catull. Gallicum Rhenum horribiles & vlti moxque Britannos. |
| Barbarus | Claud.O quotiens doluit Rhenus qua Barbarus ibat. |
| Clarus | Mant.Clarus arenoſis Rhenus arundinibus. |
| Appœninigena, | Idem, Appœninigenæ prope ſaxea flumina Rheni. |
| Violentus | Idem, Vt Rhenus curſu violentus & vnda. |

## RHESVS.

*Rheſus rex fuit Thraciæ, qui quum albis equis veniſſet ad ferendum Troianis auxilium, noctu dormiens in caſtris ſuis interfectus eſt ab Vlyſſe & Diomede* Habuit autem *Rheſus equos curſu præſtãtiſſimos, de qbus Claudianus ſic meminit, Grataq; retulerat raptos ad caſtra iugales, Quorũ ſi qua fides augẽtibus omnia muſis, Impetus exceſſit zephyros, candorque pruinas.*

| | |
|---|---|
| Bellicoſus | Seneca,Non bellicoſo Threſſa cum Rheſo phalanx. |
| Thrax | Quint. Quid ſi Thracis equi tua flumina Xanthe bibiſſent. |
| Threicius | Ouid.lib 1 Eleg.Sic fera Threicij ceciderunt agmina Rheſi. |
| Sythonius | Idem lib.3.Eleg.Illic Sythonij fuerant tentoria Rheſi. |

Odryſius



| | |
|---|---|
| Odryſius | Idem, Exigit Odryſij facta cruenta ducis. |

## RETIA.

| | |
|---|---|
| Rara | Verg.lib.4.Aen.Retia rara plagæ, lato venabula ferro. |
| Nexa | Ouid.lib.3. Triſt Quam graue nexa ſimul retia mergat onus. |
| Caua | Pont. Inſidias auium generi, & caua retia tendit. |
| Torta | Calphur. Auro quoque refulgent retia. |
| Subdola | Mart.lib.2. Subdola renduntur craſſis modo retia turbis. |
| Subtilia | Mirand.Non hæc tardipedis ſubtilia retia fabri. |
| Doloſa | Marull.Captet doloſis retibus. |
| Sinuoſa | Mant. Et ducens pelagus ſinuoſa per altum Retia. |
| Cauta | Fauſt Tunc loculis tendit retia cauta tuis. |
| Venatica | Mant.Sunt qui uenatica tollant retia. |

## RHETOR.

| | |
|---|---|
| Diſertus | Mant. Animis linguaque diſerti rhetores. |
| Expolitus | Conr.Nec expolitis rhetoribus ſtudet. |

## RHETORICE.

| | |
|---|---|
| Picta | Pamph.Si candida pictæ dogmata rhetoricæ. |

## RHODANVS.

*Fluuius eſt velociſſimus ortũ capiens in alpibus, & tardũ Ararim proxime Lugdunũ ſecum arripiens. Auctus demum Iſara & Druentia, duobus hoſtijs in Tyrrhenum mare diffunditur.*

| | |
|---|---|
| Tumidus | Syl. lib. 3. Tumidaq; minaces Accedit Rhodaniq; feſtino milite ripas. |
| Incitus | Idem, Ac propere in pontum lato ruit incitus alueo. |
| Furens | Idem lib.4.Non pyrenem, Rhodanumve furentem. |
| Præceps | Fauſt.Hic vbi rauciſono Rhodanus fluit agmine præceps. |
| Spumans | Mant. Auinione ſedens Rhodani ſpumantis ad vndam. |
| Præcipitans | Cimbriacus. Præcipitanſq; Ararim Rhodanus. |
| Celer | Tibull.lib.3.Triſtis Arar, Rhodanuſq; celer, magnuſque Garumna. |

## RHODOPE.

*Mons eſt Thraciæ altiſſimus. Eſt etiam meretricis nomen, quæ autore Plinio, quæſtu meretricio magnificam fecit pyramidem.*

| | |
|---|---|
| Threicia | Ouid lib.6.Metã.Threiciã Rhodopen hẽt angulus vnus & Hæmum. |
| Aeria | Stat.lib.8.Theb.Aeriam Rodopen ſolida niue verberat arctos. |
| Glacialis | Oui.in Epiſt.Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hæmum. |
| Cana | Claud. Seu te cana gelu Rhodope. |
| Nymboſa | Idem, Nunc dabat hybernum Rhodope nymboſa cubile. |
| Threſſa | Seneca, Threſſæ ſub Rhodopes iugis. |
| Gelida | Marull.Luſtrant gelidam pede Rhodopen. |
| Alta | Bapt.Egn.Rhodopenque altam, Tracenque niuoſam. |
| Niualis | Pamph.Antris vel Rhodopes putat niualis. |

## RHODOS.

| | |
|---|---|
| Phœbeia | Lucan.lib.5.Phœbeia donis Exornata Rhodos. |
| Phœbæa | Ouid.lib.7.Phœbæamque Rhodon, & Ialyſios Telchinas. |
| Aſpera | Stat.lib.1.Syll.Lumina contempto mallet Rhodos aſpera Phẹbo. |
| Clara | Mart li.1.Thebas carmiae cantet, Aut Mycenas, aut clarã Rhodon. |
| Irrigua | Polit.Tumidãq; coloſſo Solis, & irriguã pluuio Rhodõ expetit auro. |
| Aurea | Marul. Non Salamis, Non clara ſubeſt Rhodos aurea Phẹbo. |
| Pulchra | Cod.Quem tenuit claro littore pulchra Rhodos. |
| Fertilis | Quint.Sit fertilis auro Magna Rhodos. |
| Coloſſicola | Bapt.Pius, Quiq; coloſſicolam fertur adeſſe Rhodon. |
| Nobilis | Catull.Rhodonque nobilem, horridamvè Thraciam. |
| Fulua | Stroz.pat.Quos noſtro fulua ſub æuo Miratur, nutritq; Rhodos. |
| Inſula ſolis | Scipio Cartheromachus, Auriferis quondam ditata eſt Inſula ſolis. |

## RHOMBVS.

Piſcis eſt planus, in delicijs quõdam habitus.

Latus Quint.Nec lati ſuadebat prandia rhombi.
Iners Petrar.Quid pelago vehemens echineis, inersq; rhombus.
Pinguis Mant.Quum ſua tam pinguem cupiens in retia rhombum.
Adriacus Iuuen.Sat.4 Incidit Adriaci ſpacium admirabile rhombi.

## RICTVS.

Spumans Ouid.lib.4.Met.Cæde leæna boum ſpumantes oblita rictus.
Patulus Idem lib.6.Metam. Ipſaque dilatant patulos conuicia rictus.
Immanis Claud.Quæ velut immanes referat dum bellua rictus.
Cauus Pont.Inde cauos referunt ad carmina rictus.
Vorax Idem,Ora per & dentes rictu glans hauſtu voraci.
Auidus Mant.Quoties auidos in viſcera rictus.
Hiulcus Idem,Dentibus inuitis,rictuque vrgentur hiulco.

## RIGOR.

Auſterus Stroz.pat.Dum mens auſteri plena rigoris erat.
Horridus Val.Flac.lib.3.Tenet exangues rigor horridus artus.
Durus Quint.Durum manes poſuiſſe rigorem.
Aſper Pont.Langueſcat moriens, mox & rigor aſper adurat.
Marmoreus Mant. Depone rigorem Marmoreum virgo.
Inflexus Archit.Inflexi pietas adamanta rigoris Molliret.
Maleficus Plautus in Bachidibus,Longum eſt rigorem maleficum exornarier.
Sæuus Pont.Vade ſæue rigor, ſeueritasque.

## RIMA.

Hians Lucan lib.1.Et ſaniem per hiantes viſcera rimas Emittunt.
Caua Idem lib.6.Perq; cauas terræ quas egit carmine rimas.
Anguſta Hor.li.1.Epiſt.Fortè per anguſtam tenuis,vulpecula rimã Reſperat.
Tenuis Claud.Per tenues ferri producere rimas.
Muralis Sidon. A uulſas muralibus rimis herbas in cibos traximus.
Flexilis Idem,Flexilibus rimis ſitientes ſcinderet agros.
Aperta Mant.Diſſiliunt agri,rimiſque videntur apertis.

## RIPA.

Viridis Verg.lib.3.Greg.Muſcus vbi,& viridiſſima gramine ripa.
Pluuialis Idem lib.2.Georg.Vimina per ſyluam & ripis fluuialis arundo.
Viridans Idem lib.7.Aen.Ripaq; æſtus viridante leuaret.
Sonans Lucan.lib.6.Si verò ſtygioſque lacus,ripamque ſonantem.
Vmbroſa Horat.lib.3.Carm.Faſtidit vmbroſam ripam.
Tremens Idem,Et trementes verbere ripas.
Gelida Ouid.lib.14.Et in gelida ponentem corpora ripa.
Obliqua Idem lib.2.Met.Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.
Decliuis Idem lib.5.Met.Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
Mollis Idem lib.3.Faſt.Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam.
Capax Idem lib.3.Eleg.Tu potius ripis effuſe capacibus amnis.
Limoſa Idem,Amnis arundinibus limoſas obſite ripas.
Opaca Syll.Vix credas labi ripis tam mitis opacis.
Reſona Idem,Et reſonæ ſyluis ulularunt flebile ripæ.
Spumans Idem, Adde etiam Ticini ſpumantes ſanguine ripas.
Stagnans Idem lib.10.Stagnantes conſul molitur prælia ripas.
Caua Stat.lib.9.Et grauiora cauæ ſonuerunt murmura ripæ.
Curuata Syl.li.15.Nam qua curuatas ſinuatis flexibus amnis,Obliquat ripas.
Arundinea Stat.lib.6.Theb.Lętus arundinæ recubans ſuper aggere ripæ.
Putris Idem lib 9.Contentus carpit putres ſeruantia ripas.
Graminea Idem,Stabat gramineæ producta crepidine ripæ.

Fluminea



Fluminea Idem lib.1.Syll.Martia fluminea poſuit latus Ilia ripæ.
Algens Idem ibidem, Et impoſitum ripis algentibus ignem.
Frondens Claud.Frondentibus humida ripis Colla leuant.
Roſida Sidon.Per roſidas ripas, & pumices.
Torrens Seneca, Aurea torrenti deducens flumina ripa.
Virens Idem,Quæ virenti tacitum ripa bibis Iſmenon.
Alnifera Pont.Quaq; pado alniferis infert ſeſe Addua ripis.
Humens Polit.Siue humentes læto vbere ripas.
Canora Sabell.Ripiſque inflexa canoris Flumina.
Madens Idem,Nomen vada grande madenti Alta dabant terræ.
Garrula Conrad.Garrulis ripis tua tecta condens.
Strepens Idem,Quæ colunt ripas fluuij ſtrepentes.
Herbida Crinit.Madidaque ueſte preſſum in herbidis ripis.
Amœna Idem,Quum paſſim amœnis peruagatur in ripis.
Curua Quint.Curuis animalia ripis Traijcis.
Vernans Mant.Inter vernantes gramine ripas.
Arenoſa Idem,Stabat arenoſæ frondens in margine ripæ.
Aprica Idem,Roſida in aprica vernant violaria ripa.
Florens Idem,Nuntius it vario florentibus agmine ripis.
Vmbroſa Idem,Flectite & vmbroſæ nauæ naues appellite ripæ.

## RISVS.

Tremulus Lucret.lib.1.Fiet vti tremulo riſu concuſſa cachinnens.
Cachinnabilis.Apul.Riſu cachinnabuli diffluebant.
Lætus Idem,Cœpit riſu lætiſſimo geſtire.
Perſpicuus Mart.lib.2.Laxat perſpicuo labella riſu.
Blandus Claud.Et blando fraudem prætexere riſu.
Tener Idem,Teneros in ſtamine riſus, uagituſque audire putas.
Dulcis Manil.Et ſale mordaci dulces quæ rentia riſus.
Procax Pont.Sed riſus teneræ procax puellæ.
Serenus Idem Frons læta & facilis geſtus,riſuſq; ſereni.
Affluens Thom.Rad.Sermonemque epularem, & riſum affluentem.
Mordax Polit. Adde & mordaci quatientes pulpita riſu.
Hilaris Idem,Caſta fides,riſuſque hilaris,moreſque pudici.
Vrbanus Marull.Quod micat vrbanus generoſo riſus ocello.
Facilis Pamph.Reddebat facili ſerena riſu.
Argutus Conrad.Argutoque volens placere riſu.
Proteruus Crinit.Inter & poſcis iuuenes proteruo Ludere riſu.
Leuis Mant. Et leui placuit rubicundula riſu.
Alacer Remaclus,Non alacres riſus,nunc & ioca læta parantur.
Mollis Calent. Atque inter molles ludentia lumina riſus.
Facetus Bapt.Pius,cuius amor,dulciſq; lepor,riſuſque faceti.
Venuſtus Idem, Additur his geniale decus,riſuſque uenuſti.
Effuſus Theo.Cyren.Riſu effuſo eos contemnitis, ac maledictis inceſſitis.
Lepidus Textor,Dum rides lepido tanta eſt tibi gratia riſu.

## RIVVS.

Præceps Lucan.lib.2.Præcipitique ruens Tyberina ad flumina riuo.
Fluens Verg.in Buc.Riuoque fluenti! Transq; caput iace.
Leuis Idem in Culice,Quæ leuibus placidum riuis ſonat orta liquorem.
Strepitans Idem in Coppa,Et ſtrepitans rauco murmure riuus aquæ.
Saliens Idem in Buc.Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Tenuis Syll.lib.13.Deducit tenuem ſine nomine riuum.
Decurrens Varro,Tum riuos decurrentes in prata & hortos.

Mobilis

Mobilis Horat.lib.1.Carm.Et vda mobilibus pomaria riuis.
Pronus. Horat.lib.2.Carm.Pronos relabi poſſe riuos.
Obliquus Idem lib.2.Et obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.
Celer. Idem lib.3.Ducere & riuos celeres morari.
Gelidus Idem Gelidos inficiet tibi rubro ſanguine riuos.
Liquidus Idem lib.1.Epiſt.Confeſtim liquidus fortunæ riuus inauret.
Lapidoſus Ouid lib.3 Faſt.Defluit incerto lapidoſus murmure riuus.
Garrulus Seneca,Garruli gramen ſecuere riui.
Labens Claud.Hic auium cantus labentis murmura riui.
Glareoſus Plin.lib.26.Si laus naſcitur glareoſis & perennibus riuis.
Prægelidus Syll.lib.4.Quosq́; in prægelidis duratos hernica riuis.
Errans Stat.lib 4.Theb Stagnaq́; & errantes obducite puluere riuos.
Gemmans Mart.lib.9.Qua gemmantibus hinc & inde riuis.
Rauca Claud.Cornua temporibus raucos ſudantia riuos.
Peregrinans Manil.Et peregrinantes domibus ſuſpendere riuos.
Tremulus Calphur.Fons agit & tremulo percurrit lilia riuo.
Argutus Idem,Et obeſt arguti glarea riui.
Riualis Sidon.Laſſatum riuis foueat riualibus hoſtem.
Fugiens Seneca,Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.
Vndans Pont.Opumq́; Affluet vndanti riuo.
Sonans Idem,Et præceps per ſaxa ſonans ſpumantia riuus.
Crepitans Idem,Non riui crepitantis opem,non fictilis vrnæ.
Querulus Idem,Vnde fluunt queruli lachrymoſo margine riui.
Bullans Polit.Bullantem propè riuulum.
Vitreus Stroz.pat.Qua vitreus ſalientis aquæ per læuia riuus.
Amœnus Idem,Serpat vbi gelidæ riuus amœnus aquæ.
Suſurrans Stroz.fil.Lęta ſuſurrantes ſaliunt per gramina riui.
Limpidus Pamph.Fluuijq́; riuos limpidos vidi.
Aquoſus Idem,Riuis qua ſurgit aquoſis Arduus.
Ductilis Conr.Ductiles riuos ſequeris beatus.
Cadens Augurell.Vt rupe ab alta riuulus cadens fugit.
Spumans Petrar.Et riuis ſpumantibus horrida coniunx.
Vagus Mant.Riui de colle rubentes Per dumeta vagi.
Deſiliens Idem,In glaream riuo deſiliente ſonum.
Currens Idem,Et ſola currentes potent ſitientia riuos.
Conſpicuus Fauſt.Conſpicuus liquidum riuos percurrit in amnem.
Torrens Heſſus Pſal 110.Torrentes fuſo manabunt ſanguine riui.

## RIXA.

Sanguinea Horat.lib.1.Carm.Sanguineis prohibete rixis.
Proterua Idem lib.3.Litium & rixæ cupidum proteruæ.
Calida Idem,Dixit irarum,calidæq́; rixę.
Tenera Pont.Inter & ludos tenerasq; rixas.
Improba Idem,Ac ludos facit, Improbasq; rixas.
Leuis Idem,Poſt tactus teneros,leuesq; rixas.
Dulcis Stroz pat.Sic dulces improba rixas Inſerit.
Miſera Iuuen.Sat.3.Miſeræ cognoſce procœmia rixę.
Turpis Propert.lib.4.Turpis in arcana ſonuit quum rixa taberna.

## ROBVR.

Firmum Mant.Viribus egregijs & firmo robore pręſtans.
Validum Val.Flac.lib.4.Et valido qui robore tauros.
Herculeum Idem lib.1.Robur Herculeum,Lędęq; tuens genus.
Rude Idem lib 3.Et rude membris Robur ineſt.

Solidum



Solidum Pont.Solido ſtet robore tellus.
Forte Pamph Forti pugnemus auorum Robore.
Præualidum Iuuenc.Sed vos præualido conſiſtite robore cordis.
Durum Pacific.Hic ferro & duro firmatæ robore valuæ.
Rigidum Crinit.Nam cui tam rigidũ eſt pectoris ænei Robur?
Inuictum Idem,Inuictum Annibalis robur.
Inexpugnabile.Mant.Illa potens virtus, & inexpugnabile robur.
Lacertoſum Fauſt.Illa lacertoſo fultiſſima robore dextra.

## ROBVR.

In his Epithetis capitur pro ligno & duricie.

Syluestre Pall.Rut.Robora Palladij decorat ſylueſtria rami.
Firmum Lucan.lib.1.Tot circum firmo ſyluæ ſe robore tollunt.
Nodoſum Ouid.lib.12.Robore nodoſo,præduraq́; tempora fregit.
Durum Idem lib.1.Eleg.Roboribus duris ianua fulta riget.
Fiſſile Verg.lib.6.Aeneid.Fraxineæq́; trabes cuneis & fiſſile robur Scindit.
Impenetrabile.Mant.Celtiber infundens operi impenetrabile robur.

## ROGVS.

Calens Lucan.lib.3.Viuiq́; calentes Conſcendere rogos.
Auidus Ouid.lib.3.Eleg.Effugiunt auidos carmina ſola rogos.
Ardens Syll.lib.2.Ardentemq́; rogum media ſpectabat ab unda.
Niger Mart.lib.11.Nec data ſunt nigris tota labella rogis.
Triſtis Marull.An poſt neæræ funera & triſtes rogos.
Conflagrans.Mant.Conflagrante rogo non eſt deterrita flammis.
Rapidus Fauſt.Te dedit hęc rapidis Sardanapale rogis.
Funereus Bapt.Pius,Funereo comes Cypris anhela rogo.
Tabificans Archit.Tabificansq́; rogus & edulis funeris vrna.
Altus Verg.lib.4.Aen.Et altos conſcendit furibunda rogos.
Infeſtus Hier.Anger.Et petit infeſtis aurea tecta rogis.
Oetheus,ab illo rogo quo ſe Hercules combuſſit in Oetha Theſſaliæ monte. Textor.Acrior Oetheis,O Damiſella rogis.

## ROMA.

Inclyta Verg.lib.6.Aeneid.Illa inclyta Roma Imperium terris,animos æquabit Olympo.
Ferox Horat.lib.3.Triumphatisq; poſſit Roma ferox dare iura Mœdis.
Potens Ouid.lib.4.Faſt.Poſt vt Roma potens opibus iã ſecula quinq; Vidit.
Dardania Idem lib.15.Nunc quoq; Dardaniam fama eſt conſurgere Romam.
Dardana Syll.lib.4.Dij patrij,quorum auſpicijs ſtat Dardana Roma.
Bellatrix Ouid.lib.2.Triſt.Non mihi materiam bellatrix Roma negabat.
Romulea Ouid.lib.5.Faſt.Habeto Tu quoq; Romulea dixit in vrbe locum.
Saturnia Idem lib.6.Faſt.A patre dicta meo quondam Saturnia Roma eſt.
Libera Pacificus,Atq; quibus eſt curæ libera Roma, dolent.
Dominans Syll.lib.3.Nunc,ò ſocij dominantis mœnia Romæ.
Vallata Idem lib.17.Faxo vt vallata reuocetur Scipio Roma.
Septemgemina.Veg.Septemq́; vna ſibi muro circundabit arces.
Auſonia Stat.lib.4 Syll.Ergo quod Auſoniæ pater auguſtiſſimus urbis.
Aeterna Auſon.Ignota æternæ ne ſint tibi tempora Romæ.
Martia Idem,Martia Roma triplex equitatu,plebe,ſenatu.
Vetus Codr.Vrceus,Roma vetus lætas fundens ad ſydera voces.
Martigena Stoz.fil.Martigena ſummum geſſit in vrbe locum.
Superba Pamph.Saxus,Pulchrior auratis Roma ſuperba comis.
Ardua Pamph.Nunc quo Roma caput Venetis leuat ardua campis.
Ferox Sabell.Quicquid victo mox abſtulit orbi Roma ferox.
Phrygia Mich.Angl.Felſineosq́; lares,Phrygiæ quoq; mœnia Romæ.

Mauortia

Mauortia Mant. Contulit amathio ciui Mauortia Roma.
Ferox Idem, Gens regum, diuumq; ferox, vbi martia Roma.
Antiqua Idem, Scitis vt antiquę noſtri capitolia Romę Inuaſere.
Priſca Idem, Vrbs pręclara ſequens priſcę veſtigia Romę.
Cœli vicaria. Idem, Quo Italia exultat, cœliq; vicaria Roma.
Latialis Barth. Et ſancto Latialem numine Romam.
Rhœteia Idem, Nam dum Rhœteia conſulit ęgros Roma patres.
Troica Bapt. Pius, Troica te merito quamuis veneretur honore Roma.
Prodiga Iuuen. Sat. 7. Sed finem impenſi non ſeruat prodiga Roma.
Aeneis Mant. Tibrydis ad Iani collem, atq; Aeneida Romam.
Quirinalis Man. Adde Quirinali limen in vrbe datum.
Romulea Idem, Tunc tibi Romulea quum nos donaueris vrbe.
Rerum domini. Verg. lib. 1 Aen. Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.
Martigenę Syll. lib. 12. Non populi vos Martigenę tardarit origo.
Troiugenę Liuius, Amnem Troiugena Cannam Romane fuge.
Bellicoſi Portius Licin. Intulit ſeſe bellicoſam in Romuli gentem.

*ROMVLVS.*

*Amulius filius Procæ regis Albanorum, quum Numitori fratri regnum abſtuliſſet, filiam eius Rheam ſeu Iliam Veſtæ miniſterio dedicauit, ut obnoxia perpetuæ virginitati prolem habere nõ poſſet. Nihilominus tamen Rhea à Marte, ſicut aiunt, compreſſa geminos peperitur Rhemum & Romulum. Quod vbi reſciuit Amulius, infantulos in Tyberim demergi, & matrem interfici iusſit. Miſerti paſtores, quibus id negotij fuerat datum, geminos in ripa Tyberis tantum poſuerunt. Quos compertos Fauſtulus paſtor furtim educauit. Certatim ferè dicunt omnes à lupa fuiſſe nutritos. Vtcunq; res ſe habuerit, ſatis conſtat geminos illos fraterculos inter paſtores adoleuiſſe, & tandem primæ ſua originis admonitos, pulſo Amulio, reſtituiſſe regnum Numitori, & poſtmodum collecta paſtorum manu, Romam condidiſſe. Priuſquam autem conderetur, ne factio moueretur de principatu, pacto conuenerunt, vt is præeſſet regno, qui in augurijs plures apparuiſſent vultures. Sex tantum viſi ſunt Remo, duodecim Romulo. Eoq; iure rex conſtitutus, ambitum vrbis vallo & aratro deſignari iusſit, cauitq; ne quis ſulcum tranſiliret, niſi qua parte relictus & indictus fuerat portis locus. Remus ſtatim ægreferens fratris inſolens edictum, vallum tanquam in lubricum & contemptum pertranſiit magno ſuo malo, quoniam, vt iam diximus, ea de cauſa raſtris, interfectus eſt iubente Romulo. Quod autem nutriti ſint à lupa, varijs poetarum teſtimonijs doceri poteſt.*

Quirinus Verg. lib. 1. Aen. Remo cum fratre Quirinis Iura dabunt.
Mauortius Verg. lib. 6. Aen. Quin & auo comitē ſeſe Mauortius addet Romulus.
Romanus Ouid. lib. 14. Qui viret & templum Romani tehis obumbrat.
Iliades Idem lib. 3. Faſt. Iliadę iura petita dabunt.
Trabeatus Iuuen. Trabeam & diadema Quirini.
Martigena Ouid. lib. 3. Eleg. In qua martigenę non ſunt ſine crimine nati Romulus Iliades, &c.
Potens Pamph. Cecidit potentis Romuli regnum.
Augur Propert. lib. 4. Quam niſi defendens murorum Romulus augur.

ROS.

Gelidus Verg. lib. 2. Georg. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
Matutinus Idem de Ortu ſolis, Et matutino rore madebat humus.
Nocturnus Colum. lib. 3. Nihil enim ei nocebitur nocturnis roribus.
Pluuius Horat. lib. 3. Carm. Quą nebulę pluuijq; rores.
Liquidus Ouid. lib. 3. Met. Virgineos artus liquido perfundere rore.
Stillans Idem lib. 11. Et ſparſos ſtillanti rore capillos.
Vitreus Idem lib. 1. Eleg. Vrbe ſilent tota, vitreoque madentia rore.
Fœcundus Claud. Et glebas fœcundo rore maritat.
Tener, Mart. Cap. Tunc cadens tenero glaciatur rore pruina.
Dulcis Pont. In dulcem Veneris rorem, atque pocula amantum.

Madens



Madens Guill. Caſt. Luſtrauitque pios rore madente viros.
Leuis Verg. lib. 5. Aen. Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ.
Flumineus Pont. Oraq; flumineo torrida rore lauat.
Purificans Budęus Purifico rore velut aquula ſynectica, id eſt, emaculatoria, lauit.
Madidus Pamph. Robora vix vrit madidum ſtillantia rorem.
Purus Augurell. Hunc rore puro protinus lauat.
Florigena Mich. Angl. Florigenis laxat fœcundam roribus aluum.
Algens Idem, Cana nec algenti deterrent gramina rore.
Fugax Mant. Vt nix verna, fugax vt ros.
Fumifer Idem, Glomerans in nubila rorem Fumiferum.

ROSA.

Odorata Tibul. lib. 1. Floret odoratis terra benigna roſis.
Luteola Colum. lib. 10. Tum puniceæ roſæ luteolæq;, & ſarranæ uiolæ.
Florens Idem, Florente roſa defęcatam.
Amœna Horat. lib. 2. Carm. Flores amœnę ferre iube roſę.
Fulgens Apul. Fulgentium roſarum minus color renidebat.
Verna Ouid. lib. 5. Faſt. Dum loquitur, vernas afflat ab ore roſas.
Peſtana Mart. lib. 1. Peſtanis rubeant æmula labra roſis.
Syluestris Bapt. Pius, Caltaq; ſylueſtres ſi tegit vſta roſas.
Rubens Stat. lib. 3. Syl. Pubentesq; roſę primos moriuntur ad auſtros.
Tenuis Mart. lib. 4. Sic prohibet tenues gemma latere roſas.
Sutilis Idem lib. 5. Laſſenturq; roſis tempora ſutilibus.
Mollis Pont. Puella molli delicatior roſa.
Fragilis Pont. Et fragilis cedit crine decente roſa.
Humens Idem, Vel iuuat humentes carpere mane roſas.
Punicea Idem, Puniceasque ſinu ſpirat & ore roſas.
Micans Th. Radin. Luteoque ſplendore micantes promicent roſę.
Paphia Marul. Frontis honos, Paphię quod labra verna roſę.
Rorans Stroz. pār. Rorantes perhibent & rubuiſſe roſas.
Viridis Pamph. Excedunt virides laurea ſerta roſę.
Picta Idem, Pictis cingo roſis crines.
Candidula Idem, Cedunt candidulis alba liguſtra roſis.
Auricoma Idem, Floribus auricomam pingimus atq; roſam.
Mollicula Lud. Big. Molliculas inter credidit eſſe roſas.
Olens Augurell. Spirabit hic olens roſa.
Pulchra Quint. Purpureum ſpargit roſa pulchra colorem.
Tenera Propert. lib. 1. Molliter & tenera poneret oſſa roſa.
Elyſia Idem lib. 4. Mulcet vbi Elyſias aurea beata roſas.
Textilis Adr. Card. Roſas Achanti flexo vimine textiles obumbrant.
Idalia Bapt. Pius, Oebalios flores, Idaliasq; roſas.
Mundæ Propert. lib. 4. Et facilis ſpargi munda ſine arte roſa.
Hyblæa Textor, Mollior Hyblæi eſt tua lingua roſis.

ROSARIVM.

Roſidum Verg. in Roſa, Vidi peſtano gaudere roſaria cultu, &c.
Puniceum Idem in Buc. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.
Candens Apul. Candens reperirem roſarium.
Amœnum Ouid. lib. 5. Triſt. Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores.
Pictum Pamph. Vincebant biferi, quæ picta roſaria peſti.
Peſtanum Mant. Quales ferre ſolent peſtana roſaria.
Puniceum Fauſt. Punicea eſt ſolidi quæſiſſe roſaria ſenſus.
Rubicundum. Bapt. Pius, talia odorati rubiconda roſaria peſti.

ROSCIVS.

ROSCIVS.

Doctus Horat.lib.2.Epiſt.Quæ grauis Aeſopus,quæ doctus Roſcius egit.

ROSETVM.

Diues Budinus,Diues roſetum,candidum,patens,plenum.

ROSTRVM.

Aduncum Verg.lib.6.Aen.Roſtroq; immanis vultur adunco.
Rigidum Ouid.lib.5.Met.Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro.
Pandum Idem lib.10.Protinus excuſſit pando venabula roſtro.
Durum Idem lib.11.Frigida nequicquam duro dedit oſcula roſtro.
Reduncum Idem lib.12.Roſtroq; redunco,Hamatisq; viri laniarũt vnguib. ora.
Acutum Idem de Pulice,Quumq; tuum lateri roſtrum defigis acutum.
Mucronatum.Plin.lib.32.Xyphum,id eſt,gladium roſtro mucronato eſſe.
Accuruum Pont.Armatæ accuruis roſtris,atq; vnguibus vncis.
Sagax Stroz.fil.Adde & blanditias,ſagaxq; roſtrum.
Ciconianum.Conrad.Cui roſtrum genitrix Ciconianum.
Crepitans Quint.Vertice præterijt,crepitantiq; ibida roſtro.
Mordax Mant.Mordaciq; ſecant iterum præcordia roſtro.
Aeratum Idem,Velaq; iam ſinuans,proras,eratàq; roſtra.
Minax Mant.Turpe caput,roſtriq; minacis acumen aduncum.
Vulnificum Adr.Card.Præceps vulnificis vtrinq; roſtris.

ROTA.

Leuis Verg.lib.1.Aen.Atq; rotis ſummas leuibus perlabitur vndas.
Volucris Idem lib.9.Parte alia Marti,currumq;,rotasq; volucres.
Curua Ouid.lib.2.de Ponto,Nec magis eſt curuis Appia trita rotis.
Præceps Claud.Non rota ſuſpenſum præceps Ixiona torquet.
Volubilis Quint.Voluentur rotula clara volubili.
Properans Pont.Verruntq; rotis properantibus auras.
Rapida Ouid.in Ibin,Quiq; agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ.
Laborioſa Marull.Laborioſæ metiens iter rotæ.
Perpendicula Conrad.Seu perpendiculam Phœbus vbi rotam Voluit.
Aligera Guill.Caſtell.Precipitem aligeris miſit ad ima rotis.
Pernix Mant.Hippodamia rotis vehitur pernicibus.
Stridens Idem,Stridentesq; rotas onerant.
Agilis Remacl.Extulerantq́ue agiles pallida fulcra rotæ.
Cita Fauſt.Præcipitiq́ue citæ uerſet ab orbe rotæ.
Obliqua Proper.lib.4.Obliquæ ſigna iterata rotæ.
Velox Boœt.Non Ixionium caput Velox præcipitata rota.
Feruens Verg.lib.11.Frenaq́ue feruentesq́ue rotas pars munera notâ.

RVBETVM.

Durum Ouid.lib.1.Met.Cornaq́ue & in duris naſcentia mora rubetis.
Tetricum Mich.Angl.Sorbaq́ue & in tetricis horrentia mora rubetis.
Syluestre Fauſt.Condita ſylueſtri queritur Philomela rubeto.
Nemorale Idem,Abdita ſpectabat nemorali Nympha rubeto.

RVBICON.

Paruus Lucan.lib.1.Vt ventum eſt parui Rubiconis ad vndas.
Puniceus Idé,Fonte cadit modico,paruisq; impellit vndis Puniceus Rubicon.
Alpinus Mant.Venerat alpini paruum Rubiconis ad amnem.
Amęnus Claud.Italiæ commune decus,Rubiconis amœni.

RVBIGO.

Mala Colum.Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas.
Scabra Luca.lib.1.Et nigros ſcabræ morſu rubiginis enſes.
Nigra Stat.lib.1.Syll.Liuentem ſatyram nigra rubigine turbes.

Sterilis



Sterilis Horat.lib.3.Nec ſterilem ſeges rubiginem ſentiet.
Aſpera Ouid.lib.4.Faſt.Aſpera rubigo parcas cerealibus herbis.
Putris Stat.lib.3.Theb.Tunc feſſa putri rubigine pila.
Tetra Pont.Arcent & Tyrios tetra rubigine comptus.

RVBOR.

Igneus Lucan.lib.5.Stat nunquam facies,rubor igneus inficit ora.
Ingenuus Muſæus,Ora quoq; ingenuo radiant ſuffuſa rubore.
Roſeus Pont.Vidi & quæ roſeo fuerant ſuffuſa rubore.
Verecundus Ouid.lib.1.Met.Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore.
Venuis Idem lib 5.Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.
Lenis Idem in Epiſt.Quiq́ue ſuaeſt roſeo lenis in ore rubor.
Purpureus Stat.lib.2.Theb.Candida purpureum fuſa ſuper ora ruborem.
Flammans Ruffus,Ebria flammanti conſurgit ſtella rubore.
Ignitus Idem,Si face,& ignito ſuppinxerit ora rubore.
Sanguineus Idem,Et ne ſanguineus latè rubor induat ora.
Suffuſus Nemeſianus,Suffuſusque rubor cerebro,venæque tumentes.
Coruſcus Th.Rad.Aureo decore & coruſco rubore feſtiuus.
Inconſtans Polit.Inconſtansque rubor,terrificusque pauor.
Diſcolor Marull.Quod ſedet in niueo diſcolor ore rubor.
Pauidus Mant.Neſcia conſpectus,pauidoque aſſueta rubori.
Puniceus Idem,Totaque puniceis veſtita ruboribus ardet.
Tener Architr.Dat pyra,dat tenero corna inflammata rubore.
Caſtus Mant.Ore pudicitiam ſimulat,caſtumque ruborem.
Conſcius Catull.Huic manat triſti conſcius ore rubor.

RVBVS.

Aſper Verg.in Buc.Mella fluant illi,ferat & rubus aſper amomum.
Horrens Idem lib.3.Georg.Horrenteſque rubos & amantes ardua dumos.
Pinguis Pallad.Rutil.Rubos pingues pruna ſylueſtria.
Durus Ouid.lib.4.de Ponto,Mixta ferè duris vtilis herba rubis.
Mordax Idem de Medic.fac.Mordaces interiere rubi.
Acutus Seneca,Acutis aſperi vepres rubis.
Rigidus Pont.Colligit & rigidis viſcera ſparſa rubis.
Vulnificus Stroz.pat.Incidit in fraudem,vulnificumque rubum.
Hamatus Pamph.Frigidus hamatos caucaſus atque rubos.
Vilis Archit.Vileſque liguſtra Ornatura rubos.
Puniceus Propert.lib.3.Et dare puniceis plena liguſtra rubis.
Hirſutus Idem lib.4.Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis.

RVDENTES.

Torti Lucan.lib.8 Aut laqueum collo,tortosque aptare rudentes.
Intorti Syll.lib.6.Tranſtra nouant,his intortos aptare rudentes.
Laxi Stat lib.7.Laxi iactantur vbique rudentes.
Nodoſi Mant.Nodoſo lumbos conſueta rudente Cingere.

RVDIAE.

Vetuſtæ Stat.lib.12.Rudiæ genuere vetuſtæ,Nũc Rudiæ, ſolo memorabile nomen alumno.Vrbs fuit in Appulia,Ennij poetę patria.

RVDIMENTVM.

Durum Verg.lib.11.Belliq; Opinqui Duri rudiméta & nulli exaudita deorũ.

RVGA.

Senilis Ouid.lib.5.Faſt.Inque ſuo precio ruga ſenilis erat.
Anilis Claud.Et in rugas totus defluxit aniles.
Contracta Auſon Seria contractis expende poemata rugis.
Turpis Pont.Quo ruga turpis exarat.

Rigida

Rigida Sidon. Criſpato rigidæ crepitant in ſyrmate rugæ.
Triſtis Pont. Vt triſtes ſurgunt ad tempora rugæ.
Seuera Stroz. pat. Sit procul hinc triſtis rugæ cenſura ſeueræ.
Pendula Stroz. fil. Nec labat annoſo pendula ruga ſitu.
Pannoſa Pamph. Pellere pannoſas lomento pectore rugas.
Rudis Conrad. Obliquatq; rudes tot ore rugas.
Aſpera Mant. Aſpera ſulcat Ruga cutem.
Pallida Idem, Criſpabatq; cauam pallida ruga cutem.
Exanguis Idem, Effugat exangues rugas.
Nodoſa Archid. Nodoſa mereretur Nondum ruga coli.
Deformis Claud. Ambitus & votum deformibus oſcula rugis Figere.

RVGITVS.

Ferinus Apul. Ferinos rugitus terens.
Horriſonus Mant. Horriſonis cœlum rugitibus atram Fert hyemem.
Raucus Idem, Iam plurima rauco Sarcina plauſtrorum rugitu incedit.

RVINA.

Horrifica Verg. lib. 3. Geor. Horrificis iuxta ſonat Aetna ruinis.
Subita Lucan. lib. 2. Sæpe fames, pelagiq; furor, ſubitæq; ruinæ.
Probroſa Horat. lib. 3. Carm. Probroſis altior Italiæ ruinis.
Putris Lucret. lib. 2. Expugnata dabunt labem, putreſq; ruinas.
Triſtis Syll. lib. 15. Aſtitit audito triſtis clamore ruinæ.
Deformis Ruff. Feſt. Deformemq; trahit procul in vada ceca ruinam.
Fatalis Seneca, Ne fatalis cuncta ruina quaſſata labent.
Flebilis Idem, Quæ tuum magna luit ſcelus ruina flebili.
Immanis Pont. Aut parat immani fatum crudele ruina.
Præceps Idem, Aut præcipiti fatum crudele ruina.
Irremeabilis Th. Rad. Ruina ſimul irremeabili decidentes.
Dira Codrus, Diram fati ſenſere ruinam.
Cliuoſa Stroz. fil. Et vos cliuoſæ veterum monumenta ruinæ.
Rapida Quint. Abſtulit & rapidæ dedit inſatiata ruinæ.
Grauis Mant. Secumq; ruinis Inuoluunt grauibus reges.
Lethifera Remac. Lethifera quæris regnum ſtabilire ruina.
Terribilis Bern. Bolog. Vndiq; terribiles orco perfunde ruinas.
Terrifica Ioan. Pin. Toloſ. Cunctaq; terrificis voluat natura ruinis.
Vaſta Adr. Card. Et vaſtas nemorum ferunt ruinas.

RVMOR.

Vagus Ouid. lib. 11. Non iſta vagi rumoribus audis.
Terrificus Syll. lib. 4. Terrificis quatit attonitas rumoribus aures.
Trepidus Claud. Et trepidus vulgauerit omnia rumor.
Ventoſus Pacific. Friuola ventoſus diſpergit ſomnia rumor.
Volans Barth. Interea per inane volans it rumor ad urbes.

RVPES.

Dumoſa Verg. in Buc. Dumoſa de rupe procul pendere videbo.
Pinifera Lucan. lib. 2. Piniferis amplexus rupibus omnes.
Scopuloſa Idem, Hinc illinc montes, ſcopuloſæ rupis aperto.
Abrupta Idem lib. 8. Rupis in abruptæ ſcopulos.
Vmbrifera Varro. Sed vmbriferas rupes & arbores patulas ſubijciunt.
Aeria Syll. lib. 1. Aeriæ rupes ſcopulorum mole reuulſa.
Frondoſa Idem lib. 7. Et nemora, & penitus frondoſis rupibus antra.
Dura Idem lib. 12. Duris quæ rupibus hæret Bellator.
Saxea Stat. lib. 5. Theb. Illa velut rupes immoto ſaxea niſu.
Caua Stat. lib. 10. Subterq; cauis graue rupibus antrum.





Horrida Val. Flac. lib. 3. Ac velut in medio rupes latet horrida ponto.
Caucaſea Idem lib. 4. Congeminant amnes, rupeſq; fragorem Caucaſeæ.
Alpina Claud. Alpinas tranſire tibi me ſoſpite rupes.
Scrupoſa Ruff. Feſt. Succedit trepidè ſcrupoſæ concaua rupis.
Nemoroſa Sidon. Radicibus nemoroſæ rupis adhæreſcit.
Scrupea Idem, Retibuſq; caſſibuſq; ſcrupeas rupes circumuenis.
Exeſa Seneca, Non latuit infans rupis exeſa ſpecu.
Aſpera Idem, Quis inhoſpitalis caucaſi rupem aſperam.
Acuta Idem, Hærent acutis rupibus fixæ rates.
Opaca Pont. Et dominam comitemur opaca, & rupe ſedentem.
Muſcoſa Idem, Tu nunc muſcoſa placidus ſub rupe vagaris.
Fagifera Marull. Olim fagiferis rupibus Arcadum.
Horrida Augurel. Siue rupis horridæ antro.
Scabra Mich. Angl. Ad ſcabras propero rupes.
Frondens Guil. Caſt. Frondentem hanc primum dumis, nullo ordine rupem.
Saxoſa Mant. Et per ſaxoſas errantia nubila rupes.
Vmbroſa Idem, Propterea vmbroſas rupes, qua ſole putabat.
Cauata Idem, Mant. Montis in anfractu rupem ſubiere cauatam.
Montana Barth. Mixtaq; montanas replebant agmina rupes.
Inuia Plin. lib. 12. Educatus eſſet in inuijs rupibus.
Frigida Proper. lib. 1. Pro quo diuini fontes, & frigida rupes.
Vndiſona Stat. in Achil. At Thetis vndiſonis per noctem in rupibus aſtans.
Fruticoſa Mant. Imminet à tergo rupes fruticoſa.
Humens Idem, Humenti de rupe cadit.
Tetrica Syll. lib. 8. A tetrica comitantur rupe cohortes.

RVS. (&c.

Opacum Col. Curemus, ſi ex calore & æſtu cõcepta peſtis inuaſit, vt opaca rura,
Floreum Vergil. lib. 1. Aen. Qualis apes æſtate noua per florea rura Exercet ſub ſole labor.
Apricum Horat. lib. 3. Carm. Per meos fines, & aprica rura Lenis incedas.
Frigidum Idem lib. 1. Epiſt. Gabioſq; petunt, & frigida rura.
Ferax Ouid. lib. 1. Met. Et quoſcunq; deos, vmbroſaq; ſylua, feraxq; Rus hẽt.
Auricomum Auſon. Cuncta vigent, nemus omne viret auricomum rus.
Frondeum Pont. Quum viret omne nemus, reſonent quum frondea rura.
Floridum Idem, Sin & per florida rura, ſparſa manus, decor ipſe, auriq; & gloria frondis.
Viridans Idem, Et virides horti ſint, & viridantia rura.
Humens Idem, Rura tuis qui noſtra rigas humentia lymphis.
Frondens Idem, Et lachrymis ſata prata meis frondentia rura.
Saturum Polit. Ruris opes ſaturi, gnauoq; agitanda colono Munera.
Amœnum Marul. Temperas colles & amœna Cypri Rura.
Floriferum Mant. Florifero tu rure latens, ſacrata Napæis Arua tenes.
Virens Idem, Fert ſpacians alacrem per rura virentia greſſum.
Lætum Pamph. Incultus læto carpit de rore colonus.
Nemoroſum Crinit. Siue cyrrheos nemoroſa ſaltus Rura perluſtras.
Spacioſum Bebelius, Poſtquam tota cohors ſpacioſo rure refuſa.
Florens Cæſ. Germ. Et crebro tonitru iunget florentia rura.
Cereale Mant. Per ſegetes procul aſpiciens Cerealia rura.
Campeſtre Idem, Campeſtria rura Cremone.
Patens Idem, Impetus exierit per rura patentia raucos.
Roſidum Mant. Errantque per antrum Igniuomum, tanquam agni alacres per roſida rura.

Fragrans Idem, Fragrantia rura, Purpureas paſſim violas.
Pingue Idem, Nec pinguia rura, Nec placidè retinent epulæ.
Vernans Idem, Illic perpetuo vernantia gramine rura.
Aquaticum Idem, Nos inter opacas Mincius eduxit ſalices per aquatica rura.
Saxoſum Idem, Qua rura Ligur ſaxoſa colonus Exercet.
Fœcundum Idem Mant. Miratiq; ſolum felix, fœcundaq; rura.

R V S T I C I T A S.

Pura Pallad. Rutil. Sed pura tantum rusticitate rudes.
Mitis Idem, Aſpera ſed miti ruſticitat e leges.
Imperita Vegetius, Imperita ruſticitas plura promittit.
Dura Mart. lib. 7. Hirſutum & dura ruſticitate trucem.
Indocta Mart. Cap. Indocta ruſticitate vexaræ.
Neſcia amorum. Marul. Antiquusq; rigor, & neſcia amorum Ruſticitas.
Inculta Pamph. Inculta quàmuis ruſticitate fera.
Simplex Mant. Fatigat iſta ſimplex ruſticitas.
Agreſtis Fauſt. Si te ruſticitas vilem genuiſſet agreſtis.
Horrida Bapt. Pius, Horrida ruſticitas, feritas inamabilis.

R V S T I C V S.

Acer Vergilius lib. 2. Georg. Iam tum acer curas venientem extendit in annum Ruſticus.
Tetricus Colum. Tetrici ruſtici curam poſcit.
Indoctus Hor. in Art. Indoctus quid enim ſaperet, liberq; laborum Ruſticus.
Sagax Polit. Ecce ſagax tacitam venientis ruſticus anni Curã corde coquit.
Prouidus Idem, Legesq; dierum Prouidus obſeruat.
Sordidus Pampli. Sordidus hanc potuit numerato ruſticus auro.
Trepidus Conrad. Trepidos ruſticolas & caſulas veliant.
Cautus Fauſt. Hoc duce cautus habet prænuncia ruſticus aſtra.
Fortis Tibull. lib. 2. Fortis arat valido ruſticus arua boue.
Decolor Mant. Decolor incuruo ruſticus enſe metit.

R V T A.

Rigens Verg. in Moreto, Inde comas apij graciles, rutamq; rigentem.
Acuens lumina. Ouid. lib. 2. de Remed. Vtilius ſumas acuentes lumina rutas.
Multicoma Pampli. Cingebat rutæ quæ coma multicomæ.

## S A B A.

Thurifera Plin. Sabæi Arabum propter thura clariſſimi.
Arabica Bapt. Pius, Arabicæ vnda ſſer gutta beata Sabæ.
Auſtralis Idem, Auſtralis reginæ Sabatis gaza cumulauerit.
Ferax thuris Mant. Nec thuris Saba ſola ferax.

S A B AE I.

Molles Verg. lib. 1. Georg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.
Fatilegi Lucan. lib. 9. Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.
Odoriferi Stat. lib. 1. Syll. Ignis odoriferos exhauſit flamma Sabæos.
Dites Stat. lib. 5. Syll. Dites nec ſi tibi rara Sabæi Cinnama.
Thuriferi Val. Flac. lib. 6. Hæc quoq; thuriferos felicia regna Sabæos.
Pingues Pont. Laudatos Arabum campos, pinguemq; Sabæum.
Vncti Idem, Quicquid odoris habent Arabes, vnctiq; Sabæi.
Thurilegi Barth. Thurilegiq; ſuum nomen miſere Sabæi.
Leues Claud. Mœdis, leuibusq; Sabæis imperat hic ſexus.

S A B B A T A.

Recutita, à Iudæis, qui recutiti dicuntur. Perſius, Recutitaq; ſabbata pallet.





Fœda Conrad. Vel molles Arabas, fœdaq; ſabbata.
Feſta Iuuen. Sat. 6. Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbata reges.

S A B I N I, & S A B I N AE.

Priſci Mart. lib. 10. Simplicior priſcis Numaci Galle Sabinis.
Rigidi Horat. lib. 2. Epiſt. Et Gabijs, & cum rigidis æquata Sabinis.
Veteres Iuuen. Sat. 10. Ac veteres imitata Sabinas.
Duri Proper. lib. 2. Qui quærit Tacios veteres, durosq; Sabinos.
Intactæ Proper. lib. 2. de Romulo loquens, Tu rapere intactas docuiſti impunè Sabinas.
Fortes Mant. Quos Garganus alit, Marſi, forteſq; Sabini.

S A C C A R V M.

Indicum Plin. lib. 12. Saccarum & Arabia fert, ſed laudatius India.

S A C C V S.

Panarius Theod. Cyr. Simus quum non haberet quicquam quod eſſet, panarium ſaccum corroſit.

S A C E L L V M.

Caſtum Pont. Ipſe dedit caſtis multo cum thure ſacellis.
Venerabile Stroz. pat. Soſpes vti valeam venerabile adire ſacellum.
Pium Bapt. Pius, Et proſit coluiſſe pio pia thura ſacello.

S A C E R D O S.

Canus Ouid. lib. 4. Faſt. Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos.
Laniger Claud. Laniger & poſita ſuſpirans veſte ſacerdos.
Conſpicuus Pont. Aſter conſpicuus Tyrrhena in veſte ſacerdos.
Diuinus Stroz. pat. Tu quamcumque poli patrem diuine ſacerdos.
Caſtus Pacificus, Hæc legat & triſtis cenſor caſtuſq; ſacerdos.
Vittatus Cleoph. Debita non repetit vittatus ritè ſacerdos.
Sacer Reuchl. in Serg. Proinde & ſacris victum ſacerdotib. ademit annuum.
Verbipotens Mant. Nanq; vbi verbipotens ſacroque ſalutifer ore Sontem animam fando inſtaurat, damnata ſacerdos Tartareæ ferat antra domus.

S A C R V M.

Solenne Sabell. Ite, inſtat ſolenne ſacrum, properare miniſtri.
Pingue Mant. Primus Abel pingui coluit tua numina ſacro.
Odoratum Idem, Ignis odorato renouat ſua tempora ſacro.
Pium Ouid. lib. 2. Faſt. I mea, dixit, auis, ne quid pia ſacra moretur.
Caſtum Stat. in Achil. Dehinc ſociare choros, caſtiſq; accedere ſacris.

S AE C V L V M.

Volubile Mant. Illa volubilia ſæculorum abſcondita in vmbra.

S AE V I T I A.

Nefanda Lucan. lib. 2. Moremq; nefandæ Dirum ſæuitiæ.
Ignea Colum. lib. 8. Igneam ſæuitiam differens.
Inexorabilis Apul. Offenſum numen inexorabili me ſæuitia premit.
Proterua Marull. Sic quem ſæuitia fugas proterua.
Maligna Pamph. Excutiet ſonus malignam dulcis ſæuitiam.
Sanguinolenta. Mant. Quod ſanguinolenta volebat ſæuities.
Atrox Idem, Vbi vicit atrocem ſæuitiam.
Furens Idem, viri extinxère furentem Sæuitiam.
Violenta Idem, Nulli violenta pepercit ſæuities.
Barbara Pont. Huic & ſæuities conceſſit barbara.
Procax Crinit. Ludit procaci ſæuitia, vt lubet.
Acerba Mant. Capitale odium, & feritatis acerbam ſæuitiam exercent.

S A G A.

Diuinipotens. Tho. Rad. Per ſagæ iſtius diuinipotentis artem.

Profana Stroz. fil. Mingat in acernos ſaga profana rogos.
Rapax Tibull. lib. 1. Aut tu quam primum ſagæ præcepta rapacis Deſere.
Theſſala, quoniam Theſſalicę mulieres fuerunt peritiſſimę veneficiorũ, vt abundè patet verbis Luc. ex lib. 6. Proper. lib. 3. Eluere aut vaſto Theſſala ſaga mari.
Garrula Mart. lib. 11. Expiet vt ſomnos garrula ſaga tuos.
Citæis, à Citæa vrbe Colchorum veneficis herbis, fœminisq; incantatricibus famoſa. Inde Carmina vocantur Citæina. Proper. lib. 2. Non hic herba valet, non hic nocturna Citæis.

## SAGITTA.

Cretæa Verg. in Cyri, Attica Cretæa ſternebat rura ſagitta.
Celer Idem lib. 1. Aen. Celeresq; ſagittas Corripuit.
Volucris Idem lib. 5. Illa noto citius, volucriq; ſagitta Ad terram fugit.
Threicia Idem ibid. Alter Amazoniam pharetram, plenamq; ſagittis Threicijs.
Stridens Idem lib. 7. Hic iuuenis primam ante aciem ſtridente ſagitta.
Lycia Verg. lib. 8. Ille mihi inſignem pharetram Lyciasq; ſagittas.
Leuis Verg. lib. 9. Iaculo celerem leuibusq; ſagittis.
Eoa Lucan. lib. 3. Nec Eois peior Gortyna ſagittis.
Theſſalica Lucan. lib. 4. Nox quum theſſalicas vrgebat parua ſagittas.
Lernæa, hydræ veneno infecta. Idẽ li. 6. Improbe, Lernæas vector paſſure ſagittas.
Ithuræa Idem lib. 6. Ithuræis curſus fuit inde ſagittis.
Scythica Lucan. lib. 8. Experti Scythicas Craſſo pereunte ſagittas.
Venenata Horat. lib. 1. Carm. Nec venenatis grauida ſagittis.
Acuta Apul. lib. 10. Nam & pinnulis, & ſagittulis acutis formæ præclarè congruebant.
Volans Ouid. lib. 3. Triſt. Hoſtis equo pollens, longeq; volante ſagitta.
Hamata Idem ibidem, Pars cadit hamatis miſerè confixa ſagittis.
Biſtonia Idem lib. 1. de Ponto, Altera Biſtonias pars eſt ſenſura ſagittas.
Lita felle. Idem lib. 4. de Ponto, Sint ne litæ tenues ſerpentes felle ſagittæ.
Scelerata Idem lib. 1. de Arte, Tu pia tela feres, ſceleratas ille ſagittas.
Partha Idem lib. 1. de Remed. Vince cupidineas pariter Parthasq; ſagittas.
Getica Idem in Ibin, Deniq; Sarmaticas inter Geticasq; ſagittas.
Plumbata Plin. lib. 10. Plumbatis igitur ſagittis eos decutiunt.
Pennigera Syll. lib. 8. Nec mos pennigeris pharetram impleuiſſe ſagittis.
Luſoria Veger. Quæ aptior poterit reperire, arcubus ligneis, ſagittisq; luſorijs.
Cydonea Stat. lib. 8. Cydonæas ante ibunt geſa ſagittas.
Formidanda Idem lib. 8. Et formidandæ non vna in morte ſagittæ.
Herculea Idem lib. 10. Arcus & Herculeæ iuuiſſent bella ſagittæ.
Vaga Idem, Cœloq; vagis ſpes nulla ſagittis.
Achæmenia Proper. Non tot Achæmenijs armantur ſuſa ſagittis.
Arcana Val. Flac. lib. 2. Occidit arcana genitrix abſumpta ſagitta.
Cupida Claud. Cupidas arcete ſagittas.
Rapida Cæſ. Germ. Cornua Centauri, rapida diſtincta ſagitta.
Flammata Ruff. Feſt. Surgunt flammatæ ſigna ſagittæ.
Parthica Seneca, Sagitta qualis Parthica, velox manu.
Aurata Pont. At Venus auratis humeros armata ſagittis.
Dira Idem, Quum ferus diras acuit ſagittas.
Crudelis Idem, Nam mea crudeles tetigerunt corda ſagittæ.
Impia Idem, Crudelis puer impias ſagittas.
Præceps Idem, Senſit præcipitem vento ſtridente ſagittam.
Trux Pont. Crudeles calami, truces ſagittæ.
Tortilis Idem, Auertit dea tortiles ſagittas.
Rutila Idem, Ipſe manu rutilam geſtabat ab ære ſagittam.

Aurea



Aurea Tho. Rad. Per fluctuantes pinnulas, & areas Cupidinis ſagittulas.
Dictynna Idem, Alius cingulum Paphium, hic Dictynnas ſagittas.
Vltrix Polit. Affertumq; larem tandem, vltricesq; ſagittas.
Lethalis Marul. Lethales tibi ſufficit ſagittas.
Immitis Fleuit immitis leuiore plectro Damna ſagittæ.
Nitida Stroz. pat. Nudus amor facibusq; ſuis, nitidisq; ſagittis.
Sæua Idem, Parce puer ſæuas in me torquere ſagittas.
Præpilata Stroz. fil. Et præpilatas ſuccis armare ſagittas.
Nymbiſona Pamph. Preſſus nymbiſona fuit ſagitta.
Gortyniaca Pamph. Et Gortyniacas leuis ſagittas.
Aerata Pamph. Adde quod æratas ſuperum facit ira ſagittas.
Improba Pamph. Quæ ſpernit necis improbas ſagittas.
Cruenta Pamph. Cruenta illius iuuenis ferit ſagitta.
Velox Pamph. Qui ſua veloces torquent poſt terga ſagittas.
Teres Sabel. Ipſe Scythes curuos arcus, teretesq; ſagittas.
Occulta Conrad. Certus occultas iacit hic ſagittas.
Morboſa Idem, Conde morboſa, petimus, ſagitta.
Pennata Lud. Bigus, Pennatis fuit ob fidem ſagittis.
Dura Idem, Stringe in me gladium, duras iaculare ſagittas.
Radians Pallad. Soran. Stridet radiantibus aura ſagittis.
Horriſona Barthol. Et horriſonas ſub tartara merge ſagittas.
Armenia Idem, Pergite, & Armenias belli frenate ſagittas.
Arundinea Idem, Veſtit arundineas & certatura ſagittas.
Creſſa Idem, Ocyor hic Parthi iaculo, Creſſisq; ſagittis.
Fatifera Fauſt. Si fatiferam ſimul icta ſagittam ſentiat.
Infeſta Iuuen. Sat. 15. Audeat & infeſtis pugnam inſtaurare ſagittis.
Mœda Propert. lib. 3. Neve tua Mœdæ lætentur cæde ſagittæ.
Ignicrema Muſæus, Ne ſic ignicremas potuit vitare ſagittas.
Igniuoma Idem, Sed mox igniuomis domitus, fixusq; ſagittis.
Alata Idem, Ocyius alatis volat, effertúrq; ſagittis.
Tortilis Heur. Laber. Auer te heù dea tortiles ſagittas.

## *SAGVNTHVS.*

*Saguntbus, vrbs fuit Hiſpaniæ, à Græcis condita, cuius habitatores adeò fideles Romanis extiterunt, vt ab Annibale obſeſſi, multos menſes obſtinatis & infractis animis obſidionem tulerint, maluerintq; expectare vrbis excidium, quàm deditionem facere. Et quum iam ſalutem deſperarent, collatis in forum, quæ vnicuiq; erant chariſsima, atque vndiq; circundatis accenſisq; ignis nutrimentis ne à ſocietate deſiſterent, publico & communi rogo ſeipſos ſuperiecerunt. Dicitur etiam Saguntbum, & Saguntbos. Lucan. lib. 3. Nec pauet hic populus pro libertate ſubire. Obſeſſum Pœno geſsit quod Marte Saguntbum.*

Graia Syll. lib. 3. Quod tanto cecidit molimine Graia ſagunthos.
Rutula Idem lib. 4. Rutulam fumaſſe ſagunthum.
Animoſa Idem lib. 9. Eſt animoſa ſagunthos: Conceſſere Alpes.
Miſera Idem lib. 12. Infelix, fidei miſeræq; ſecunda ſaguntho.
Rigida Stroz. fil. Rigidæ penè æqua ſaguntho.
Hiſpana Idem, Hiſpanam pars ceſſit ad vſque ſagunthum.
Neritia Mich. Angl. Neritiam talis combuſſit flamma ſagunthum.
Metallifera Mant. Ecce metalliferi tractus, ecce alta ſagunthi Tecta.
Fidelis Mant. Tarraco Scipiadum labor, atq; fidele ſagunthum Pompeio.

## SAGVLVM.

Caſtrenſe Theod. Cyr. Iam verò ſubuculas, hybernas chlænas, & caſtrenſia ſagula, nequaquam ſtamina ſola conficiunt.
Sericum Mant. Vndiq; ſuſpendit chlamydes, ſaga ſerica, & enſes.

Qq 3 Candidum

Candidum Plin.lib.17. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demetit, candido excipitur ſagulo.

Virgatum, lineis verſicoloribus perinde ac virgis diſtinctum & variegatum. Verg. Virgatis lucent ſagulis, tum lactea colla Auro innectuntur.

### S A L.

Fuſile Colum.lib.7. Vel cum fuſili ſale trita.
Purum Ouid.lib.1.Faſt. Far erat & puri lucida mica ſalis.
Aequoreum Auſon. Irritamentum quibus additur æquoreum ſal.
Albidum Mart.Cap. Vnus albidi ſalis inſtar.
Rigens Petrarcha, Quod ſale terga boum tereret laniata rigenti.

### *S A L A M I S.*

*Salamin, ſeu Salamis inſula eſt in Euboico mari contra Athenas ſita, in qua eſt vrbs eiuſdem nominis: altera fuit in Cypro, quam Teucer condidit priore pulſus à patre.*

Antiqua Mart. Pulſus antiquam ſalamina Teucer liquit.
Superba Antipater Epigr. Apud Plutar. Quin & Ion quidam, quidam ſalamina ſuperbam, Theſſaliam multi genuiſſe ferunt.
Cypria Theod.Cyr. Tum ait, & apud Cypriam Salamina hominem mactari ſolitum.

### S A L E B R A.

Præceps Pamph. Ludere præcipites currere per ſalebras.
Difficilis Mant. Difficiles quondam ſalebras incurrit.
Leuis Adr.Card. Rauco murmure, leuibus ſalebris.

### S A L E S.

Proterui Stat.lib.1.Syll. Et ridens & ſales proterui.
Compoſiti Idem, Compoſitosq; ſales, meditataq; verba locutus.
Lepore tincti Mart.lib.3. Lepore tinctos Attico ſales narrat.
Romani Idem lib.8. Aut tu Romano lepidos ſale tinge libellos.
Læti Claud. Qui lætis riſum ſalibus mouiſſe facetus.
Mordaces Manil. Et ſale mordaci dulces quærentia riſus.
Meandræi Bapt.Pius, Atq; Meandræi muſa beatæ ſalis.
Comici Sidon. Hoſpitalitatem comicis ſalibus comparandam.
Nitidi Idem, Illum cui nitidi ſales, rigorq;.
Amari Pont. Spiculaq; in ſalibus tinget deriſor amaris.
Teneri Idem, Muſa ſed ad teneros ingenioſa ſales.
Molles Idem Pont. Et molles tenero ſpargit ab ore ſales.
Culti Idem, Et culti, & nulla ruſticitate ſales.
Tenues Polit. Pars tenues ſparſere ſales epigrammate multo.
Arguti Idem, Non vacat argutosq; ſales, ſatyrasq; bibaces.
Puri Idem, Dat puros gratia nuda ſales.
Dulces Marul. Cum dulci ſale, ſerijsq; blandis.
Blandi Pamph.Saxus, Si iocos blandis ſalibus petulcos.
Honeſti Augur. Qui ſolitis reliquos ſalibus conſpergere honeſtis.
Plautini Cleoph. Plautiniq; nitent non procul inde ſales.
Iucundi Mant. Iucundos monet ore ſales, riſuq; modeſto.
Docti Claud. Temperies, doctiq; ſales, & grata ſenectus.
Vafri Mant. Erudit & vafro callida verba ſale.

### S A L I C T V M.

Canens Verg lib.2.Georg. Populus & glauca canentia fronde ſalicta.
Glaucum Colum. Et quibus infeſtæ Baccho, glaucisq; ſalictis.
Vdum Hor.lib.2.Carm. Nunc in vdo ludere cum vitulis ſalicto.
Nauum Helu.Cinna apud Gell. At nunc me geni naua per ſalicta Bigis, &c.
Canum Ouid.lib.5.Met. Cana ſalicta dabant nutritaq; populus vnda.

Denſum



Denſum Idem lib.11. Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis.
Humile Pont. Illa deum fugiens humili ſublapſa ſalicto.
Gracile Calphur. Sed mihi nec gracili ſine te fiſcella ſalicto.
Molle Idem, Tu tamen aut læues hederas, aut molle ſalictum.
Vmbrans Pont. Populeo ſtatuam thalamo, atq; vmbrante ſalicto.
Vmbroſum Marull. Cum ſub vmbroſo recubans ſalicto.

### S A L I N V M.

Vaſculum eſt, in quo ſal reponitur ad menſæ vſum.

Purum Perſius Sat.3. Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum.

### S A L I V A.

Venenoſa Lactant. Oribus immundis expuent ſaliuas venenoſas.
Mollis Stroz.pat. Et mollem è labiis noras ſorbere ſaliuam.
Dulcis Idem, Atq; illinc dulcem roſtro parcente ſaliuam.
Putris Remacl. Vultus & inſignis ſanie, putriq; ſaliua.
Labens Mant. Labentemq; pluit per mentum barba ſaliuam.
Luſtralis Perſius Saty.2. Infami & digito & luſtralibus ante ſaliuis Expiat.
Spurca Catull. Suauia coniunxit ſpurca ſaliua tua.

### S A L I V N C A.

Humilis Verg.in Buc. Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.
Folioſa Plin.lib.21. Saliunca quidem folioſa eſt, ſed breuis. Nomē eſt herbę.

### *S A L I X.*

*Salix, arbor eſt viminoſa & multis perticis ſe ſurrigens, infrugifera, & amaro cortice. Plicatilis & lenta, colore glauco, ventis agitabilis, gaudens humidis locis. Quum germinauit, ad vnā perticam ſubmittitur. Pampinatur inſtar vineæ, vt in longitudinem potius q̄ ramorum latitudinē euocetur. Sic culta, quarto cæditur anno, & vinculis præparatur. Abſciſſa citò repullulat, mutationem loci facilè patitur in iuuenta. Semen ocyſſimè perdit, & ante maturitatem, ob id dicta ab Homero, Frugiperda. Citò germinat, longa ſunt eius folia, & non multum lata. Quum flaueſcunt, ruunt ſua ſponte. Lentiſſima eſt, & propterea faciendis ſcutis aptiſſima. Breuis ei vita. Fructus adhuc immaturus abit in araneam, ſed ſi prius colligatur, ſanguinem reijcientibus prodeſt. Alio nomine vocatur Siler. Aptiſſima eſt varijs medicamentis. Cinis corticis, è ramis primis, calcium aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie magis emendat, admixto ſucco ſuo, qui triplex eſt. Folia cocta cum cera trita imponuntur podagricis. Eadem intemperantiam libidinis coercent pota, & in totum auferunt vſum ſæpius ſumpta. Cortice & folijs in vino decoctis ſanantur nerui. Semen mulieri ſterilitatis medicamentum eſt.*

Amara Verg.in Buc. Florentem cytiſum, & ſalices carperis amaras.
Lenta Idem, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.
Fœcunda Verg.lib.3.Georg. Viminibus ſalices, fœcundæ frondibus vlmi.
Glauca Idem li.4. Georg. Et glaucas ſalices, caſiamq; crocumq; rubentem.
Cana Lucan.lib.4. Primum cana ſalix madefacto vimine.
Viminalis Colum.lib.8. Salices viminales atq; a undineta.
Perticalis Idem, Perticalis ferè ſalix eundem agrum quem viminalis deſiderat.
Syluatica Pallad.Rutil. Iuncus tenuis, ſalix ſyluatica.
Fluminea Idem, Flumineam ſalicem fœcundat ardua membra.
Tenera Lucret lib.2. Nec teneræ ſalices, atq; herbæ rore vigentes.
Amnicola Ouid.lib.10. Amnicolæq; ſimul ſalices, & aquatica lotos.
Vmbroſa Ouid.li.3.Faſt. Vmbroſæ ſalices, volucresq; canoræ. Fecerūt ſomnos.
Frugiperda Plin.lib.16. Ob id dicta ab Homero frugiperda.
Erratica Vitru. Tenuit iuncus, ſalix erratica.
Cenens Pont. Canentes vſens ſalices, & flauus auena.
Reſona Stroz.fil. Et reſonas ſalices, reſonos in carmine fluctus.
Opaca Mant. Nos inter opacas Mincius eduxit ſalices.

Amerina, ab Ameria vrbe Vmbrię, ſalicibus ferace. Hinc Vergilius vocat Amerina retinacula.

Qq 4 SAL

*SALMONEVS.*

*Rex fuit Elidis, qui quum Iouis fulmen in aere mentiretur, vt propterea crederetur deus, ab ipſo Ioue fulminatus eſt. Val. Flac. li. 1. Argon. Salmoneus nondũ ille furens, quum fingeret alti Quadrifida trabe tela Iouis. Mant. Sic quoq; deluſus curru Iouis æmulus alto, Flãmiferumq; rotans Alphæa per oppida fulmen Occidit, & caſu Elæam perterruit vrbẽ. Vide Ver. lib. 6. Aen.*

Aeolides, filius Aeoli. Mant. Curruq; volanti Aeolidem aggreſſum tonitru, &c.
Audax. Clau. Quid tale vel audax Fulmine Salmoneus, vel lingua Tãtal⁹ egit.

S A L O M O N.

Potens Polit. Teq; Palæſtini laqueantẽ culmina tẽpli, Mõtis opũq; potẽs Salo(mon.
Solymus Quint. An templum Solymi regis.
Spectabilis Mant. Qualis erat, feſtis gradiens ad templa diebus, ſplendidus & puro Salomon ſpectabilis auro.

S A L O N E.

Littoreæ Mart. lib. 10. Ibis littoreas macer ſalonas.
Dalmaticæ Sidon. Buſtum Dalmaticæ vident ſalonæ.

S A L T A T I O.

Exoſſis Apul. lib. 1. de Aſino, Inq; flexibus tortuoſis eneruem & exoſſem ſaltationem explicat.
Agilis Idem lib. 10. Saltationis agilis vigorem ſuſcitabat.

S A L T V S.

Profundus Verg. lib. 2. Georg. Complentur valleſq; cauæ, ſaltuſq; profundi.
Vaſtus Lucan. lib. 9. Deuia qua vaſtos aperit Gandauia ſaltus.
Syluester Varro, Syluestris delectabuntur ſaltibus.
Viridis Lucr. lib. 2. At mater virides ſaltus orbata peragrans.
Secretus Ouid. in Epiſt. Sic tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit.
Aptus venatibus. Idem, Quis tibi monſtrabat ſaltus venatibus aptos.
Opacus Syll. lib. 15. Vt cum venatu ſaltus exercet opacos.
Riguus Claud. Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus.
Ferus Idem, Illa feros ſaltus, & deſolata relinquens Mænala.
Inacceſſus Manil. Nec per inacceſſos metuentem vadere ſaltus.
Dumoſus Ruffus Feſt. Si capra dumoſis errans in ſaltibus.
Vmbroſus Pont. Non ipſe vmbroſos ſaltus indagine cinget.
Occultus Pont. Nec verò maris occultos inuadere ſaltus.
Quietus Idem, Quietos vmbrarum ſaltus, & grata ſilentia captas.
Gelidus Idem, Et ſaltus gelidos virentis Hæmi.
Fœcundus Tho. Rad. Fœcundos ſaltus peragrans.
Herboſus. Stroz. pat. Lætus in herboſis ſaltus armẽta recluſis Paſtor agit ſtabulis.
Syluoſus Liuius, Saltus duo alti ſyluoſiq; ſunt.
Auius Idem, In ſaltum auium compulſam eſſe.
Deuius Idem, Viamq; per deuios ſaltus Romano bello feciſſe.
Inuius Liuius, Ad conſulem per ſaltus propè inuios peruenere.
Vagus Crinit. Quid hic virentia nemora & vagos ſaltus.
Excelſus Quint. Et excelſos tollunt ſuper æra ſaltus.
Obſcurus Idem, Obſcuri ſaltus, perq; anfractus nemoroſos.
Silens Quint. Viuentes ſyluarum vmbras, ſaltuſq; ſilentes.
Incultus Mant. Atq; per incultos ſaltus, atq; inuia rura.
Vmbrifer Iuuen Sat. 10. Vmbriferos vbi pandit Thabrata ſaltus.
Reconditus Catul. Syluarumq; virentium, ſaltuumq; reconditorum.

S A L T V S.

Præceps Verg. lib. 8 Seq; ipſe per ignem Præcipiti iecit ſaltu.
Pernix Lucr. lib. 5. Deniq; iam ſaltu pernici tollere corpus.
Concitus Apul. In ipſum barathrum ſaltu concito præcipitare.

Leuis



Leuis Ouid. lib. 3. Met. Doq; leues ſaltus, vdæq; innitor arenæ.
Volucer Stat. lib. 6. Theb. Volucris ſuper agmina ſaltu Micat.
Rapidus Stat. lib. 7 Theb. I, Medium rapido Boreamq; illabere ſaltu.
Volans Claud. Arcere volantes Cornipedum ſaltus.
Tremulus Sidon. Laudent, & tremulo non rumpant cantica ſaltu.
Excelſus Quint. Et excelſos tollunt ſuper æthera ſaltus.
Prærapidus Mant. Prærapido in ſteriles ſaltu effunduntur arenas.
Agilis Idem, Geſtit & thyaſos, agili rolat ardua ſaltu.

S A L V M.

Viride Verg. in Cyri, Flectitur in viridi nemus ſalo.
Spumans Idem lib. 3. Aen. Fit ſonitus ſpumante ſalo.
Vaſtum Stroz. pat. Poſt terræ & vaſti longa pericla ſali.
Piſcoſum Ruffus Feſt. Inſcia piſcoſi ſemper ſali.
Sonorum Idem, Iſta ſonoro Supprimit vnda ſalo.
Voraginoſum Sidon. Aut voraginoſo quæ vallat ſalo Boſphorum Propontis.
Vndans Pont. Ecce ingens vndante ſalo latè obuiam.
Turbatum Stroz. pater, Qua prece turbati flectitur ira ſali.
Procelloſum Idem, Vnca procelloſo eſt anchora iacta ſalo.
Vndoſum Stroz. fil. Auſa per vndoſum currere prima ſalum.
Gelidum Idem, Tunc gelidum memorant incaluiſſe ſalum.
Ventiſonum Conrad. Ventiſonum latus addit ſalum.
Tumidum Pallad. Sor. Non audet tumido credere vela ſalo.
Rapidum Catull. Rapidum ſalum tuliſtis, truculentaq; pelagi.
Tremulum Idem, Tum tremuli aduerſas procurere in vndas.

S A L V S.

Dulcis Ouid. lib. 5. Triſt. Si tibi contingat cum dulci vita ſalute.
Blanda Bapt. Pius, Nec mihi ſideream blandamollire ſalute Chlorida.
Tuta Mant. Tuta ſalus, hoſtile nihil.

*SAMBVCVS.*

*Sambuco arbori plurima eſt medulla, ocyſſimè floret. Eius interiora mire firme eſſe traduntur, ita vt venabula ex ea præferantur omnibus. Conſtat ex cute & oſſibus. Creditur tempeſtiuè, quum decorticatur. Cortice eſt inextricabili & carie ſubnaſcente ei, materiaq; nigreſcente. Numeratur à Plinio inter eas quæ ſcutis conficiendis aptæ ſunt.*

Medullata Th. Radin. Medullata ſambucus, reſponſis apta quercus.
Olens Mant. Et nigris ebuli baccis, & olente ſambuco.
Triangula Mant. Tenſaq; diſparibus ſambuca triangula neruis.

*SAMOS.*

*Samos inſula eſt in mari Icario, clara nomine Iunonis, quæ ibidem nata eſt, prius vocabatur Parthenia, abundat luto fictilibus conficiendis aptiſſimo. Adiacet Thraciæ, hinc propter populorum affinitatem Samothracia dicta eſt.*

Threicia Verg. lib. 7. Threiciamq; Samon, quæ nunc Samothracia fertur.
Iunonia, ſacra Iunoni. Ouid. lib. 8. Et iam Iunonia læua Parte Samos fuerat.
Vetus Ouid. lib. 6. Faſt. Et veterem latio ſuppoſuiſſe Samon.
Fœcunda Codrus, Hæc erat illa Samos nimium fœcunda.
Pulchra Pamph. Pulchra Samos, pulchræ Tyriæ Carthaginis arces.
Illuſtris Sabell. Illuſtriſq; Samos Trinacriumq; ſolum.
Sterilis Mant. Vt Libyæ ſterilem fertilitate Samon.
Thrax Idem, Acceſſit Thracem Samon.
Concinna Horat. lib. 1. Epiſt. Quid concinna Samos, quid Crœſi regia Sardis.

S A N G V I S.

Ater Verg. lib. 3. Georg. Vulneribus crebris lauit ater corpora ſanguis.
Spumans Idem lib. 9. Et plenos ſpumanti ſanguine riuos.

Calidus

Calidus Lucan.lib.1.Dum mouet hæc calidus ſpirantia corpora ſanguis.
Feruidus Lucan.lib.2.Feruidus hæc iterum circa præcordia ſanguis.
Sordidus Idem lib.4.Sordidus exhauſto ſorbetur ab vbere ſanguis.
Craſſus Idem lib.7.Iamq; habes, & Craſſo non aſper ſanguine mucro.
Ruber Horat.lib.3.Carm.Gelidos inficiet tibi rubro ſanguine riuos.
Teter Lucret.lib.6.Profluuium porrò cui tetri ſanguinis acre.
Puniceus Ouid.lib.4.Met.Belua Puniceo mixtos cum ſanguine fluctus.
Niger Ouid.lib.12.Inq; ipſa nig[illegible]cheſia ſanguis.
Purpureus Stat.lib.9.Ibat purpureus niueo de pectore ſanguis.
Tepidus Ouid.lib.3.de Arte, Spectentur tepido maculatæ ſanguine arenæ.
Tener Stat.lib.2.Spiritus & tenero manifeſti in ſanguine mores.
Pinguis Val.Flac.lib.2.Illa vbi concretos pingui iam ſanguine crines.
Fœdus Stroz.fil.Euomit, & fœdo victorem ſanguine turpat.
Tabificus Pamph.Pallida tabifico ſanguine liuor aget.
Cruentus Quint.Et ſe cruento ſanguine abſcondit.
Venifluus Mant.Corpora venifluus quid permeat omnia ſanguis.
Decolor Aeſchyl.apud Ciceronem, Iam decolorem oēm ſanguinem reſorbuit.

S A N I E S.

Lethifera Lucan.lib.4.Lethiferam citra ſaniem tunc irrita peſtis.
Nigra Idem lib.8.Nigramq; per artus Stillantis tabi ſaniem.
Spurca Cato, Olet, & ſaniem ſpurcam mittit.
Venenata Colum.lib.8.Id enim quum ſauciatur, venenatum ſaniem mittit.
Atra Syll.lib.9.Nunc fractis oſſibus, atram Abſorbet ſaniem.
Tabifica Idem, Tabificam experiat ſaniem ſpecus vltima.
Infanda Stat.lib.9.Infandam eiectans ſaniem.
Putris Idem lib.12.Nuda oſſa, putremq; Vrere permittat ſaniem.
Craſſa Claud.Stat craſſa turpis ſanie, nodoq; iubarum.
Turpis Seneca, Turpis plaga ſanies perfuſa eſt.
Stillans Idem, Stillante ſanie per putres vultus.
Cruenta Polit.Quamq; vnguis ſanie rubet cruenta.
Lurida Mirand.Cuius in lurida tabo Diſtillat Stygio ſanies.
Putrida Conrad.Putrida cui ſanies confuſo felle veneni.
Concreta Petrarcha, Concretam ſaniem & tepidum de cæde cruorem.
Peſtifera Mant.Svanieq; fluentes Peſtifera.
Horrenda Val.Var.Bullit & eliſo ſanies horrenda veneno.

S A N N A.

Poſtica, dr̃ deriſio, quæ fit ab occipitio, contractis labijs & ore diſtorto, nobis non percipientibus deriſorem. Perſius, Occipiti cæco, poſtice occurrite ſannæ.
Rugoſa Idem, Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaq; ſanna.

S A M S O N.

Alacer Mant.Sic alacer Samſon, ſic & formoſus Ioſeph.
Infractus Architr.Infractum Samſona Venus confregit.
Fortis Theod.Quod fortis ille Samſon propoſuiſſe quondam perhibetur.

SANTONICI. Populi ſunt in Aquitania, finitimi Toloſatibus.

Infrenes Mant.Santonici infrenes & Sequanidũ populorũ Vulgus inhumanum.

S A P I E N T I A.

Palladia Crinit.Sic tu palladiæ dum ſapientiæ O Pice inuigilas.
Cœlica Quint.Cœlica mortales armet ſapientia mentes.
Victrix fortunæ. Iuuen.Sat.13.Victrix fortunæ ſapientia.
Diuina Cic.lib.3.Quæſt.Nimirum hæc eſt illa præſtans & diuina ſapientia.

S A P O R.

Dulcis Varro, In quo eſt ſapor dulcis.





Scitus Apul.Caſeus recens & ſciti ſaporis.
Odoratus Plin.lib.26 Cum olere odorati ſaporis & iucundi.
Gratus Idem lib.31.Prodeſt & ſapore grato odore.
Mellifluus Mant.Vnguenta, ſapores mellifluos præfert.
Vapidus Fauſt.Plurima quo vapido vina ſapore fluunt.
Multodorus. Codrus, Sapore quippe mult odoro amabilis.
Nectareus Bap.Pius, Semper nectareo ſapore odora.
Iucundus Tibull.lib.1.Illi iucundos primùm natura ſapores.

*S A P P H O.*

*Sappho Lesbia lyrica, floruit temporibus Alcæi, & Steſichori poetarũ. Maritum habuit Cercylam, ditiſſimum virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Clio nomine. Scripſit Lyricorũ libros nouem, præterea Epigrammata, Elegias, Iambos & Monodias. Carmini Sapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomen. Sunt qui dicant aliam fuiſſe Lesbiam poetricam quoque, quæ adoleſcent. Phaonem adamauerit, cuius amore quum frui non poſſet, è Leucade demiſerit ſe in aquas. Vtracunque fuerit, vnam tm̃ commendant Latini poetæ. De hac Sidonius, Aut quod compoſuit puella Lesbi. Bap. Pius, Maſcula quæq; ſuos cantant moritura calores Leucadij Sappho crimen, honorq; freti. Pamph. Meniet vt æquoreas veluti iam Lesbis in vndas Torquerem, Muſis Lesbis amica ſacris. Polit. Sed tandem Ambracias ſaltat in vndas.*

Maſcula Hor.lib.1.Epiſt. Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho.
Poetica Ouid.in Epiſt.Grata lyram poſuit tibi Phœbe poetica Sappho.
Pelaſgis Idem, Siue iuuat longe fuiſſe Pelaſgida Sappho.
Lesbia Auſon.Lesbia Pieriis Sappho ſoror addita Muſis.
Temeraria Stat.lib.5.Saltusq; ingreſſa viriles, Non formidata temeraria Leucades Sappho.
Lesbis Ouid.lib.2 Eleg.Diſtat & Aoniæ Lesbis amica lyræ.
Amatrix Mart.lib.7.Carmina fingentem Sappho laudauit amatrix.
Aeolia Horat.Viuuntq; commiſſi calores Aeoliæ fidibus puellæ.
Aeolis Pont.Aeolis accedit Sappho, quæ flumina propter Pierias legit vngue roſas

SARDANAPALVS. Fuit rex Aſſyriorum.

Imbellis Pamph.Imbellis Romæ Sardanapalus habet.
Aſſyrius Crinit.Rex olim Aſſyrius dum muliebriter Seruit flagitiis languidus improbis, &c.
Iners Mantuan.Talis ab Aſſyrio venies longo ordine, Belo Sardanapalus iners.

S A R D I N I A.

Ferax Bapt.Pius, Quum in Sardinia feracis agros.
Diues Petrar.Trinacriæ & craſſo diues Sardinia cœlo.
Peſtilens, propter noxium aerem. Florus, Sardiniam peſtilentem ſortitus.

*S A R D O N I X.*

*Gemma eſt primum reperta in Sardina, quam qui ferunt, dicuntur Sardonicati. Mart. Cuius & hinc Sardonicata manus. Reperitur etiam in fœminino genere, Perſius, Et natalia tandẽ cum Sardonyce albus.*

Candicans Thom.Rad.Sardonicem flammis viuidis candicantem.
Perlucidus Catul.Aut perlucidi delicijs lapidis.

S A R I S S A.

Pellæa Lucan.lib.8. Primi Pellæas arcæ fregere ſariſſas.
Macedonia Ouid.lib.2.Qui clypeo gladioq; Macedoniaq; ſariſſa.
Fraxinea Stat.lib.7.Fraxineas vibrant Macedùm de more ſariſſas.
Teres Mant. Martia fert Macedo teretes in bella ſariſſas.
Hæmonia Barthol.Vibrans Hæmoniam dextra impellente ſariſſam.
Leuis Idem, Coniferiq; apices, frameæq; leueſq; ſariſſæ.

S A R M A T AE.

*Sarmatæ, ſeu Sauromatæ populi ſunt vagi, inter Boryſthenem & Iſtrũ. Plerunq; domicilia mutant. Sanguinem equinum permixto potant lacte. Tanta ſunt barbarie, vt pacem non intelligant. Promiſſas gerunt barbas & longos capillos. Inepti ſunt ad pedeſtrem pugnam, autore Corn. Tacito. De his Mart. lib. 1. Venit & epoto Sarmata paſtus equo. Loricati equis inſident, haſtas lanceasq; ſubmittentes genibus, coxisq; admotas per armos & caput ei porrectas.*

Veloces   Lucan. lib. 3. Nec iunctus Sarmata velox Pannonio.
Truces   Pamph. Illyricos, Parthos, Sauromatasq; truces.
Vagi   Stat. lib. 3. Syll. Quæ modò Marcomanos poſt horrida bella, vagosque Sauromatas.
Mutatores domorum. Stat. lib. 3. Syl. An iuga Pannoniæ, mutatoresque domorum Sauromatas.
Flaui   Claud. Quàm flauos decies vincere Sarmatas.
Intonſi   Seneca, Intonſis teritur ſemita Sarmatis.
Fortes   Idem, An qui Caſpia fortibus Recludit iuga Sarmatis.
Frigidi   Idem, Nec tela erit Sarmata frigidus.
Gelidi   Pont. Namq; hinc gelidos gerit axe propinquos Sauromatas.
Feri   Codr. Vrceus, Madidus croco Cilix, ferusq; Sarmata.
Crudi   Conrad. Seu crudos iterum Sauromatas petam.
Hirti   Barth. Nomadesq;, & pellibus hirti Sauromatæ.
Bellaces   Priſcian. Hic ſunt Germaniq; truces, & Sarmata bellax.
Hamaxonitæ, ab vſu plauſtrorum. Nam Hamaxa Græcè, currus dicitur Latinè.

S A R M E N T V M.

Fructificum Pall. Rutil. Sarmentum fructiferum putatæ vitis.

S A R N V S Fluuius eſt Campaniæ.

Campanus   Mant. Hinc ſinus excurrens Campani ad flumina Sarni.
Sonans   Idem, Qua Thyrrena ſonans deſcendit in æquora Sarnus.

S A R R A.

Iſacipara, quoniam mater Iſaach. Mantuan. Gentis Iſaciparæ, quæ vſurpat nomina Sarræ.

S A R R A C A.

*Sarracum, vehiculum eſt, quo ligna & lapides vehi conſueuerunt. Iuuen. Sat. 2. Modo longa coruſcat Sarraco veniente abies. Vitruuius, Portationesq; eorum non eſſent, niſi plauſtrorũ aut Sarracorum per terram.*

Frigida   Verg. Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ.

S A R T A G O.

*Patella eſt, in quo caro frigitur, aliter vocatur frixorium. Hieronymus, Iuſſit ignem amoueri, & adhuc ſpiranti torret in ſartagine.*

Lata   Mant. Sartagine lata Signifer armatus.

S A S O N.

Adriacus   Syll. Adriaci fugite infauſtas Saſonis arenas.
Piger   Stat. lib. 4. Syll. Et Linterna palus, pigerq; Saſon.

S A S S I N A   Vrbs eſt Vmbriæ, Plauti patria.

Diues lactis   Syll. Vel raſtris laudante Camers his Saſſina diues Lactis.

S A T A N E S.

Inferni   Mant. Tum demum infernis vaſtanda Satanibus ora.

S A T V R E I A.

*Herba eſt Venerem excitans, & eadem vi, qua naſturcium.*

Improba   Mart. lib. 3. Improba nec proſunt iam ſatureia thori.

S A T E L L E S.

Pellitus   Sidon. Pellitorum turba ſatellitum ne obſit.
Loricatus   Mant. Accinctus gladijs, loricatusq; ſatelles





Trux   Val. Varan. Dum bellonia truci cincta ſatellite.
Rabidus   Remacl. Graſſatur tota rabidus regione ſatelles.
Rigidus   Horat. Virtutis veræ cuſtos, rigidusq; ſatelles.

S A T V R N V S.

*Saturnus filius fuit Cæli, & Veſtæ. Sororem habuit opem, liberos Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem. Membra virilia amputauit patri, proiecitq; in mare, unde natam aiunt, Venerem. Ouid. in Ibin, Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnius ut illas Subſecuit partes, unde creatus erat. Filios deuorauit, præter Iouem, à quo pulſus ex Creta, venit in Italiam, ibiq; metu delituit. Vnde a latendo Latium dictum eſt. Docuit ibidem agriculturam, & modum ſtercorandorũ agrorum. Flacem etiam primus inuenit. Currus eius trahitur à ſerpentib. Pamph. It per ſydereos rex falcifer anguibus orbes. Quid mirum gelido ſi placet hydra ſeni: Carthaginenſes uſq; ad excidium ſuæ vrbis pueros ingenuos Saturno ſemper immolarũt, authore Curtio de geſtis Alexandri. Quod genus ſacrificij Tauricæ Dianæ factum legimus in Thracia. Feſta Saturnia a Græcis dicuntur Chronia, à Latinis Saturnalia. Horum autor fuit Ianus. Præterea poetæ dicunt, eo principante ætatem auream floruiſſe, terram ſua ſponte expertem uomeris & aratri peperiſſe fruges, communes & nullis deſignatas limitibus agrorum poſſeſſiones. Item multa alia id genus felicitatis exempla, quæ Ouid. lib. 1. Meta. enumerat.*

Aureus   Fauſt. Aureus & priſcis vixit Saturnus in agris.
Senex   Verg. lib. 7. Aen. Saturnusq; ſenex, Ianiq; bifrontis imago.
Falcifer   Ouid. lib. Faſt. Ante pererrato falcifer orbe deus.
Leucadius, à Leucade Cypri promontorio, vbi colebatur. Idem, lib. 5. Faſt. Triſtia Leucadio ſacra peracta deo.
Falcitenens   Pont. Miratus & ipſe Flacitenens deus.
Falciger   Th. Rad. Falcigerum ſenem draconi inſidentem.
Omnipotens   Marull. Saturne omnipotens, progenitor deum.
Potens falce   Pamph. Falce potens feriet Saturnus.
Profugus   Mirand. Scandit læta ſenis profugi tardiſſima plauſtra.
Gelidus   Conrad. Saturnus gelidus trucem minatur Falcem.
Falcatus   Idem, Falcatus titubat ſenex.
Sterculius, à Romanis dictus eſt, quod ab eo ſit inuentum, vt in ſtercorandis agris fœcunditas adderetur.
Triſtis   Hier. Anger. Curuatur ſenio triſtis Saturnus.

S A T Y R A.

*Carmen eſt maledicum, inuentum ad carpenda hominũ vitia, eodem argumento, quo erat vetus comœdia. Hoc tamen differunt, quod hæc conſtat iambicis verſibus, noſtra verò Satyra aſſurgit in hexametros. Præterea, vetus comœdia carpebat hominum vitia cum denominatione perſonarum, hoc noſtræ ſatyræ non licet. Dicitur autem vel à ſatyris proteruis & petulantibus, vel à ſatyra lance, quæ vno rogatu multa ſimul comprehendit. Principium eius ſolet eſſe iracundum, & indignationis plenum. Præcipuam laudem in ſcribendis ſatyris apud Latinos adepti ſunt Lucilius, Horatius, Perſius, Iuuenalis.*

Liuens   Stat. lib. 1. Syll. Liuentem ſatyram nigra rubigine turbes.
Bibax   Polit. Non vacat argutosq; ſales, ſatyrasq; bibaces.
Audax in carpendis vitijs. Quint. Audaces ſatyras Iuuenalis opacet.

S A T Y R I.

*Satyri monſtra ſunt Indiæ humana facie, pedibus caprinis, toto corpore villoſo, nihil habentes moris humani, gaudentes ſyluarum latebris & hominum commercia refugientes. Poetæ faciunt eos ſyluarum numina, aiuntq; proteruos eſſe, & in Venerem procliues.*

Saltantes   Verg. in Buc. Saltantes ſatyros imitabatur Alpheſibœus.
Laſciui   Colum. Inter laſciuos ſatyros, Panasq; biformes.
Capripedes   Horat. lib. 2. Carm. Et aures Capripedum ſatyrorum acutas.
Agreſtes   Horat. in Arte, Mox etiam agreſtes ſatyros nudauit.
Dicaces   Idem in Arte, Verum ita commendare dicaces Conueniet ſatyros.

Proterui Idem, Intererit ſatyris paulum pudibunda proteruis.
Venerei Ouid.lib.1.Faſt.Panes & in Venerem ſatyrorum prona iuuentus.
Celeres Idem in Epiſt.Me ſatyri celeres, ſyluis ego tecta latebam.
Leues Syll.lib.3.Quam ſatyri coluere leues.
Acres Claud.Et acres Inſudant tonſis ſatyri.
Bicornes Calphur.Paſcit oues Faunusq́; pater, ſatyriq́; bicornes.
Petulantes Sidon.Pan pauidus, Fauni rigidi, ſatyri petulantes.
Salaces Codrus, Illo fortè die ſatyri Nymphæq́; ſalaces.
Biformes Stroz.pat.Dryadesq́; regunt ſatyrosq́; biformes.
Calentes Idem, Quid referam Nymphas, ſatyrosq́; in amore calentes.
Seminares Pamph.Seminares ducens ſatyros & mænades.
Monticolæ Augurell.Hunc Fauniq́; & monticolæ ſatyriſci Circunſtant.
Fugaces Bapt.Pius, Mobilior coruis, ſatyrisq́; fugacibus.
Alacres Calent.Ite alacres ad me ſatyri Nymphæq́; beatæ.
Citi Bapt.Pius, Aut ſatyrus fugiat vulnera noſtra citus.
Turpes Idem, Eſte procul ſatyri, petulantia numina, turpes.
Cornipedes Idem, Cornipedi ſatyro pro pedibus ſatyrus.

## S A X V M.

Apricum Verg.lib.2.Georg.Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Durum Idem lib.3.Geor.Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.
Surdum Idem de Orpheo, Et ſurda cantu concitaſſe ſaxa.
Inuium Idem lib.1.Aen.Perq́; vndas ſuperante ſalo, perq́; inuia ſaxa.
Spumeum Idem lib.7.Et ſpumea circum Saxa premunt.
Roſidum Idem, Et roſida riuis Hernica ſaxa colunt.
Lubricum Lucan.lib.2.Multaq́; rubentia cæde Lubrica ſaxa madent.
Scrupoſum Lucan.lib.5.Scrupoſisq́; anguſta vacant vbi littora ſaxis.
Aſperum Idem lib.6 Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa.
Adamantinum Lucret.lib.2.In quo iam genere imprimis adamantina ſaxa.
Gelidum Ouid.lib.1.Met.Gelidoq́; pauens dedit oſcula ſaxo.
Humidum Lucret.lib.5.Lubricæ proluuie larga lauere humida ſaxa.
Horrens Ouid.lib.4.Met.Et ſyluis horrentia ſaxa fragoſis.
Solidum Idem lib.6.Structa rigent ſolido ſtabulorum mœnia ſaxo.
Ferum Idem lib.2.de Ponto, Vt fera Vitarem Saxa, monendus eram.
Latebroſum Idem in Epiſt.Nec me latebroſa mouebunt Saxa.
Præruptum Syll.lib.3.Caſtraq́; præruptis ſuſpendunt ardua ſaxis.
Humens Idem, Firmabat greſſum, atque humentia ſaxa premebat.
Concauum Syl.lib.5.Vallis, tumuliq́;, & concaua ſaxa.
Hernicum Idem lib.8.Hernicaq́; impreſſo raduntur vomere ſaxa.
Murale Syll.lib.10.Perfracti turbine dentes Muralis ſaxi.
Cyclopeum Idem lib.4.Fleuerunt freta, fleuerunt Cyclopea ſaxa.
Horridum Idem lib.7.In ſcopulos, atque horrida ſaxa Dura ſorte rupit.
Naufragum Stat.lib.5.Theb.Prorum naufragis auidam concurrere ſaxis.
Pyrrhæum Idem lib.8.Cuncta Promethæasq́; manus, Pyrrhæaq́; ſaxa.
Frigidum Idem lib.10.Et frigida vultu Saxa terunt.
Hirtum Idem lib.3.Syll.Aſperum pelago montis latus, hirtaq́; dumis Saxa.
Rigens Idem, Oppoſitas rupes, & ſaxa rigentia ferro.
Scabrum Mant.Rupe ſub aerie ſcabris horrentia ſaxis.
Crudum Val.Flac.lib.2.Nec minus in ſcopulos, crudiq́; cacumina ſaxi.
Vndiſonum Idem lib.4.Fluctus ab vndiſoni, ſeu forte crepidine ſaxi.
Rimoſum Claud.Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu.
Inhoſpitum Idem, Et inhoſpita Cypri Saxa parant.
Scyroniũ, ab oſſibus Scyronis latronis, Seneca, Mittatq́; præceps ſaxa per Scyronia.

Adeſum



Adeſum Pont.Hic vbi vndas, inops, ſaxo vix tectus adeſo.
Montanum Poli.Sylua meas voces, montanaq́; ſaxa loquuntur.
Montuoſum Codrus, Montuoſa eunti ſubſidant tibi.
Naufragum Conrad.Maris furores, ſaxaq́; naufraga.
Prominens. Augur.Sed prominẽtia ſaxa, ſed quę dirutis querceta adhærent rupibꝰ.
Tetricum Anglicus, Qui tetrica ſaxa Montanis habitata feris.
Salebroſum Idem, Qui ſyluas montesq́; colunt, ſalebroſaq́; ſaxa.
Dumoſum Guil.Caſtell.Dumoſo attiguæ ſaxo.
Muſcoſum Mant.Fronde ſedent in muſcoſis conchylia ſaxis.
Scrupeum . Val.Var.Non ſcrupea ſaxa locorum Præcludunt aditus.
Ceraunium Propert.lib.2.Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Ceraunio.
Centauricum. Idem li.4.Quotq́; vehunt proræ centaurica ſaxa minantes.
Squarroſum Mant.Flecte oculos, ſquarroſa vides, & olentia ſaxa.
Frendens Quint.Seren.Copoia farris vti frendentibus edita ſaxis.

## S A X O N E S.

Infrenes Mantuanus.Saxones infrenes, Lõgobardosq́; Latinis Legibus aduerſos.
Duri Barth.Duros Saxone in armis collaudat.
Rigidi Idem, Nec non & rigidi gemmatis Saxones armis.

## S C A B I E S.

Turpis Verg.lib.3.Georg.Turpis oues tentat ſcabies, vbi frigidus imber.
Mala Horat.in Arte, Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget.
Scabra Mich.Angl.Nec ſcabram pecori ſcabiem, nec peſtis acerbæ.
Mortifera Colum.Scabies mortifera huic pecori eſt.
Atra Mant.Et atram vertitur in ſcabiem.

## S C A B R I C I E S.

Dura Mant.Curate cutem, duramq́; ſtriate ſcabriem.

## S C E N A.

Ludicra Reuchl. in Serg.Fors larua ſcenis apta fiet ludicris.
Vmbroſa Pont.Namq́; etiam vmbroſa in ſcena quum incanduit aer.
Delicioſa Pamph.Scena pater multis delicioſa iocis.
Frondens Pont.Nec pigeat ſcenam frondentem æſtate ſuperne Iniicere.
Viridis Bapt.Pius Natiuo viridis ſi quando ſcena receſſu.

## *S C A L M V S.*

*Scalmus, eſt lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant ad nauigandum.*

Stridens Mantuanus, Prora per aduerſum ſcalmis ſtridentibus amnẽ Vix agitur.

## S C A L P R V M.

Acutum Colum.lib.3.Medium truncum acuto ſcalpro modicè findito.
Tenue Idem lib.6.Infectasq́; partes tenui ſcalpello leuare.
Aduncum Idem lib.11.Aduncum ſcalprum alterum prima fronte planum.

## S C A M A N D E R.

Fluuiꝰ eſt Phrygiæ.

Phrygius Stroz.pat.Nunc velut exanimem Phrygio vicina Scamandro.
Fatalis Sabell.Ripasq́; ſonantes Fatalis Scamandre tuas.

## S C A P H A.

Vas eſt excrementitiũ ad excipiẽdam corporis fæcem.

Biremis Horat.lib.3.Carm.Tum me biremis præſidio ſcaphæ Tutum.
Excauata Vegetius, Scaphas quoq́; de ſingulis trabibus excauatas.

## S C A P H I V M.

Aereum Vitruu.Collocetur circiter ſolis occaſum ſcaphium æreum, aut plumbeum.
Ahenum Lucretius lib.6.Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis In ſcaphiis.

## S C A R V S.

Piſcis eſt, qui ſolus oium nãtando veſcitur, & ruminat.

Obeſus Mart.lib.13.His ſcarus æquoreis qui venit obeſus ab vndis.
Mollis Crinit.Illic gregatim congruunt ſcari molles.

Auidus

Auidus Mar.lib.5.Namq; quis neſcit auidum vorata recipi ſcarum muſcā.

S C A T E B R A.

Cæca Conrad.Quam cæcis ſcatebris nobilis vnda fecit.
Vluoſa Idem,Soluerat amnium vluoſas ſcatebras.

S C E L V S.

Infandum Verg.in Cyri,Vt ſcelere infando quod nec ſinit Adaſtræa.
Nefandum Idem ibidem,Inſcia quandoquidem ſcelus eſt conata nefandum.
Exitiale Idem lib.6.Aen.Sed me fata mea, & ſcelus exitiale Lacenæ.
Sæuum Lucan.li.10.Pignore tam ſæui ſceleris ſua ſigna ſecutus.
Immane Lucret.lib.5.Pendere eos pœnas immani pro ſcelere omnes.
Nefarium Apul.Nefarij ſceleris inſtruit apparatum.
Impium Marull.Iratus ſcelera his impia vindicat.
Dirum Val.Flac.lib.3.Primus & ignaris dirum ſcelus attulit vmbris.
Profanum Claud.Tranſtulerat nomen Libyæ,ſceleriq; profano.
Cruentum Cæſ.Germ.Artibus indomitis tradat,ſceleriq; cruento.
Inexpiabile Lactan.Seq; inexpiabili ſcelere contaminari.
Inuiſum Seneca,Quicquid relictum eſt,veniat inuiſum ſcelus.
Horridum Idem,Vt ipſam ſceleris autorem horridi Capiam.
Improbum Marull.Quã dij,deæq; tam improbi ſceleris (vt æquum eſt) puniunt.
Crudele Codrus,Crudele ſcelus mactare bidentes.
Inauditum Idem,Creuit inauditum ſcelus.
Atrum Stroz.pat.Non tantum ſceleris tabes contaminet atri.
Fœdum Quint. Patrare fœda ſcelera.
Petulcum Pamph.Non norat Veneris ſcelus petulcum.
Triſte Idem,Triſtè ſcelus natum flet quoq; mœſta ſoror.
Pudendum Mirand.Pudendi Excrutiatq; iugum ſceleris.
Tyrannicum.Crinit.Vt ſpirat audax in tyrannicum ſcelus.
Impudens Idem,Vbi eſt peruſtæ frontis impudens ſcelus.
Tetrum Idem,Quantum veneni funditat tetrum ſcelus.
Inquinatum.Quint.Imò imquinatum quodlibet creuit ſcelus.
Mulctabile.Remacl.Scelus ò mulctabile duro Vindice.
Iniquum Fauſt.Sceleriſq; inuentor iniqui.
Sanguineum.Idem,Sanguinei vltores ſceleris.
Prauum Quint.Quin nulla praui ſceleris obfuſcat lues.
Abominandum.Theocr.Abominandum ſcelus admittere vos putantes.
Miſerum Mant.Et miſerum ſcelus obſcura fuligine tinctum.
Infelix Idem,Sed infelix legem ſcelus attulit iſtam.
Mortiferum Idem,Mortiferumq; ſcelus,nec te tua fata grauabunt.
Deteſtabile Cic.de Amic.Quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt.

S C I E N T I A.

Frugifera Budæus.Aut ad frugiferam ſcientiam peruenturus.

*S C I N I S.*

*Scinis,latro fuit prope Corinthũ, qui ſummas arbores in terram complicabat, hiſq; alligatos homines diſcerpebat,truncis cum magno impetu laxatis in aera, Hunc interfecit Theſeus.*

Sanguineus Remacl.Aegis habet Phalarim,ſanguineumq; Scinim.
Sæuus Seneca,Membra quis ſæuus Scinis,aut quis Procuſtes ſparſit.

S C I N T I L L A.

Tenuis Lucan.lib.5.Scintillam tenuem commotos pauit in ignes.
Parua Ouid.lib.7.Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla.
Coruſca Mirand.Illapſa coruſcam Scintillam fidei producit.
Volans Mant.Scintillas ſpargit per inane volantes.
Volatilis Idem Et vt extructo ſcintilla volatilis igne.





Ignitā Pamph.Ignitæ tantum ſcintillæ ſemine diro.
Clara Lucret.lib.6.Exilit & claras ſcintillas diſſipat ignis.
Rubens Mant.It cœlo ſcintilla rubens.

S C I P I O.

Auſonius Implacabilis. Romuleus. Truculentus. Rhœteius.

S C I R P V S.

Enodis Sidon.Nunc in iuncis pungentibus, nunc in ſcirpis enodibus nidorum ſtrues impoſita nutabat.

S C E P T R V M.

Superbum Lucret.lib.5.Priſtina maieſtas ſoliorum & ſceptra ſuperba.
Gemmans Ouid.lib.3.Met.Summa gemmantia dextra Sceptra tenere decet.
Aureum Idem lib.9. Faſt.Aurea cur dextræ ſceptra debère meæ.
Trabale Claud. Indignatuſque trabali Saxa ferit ſceptro.
Auratum Seneca,Aurata regis ſceptra Tantalici gerunt.
Potens Pont.Et ſceptro ſpecies potente digna.
Precioſum Thom.Radin.Precioſum puellæ ſceptrum dedit.
Imperioſum.Stroz. pat Sceptraque ſublimes imperioſa ferunt.
Fragile Mapph.O fragilis damnoſa ſuperbia ſceptri.
Venerandum Idem,Veneranda tenebat Sceptra ſocer.
Regale Fauſt.Succeſſura negent regali pignora ſceptra.
Minax Crinit.Nil me potẽtum ſceptra minacium Poſſunt verẽdo flectere.
Fulgens Calent.Fulgentia forti Sceptra manu.
Inuidioſum Iauſt. Quidnam ſceptra iuuant totum inuidioſa per orbem.
Regium Idem,Geſsit honorata regia ſceptra manu.
Rutilans Pont.Rutilantique auro ſceptra decent regem.
Decorum Idem,Sceptrumque auro gemmiſque decorum.
Eburnum Pamph. Eburna geſtat pro duce ſceptra qui potente.

*S C O P A.*

*Scopæ diſſolutæ,prouerbiali figura dicuntur homines inutiles & penitus infrugiferi. Scoparij dicuntur,qui cubicula, & cœnacula conuerrunt ſcopis.*

Vilis Horat.li.2.Serm.Vilibus in ſcopis, & maſpis in ſcrobe quantus Cõſiſtit ſumptus.
Virgea Cato,Facito ſcopas virgeas,vlmeas, aridas in aſſerculo alligato.

S C O P V L V S.

Turritus Verg.lib.3.Aen.Gemino demittunt brachia muro Turriti ſcopuli.
Immanis Ouid.lib.14.Immanem ſcopulum medias permiſit in vndas.
Adeſus Idem in Epiſt.Nunc ſcopulus raucis pendet adeſus aquis.
Frondoſus Syll.lib.9.Frondoſi igneſcunt ſcopuli.
Confragoſus.Sidon. In medio fluctuum,ſcopulorumque confragoſorum.
Minax Sabell.Scopuloſque minaces Horret.
Scaber Mant. Quum ſcabros ſilicum ſcopulos & ahena recordor Limina.
Durus Crinit.Acta per Sirtes,ſcopuloſque duros.
Muſcoſus Petrarcha,Muſcoſoſque ſitu ſcopulos, fonteſque ſonantes.
Acutus Verg.lib.1.Aen. Scopuloque infixit acuto.
Tumidus Glar. Stat velut à tumidis ſcopulus non nobilis vndis.
Præacutus Plin.libr.9. Namq; quaſi ſcopuli præacuti Chelonophagos terrent.

S C O R P I V S.

Ardens,quia quandoque capitur pro ſino cœleſti,quod æſtiuum eſt. Verg. libr.1. Georg.Ipſe tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius.
Venenifer Idem de ſignis,Hinc æquale iugum,caudaque venenifer vnca.
Minax Lucan.lib.1. Tu qui flagrante minacem Scorpion incendis caudā.
Formidoloſus.Hor.lib.2.Car.Seu Libra,ſeu me Scorpius aſpicit Formidoloſus.

Curuãs brachia. Oui. li 2. Metamor. Sæuaq; circuitu curuantẽ brachia longo Scorpion.
Pugnax Manil. Pugnax Mauorti Scorpius hæret.
Acer Pamph. Scorpius ardentes quum tenet acer equos.
Martius Pont. Martius horrenti ſeret hæc tibi Scorpius aſtro.
Dirus Quint. Diruſque caua tellure ſepulto ſcorpius ex Cancro.
Horrens Pont. Nec non horrentis ſcorpij de tergore fulgens.
Mortifer Mant. Vel acuto mortifer vngue ſcorpius.

S C O R T V M.

Deuium Horat. lib. 2. Carm. Quis deuium ſcortum Eliciet domo.
Scoretum Apul. Scortum ſcoretum lari & liberis prætuliſti.
Meritorium Suet. ĩ Claud. Quũ ſcorta meritora citari aduerſus ſe & audiri, &c.
Diobolare Plaut. in Pen. Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.
Publicum Fauſt. Publica ſeu midio fornice ſcorta ſolent.
Libidinoſum. Conrad. Vt ſcortis valeas libidinoſis.
Exoletum Idem, Scortumq́, exoletum, fœtidum, turpiſſimum, Depyge, ſpurcum, virulẽtum, ſordidum, Fœdum, veternoſum, impudicũ, marcidũ, Vietum, ebrioſum, præminoſum, putidum, In nocte ter quaterq́, poſcens pocula, In luce cantharis frequenter aſſidens.
Salax Fauſtus, Excepit coniunx ſcorto generata ſalaci.
Procax Liuius, Ad ſpectaculum ſcorti procacis in ſinu conſulis recubantis.
Febriculoſum Catull. Verum neſcio, quod febriculoſi ſcorti diligis.

S C O T I.

*Scoti, populi ſunt Occidentales. Hi ætate beati* Hieronymi *ueſcebantur humanis carnibus: & quum per ſyluas porcorum greges & armentorum reperirent, tamen paſtorum nates, & fæminarum papillas ſolebant abſcindere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari. Iidem nullam propriã habebant coniugem, ſed pro libidine more pecudum laſciuiebantur.*

Truces Claud. Venit & extremis legiũ ptẽta Britãnis, Quæ Scoto dat frena truci.

S C R O B S.

Atra Petrarcha, Tantum ſcrobibus commiſimus atris.
Caua Mant. Splendidiora cauis ſcrobibus concreſcere iuſsit.
Obſcœna Idem, Vidi & in obſcœnis ſcrobibus tenus aure ſepultus.

S C R V P V S.

Pungens Tho. Rad. Per ſalebroſam ſemitam ſcrupis pungentibus.

S C V R R A.

Loquax Mant. Caupones, mimique leues, ſcurræque loquaces.
Procax Calent. Et tubicen ſeu ſcurra procax, ſiue hiſtrio monſtret.
Infidus Horat. lib. 1. Epiſt. Diſcolor infido ſcurræ diſtabit amicus.

S C V T V M.

Fulgens Ver. li. 8. Aen. Fulgẽtia lõgè Scuta uirũ fluuio pictaſq; ĩnare carinas.
Aereum Stat. lib. 3. Theb. Hi teretes galeas, magnorũq; ærea ſcuta Thoracũ.
Ornatum Frõt. Scipio Africa. Quorũ ornatũ ſcutũ elegãtius cuiuſdã vidiſſet.
Macedonicum. Aelian. Scutũ optimũ, qđ Macedonicũ, æneũ, mediocriter cauum.
Ferreum Stat. lib. 4. Theb. Ferrea ſcuta tegunt humeros & pectora latè.
Lunatum Stroz. fil. Non qui lunata coæquet Scuta.
Ligneum Pamph. Sæpe rotans celeri lignea ſcuta manu.
Cauum Mant. Et caua lorato ſcuta ferenda ſinu.
Auratum Liuius, Vt aurata ſcuta dñis argẽtariorũ ad ſorũ ornãdũ diuiderent.

S C R V T V M.

Vile Heſſus Pſal. 10. Mendicentque inopis uilia ſcruta cibi.

S C Y L A C E V M.

Naufragum Verg. Caulonisque arces & naufragum Scylaceum. Fuit Athenienſium colonia in finibus Italiæ, à quo ſinus Scylaceus dictus eſt.





*S C Y L L A.*

*Scylla, ſaxum eſt, Siculum mare reddens importuoſum & plenũ periculi, quod aſsiduis aquarum concurſionibus latrarum uidetur emittere: Poetæ fabulantur Scyllam Phorci filiam mutatam in monſtrum ſuperne uirgineum, inferne uerò piſcem, & ſex caninis capitibus latrans, quũ ſe lauiſſet in fonte, quem Circe ueneno infecerat. Plin. lib. 3. In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Idem Charybdis mare uorticoſum ambo clara ſæuitia. Cic. act. 6. in Verrem. Non enim Charybdim tã infeſtã, neque Scyllam nautis, quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Seneca in Medea, Quid quum Siculi uirgo, Pelori, Rabidos, utero ſuccincta canes Omnes pariter ſoluit hiatus. Fuit altera Scylla filia Niſi regis Megarenſium, quæ fatalem capillum patri ſuo raſit, capta amore Minois regis Cretæ, qui Megeras obſidebat. Hæc uocatur Nyſeia.*

Rapax Ouid. lib. 7. Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo.
Impia Verg. in Cyri. Impia prodigijs vt quondam exercuit amplis ſcylla.
Nyſeia Ouid. lib. 8. Vix ſanè virgo Nyſeia compos Mentis erat.
Informis Verg. li. 3. Aen. Quã ſemel informẽ vaſto vidiſſe ſub antro Scyllam.
Filia Nyſi Ouid. lib. 8. Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Nyſi.
Ferox Idem libr. 4. de Ponto, Scylla ferox trunco quam latret ab inguine monſtris.
Vorax Sidon. Et ſcyllæ rabidum voracis inguem.
Immanis Pont Scylla immanis dum pandit hiatus.
Truculenta Pamph. Scylla trahat canibus quamuis truculenta marinis.
Triformis Hier. Balbus, Pandentes velat carinas ſcylla triformis agit.
Latrans Mant. Nunc vada latrantis ſcyllæ, nunc ora Charybdis.
Sicula Mant. Tenditur ad ſiculæ latrantia littora ſcyllæ.
Phorcis Fauſt. Ipſaque circeo verſa eſt medicamine Phorcis.

*S C Y R O S.*

*Inſula eſt in Aegeo mari, in qua Achilles fæminam mentitus, delituit inter filias Lycomedis regis, grauidamq́; fecit Deidamiam, & ex ea ſuſcepit Pyrrhum.*

Scopuloſa Stat. in Achill. Quum ſe ſcopuloſa leuauit ſcyros.

*S C Y T A L E.*

*Serpens eſt canta præfulgens tergi varietate, ut notarum gratia uidentes retardet. Et quoniã reptando pigrior eſt, quod aſſequi nequit, miraculo ſui captat. Pellem exuit hyberno tempore. Lucanus, Et ſcytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis Exuuias poſitura ſuas.*

Picta Mant. Picta cutem ſcytale turpi boa flexilis aluo.

*S C Y T H A E.*

*Scythæ populi, domos habent uolubiles in paluſtris. Duodenos dies durant in fame & ſiti uirtute cuiuſdam herbæ, quæ uocatur* Spartania. *Strepunt equitatus gloria. Quum uident ſe magnopere indulſiſſe potui, arcuum chordas pulſant, ut diſſolutum uoluptatibus animum ad priſtinam conſcientiam reuocent. Veſcuntur humanis carnibus. Hoſpites immolant, & interfectorum caluarias habent pro pateris. Vtuntur acie cuneata. Albi ſunt & animoſi propter frigidiſsimã regionem quam inhabitant. Solent inter epulas honoris cauſa mortuos uocare. Sagittarum aciem tingunt uiperina ſanie & humano ſanguine, ad irremediabile nocumentum. Captas autem uiperas ubi iam perierunt, diebus aliquot ſinunt liqueſcere: mox ubi ſatis computruerunt, in ollam ſanguinem hominis unius totum infundunt, adobruuntq́; ſterquilinio uaſe diligenter obdurato. Vbi uerò ſanguis ipſe contabuit, eximunt, & ſaniei uiperinæ commiſcent. His communia ſunt omnia, præter enſem & cyathum. Vxores item & liberi ſunt inter promiſcua. Simpliciſsimi fuerunt olim, & æquitatis obſeruãtiſsimi. Eo demum improbitatis peruaſerunt, ut cunctis, ad quos accederent, nares præciderent. Iracundi ſunt, manibus uiri uxores interficiunt. Pabulo & pecori, non aruo ſtudent.*

Errantes Lucan. Lib. 3. Tinxère ſagittas errantes ſcythiæ populi.
Profugi Hor. lib. 1. Carm. Te Dacus aſper, te profugi ſcythæ.
Campeſtres Idem lib. 3. Carm. Campeſtres melius ſcythæ Viuunt, & rigidi Getæ. Quorum plauſtra vagas ritè trahunt domos.

Gelidi Idem Horat.lib.4.Quis Parthum paueat,quis gelidum Scytam.
Acerbi Claud.Quis verò acerbis horridior Scythis.
Vagi Seneca,Hircana tellus an vagi paſſim Scythæ.
Indomiti Pamph.Indomiti Thraces,indomitiq; Scythæ.
Sæui Crinit.Seu libeat Scythas Spectare ſæuos.
Aeriſoni Barth.Agminaq; æriſonus Scytha,formidantia Tauros.

S C I T H I A.

Glacialis Ouid.lib.8.Et locus extremis Scythiæ glacialis in oris.
Niuoſa Idem in Epiſt.Hic Ephyrem bimarem,Scythiam tenet ille niuoſam.
Gelida Marull.Gelidæ quam Scythiæ horrida,Quæ dumeta colunt feræ.
Rigens Conrad.Quis mihi latos Scythiæ rigentis Porriget campos.

S C Y T H O N.

Ambiguus Oui.lib.4.Met.Ambiguus fuerit, modò vir,modò fœmina Scython.

S E C V R I S.

Aerata Verg.lib.11.Et æratam quatiens Tapeia ſecurim.
Stricta Lucan.lib.5.Nam quis caſtra vocet, tot ſtrictas iure ſecures.
Arboraria Cato,Arborarias ſecures tres, cuneos tres habeat.
Cruenta Pall.Rut.Item cruentæ contra cœlum minaciter leuantur.
Amazonia Ouid.li.3.de Ponto,Nec tibi Amazonia eſt pro me ſumenda ſecuris.
Sæua. Lucret.lib.5.Obterit & pulchros faſces,ſæuaſq; ſecures.
Valida Pamph.Ictibus immodicis validæ percuſſa ſecuris.
Anceps Ouid.lib.8.Ancipitemq; manu tollens utraq; ſecurim.
Sacrifica Ouid.lib.12.Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri.
Grauis Syll.lib.3.Conantique grauem fronti liberare ſecurim.
Thermodontiaca.Claud.Thermodontiaca Tanaim fregere ſecuri.
Miſſilis Sidon.Securibusque miſſilibus dextrę refertæ.
Audax Polit.Vlmus & audaci laurus ſonet icta ſecuri.
Dura Mant.Ceu duris exciſa ſecuribus ilex.
Scythica Sabell.Exuuiæ Phrygios arcus Scythicaſque ſecures.
Vulnifica Idem,Vulnificam uiſa eſt primū ſuccincta ſecurim Pētheſilæa furēs.
Rigida Lud.Big.Rigidæ dat colla ſecuri.
Trux Lud.Bigus,Ferienda dedere ſecuri Colla truci.
Nitida Mant.Qui pluuias, ſpecula & pelue, nitidaſque ſecures.
Pentheſilæa Idem,Pentheſilææ non inferiora ſecuri.
Ferrea Adr.Card.Illehaſtilia ferreas ſecures.

S E D I T I O.

Turbida Ouid.lib.9.Creſcitq; fauore Turbida ſeditio.
Pernicioſa Front.Ciuium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent.
Clamoſa Claud Humiliſq; nouorum Seditio clamoſa ducum.
Miſera Polit.Quum tuta a miſera ſeditione fuit.
Inteſtina Liuius,Seditio inteſtina maiore malo coorta.
Nefaria Idem,Cæteri nefariæ ſeditionis authores ſanguine luent.
Procelloſa Mant.Quique procelloſis in ſeditionibus olim Verſati.
Pronuba belli.Architren.Et pronuba belli Seditio,primūq; ferēs diſcordia pilum.
Rebellis Theod.Vt & ipſi rebelli animantium ſeditione imperantur.

S E D V L I T A S.

Officioſa Horat.lib.1.Epiſt.Officioſaque ſedulitas, & opella forenſis.
Gnaua Calphur.Gnauaque ſedulitas venit, & paſtoria virtus.
Acris Stroz patet,Et acri Corrige ceſſatos ſedulitate dies.
Prouidus Mant.Rebusque probata gerendis Prouida ſedulitas.

S E G E S.

Grauida Verg.lib.1.Geor.Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis.

Fœcunda



Fœcunda Lucan.lib.7.Fœcundæ ſegetis calcata peruſſit.
Fructuoſa Varro,Licet videre fructuoſas ſegetes.
Frumentaria Idem,Vbi ſegetes frumentarias, vbi fabam potiſſimum feras.
Herbida Colum.lib. 1. In agrum exportata ſegetes herbidas reddant.
Læta Idem lib.12. Ea res lætas ſegetes reddidit.
Ferax Horat.lib.1.Carm.Sardiniæ ſegetes feraces.
Cana Ouid.lib.10. Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Tenera Idem lib.4. Faſt. Nec teneris ſegetes, ſed durum amplectere ferrum.
Vda Idem lib.6.Faſt. Factaque erit poſito rore bis vda ſeges.
Inualida Ruff.Feſt. Inualidas ſegetes torrebit ſiccior acer.
Fertilis Sabell.Fertilis & tanto ſemine digna ſeges.
Viridis Cleoph. Sponte ſua viridis conteget arua ſeges.
Humida Quint.Humida decuſſis campo ſeges aret ariſtis.
Lybica Oui.li.4. de Pōto, Africa quot ſegetes, quot Tmolia celſa racemos.
Spicata Mant. Iam ſpicata ſeges malus iam punica multo Flore rubet.
Auriuola Idem, Ventilat auriuolam ſegetem.
Luxurians Fauſt. At quum luxurians tenera ſeges adueniat herba.
Triticea Idem, Poſt ſeco triticeam ſegetem.
Ibera, qm̄ Iberia fœcunda eſt frumentis. Claud.Segetes mirantur Iberas Horrea.
Cinyphia Ouid.Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas.
Pharia Claud. Phariæ ſegetes, & punica meſſis.

S E G N I C I E S.

Sera Verg.lib.2.Aen.Nam quæ tam ſera moratur Segnicies.
Immunda Mant. Pallens,impexa capillos,Os immunda,manus illota.
Aegra Val.Flac.lib.3. Aegramque fatiſcunt ſegnitiemque.
Iners Stroz.fil. At quid inerti ſegnicie mea vota moror.
Triſtis Augurell.Quis inerti è pectore triſtem ſegniciem pellit.
Diſſuaſa laborum. Archit. Languida ſegnicies Veneris nutricia tractat Ocia, dilatrix operum, diſſuaſa laborum.
Torpens Mich.Angl. Torpensque per omnia regnat Corpora ſegnicies.
Ignaua Mant.Donec frigentes animas ignaua relinquat ſegnicies.

S E L I N I S.

Palmoſa Syllius, Audax Hybla fauis, palmis quoque onuſta ſelinis.

S E M E L E.

Cadmæis Ouid.lib.1. Met. Talibus ignaram Iuno Cadmæida dictis Formârat.
Improba Stat.lib. 2. Theb. Improba mox ſemele vix dona recētia collo Iduit.
Miſerabilis Ouid.lib.3.Eleg. Tot meruere pati, ſemele miſerabilis arſit.
Thebana Hor.li 1. Car. Thebanæq; iubet me ſemeles puer Te laſciua ſciētia.
Formoſa Proper.lib.2. Narrabis ſemele, quo ſit formoſa periclo.
Euchia Act.in Bac.apud Mac.O Dionyſe pr̄ optime viti ſator ſemelegenit² (Euchia.

Vrbs eſt iuxta Lilibeum palmis abundans. Filia Cadmi, & mater Bacchi.

S E M E N.

Pingue Horat. in Epod. Pinguia nec ſiccis vrantur ſemina glebis.
Fœcundum Ouid.lib.1.Met. Intumuère æſtu, fœcundaque ſemina rerum.
Prolificum Stroz.fil.Et ſine prolifico ſemine factus homo es.
Cereale Ouid.lib.1.de Remed.Obrue verſata cerealia ſemina terra.
Genitale Polit.Diſcordemque fidem, & genitalia ſemina rerum.

*S E M I R A M I S.*

*Semiramis Aſſyriorum fuit regina, quæ quum certò intelligeret graue eſſe populo fœminam pati principantem, mortuo marito, virum mentita eſt, ut tantiſper imperaret, dum filius Ninus, qui per impuberem adhuc ætatem regnare non poterat adoleſceret, regnoq; fieret idoneus. Porrò tanto libidinis calore æſtuauit, vt poſt mariti mortem non admiſerit ſolum, at etiam prouocauerit ad uenerem pleroſq; ex ſuis militibus, qui forma eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter*

 *necabat.*

*necabat. Produnt & nonnulli eã à Nino filio interemptam, quum eius congreſſum appeteret. E. quod omniũ longe turpiſſimũ eſt, equum ab ea adamatũ, vſq; ad coitum? Iuba teſtis eſt apud Plinium. Fuit & iracundia tam vehementi, vt er circa cultum corporis occupatæ, quum nunciatũ eſſet Babylonem defeciſſe, æſtuans altera parte incompta ad eam expugnandam cucurrerit.*

Pharetrata Fauſt. Ac velut extenſo pharetrata Semiramis arcu.
Formoſa Oui. li. 1. Eleg Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe dicitur.
Babylonia Mant. Hoc regina modo Babylonia Paſiphaeque.
Longæua Idem, Concubitus nati longæua Semiramis ardet.

SENATOR.

Tetricus Fauſt. Cõcinna quéq; toga, & tetrici venerãda decebãt. Signa ſenatoris.
Longæuus Cleoph. Vdaque longæuus tecta ſenator habet.
Laticlauius Suet. in Ang. Ac ne expers caſtorum eſſet binos plerunq; laticlauio.

SENATVS.

Sanctus Verg. lib. 1. Aen. Iura, magiſtratusque legum, ſanctumque ſenatum.
Grandæuus Lucan. lib. 7. Credite grandæuum veritumque ætate ſenatum.
Prudens Ouid. lib. 15. Iuſſa Dei prudens poſtquàm accepere ſenatus.
Magnanimus, Syll. lib. 2. Triſtia magnanimi portabat iuſſa ſenatus.
Purpureus Stat. lib. 3. Syll. Cantu purpureum trahes ſenatum.
Bellator Claud. Vt dominam plebem, bellatoremque ſenatum.
Trabeatus, à trabea veſte. Idem, Trabeatus adit delubra ſenatus.
Clarus Idem, Floreat & claro cingatur Roma ſenatu.
Blattifer, à blattis, q̃ nutriri ſolẽt in purpura. Sidon. Blattifer vel q̃ tribuit ſenatus.
Sacer Pamph. Vincetis Piſæ, ſacro celebranda ſenatu.
Nitidus Sabell. Muniri mox roſtra patrum, nitidumque ſenatum.
Immobilis Augurell. Semel ſenatu te videbo immobili frui.
Honoratus Quint. Cogit honoratum per iura arcana ſenatum.
Quirinalis Val. Varan. Nulla Quirinalis ſuſcepit bella ſenatus.
Tetricus Fauſt. Talibus & tetricum dictis effata ſenatum.
Auguſtus Bapt. Pius, Pondera verborum Auguſtus diuina ſenatus Iudicat.
Solidus Archit. Sollicitudo fori, ſolidique cautela ſenatus.
Palatinus Claud. Ipſa palatino circumuallata ſenatu.
Prætextus Propert. lib. 4. Curia prætexto, quæ nunc nitet alba ſenatu.
Grauis Mant. Stipatumque graui patrum dare iura ſenatu.

SENECA.

Facundus Mart. lib. 7. Facundi Senecæ potes amicus.
Præuidens Budæus, Ex quo apparet Senecã non fruſtra præuidentẽ appellatũ.
Acutus Lactan. Seneca vir acutus in exhortationibus vidit.
Tetricus Mant. Et tetricos Senecas colit atque Catones.

*SENECTVS.*

*Apud veteres ſenectus erat uſque adeò uenerabilis, vt idẽ honor exhiberetur ſenibus, qui & magiſtratibus. Maiores natu à minoribus colebantur autore Gellio, ad Deum prope & parentũ vicem atque in omni loco, inq; omni ſpecie honoris priores potioresq; habiti ſunt. A cõuiuio ſeniores à minoribus domum reducebantur. Apud Lacedæmonios Lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori ætati habebatur, nuſquam ſenectus fuit honoratior. Hinc quum quiſpiam vidiſſet, quantum honoris iuniores ſenioribus Lacedæmmone exhiberent. In ſola Sparta, inquit, expedit ſene ſcere. De honore ſenibus exhiberi ſolito Iuuenalis Sat. 13.*

Triſtis Verg. lib. 3. Aen. Subeunt morbi, triſteſque ſenectus.
Turpis Idem, Nec turpi ignoſce ſenectæ.
Effœta Pont. Ante diem effœtæ ſenſerunt damna ſenectæ.
Canens Verg. lib. 10. Canentem molli pluma duxiſſe ſenectam.
Grauis Lucan. lib. 2. Oderuntque grauis vinacia fata ſenectæ.
Inopes Lucan. lib. 5. Manibus inopem duxiſſe ſenectam.





Longa Horat. lib. 2. Carm. Longa Thitonum minuit ſenectus.
Vetus Idem in Epod. Et rugis vetus Frontem ſenectus exaret.
Tranquilla Horat lib. 2. Serm. Seu me tranquilla ſenectus Expectat.
Tarda Idem ibidem. Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus. Tibul. li. 1.
Dum tarda ſenectus Inducat rugas, inficiatq; comas.
Balba Horat. lib. 1. Epiſt. Occupet extremis in vicis balba ſenectus.
Infelix Apul. Quid infelicem ſenectutem fletu diutino cruciaris.
Prolixa Idem, Senectutis prolixę beneficio.
Matura Ouid. lib. 5. Met. Tempora maturæ viſurus longa ſenectæ.
Annoſæ Ouid. lib. 7. Met. Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Pigra Ouid, lib. 10. Non eſt mea pigra ſenectus.
Spatioſa Ouid. lib. 12. Ac ſi quem potuit ſpatioſa ſenectus, &c.
Damnoſa Idem lib. 13. Quo me ſeruas damnoſa ſenectus?
Aegra Idem, lib 14 Tremuloque gradu uenit ęgra ſenectus.
Occidua Ouid. lib. 15. Labitur occiduæ pariter decliue ſenectæ.
Alba Idem lib. 4. Triſt. Inficit & nigras alba ſenecta comas.
Cana Ouid. in Epiſt. Quorum mihi cana ſenectus Autor.
Carioſa Idem li. 1. Eleg. Quid præter iratus, niſi vos carioſa ſenectus Rodat.
Curua Idem lib. 3. de Arte, Iam uenit tacito curua ſenecta pede.
Non intellecta. Auſon. Spreuiſti, obrepſit non intellecta ſenectus.
Queribunda. Syll. lib. 13. Curæque, inſidiæque, atque hinc queribunda ſenectus.
Fragilis Idem lib. 14. Verum vbi fata virum fragili ſoluere ſenecta.
Viuax Idem lib. 6. Viuacis dura ſenectæ ſuplicia expendi.
Sobria Stat. li. 1. The. Magnis cui ſobria curis Pẽdebat ſomno iã deteriore ſenectus.
Longæua Auſon. Longæuæ tantum ſuperamus honore ſenectæ.
Infirma Mart. Nos quibus eſt ætas grauis, atque infirma ſenecta.
Rugoſa Marull. Donec rugoſa vultus mutante ſenecta.
Feſtina Val. Flac. lib. 4. Expedit labor & miſeris feſtina ſenectus.
Fœda Idem lib. 10. Quæ vos ſubitò tam fœda ſenectus Corripuit.
Vicina letho. Claud. Imperioſa fames letho vicina ſenectus.
Mollis Manil. Annoſa & molli contingat uita ſenecta.
Tremula Idem, Labentiſque dies uitæ, tremulamq; ſenectam.
Inclinata Calphur. Afferat, & baculum, premat inclinata ſenectus.
Tremebunda. Idem, O felix Coridon, quem non tremebunda ſenectus Impedit.
Miſera Pont. Miſeram ſenectutem meam, miſerum ſenem.
Iners Seneca, Iners ſenectus adiuuat baculo gradum
Incurua Pont. Oſculaque incuruæ promittit blanda ſenectæ.
Docta Idem Pont. Nate vides, quid certa fides, quid docta ſenectus.
Indecens Idem, Indecens vbi ſenectus aduenit.
Celer Idem, Et canos formoſa time, celeremque ſenectam.
Amara Idem, Ad capulum incautos deducit amara ſenectus.
Miſeranda Idem, Miſeranda ſenectus Et morbi comites.
Frigida Idem, Quem me frigida congelat ſenecta.
Feſſa Idem, Et patiare igitur feſſam miſerata ſenectam.
Iniqua Idem, Non mihi canities grauis aut ſit iniqua ſenectus.
Veneranda Polit. Vel ni ueneranda ſenectus obſtiterit.
Laſſa Marull. Sed tamen his ſtudijs debetur laſſa ſenectus.
Inſtans Marull. Vt inſtantis monearis uirgo ſenectæ.
Properans Stroz. pat. Reſpice, iàm properans terga ſenecta premit.
Inualida Liuius, Senecta inualida vadentem in hoſtes.
Præceps Pacificus, Attulit hęc nobis præceps lamenta ſenecta.
Dira Sabell. Cui non longa dies obſit, non dira ſenectus.

Venerabilis Conrad. Tunc ſurgit venerabilis ſenectus.
Vetus Hier.Balb. Vt coluber linquit veterem cum pelle ſenectam.
Tetrica Mich.Angl. Propterea tetricæ valeat cenſura ſenectæ.
Secura mortis. Mant. It iam inſtans capulo mortis ſecura ſenectus.
Frigeſcens Idem, Venimus ad canos, frigeſcentemque ſenectam.
Gelida Idem, Non bene coniugij gelidæ turpiq; ſenectæ.
Inimica formæ. Idem, Criſpabant faciem, formæq; inimica ſenectus.
Squallens Idem, Extemplò ad ſeruile iugum ſquallente ſenecta.
Odioſa Idem, Quibus patrum grauis, atque odioſa ſenectus.
Curuata Idem, Non eſt annis curuata ſenectus.
Aerumnoſa Idem, Quid, non triſte putas feret ærumnoſa ſenectus.
Vicina capulo. Idem, Conditio & capulo ſemper vicina ſenectus.
Auara Idem, Sed auara ſenectus Inſeruire ſolet lucris.
Emerita Idem, pacem emeritæ concede ſenectæ.
Circunſpecta. Idem, at matura ætas, & circunſpecta ſenectus.
Inſperata Cimbr. Tantum inſperata ſenectus Secum aufert.
Prona Cor.Gall. Sed ꝓna ſenectꝰ Terrã ex qua genita eſt, & reditura videt.
Inopina Idem, His veniens ornata malis inopina ſenectus.
Delira Idem, Conueniunt etenim deliræ ignaua ſenectæ.
Decocta Fauſt. Iſta decent longa decoctam ætate ſenectam.
Cruda Idem, Et raris tentata malis tam cruda ſenectus.
Rigida Idem, Hinc procul omnis erat rigidæ cenſura ſenectæ.
Tremens Mant. Ipſa tremens artus, teretiq; innixa bacillo Hiſpida, macra, breuis, caris rigoſa capillis, Caligans oculis, curuata in pectora tergo Iam properat, ſequitur celeri mors pallida greſſu.
Inaperta fraudi. Syll.lib.7. Angebant anni, fraudiq; inaperta ſenectus.
Decorroſiua Architr. Acrius in iuuenes decorroſiua ſenectus.
Pylia, id eſt Neſtorea. Mant. Ergo viſurus Pyliam ſenectam viue.
Tithonia Proper.lib.8. At non Tithoni ſeruans aurora ſenectam.
Neſtorea Mant. Neſtoreæ tria ſecla ſenectæ.
Sacra Iuuen.Sat.13. Primaque pars adeò ſacræ lanugo ſenectæ.
Ceruina Idem Sat.14. Iam torquet iuuenem longa & ceruina ſenectus.
Placida, leuis. Cic. de Sen. Eſt enim & puræ & eleganter actæ ætatis placida, ac leuis ſenectus.
Somniculoſa. Idẽ, Quę vitia ſunt nõ ſenectutis, ſed inertis ignauiæ, ſomniculoſę.
Honorata Cic. de Seneċt. Habet ſenectus honorata præſertim tantam autoritatem, ut ea pluris ſit, quàm omnes adoleſcentiæ voluptates.

### SENEX.

Parcus Horat.lib.2.Carm. Te ſenes parci, miſeræq; nuper Virgine nuptæ.
Anhelus Verg.lib.2.Georg. Ora fouet illo & ſenibus medicantur anhelis.
Longæuus Idem lib.5. Longęuosque ſenes, ac feſſas æquore matres.
Inualidus Idem lib.12. Inualidiq; ſenes turres ac tecta domorum Obſedere.
Grandæuus Lucan.lib.3. Grandęuosque ſenes mixtis armauit ephœbis.
Exhauſtus Idem lib.5. Vos deſpecta ſenes, hauſtaq; ſanguine turba.
Delirus Horat.lib.2.Serm. Libertaſvè ſenem delirum temperet.
Maturus Idem in Arte, Maturuſvè ſenex, an hunc florenta iuuenta Feruidus.
Miſer Idem in Arte, Multa ſenem circunueniunt incommoda, vel quod Quęrit, & inuentis miſer abſtinet, &c.
Rancidus Polit. Senex podagra rancidus.
Squallidus Apul. Hinc ſquallido ſeni dabis nauli nomine.
Debilis Idem, Aſinum adambulantem cuidam ſeni debuli.
Antiquus Ouid.lib.2.Faſt. Diſce per antiquos quæ mihi nota ſenes.

Infirmus



Infirmus Idem lib.5.Faſt. Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.
Exanguis Syll.lib.2. Exanguesq; merendo Stat prima inter ſigna ſenes.
Reſes Idem lib.7. Reſides ad bella vocantur, Quis pudeat certare ſenes.
Verendus Claud. Menſura verendus Scribit iura ſenex.
Rigidus Sidon. Pares Mineruæ mores, & rigidi ſenes.
Feſſus Seneca, Concitat flammas, ſenibusq; feſſis.
Laſſus Idem, Tibi grandæui, laſſiq; ſenes.
Rancidulus Pont. Adſit rancidulo ſeni puella.
Carioſus Idem, Arnus ait, carioſe ſenex tuus hæc tibi iactat.
Fœtidus Thom.Rad. Ad quod fœtidum ſenem deſpecto.
Annoſus Pamph. Teneras violare puellas, Annoſos mactare ſenes.
Tetricus Polit. Quid properas tetricos conſuluiſſe ſenes.
Canus Idem, Pectore iam canos vincit & ore ſenes.
Pellitus Lactant. Quos centum pelliti ſenes ſenatus eſſe voluerunt.
Tremulus Stroz.fil. Te cita nox tremulum cogit adire ſenem.
Effœtus Pamph. Effœto teneram concubuiſſe ſeni.
Aeger Idem, Huic igitur faueas ſenibus nam qui fauet ægris.
Muccoſus Lud.Big. Muccoſo nubat culta puella ſeni.
Aridus Augur. Si tibi fidelem, & aridum ſenem malit.
Affectus ſenio. Crinit. Nunc ſenio affecti vix languida membra mouemus.
Eneruatus Guill.Caſtel. Eneruate ſenex collapſa eſt clara iuuentus.
Gelidus Mant. Languentes, gelidiq; ſenes.
Rugoſus Idem, Pueri trepidæq; puellæ, Rugoſiq; ſenes.
Tardus Idem, Frigidæ anus, tardiq; ſenes.
Verboſus Mant. Verboſi gaudete ſenes, bibulæq; tabernæ.
Incuruus Ammonius, Incuruos iuueniliter ſaltare haud pudeat ſenes.
Imbellis Cimbriacus, Imbelles ætate ſenes, lectiq; iugales.
Decrepitus Corn.Gallus, Me vocat imbellem, decrepitumq; ſenem.
Defloccatus Plaut. in Epid. Nam per vrbem duo defloccati ſenes.
Cerebroſus Idem in Muſtel. Senex hic cerebroſus eſt certe.
Exoſſis Idem in Menech. Atq; hunc ſenem exoſſem niſi dedolabo.
Acheronticus Idem in Mer. Quid tibi ego ætatis videor, acheronticus ſenex, vietus decrepitus.
Vetulus Idem, Vetulus decrepitus ſenex tantidem eſt.
Hircoſus, maleolens in modum hirci. Idem, Senex hircoſus tu oſculere mulierẽ.
Seuerus Claud. Puerisq; ſeueri Certauere ſenes.
Loquax, quoniam autore Macrobio, ſenectuti familiaris eſt loquacitas.
Obſcurus Boetius, Quondam porticus attulit Obſcuros nimium ſenes.
Moroſus Cic. At ſunt, inqt, moroſi, & anxij, & difficiles ſenes, ſi q̃rimꝰ & auari.
Apricus Perſius Sat.5. Noſtra ve floralia poſſint Aprici meminiſſe ſenes.
Vetus Tibul.lib.1. In veteres eſto dura puella ſenes.
Durus Propert.lib.2. Iſta ſenes licet accuſent conuiuia duri.
Prudens, quoniam in ſenibus prudentia eſt, atq; conſilium. Et, vt inquit Plautus, in Trin. Sapientiæ ætas condimentum eſt.

### SENIVM.

Sterile Cel.lib.2. Hominis tum demum declaratur ſterile ſenium.
Tardigemulũ. Neuius apud Gell. Ac mẽte exſenſa, tardigemulo ſenio oppreſſum.
Graue Apul. Anum quandam curuatam graui ſenio.
Iners Stat.lib.2.Syll. Senio nec fuſus inerti.
Deforme Seneca, Deformis ſenij limina tranſeat.
Triſte Idem, Mortuumq; ſenium triſte, & aſpectu graue.
Debile Idem, Senio trementem debili, atq; æuo grauem.

Moleſtum

Moleſtum Pont.Cantu dum ſenium leuo moleſtum.
Exangue Mant.Iam ſenio exangui frigens.
Graui Idem,Iam ſenio curuata graui.
Iners Idem,Senij graue pondus inertis.
Morboſum Andr.Ammon.Nec mala morboſi pertulerat ſenij.
Tremens Fauſt.Sedulitate mera,ſenio ne France trementi.
Annoſum Polit. Exuit annoſo cornua cum ſenio.

S E N S V S.

Docticanus Mart.Cap,Solers docticanis ludere ſenſibus.
Acutus Polit.Et rerum euentus ſenſu præſagit acuto.
Vitalis Lactant.Vitalem ſenſum cunctis animantibus tribuat.
Ludiuagus Mant.Ludiuago ſenſu leuis atque recentior ætas.
Vigil Architr.Ne flecte tremendos Hic vigiles ſenſus.

S E N T I S.

Inculti Verg.in Buc.Incultiſque rubens pendebit ſentibus vua.
Aſperi Idem lib.2.Aen.Improuiſum aſpris veluti qui ſentibus anguem.
Denſi Idem lib.9.Quam denſi complerunt vndique ſentes.
Duri Mant.Frange roſas duris defenſo à ſentibus vngue.
Hamati Ouid.lib.2.Met.Tangit & hamatis præcordia ſentibus implet.
Hiſpidi Stroz.fil.Setoſum pecus,hiſpidoſque ſentes.
Rubidi Augur.Impegit rubidis ſentibus inſcia.
Mortiferi Mant.Mortiferi penetrant mea pectora ſentes.
Acuti Idem,Mox aſper acutos Gignit ager ſentes.
Rigidi Fauſt.Hoc etenim rigidis ſquallebat ſentibus aurum.

S E N T I N A.

Capax Mant.Nam terra capax ſentina malorum eſt.
Larga Idem,Larga vbi tartareas implet ſentina cloacas.

S E P E S.

Longa Ouid.lib.3.Faſt.Licia dependet longas velantia ſepes.
Hirta Colum.Talis humus vel parietibus,vel ſepibus hirtis.
Spinoſa Pont.Sic vbi ſpinoſis in ſepibus horridus ignem Inijcit agricola.
Fruticoſa Pacific.Sic ſolet accipiter fruticoſa in ſepe latere.
Syluestris Cic.lib.1.de Nat.deor.Prætereo Samothraciam,eaq́;, quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur,ſyluestribus ſepibus denſa.
Alta Mant.Ego protinus altam Tranſiliens ſepem.
Texta Idem,Arua virent,textæ lento de vimine ſepes.

S E P S.

*Modicus eſt ſerpens, cuius tamen ictu percuſſa putreſcunt membra, nam quicquid momordit, in putredinem reſoluitur. Colorem quem attigit, reddit. Quatuor dentibus armatus eſt.*
Tabificus Lucan.lib.9.Oſſaque diſſoluens cum corpore tabificus ſeps.
Breuis Mant.Molle breuis ſeps,peſte ingens,nec viſcera ſolum,Sed ſimul oſſa vorans.

*S E P I A.*

*Sepia, piſcis eſt uenenoſo morſu, quum videt inſidias parari ſibi, effuſo attramento quod habet pro ſanguine, ſeſe abſcondit Mares varij ſunt & nigriores, conſtantiæq́; maioris Percuſſæ tridente fæminæ auxiliantur, at fæmina icto mare fugit. Sepiæ attrmento tanta vis eſt, ut in lucerna abdito Aethiopes uideri ablato priore lumine tardat. Anaxilaus apud Plinium.*
Nigra Perſius,Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha.

S E P I A S.

Promontorũ eſt, vel vrbs Macedoniæ.

Longa Valer.Flac.li.2.Iam Sciathos ſubſedit aquis iam longa receſſit Sepias.

S E P T V M.

Rotundum Mant.Ecce procul ſeptis rutilat domus alta rotundis.





S E P V L C H R V M.

Imum Verg.in Buc.Sæpe animas imis exire ſepulchris.
Mœſtum Ouid.lib.2.Faſt.Aufer,habent alias mœſta ſepulchra faces.
Triſte Stat.lib.5.Syll.Quis triſte ſepulchrum dixerit.
Mutum Polit.Hos certè ingrato cineri,mutiſq́; ſepulchris.
Mauſolæum.Mart.lib.1.Aere nec vacuo pendentia mauſolæa.
Atrum Manil.Gaudebunt atri luctum memorare ſepulchri.
Opacum Pont.Antraq́; Muſconis,& opaca ſepulcra Tuennæ.
Fatale Polit.Oſſaq́; fatali tellus Minyca ſepulchro Nunc habet.
Magnificum.Lact.Cur.n.homines ſibi magnifica ſepulchra ſtudent promereri.
Gelidum Conrad,Vel corpus gelido putens ſepulchro.
Tetrum Iuuenc.Illi grata domus tetris habitare ſepulchris.
Funereum Cleoph.Hic cum funereo triſtis libithina ſepulchro.
Excultum Quint.Cariaq́; excultis ſemper memoranda ſepulchris.
Marmoreum.Mant.Marmoreo comites mœſtæ impoſuere ſepulchro.
Salſum Claud.Salſiſq́; ſepulchris Natales habitare vices.

S E P V L T V R A.

Olens Mant.Corpora olentes Eſſe ſepulturas.
Pallens Idem,Mœſta ſepulturæ fuit hæc pallentis imago.

S E R A.

Firma Ouid.lib.1 de Ponto,Portaq́; vix firma ſum mouet arma ſerà.
Perpetua Mart.lib.10.Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera.
Belliferata Pamph.Belliferata ianua clauſa ſera.
Aerata Idem,Ducet ab ærata limina clauſa ſera.
Ferrea Plaut.in Perſa,Limina indas ferrea,atq́; ferream ſeram.
Dura Tibull.lib.1.Clauditur & dura ianua firma ſera.

S E R A P I S.

Deus fuit qui colebatur ab Aegiptijs.

Pharius.i.Aegyptius.Mirand.Atq́; etiam Phariũ inſtituit malè ſana Seraphim.

*S E R E S.*

*Populi ſunt orientales, qui ex ſuis arboribus depectunt lanas tenuiſſimas, quas bombices vermiculi aranearum inſtar conficiunt ex tenuiſſimis filis. Iuſtiſsimi ſunt, & 200. vitæ annum excedunt. Rutilas habent comas, oculos cæruleos. Vitant reliquorum mortalium cœtus, frugaliſsimi & pacatioris vitæ cultores. Aduenis illuc euntibus ad emenda fila, nulla ſermonum vice rerum precia, ſolis proponunt oculis. Nihil ſibi comparant aduectitium. De his Mart. Cap. Seres, inquit, vndis aſpergunt arbores ſuas, vt lanugo quæ ſericum creat poſſit admitti: Aliarum gentium homines aſpernantur, ac refugiunt.*
Eoi,id eſt,orientales Syll lib.17.Videre Eoi monſtrum admirabile Seres.
Colorati Ouid.lib.1.Vela colorati qualia Seres habent.
Veſtiflui Auſon.Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser.
Vellere nobiles.Seneca,Et quocunq́; loco iacent Seres vellere nobiles.
Longinqui Mant.Mollia longinqui iactent ſua vellera Seres.
Extremi Idem,Indus & extremi flerunt tua funera Seres.

S E R M O.

Cultus Stroz.pat.Doctus es,& culti placido ſermonis ab ore.
Grauis Idem,Sed nitidus,grauis,atq́; elegans plenuſq́; leporis.
Amœnus Gell lib.17.Ita ſermonibus vſq́; quaq́; amœniſſimis demulcebat.
Vagus Claud.Viuit adhuc,completq́; vagis ſermonibus aures.
Lepidus Pont.Nympha hæc læpido vt ſermone locuta eſt.
Blandus Quint.Sermone blando fraudibus texis locum.
Mitis Corn.Gallus,Sed nihil hic clamor,nil ſermo mitis agebat.
Politus Bapt.Pius.Plectra tuæ vocis,ſermonis & orſa politi.
Dulciloquus.Idem,Non tres dulciloquo præſtent ſermone Corynnæ.

Purus Cic.Sermo purus inquit, & Latinus remaneat dilucidus, luculentus, politus, planus.
Comis Mant.Multa iocans comiq; tenens ſermone ſedentes.
Canorus Idem, ille vt erat grandi eloquio & ſermone canoro.
Promptus Iuuen.Sat.3.Ingenium velox, audacia perdita, ſermo promptus.
Feſtiuus Eraſmus, Vbi quis in conuiuio ſermonem inducit admodum hilarem, ac feſtiuum, qui diſcutiat omnem triſtitiam.

*S E R P E N S.*

*In India ſerpentes in tantam adoleſcunt magnitudinem, vt ſolidos hauriant ceruos taurosq́. Tanti ſunt & apud Rhindacum amnem in Ponto, vt ſuperuolantes, quamuis altè perniciterq́ alites, raptas abſorbeant. Ophiuſa inſula eſt dicta à multitudine ſerpentium: unde Ophiogenæ populi in Heleſponto, qui ſerpentum ictus iactu leuant, & impoſita manu venena corporis extrahunt. Candei populi orientales ſerpentibus veſcuntur, neq; eſt alia regio earum fertilior. Serpentibus quoq; abundat Africa. vide Officinam, & additamentum poſitum in margine.*

Ater Verg.in Buc.Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.
Squameus Idem in Aetna.Ima p orbes Squameus intortos ſinuat veſtigia ſerpẽs.
Lethifer Lucan.lib.9.Siccaq; lethiferis ſquallent ſerpentibus arua.
Plenus veneno. Idem, Mihi plena veneno Occurrat ſerpens.
Niliacus, id eſt Aegyptius. Idem, Fixus præcordia preſſit Niliaco ſerpente cruor.
Areniuagus Idem, Vidit areniuagum ſurgens, fugiensq; gatonem.
Exitioſus Col.lib.8.Sed exitioſis quoq; ſerpentibus tecta liberentur.
Aſper Horat.lib.1.Carm.Fortes & aſperas tractare ſerpentes.
Afer Idem lib.2.Serm.Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris.
Minans Lucret.lib.3.Lingua vibrante minantis Serpentis.
Virulentus Gell.lib.16.Vt ſerpentium virulentorum domitores ſint.
Venenatus Apul.Venenati ſerpentis amplexus delectant.
Noxius Idem, Noxij ſerpentis nodum ceruicis & capitis abſcinde.
Latens Idem, Serpentes ſolo latentes, beluæ ponto natantes.
Formidabilis. Ouid.li.2.Met.Serpens Frigore pigra prius, nec formidabilis vlli.
Dirus Idem, Poſſe mori cupies, tũc quũ cruciabere diræ Sanguine ſerpẽtis
Cæruleus Idem lib.3.Met.Cęruleus ſerpens horrendaq; ſibila miſit.
Venenifer Iuuencus, Quando veneniferi ſerpentis ſæua propago.
Sæuus Syll.lib.6.In memet ſæui ſerpentis prælia verte.
Horrificus Idem lib.9.Sibilaq; horrificis torquet ſerpentibus ægis.
Terrigena Stat lib.5. Theb.Terrigena erigitur ſerpens.
Lethalis Idem lib 6.Theb.Lethalis vè erumperet atria ſerpens.
Martius Idem Stat.lib.11.Dum martius impia ſerpens Stagna bibit.
Tortus Fauſt.Vnde geri torto virgam ſerpente voluto.
Tumens Claud.Multusq; tumens per nubila ſerpens.
Flexilis Ruffus Feſt.Serpensq; dehinc elabitur ambas Flexilis.
Minax Seneca, Sibilat totos minax ſerpens per armos.
Latebroſus Idem, Perhibit peſtem latebroſa ſerpens.
Pinnatus Thom.Radin.Luminibus pinnatorum ſerpentium.
Lubricus Lactant.Lubricus aut ſerpens, aut auis vlla rapax.
Criſtatus Pamph.Quum criſtatus agit ſinuoſa volumina ſerpens.
Squallidus Augurell.Squallidus ſerpens inſeritur.
Nocuus Pacificus, Et nocuus ſerpens habet à genitore venenum.
Impius Quint.Serpenti quid enim profuit impio.
Meduſæus Idem, Ora Meduſęis cinctum ſerpentibus.
Veneniger Idem, Noſtra venenigeris perit hydri morſibus vxor.

S E R P I L L V M.

Odoriferum. Pont.Donauitq; apio & odorifero ſerpillo.

Virens



Virens Idem, Seu quem bacca liquat myrti, liquat herba virentis Serpilli.
Luxurians Mant.Serpilliq; nouas luxuriantis opes.

S E R R A.

Arguta Verg.lib.1.Georg.Tum ferri rigor, atque argutæ lamina ſerræ.
Ferrea Varro, In quo ſit extremo ferrea ſerrula.
Acuta Colum.Si verò in cauæ arboris ramo fuerit acutiſſima ſerra.
Stridens Lucret.lib.2.Ne tu fortè putes ſerræ ſtridentis acerbum.
Dentata Mant.Ignea dentatæ cui ſunt inſignia ſerræ.
Rauca Pon.Sic tibi nec raucæ ſtridet quæ lamina ſerræ.
Longa Quint.Cuſpidibus lapides, longæ vel acumine ſerræ.
Leuis Bapt.Pius, Vt percuſſa leui pateant Themeſeia ſerræ Pondera.
Rutilans Mant.Pẽdeat in medio rutilantis lamina ſerrę Dædalei ſignũ ingenij.

S E R T V M.

Florens Verg.in Batt.Hæc Veneris vario florentia ſerta decore.
Luteum Idem in Coppa, Sertaq; purpurea lutea mixta roſa.
Olens Idem, Quid cineri ingrato ſeruas bene olentia ſerta.
Spiceum Idem de 4.Temp.Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas.
Feſtum Lucan.lib.2.Feſta coronato non pendent limine ſerta.
Geniale Ouid.lib.3.Non data ſunt capiti genialia ſerta.
Molle Idem lib.5.Faſt.Habent vnctæ mollia ſerta comæ.
Floridum Idem lib.6.Faſt.Et velant ſcabras florida ſerta molas.
Humidum Idem lib.3.Triſt.Deq; *tuis lachrymis humida* ſerta dato.
Odoratum Idem lib.3.Triſt.Feſtaq; odoratis inuectunt tempora ſertis.
Cæruleum Stat.lib.4.Theb.Tum fera cæruleis intexit cornua ſertis.
Gramineum Stat.lib.6.Theb.Proxima gramineis operoſior area ſertis.
Heliconium Idem lib.4.Syl.Cui non heliconia cordi Serta.
Floreum Mant.In ceruice micant oculi ceu florea ſerta.
Textile Mart.lib.4.Textilibus ſertis omne rubebat iter.
Flauens Claud.Quoties flauentia ſerta comarum Sponte cadunt.
Stellans Idem, Iam tibi molitur ſtellantia ſerta.
Fragrans Idem, Fragantibus inde Cæſariem ſertis.
Roſeum Auſon.Roſeo Venus aurea ſerto.
Vernificum Mart.Cap.Comere vermiſicis florentia limina ſertis.
Vitreum Nemeſianus, Vitrea ſerta plicas.
Redolens Mant.*Prima coronarunt redolentibus* atria ſertis.
Picturatum Pont.Ac picturatis intexens cornua ſertis.
Madens Idem, Interq; epulas & ſerta madentia vino.
Halans Idem, Primittijs, ſertisque deos halantibus ornans.
Inſigne Idem, Et ſerto inſigne lachrymis quoq; victus amantis.
Pictum Idem, Floribus è uernis pictaq; ſerta dabo.
Amaranthæum. Idem, Digna amaranthæis crines intexere ſertis.
Virens Idem, Nunc interq; hederas, interq; virentia ſerta.
Coloratum Stroz.pat.Alta coloratis redimita vmbracula ſertis.
Puniceum Idem, Punicei verò ſuauis frangrantia ſerti.
Radioſum Conrad.Gnoſię ſecum radioſa volues ſerta puellæ.
Floridum Augurell.Floridulis implere manus, & tempora ſertis.
Intortum Quint.Hic Fauni intortis cingunt ſua tempora ſertis.
Marcidum Bapt.Pius, Marcida cynnameis ceciderunt ſerta capillis.
Frondeum Petrarcha, Pars nectere ſerta canendo Frondea.
Viride Idem, Viridis non gloria ſerti.
Mellicolor Mant.Graminaq; & flores & mellicolaria ſerta.
Roſidum Idem, Et plecte artifici roſida ſerta manu.

SERVI-

## SERVITIVM.

Graue Verg.in Cyri, Tam graue ſeruitium, tam duros paſſa labores.
Aegrum Syll.lib.13. Proh quanto leuius mortalibus ægra ſubire Seruitia.
Triſte Liuius, Quam triſte ſubiecta Seruitio.
Turpe Seneca, Turpi ſeruitio fauens finxit libido.
Durum Pamph. Duroq́; nimis calcata premetur Seruitio.
Nefandum Crinit. Vindex nefandi vincula ſeruitij.
Immite Stroz.pat. Immiti potuit ſubdere ſeruitio.
Acre Perſius, Seruitium acre te nihil impellit.

## SERVITVS.

Laborioſa Colum.lib.1. Qui ſeruitutem laborioſam tolerauerunt.
Maligna Marull. Supra malignæ ſeruitutis terminos.
Miſeria Cic.in parad. Quam eſt illa miſera, quàm dura ſeruitus.
Pœnalis Tertull. Hoc genus pœnalis ſeruitutis erumpunt.
Ignominioſa Liuius, Ignauiamq́; ſeruitutis ignominioſæ cauſam eſſe ſciant.
Miſerabilis Idem, Miſerabilemq́; Tarentinorum ſeruitutem referens.
Infamis Idem, Aut ſeruitute infami finienda eſſet.
Moleſta Plaut.in Cap. Non multum fuit moleſta ſeruitus.
Oneroſa Sueton.in Auguſt. Quærẽs miſerã & oneroſam iniungi ſeruitutem.
Maryandina, à Maryandinis populis iuxta Pontum, Paphlagoniæ vicinis, quos ferunt à Myleſijs ſubactos, & in contemptum fuiſſe deuenditos.
Perſica Seneca, Homo inquit, natus in hoc, ut mares liberæ ſeruitutis Perſica ſeruitute mutaret.

## SERVI.

Agiles Manil Eluſoſque ſenes, agileſque per omnia ſeruos.
Sordiduli Budęus, Seruorum ſordidulorum ſcorta diobolaria.
Fallaces Ouid.lib.1. Eleg. Dũ fallax ſeruus, durus pater, Improba lena vixerit.
Curioſi Quint. Sic curioſum comprobat ſeruum fides.
Alienigenæ Petrar. Hic alienigenam ſeruum, quem carcer honeſtum Fecerat.
Fugitiui Plaut.in Menech. Et qui fugitiuis ſeruis ludunt compedes.
Cretati, quoniã ſeruorum venalium pedes notabantur creta. Iuuenal. Stat.3. Nuper hanc vrbem pedibus qui venerat albis.
Apolites, apolitos ſeruos iurecõſulti vocant viles, & qui ſine ciuitate in opus publicum perpetuò dantur.
Ferratiles, qui tenẽtur compediti. Plaut. Augebis ruri numerum, genus ferratile.
Salutigernli, dicuntur ab eodem Comico, qui iuſſu dominæ hunc & illum ſalutãt ſuntque nuncij & renuncij.
Mediaſtini, qui abiectiſſima quæq; munia inter ſeruos obeũt, ut ſunt in aulis principium lignarij, bacularijq́;, quorum functio eſt, ut omnibus pareant. Cic. in Catillinam, magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis ex agreſti luxuria, & ruſticis mediaſtinis.
Hercicæ, qui in agris ſolum verſantur.
Saccularij, q. vetitas artes exercẽt, & in ſacculos partẽ ſubducũt, partẽ ſubtrahũt.
Pileati, quorum nomine venditor nihil præſtaret, ut ſcripſit Cælius Sabinus.
Vicarij Vlpianus, Si ſeruus meus inquit, ordinarios vicarios habeat.
Inſularij, viles & peſſimi ſine ciuitate, in inſulas deportati, atq; in publicũ opus aut in metalum dati.
Originarij, qui ex aſſcriptitiis nati ſunt, in ipſo ſolo ſine fundo.

## *SERIPHVS.*

*Inſula eſt AEgæi maris, una earum, quæ dicuntur Cyclades, in hanc mittebantur nocentes ut in Gyarum.*

Parua Iuuen.Stat.10. Vt Hyaræ clauſus ſcopulis, paruaq́; Serypho.

Humilis



Humilis Stat.in Achil. Hinc ſpretæ Myconos, humiliſq́; Seryphos.
Plana Ouid.lib.7.Met. Planamq́; Seryphon, Marmoreamq́; Paron.

## SESTOS.

Clara Muſæus, Littore multiuago prope claræ mœnia Seſti.

## SETAE.

Comantes Verg.lib.3.Georg. Ciniphij tondent hirci ſetaſq́; comantes.
Rigidæ Ouid.lib.8.Met. Rigidis horrentia ſetis Terga dat.
Duræ Idem lib.13. Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis.
Hætir Ouid.lib.13. Barba viros, hirtæq́; decent in corpore ſetæ.
Feræ Syll.lib 5. Et villoſa feris horrebant pectora ſetis.
Strictæ Stat.lib.11. Strictiſq́; erexit pectora ſetis.
Dumales Mart.Cap. Verum dumalibus hirta Setis.
Tremulæ Mart.lib.1. Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta.
Horrentes Nemeſianus, Horrentes pectore ſetas Vellicat.
Hircoſæ Pont. Mentoq́; rigeſcunt Hircoſæ ſetæ.
Hiſpidæ Adr.Card. Dorſo horrentibus, hiſpidiſq́; ſetis.

## SETIA.

Pendula Mart. Pendula pampineos, quæ ſpectat Setia campos.
Clara Pamph. Spargit Campanis Setia clara iugis. Vrbs eſt Campaniæ ferax optimi vini.

## SEVERITAS.

Acerba Cic.ad Quint.fratrem, Hæc illius ſeueritas acerba videretur.
Caſtigatoria Sidon. Modo caſtigatoria ſeueritate decoquerit.
Rigoroſa Thom.Rad. Rigoroſa vbi legum ſeueritas quæreretur.
Dura Liu. Torquatus priſcæ ac nimis duræ pleriſq́; videbatur ſeueritatis.

## SIBILVS.

Stridulus Lucan.lib.9. Stridula ſuderunt fibratis ſibila linguis.
Horrendus Ouid.lib.3.Met. Cæruleus ſerpens, horrendaq́; ſibila torſit.
Trepidans Val.Flac.lib.7. Et trepidantia torſit Sibila.
Infeſtus Idem lib.8. Nec me tua ſibila toto Exagitent infeſta mari.
Diſſonus Nemeſianus, Sed pro carminibus male diſſona ſibila reddit.
Raucus Pamph. Paſtorum montes ſibila rauca ſonant.

## *SICAMBRI.*

*Sicambri, Germaniæ populi, ad vtranq; Rheni ripam habitãtes, flauos habent capillos, quos (vbi ſatis creuerunt) quondam artificio in nodum complicant.*

Feroces Horat.lib.4. Trahet feroces Per ſacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.
Flaui Claud. Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris.
Gaudentes cęde. Horat. Te cede gaudentes Sicambri cõpoſitis venerantur armis.
Indomiti Ouid ad Liuiam, Indomitoſq́; Sicambros Concutit.
Detonſi Sidon. Detonſus Vachalim bibat Sicamber.
Paludicolæ Idem, Aut ad Paludicolas Sicambros, aut ad caucaſigenas Alanos.
Procelloſi Pamph. Sæpe procelloſos vidit quæ cimba Sicambros.
Sæui Conr. Cheruſcus, & ſæuus Sicamber.
Paludoſi Propert. Ille paludoſos memoret ſeruire Sicambros.
Terribiles Cleoph. Terribiles duro gaudent hic Marte Sicambri.
Duri Cimbriacus, Gallorumq́; acies, aut duros cæde Sicambros.
Fortes Idem, Quorum ſunt teſtes Morini, forteſq́; Sicambri.
Proni in arma. Barth. Nec pronus in arma Sicamber Auxilio deerit.
Infrenes Idem, Infreneſq́; Sicambros Baſtarnaſq; truces.
Criniti Idem, Barth. Crinitus contra mouet arma Sicamber.
Intonſi Fauſt. Atq; ipſum intonſo gaudentem crine Sicambrum.

Torui

Torui Iuuen.Sat.4.Tanq̃ de Catis aliquid,toruisq; Sicambris Dicturus.

### S I C A N I.

Trimares Mant.Samnis agens equitum turmas,trimaresq; Sicani.
Immites Oui.in Epiſt.Tu quoq; quæ immites celebras Erycina Sicanos.

### S I C A N I A.

Trifida Claud.Vltima Sardiniam,Cirnon,trifidamq; retentat Sicaniam.

### S I C I L I A.

Trinacris,à tribus promontorijs.Ouid.lib.5.Met.Vaſta giganteis iniecta eſt inſula membris Trinacris.
Trifida Claud.Trifidamq; retentat Sicaniam.
Aeolis Bapt.Pius,Vt Liparæus ager,vtq; Aeolis inſula flagrat.
Frugifera Stroz.pat.Armaq; frugiferæ pinguia Sicaniæ.

### S I C O R I S.

Fluui⁹ eſt Hiſpanię.
Locuples Mant.Adde locupletem Sicorim,qui cingit Ilerdam.

### S I C V L I.

Acuti Iulius Maternus,Galli ſtolidi,auari Siri,acuti Siculi.
Immites Pamph.Immites,Siculi Venus decora.
Trilingues Apul.Siculi trilingues Stygiam Proſerpinam colunt.

### S I C Y O N.

Vrbs eſt Achaię, oleę feraciſſima.
Olifera Ouid.in Ibin,Aut vi olifera quondam Sicyone profecto.
Alta Iuuen.Sat.3.Hic alta Sicyone,aſt hic Amydone relicta.
Graia Textor,Lucrini conchas Graiæ Sicyonis Alutam.

### S I D O N.

Piſcoſa Mant.Hos antiqua Tyros nouit,piſcoſaq; Sidon.
Vetus Idem,Littora Phœnicum,veterem Sidona,Tyrumq;.
Potens Idem,Cappadoces,Syriasq; domos Sidona potentem Sub Chriſtimi fere iugum.
Tyria Syll.lib.7.Venerat ad bellum Tyria Sidone nepotum Excitus prece.
Precioſa Lucan.lib.3.Et Tyros inſtabilis,precioſaq; murice Sidon.
Cadmæa Syll.lib.14.Spirantis rogus Enceladi,Cadmæaq; Sidon.

### S I L E N T I V M.

Fidele Hor.lib.3.Carm.Eſt & fideli tuta ſilentio.
Taciturnum Lucret.lib 4.Affirmant vulgo taciturna ſilentia rumpi.
Nocturnum Apul.Per naturalia elementa,& nocturna ſilentia cantus.
Mutum Ouid.lib.io.Carpitur accliuis per muta ſilentia trames.
Horrendum Syll.lib 5.Tenebræq; horrenda ſilentia alebant.
Tranquillum.Stat.lib.1.Theb.Exturbare odijs tranquilla ſilentia noctis.
Opaca Pont.Traducit miſeros per opaca ſilentia manes.
Tenebroſum.Claud.Rumpunt inſoliti tenebroſa ſilentia cantus.
Latebroſum Mirand.Vangiones cernunt latebroſa ſilentia ſyluæ.
Arcanum Mant.Hic vbi ſecretis arcana ſilentia rebus.
Rabioſum Perſius,Murmura quum ſecum,& rabioſa ſilentia rodunt.
Pythagoricum.Theod.Cyr.Illud quæſo Pythagoricum ſilentium adamate.

### S I L E N V S.

Fuit Bacchi pædagogus, & nutritus.
Ebrius Ouid.lib.4.Metamor.Quique ſenex ferula titubantes ebrius artes Suſtinet.
Vetulus Pont.Ac reſidens pando vetulus Silenus aſello.
Arcadicus Mich.Angl.Quæ bibit Arcadici turba proterua ſenis.
Spumans Mant.Talis erat multo ſpumans Silenus Iaccho.

### S I L E N I.

Nyſigenæ Catull.Cum Thyaſo Satyrorum & Nyſigenis Silenis.
Senes Proper.lib.2.Sileniq; ſenes, & pater ipſe chori.

SILEX



### S I L E X.

Durus Verg.lib.6.Aen.Quàm ſi dura ſilex,aut ſtet marpeſia cautes.
Validus Lucr.lib.1.Vnde quæ aut validi ſilices,ferrumq; creari.
Rigidus Ouid.lib.9.In rigidos verſum ſilices prior edidit ætas.
Indomitus Stat.lib.3.Syll.Indomitusq; ſilex curua fornace liqueſcit.
Calcabilis Sidon.Calcabili ſilice cruſtarum fornicauit.
Caucaſeus Polit.Carmen Caucaſeos ſilices cautemq; Sicanam,Quod trahat.
Ignitus Calent.Igniti ſilices,& lectum per iuga viſcum.

### S I L I G O.

Mollis Iuuen.Sat.5.Sed tener,& niueus,molliq; ſiligine factus.

### S I M I V S.

*Simijs figura eſt homini proxima.Imitantur quicquid ab homine fieri vident. Propterea uenatores hac ratione eos plerunq; fallunt.Nam in radicibus arborũ ( in quas illi replerunt)aqua ſe perungunt,demum uaſculum uiſco plenum aquæ loco reponunt, quo quum oculos & ora perunxerunt ſimiæ facilè capiuntur.Falluntur & alio modo,quum ſcilicet relictis,dedita opera, à uenatoribus calceis ſeſe impediunt.Triſtes ſunt luna ſeneſcente,noua lætantur,fœtus amant maximè. Catulos quos in domibus pepercre, omnibus demonſtrant, gaudentq; tractari, & quandoque amplectendo necant.*

Proteruus Stat,lib.5.Syllan.Infantem linguam ſimium, ſalibusque proteruum Dilexi.
Callidus Mart.lib.13.Calidus emiſſas eludere ſimius haſtas.
Simulator Claud.Humani qualis ſimulator ſimius oris.
Paraſytus Tho.Rad.Simias hominum imitatrices & paraſytas diceres.

### S I M O I S.

Phrygius Verg.lib.2.Aen.Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam.
Rapidus Verg.lib.5.Victor apud rapidum Simoeta ſub Ilio alto.
Lubricus Horat.Findunt Squamandri flumina,lubricus & Simois.
Pinniger Stat.lib.12.Pinnigeri rapitur Simoentis ad amnem.
Iliacus Barth.Vel quum ſepoſita Iliacum Simoenta Meduſa Ingreditur.
Idæus Propert.lib.2.Idæum Simoenta,Iouis cunabula parui.

### S I M P L I C I T A S.

Ruſtica Pont.Ruſtica ſimplicitas tibi ſit.
Nuda Pont.Inceſſusq; decens nudaq; ſimplicitas.
Rudis Ouid.lib.3.de Arte,ſimplicitas rudis ante fuit, nunc aurea Roma eſt.
Vera Mart.lib.1.Artibus & vera ſimplicitate bonus.
Niuea Idem lib.8.Nec niuea ſimplicitate prior.
Prudens Mart.lib.10.Prudens ſimplicitas,pares amici.
Credula Stroz.pat.Fraudibus eluſa eſt credula ſimplicitas.
Incauta Vegetius,Periurijs decipiatur prouincialium incauta ſimplicitas.
Pagana Sidon.Non vrbanus lepos ineſt,ſed pagana ſimplicitas.
Inculta Pamph.Eſt nimis inculta ſimplicitate rudis.
Pura Sedulius,Puraq; ſimplicitas numero,meritoq; refulgens.
Neſcia fraudis.Mant.Tua neſcia fraudis ſimplicitas placuit diuis.
Sapiens Glarean.In te ſimplicitas ſapiens,facundia præſtans.
Candida Bapt.Pius,Quam niuei mores,candida ſimplicitas.
Vulpina Mant.Callida vulpina rem ſimplicitate gubernat.

### S I M V L A C H R V M.

Aeneum Gell.lib.16.Simulachra duo ænea ad Tænarum viſerentur.
Laruale Apul.At tu hic laruale ſimulachrum viſeris.
Ligneum Ouid.lib.10.Lignea contulerat veterum ſimulachra deorum.
Cæreum Idem in Epiſt.Deuouet abſentes ſimulachraq; cærea fingit.
Terrenum Lactan.Contemptisq; terrenis,fragilibusq; ſimulachris.
Lapideum Theod.Cyr.Lignea verò ſimulachra & lapidea dicato qui velit.

Sſ SINADA.

Sinas ſeu Sinada, oppidum Phrygiæ.

S I N A D A.

Precioſa Claud. Precioſaq; picto Marmore purpureis cædit quod Sinada venis.
Phrygia Stat. lib. 1. Syl. Sola cauo Phrygiæ mittit quam Sinados antro.

S I N A P I S.

Fletum factura Colum. Seq; laceſſenti fletum factura ſinapis.
Lachrymoſa Polit. Defruta & omphacinus liquor, & lachrymoſa ſinapis.
Triſtis Ennius lib. 4. Sab. Neq; triſte quæritat ſinapi, neq; cæpe mœſtum, vbi triſte ſignificat amarum.

S I N G V L T V S.

Lachrymoſus Apul. Singultu lachrymoſo ſermonem incertans.
Acer Quint. Acreſq; dolentum ſingultus.
Frigidulus Catul. Frigidulos vdo ſingultus ore cientem.

S I N O N.

Fidens animi Ver. li. 2. Aen. Qui ſe ignotũ veniẽtib. vltro obtulerat fidẽs animi, &c.
Periurus Idem, Talibus inſidijs, periuriiq; arte Sinonis credita res.
Pellax Sidon. Pellaci reſerata proditore.
Fallax Seneca in Troade, Nocturnus in nos ſparſit, aut fallax Sinon.
Dirus Polit. Reginæq; hoſpes diri commenta Sinonis.
Cautus Quint. Myrmidonum, Dolopumq; duces, cautumq; Sinonem.

S I N O P E.

Opima Val. Flac. lib. 5. Aſſyrios complexa ſinus ſtat opima Sinope.

S I N V S.

Calidus Hieron. Ange. Inquit amor calido me tege quæſo ſinu.
Patulus Apuleius, Sinu recipere patulo.
Tepidus Ouid. lib. 4. Faſt. Decidit in tepidos lucida gutta ſinus.
Nexilis Idem lib. 1. Eleg. Vt fieret torto nexilis orbe ſinus.
Carbaſeus Stat. lib. 7. Carbaſeuſq; ſinus, & fabula raſilis auro.
Blandus Idem lib. 2. Syll. Blando Calliope ſinu recepit.
Tener Pont. Dulciaq; in tenero bella mouere ſinu.
Mollis Pont. Quem fouet in molli edia puella ſinu.
Niueus Pont. In Veneris niueos feſſæ recurrere ſinus.
Ambroſius Pont. Ambroſio foueant membra adamata ſinu.
Lacteolus Idem, Et cum lacteolo ſinu quieſcens.
Tyrius Tibull. lib. 1. Vinciat, & Tyrio prodeat apta ſinu.
Molliculus Henr. Laberius, Textor molliculo ſinu recondit.

S I R I V S.

Feruens Verg. in Aetna, Præcipueq; vigil feruens quum ſirius ardens.
Lethalis Stat. lib. 2. Syll. Illos implacidos lethalis ſirius igni.
Acer Idem lib. 3. Syll. Acer anhelantes incendit ſirius agros.
Peſtifer Ruff. Feſt. Stridet anhelanti face peſtifer.
Malus Polit. Nec malus hunc afflat rabioſo ſirius aſtro.
Fulgens Mart Cap. Qui trahis æſtifero fulgentem ſirion ortu.
Lethifer Polit. Sæuo læthiferum lumine ſirium.
Puluerulentus Marull. Nunc defendere ſirium ægris puluerulentum.
Ater Codr. Vrc. Et culpæ partem ſirius ater habet.
Infenſus Idem, Infenſus ſyluis, infenſus ſirius agris.
Igneus Pamph. Igneus ardentes qua ſirius vrit ariſtas.
Calens Conr. Piſtrix fluuius, calenſq; ſirius.
Vſtus Glarean. Cur premat herboſum ſirius vſtus agrum.
Rapidus Lucan. lib. 10. Rapidus qua ſirius ignes Exerit.

Erat tubæ genꝰ, quo Aegyptij vtebantur in ſacris Iſidis.

S I S T R V M.

Phariacum Apul. Arcana memphitica, & ſiſtra Phariaca.
Sonabile Ouid. lib. 9. Cornua fulſerunt crepuitq; ſonabile ſiſtrum.

Tinnulum



Tinnulum Ouid. lib. 1. de Ponto, Iactantem Pharia tinnula ſiſtra manu.
Aegyptium Ouid. lib. 3. Eleg. Quid Aegyptia proſunt ſiſtra.
Multiſonum Stat. lib. 3. Syll. Excipe multiſono puppem mareotida ſiſtro.
Garrulum Mart. lib. 13. Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.
Iſiacum Manilius, Atq; ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro.
Niliacum Martianus Capella, In eo ſiſtra Niliaca.
Memphiticum Sidonius, Ad Memphitica ſiſtra concitari.
Bellicum Pamphilus, Cannarum in tumulis bellica ſiſtra crepant.
Aeriſonum Barth. Agmina quæ æriſono iungit Nilotica ſiſtro.
Aereum Idem, Siſtraq; latrantis miratur Anubidis ærea.
Pharium Mant. Phario rudit vox barbara ſiſtro.
Argutum Idem Mant. Inachis arguto pellex Iunonia ſiſtro.
Stridulum Pamph. Opponens Latij ſtridula ſiſtra tubis.
Perſonarum Salmonius, Non deerant crotali, non perſona ſiſtra, lyræq;.
Reſonans Quint. Inde ſacroſanctæ reſonantia ſiſtra iuuencæ.
Dulce Architrenius, Dulce Pharo ſiſtrum, requies paſtoris arundo.
Crepitans Proper. lib. 3. Romanamq; tubam crepitanti pellere ſiſtro.

*S I S Y P H V S.*

*Siſyphus filius fuit Aeoli, qui ex hoſpitibus alios ſaxo perimebat, alios calce in aquas præcipitabat. Propterea hanc apud inferos luit pœnam, vt ſemper relabentem ſcopulum ad verticem montis cogatur voluere.*

Aeolides Horat. lib. 2. Carm. Damnatuſq; longi Siſyphus Aeolides laboris.
Laſſus Mart. lib. 5. Laſſi marmora Siſyphi videbit.
Inquietus Idem lib. 10. Nunc inquieti monte Siſyphi preſſus.
Aeolius Seneca, Saxum ſenis perennis Aeolij labor.
Infelix Stroz. pat. Atque tuum infelix Siſyphe ſiſtet onus.
Defeſſus Idem, Immenſuſq; lapis defeſſum Siſyphon vrget.

S I T I S.

Ignea Stat. lib. 4. Theb. Protinus Inachios hauris ſitis ignea campos.
Anhela Stat. lib. 3. Theb. Sorbet anhela ſitis.
Arida Ouid. lib. 11. Sitis arida guttur Vrit.
Sicca Ouid. lib. 4. Triſt. Ne ſiccam Getico fonte leuare ſitim.
Arens Ouid. in Epiſt. Arentemq; leuet vnda ſitim.
Triſtis Syll. lib. 6. Triſtem depellere feſſo Ore ſitim.
Aſpera Idem lib. 15. Aberunt ſitis aſpera, & hauſtus Sub galea puluis.
Horrida Stat. lib. 4. Theb. Tantum ſitis horrida torret.
Flammata Idem lib. 6. Cornipedum flammata ſitis.
Acris Augurellus, Acremq; leuare Ipſe ſitim.
Auida Mart. lib. 1. Auidam rigens Dircena placabit ſitim.
Moroſa Mart. lib. 14. Sed tu moroſa ludere parce ſiti.
Ingenioſa Idem, De niue commenta eſt ingenioſa ſitis.
Sæua Seneca, Doloris artes & famem, & ſæuam ſitim.
Feruida Idem, Et inter vndas feruida exuſtus ſiti.
Rabida Idem Sen. Excuſſit rabidam ſitim.
Tantalea Pontianus, Hæc tantalea ſitis, iecurq; fœcundum.
Aeſtiua Stroz. pater, Aeſtiuamq; ſitim ſedare fluentibus vndis.
Feruens Idem, Quum rapido feruens ſitis vrget in æſtu.
Ardens Cleophilus. Ardentemq; fugax non leuat vnda ſitim.
Moleſta Qintianus, Toties moleſtam paſſus es fili ſitim.
Glutinoſa Idem, Et glutinoſam repulit nullus ſitim.
Dira Mantuanus, Flagrat dira ſitis quam non extingueret Hebrus.
Implacabilis Idem, Pocula prenſa manu ſitis implacabilis haurit.
Lethifera Cantalycius, Lethiferam fecere ſitim.

Veſana Fauſt. Vt tua veſanam detrahat vnda ſitim.
Hydropica Architr. Nec ſitis infuſo minor eſt hydropica melle.

S I T V L V S.

Aquarius Cato, Trullum vnum, ſitulum aquarium vnum.
Congialis Vitru. Habens ſitulos pendens, æreos congiales.

S I T V S.

Pallens Lucan. lib. 6. Pallensq; ſub antris Longa nocte ſitus.
Informis Horat. lib. 2. Epiſt. Nunc ſitus informis premit, & deſerta vetuſtas.
Iners Ouid. lib. 1. de Ponto, Deficit, eſtq; minor factus inerte ſitu.
Turpis Ouid. lib. 1. Eleg. Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.
Immundus Ouid. lib. 1. Eleg. Et immundo cæra ſit alba ſitu.
Piger Ouid. lib. 2. Eleg. Indigna eſt pigro forma perire ſitu.
Sterilis Stat. lib. 5. Syll. Quis ſterili mea corda ſitu.
Cæruleus Val. Flac. lib. 3. Cæruleo tenebroſa ſitu.
Fœdus Claud. Squallent immania fœdo ſceptra ſitu.
Squalidus Seneca, Orbis iacebit ſquallido turpis ſitu.
Languens Stroz. pat. Frigida languenti membra iacereq; ſitu.
Putris Idem, Commemoret putrem depoſuiſſe ſitum.
Annoſus Stroz. filius, Nec labat annoſo pendula ruga ſitu.
Muſcoſus Pamph. Sunt vbi muſcoſo lurida prata ſitu.
Puluereus Conr. Veſtros libellos puluereo ſitu Tectos.
Miſer Crinitus, Duxerunt miſerum ſitum.
Redolens Quint. Vbi fœtor ingens funerum & redolens ſitus.
Ferrugineus Idem, Tartareum Chaos, & ferrugineus ſitus.
Ater Idem, Quint. Qui ſemper ater fœtida oppreſſit ſitus.
Torpidus Idem, Torpido quondam ſitu corrupta membra.
Furuus Idem, Spelunca furuum facibus ructans ſitum.
Squallens Fauſt. Putriq; veterno, ſquallentiq; ſitu.
Olidus Idem, Deq; olido extraxi corda ſepulta ſitu.
Gelidus Bapt. Pius, Muſcus vbi & gelido marmora tecta ſitu.
Arenoſus Catull. Vel penè languido ſenis ſituq; arenoſo.
Opacus Mant. Atq; ſitu ſenſim exoneratur opaco.

*S M A R A G D V S.*

*Smaragdus gemma eſt præcipuæ uiriditatis oculorum aciem mirum in modum recreans. Frequens eſt in Erythra & Scythia, item India & Cyprijs ærifodinis.*

Viridis Lucr. lib. 1. Inter cæruleum virides miſcere ſmaragdos.
Clarus Ouid. lib. 2. Met. In ſolio phebus claris lucente ſmaragdis.
Radians Plin. lib. 37. Inditos oculos ex ſmaragdis ita radiantibus.
Florens Stat. lib. 2. Theb. Ibi arcano florentes igne ſmaragdos.
Erithræus Claud. Inter Erythræos ſurgentia colla ſmaragdos.
Perſpicuus Tho. Rad. Smaragdus perſpicuus erat.
Vireſcens Idem, Vireſcens ſmaragdus fecerat non minoris impendij.
Viridans Lactan. Albicat inſignis mixto viridante ſmaragdo.
Scythicus Pamph. Sardonices, aurum, torques, Scythicoſq; ſmaragdos.
Arctos Andreas Ammon. Spes & Arctoo viridis ſmaragdo.

S O C C V S.

Comicus Mart. Capella, Soccumq; ferre comicum.
Humilis Pont. Atq; humili figit veſtigia ſocco.
Leuis Marull. Mars tibi Maro debet Terentio ſoccus leuis.
Tenuis Quint. Sub tenui confingit carmina ſocco.
Lepidus Fauſt. Seu Plautum lepido condentem comica ſocco.
Immundus Propert. lib. 2. Cui ſæpe immundo ſacra conteritur via ſocco.
Muliebris, quia quandoq; ſoccus capitur pro muliebri calceo. Hinc Tranquillus ait

Caligulam



Caligulam in pulicum proceſſiſſe, nonnunquã in ſocco muliebri. Eſt ẽt calciamẽtum comœdorũ, vnde & pro verſu comico frequentiſſime capi ſolet, vt in p̃cedentib. epithetis. Diminutiuũ eſt ſoccul⁹. Pont. Vt decet in molli ſocculus ipſe pede.

*S O C R A T E S.*

*Socrates Athenienſis philoſophus, patrem habuit Sophroniſcum marmorarium, matrem Phænaretam obſtetricem. Diſcipulus fuit Archelai phyſici. Primus omniũ de marmoribus cæpit deſſerere. Vxorem habuit Xanthippen, cuius clamoſas iniurias, probroſaq; conuitia tulit patientiſſime, vt ẽt ab eadem aqua perfuſus, cum riſu dixerit, Sciebam quod poſt tonitrua Xanthippes ſequeretur imber. Victu fuit facili. Dæmonem ſe habere fatebatur, à quo futura perdiſceret. Accuſatus poſtremo ab Athenienſibus, vel quod de dijs malè ſentiret, aut vt alijs placet, ob flagitioſam in pueros libidinem, eſt in carcerem coniectus Anyto accuſante, cicutam porrectam hauſit intrepidè, neglecta, quam ad patrocinium ſuæ ſalutis obtulerat Lyſias, oratione. Permulta ſunt, quæ faciunt ad Socratis laudem, ſed non pauciora vitam eius infamant, & omnino contemptibilẽ faciunt. Nam vt eſt apud Theodoritum Cyrenſem, Pulchrorum adoleſcentium cauſa frequenter gymnaſia obibat, flagitioſoq; ſpectaculo paſcebat Oculos. Porphyrius item ait ipſum fuiſſe ad iracundiam, excandeſcentiamq; procliuem, ſic vt magna impudentia quandoq; proſileret, quũ iracundia tentaretur, nec verbi vlla, aut facti turpitudine abſtineret. Multis annis conuixit Archelao Anaxagoræ diſcipulo nefandæ Veneris conſuetudine. Duas habuit vxores, Xanthippen, de qua iam diximus, & Myrtonam filiam Ariſtidæ, Lyſimachiq; neptem, quarum tamen concubitu non explebat libidinem, ſed publicè etiam proſtantes fœminas impudenter inibat, atque nudos iuuenes in palæſtra cum voluptate ſpectabat. Erat & dicacis, infrenisq; linguæ. Quæ omnia connumerantur à Theodorito. Aiunt ipſum iam ſenio confectum fidibus tractandis operam dediſſe, vt tantis doctrinæ ſuæ diuitijs muſicæ rationis adderet elementum.*

Anyti reus Hor. lib. Serm. Pythagoran, Anytiq; reum, doctumq; Platona.
Sapiens Vitru. Delphicus Apollo Socratem omnium ſapientiſſimum Pythiæ reſponſis eſt profeſſus.
Loquax Quint. Vbi nunc Athenis Socrates quondam loquax.
Actæus Laurent. Lippius, Ruſtice lethiferam moneo vitare cicutam, ſuſtulit Actæum dira cicuta ſenem.
Violentus Theo. Cyr. Aiunt enim Socratem, inquit, à veſpera totas noctes inter meri pocula protraxiſſe, alijſq; iam defeſſis, ſomnumq; appetentib. ipſum tñ inſomnem ad cyatos perſtitiſſe, garrula inter portandum loquacitate diffuſum, nihil tñ effatum, quod frugi eſſet, verum quod Alcibiadi potius & Ariſtophani, alijſq; procacib. conuiuis, atq; potatoribus quã philoſopho homini conueniret.
Contumax Idẽ, Primũ enim aiunt eũ perpetuo contumacẽ contra patrem fuiſſe. Quoties enim cunq; à p̃re iuberet, vt inſtr̃a marmorariæ artis in manus ſumeret, aduerſari ſolitũ eſſe, contẽptoq; patris iuſſu, licẽter, quocunq; licuiſſet, aberrare.

S O D A L I S.

Charus Codr. Vrc. Viuo patre ſibi & charo legare ſodali.
Vnanimis Claud. Doctos & vnanimes odijs turbare ſodales.

S O L.

Ardens Verg. in Buc. Sole ſub ardenti reſonant arbuſta cicadis.
Rapidus Idem lib. 1. Georg. Nec tenues pluuiæ, rapidive potentia ſolis.
Aureus Verg. lib. 1. Georg. Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.
Coruſcus Idem ibidem, Quarum vna coruſco ſemper ſolo rubens.
Igneus Idem lib. 4. Georg. Medium ſol igneus orbem Hauſerat.
Flammiger Verg. de Iri, Poſtquam flammigeri rapuerunt lumina ſolis.
Recurrens Idem lib. 7 Qua ſol vtrunq; recurrens Aſpicit oceanum.
Aethereus Idem lib. 8. Aetherei ſpectans orientia ſolis Lumina.
Ignifer Lucan. lib. 3. Igniferi tantum demerſerat orbis.
Aeſtiuus Lucan. lib. 8. Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Candens Idem lib. 7. Candente ſole illi tum maximè prodeſt.
Aeſtuans Idem lib. 12. Vt à ſole æſtuante & à ventis protegantur.

 Calidus

Calidus Idem lib. 13. Sole calido leguntur.
Purus Horat. lib. 3. Carm. Vel ſole puro, Non tamen irritum.
Pulcher Idem lib. 4. Vocis accedet bona pars, & ò ſol pulcher.
Acutus Horat. lib. 1. Epiſt. Quum ſemel accepit ſolem furibundus acutum.
Tepidus Idem lib. 2. Epiſt. Quum tibi ſol tepidus plures admouerit aures.
Acrius Lucr. lib. 3. Reſtrinxit ſtellas, exortusve acrius ſol.
Præclarus Idem lib. 5. Præclarumq́; velint cœli reſtringere ſolem.
Radiatus Lucr. Matutina rubent radiati lumina ſolis.
Lucens Idem, Forſitan & roſea ſol alte lampade lucens.
Flagrans Gell. lib. 5. Tunc ſole medio rapido & flagranti.
Mytra Mant. Phœbus, quem Perſica mytram lingua vocat.
Floridus Apul. Die iam prouecto & ſole florido.
Hyperione natus. Ouid. lib. 4. Met. Diſſipat hunc radijs Hyperione natus.
Refugus Blaſius Madronetus, Quodq́; parit refugi ſolis vterq; locus.
Candidus Idem lib. 15. Candidus oceano nitidum caput abdiderat ſol.
Tepens Idem lib. 3. Faſt. Et pereunt lapſæ ſole tepente niues.
Magnus Idem lib. 1. de Rem. Quod dem quod magni filia ſolis eram.
Criniger Syll. lib. 14. Criniger aſtriferis Titan feruoribus auras.
Flammeus Stat. lib. 4. Syll. Vltra ſydera, flammeumq́; ſolem.
Vagus Lact. Qui vagus oceanas exit & intrat aquas.
Auricomus Val. Flac. lib. 4. Sol auricomus vergentibus horis.
Omnitenens Val. Flac. lib. 4. Omnitenens qua permeat æthera Phœbus.
Radians Idem lib. 5. Radiantis adirent Ora dei.
Flammiger Idem, Contra flammigeri proles Perſeia ſolis.
Refugus Claud. Hoc facinus refugo damnauit ſole.
Roſeus Idem, Quis non luciferum roſeo cum ſole videri Credidit.
Volans Manil. Temporis & titulo ponitur metaq́; volantis ſolis.
Titanius Ruff. Feſt. Ante alia immerſo quum iam Titanius orbe.
Hyperionius Idem, Hic Hyperionij flagrat via ſolis.
Rutilus Idem, Rutili cadit orbita ſolis.
Flammiger Idem, At quum flammigeri cedit vis inclyta ſolis.
Ignicomans Idem, Primiq́; pedes canis ignicomantis.
Flammiculus, à me dicitur vocabulo Martiani Capel.
Auratus Capella, cum ſorore ſol auratus expetitur.
Multiuidus Idem, Alio mentis fluctu multiuida concitauit.
Senſificus Idem, Fomes ſenſificus, lucis fons, mentis origo.
Oculus mundanus Idem, Mundanusq́; oculus, fulgor ſplendentis olympi.
Torrens Calph. Torrentem patula vitabant arbore ſolem.
Author lucis Pont. Et ſolem lucisq́; authorem dicere & anni.
Phanes Idem, Hunc nitidum phaneta vocant quod ſurgat Eoo Orbe recens.
Lucifer Pont. Quæq́; & luciferi paſcuntur gramina ſolis.
Apricus Idem, Principio apricum ad ſolem ventosq́; tepentes.
Anhelans Idem, Inq́; furenti ſolis anhelantis rabie.
Calens Pont. Pan egit medios ſole calente dies.
Fulgidus Fauſt. Fulgidus vt pulſa ſol tempeſtate ſerenat.
Luminoſus Tho. Rad. Viſiles faculæ luminoſi ſolis extinguebantur ex ortu.
Creator lucis Marullus, Lucis creator ſol videt.
Salutifer Idem, Inferna ſalutifer omnia flammis ipſe ſuis luſtrat.
Igniuomus Lactan. Altius igniuomum ſolem cœli orbita ducit.
Armatus radijs. Idem, Armatus radijs elementa liquentia luſtrans.
Luteus Stroz. pat. Qualis quum luteus ora Exerit Eoo Delius Oceano.
Lucifluus Conrad. Qualis Phœbus agit lucifluam rotam.
Feruidus Idem, Feruidum ſolem, niueus recedit.

Ignicomus



Ignicomus Iuuenc. Fuderat in terras roſeum iubar ignicomus ſol.
Albus Ennius, Interea ſol albus receſſit in inferna noctis.
Annificus Mich. Angl. Quattuor annifici fœcundas tempora ſolis.
Proles Hyperionis, Mant. Lætior Eoos proles Hyperionis ardens Alipedes, &c.
Sitibundus Idem, Aruit admittens ſitibundum in viſcera ſolem.
Rutilas Idem, Rutilantis ab ortu ſolis ad occaſum.
Radioſus Plaut. in Stic. Commodum Radioſus eſſe ſol ſuperabat.
Globulentus Theod. Alij quidem globulentum eſſe aiunt.

## S O L E A.

Arguta Catull. Innixa arguta conſtituit ſolea.
Ferrea, quũ ſoleæ fiunt ẽt ex ferro, quæ pedibus equorum & mulorum ſubijciuntur.
Lata Propert. Proſilit in lata nixa pedem ſolea.

## S O L E S.

Purpurei Verg. in Cyri, Purpureos inter ſoles, & candida lunæ Sydera.
Tepidi Ouid. lib. 2. Faſt. Aurea pellebant tepidos vmbracula ſoles.
Aeſtiui Mant. Pertulit æſtiuos nudato vertice ſoles.
Torrentes Claud. Syluaq́; torrentes armorum frigore ſoles.
Rapidi Cæſ. Germ. Ac rapidis idem ne ſolibus æſtuet orbis.
Roſei Conrad. Leuram roſeis reducat ſolibus vmbram.
Feruentes Andr. Ammonius, Feruentes toleras Colite ſoles.

## S O L I C I T V D O.

Mordax Horat. lib. 1. Carm. Mordaces aliter diffugiunt ſolicitudines.
Dura Horat. in Epod. Leuare duris pectora ſolicitudinibus.
Concatenata Sidon. Solicitudines ipſas angore ſucciduo concatenatas.
Vehemens Idem, Solicitudinibus vehementibus exagitaris.
Curioſa Tert. Aliter curioſa eſt Solicitudo grauis, vultusq́; obnubilat albos.

## S O L I T V D O.

Auia Apul. Per ſolitudines auias infortunatiſſimi mariti nomẽ inuocauere.
Deſerta Idem, Defler deſertam ſuam ſolitudinem.

## S O L I V M.

Aureum Verg. lib. 10. Solio tum Iupiter aureo Surgit.
Sublime Ouid. lib. 14. Pulchro ſedet illa receſſu Sublimi ſolio.
Eburnum Claud. Euocat, & ſolio fultus genitoris eburno.
Inſigne Pont. Ipſa ſedens ſolio inſigni, ſtellisq́; coruſco.
Acernum Quint. Regem conſpexit acerno Spectantem ſolio.
Luculentum Tho. Rad. Luculento ſolio reſidenti adoleſcentulo.
Arduum Conrad. Lætus in arduum Deduxit ſolium.
Marmoreum Architr. Marmoreo ſedit in ſolio.
Auratum Orph. apud Theod. Cyr. Ipſe autem magnum ſupereſt innixus olympum, Aureato reſidens ſolio.

## S O L E R T I A.

Lepida Gell. lib. 9. Lepida quadam ſolertia verborum.
Acuta Vitru. Videtur acutæ magnaq́; ſolertia effectus.
Subtilis Idem, Subtili ſolertia ac crebritate modulorum.
Docilis Manil. Omnia conando docilis ſolertia vicit.
Peruigil Ruff. Feſt. Degener in vobis animus, ſolertia vobis Peruigil.
Vigil Mart. Cap. Quod vigil inſomnes ducat ſolertia curas.
Sapiens Idem, Quod pauidum ſtupiret ſapiens ſolertia vulgus.
Viuax Mant. Nulli adeò viuax animi ſolertia.
Verſatilis Budæus, Aut verſatili ſolertia præditus.

## S O L O N.

*Solon Salaminius fuit vnus è ſeptem ſapientibus Græciæ. Leges dedit Athenienſibus abrogatis illis, quas prius tulerat Draco, quod eſſent ſeueræ nimis & ſanguinariæ, uoluit ut corpora*



*debito-*

*debitorum non eſſent amplius obnoxia creditoribus, ſed bona tantum. Relicta patria uenit in Lydiam, ibiq; Crœſo ſuas opes oſtentanti & percontanti: Eſſet ne quiſquam in toto orbe terrarum felicior. Reſpondit Tellum quendam pauperculum alioqui iuſtiſsimum, qui in ſuo prædiolo ſolitarius conſenuerat, feliciorem eſſe. Adiecit demum nihil beatum debere dici, quod temporum mutationi ſubiaceat. Quam ſententiam poſtea probauit Crœſus captus a Cyro. Solon demum Ciliciam profectus, ciuitatem a ſuo nomine Solos ædificauit, ibiq; Athenienſes colonos conſtituit, qui ſpatio temporis ab Attica lingua deſciſcentes, ſolœciſſare dicti ſunt. Mortuus eſt in Cypro natus anno 80. Moriens iuſſit oſſa ſua Salaminem transferri, ibiq; particulatim proijci & diſſipari, ne Athenas inferrentur. Diſcedens enim iureiurando ciues Athenienſes adegerat, non prius antiquaturos leges, quas eiſdem dederat, quàm rediret. Cicero ait ſequens epigramma ſepulchro eius inſcriptum fuiſſe: Mors mea nunc careat lachrymis, linquamus amicis Mœrorem, ut celebrent funera cum lachrymis.*

Iuſtus Manil. Iuſtusq; Solon, fortisq; Lycurgus.
Atticus Sidon. Atticus inde Solon, ne quid nimis approbat vnum.
Actæus Mich. Angl. Tam benè conueniunt Actæo plectra Soloni.
Cecropius Mant. Et rata Cecropium corum ſe aſtare Solonem.

SOLVM.

Pingue Colum. lib. 1. Longæq; etiam in pingui ſolo magis.
Sitiens Celum. lib. 2. Quamuis ſitienti ſolo recte ſemen committitur.
Sabuloſum Idem, Nec in ſabuloſo ſolo, ſed in arena quoque proueniunt.
Roſidum Idem lib. 6. In ſolo roſido & nebuloſo conſerendæ ſunt vlmi.
Ferax Ouid. lib. 7. Nactasq; alimenta feracis Fœcundisq; ſoli.
Cretoſum Pallad. Rut. Amat hæc arbor ſolum cretoſum.
Puluereum Ouid. lib. 7. Puluereumq; ſolum pede pulſauère biſulco.
Luxurioſum. Plin. lib. 18. Niſi in ſolo luxurioſo ſodienda non ſunt.
Putre Stat. lib. 8. Niueoq; rigant ſola putria nymbo.
Vber Seneca, Colonus agros vberis tondes ſoli.
Florens Pont. Quæq; herba ſolo florente vireſcit.
Riguum Idem, Temperet & riguum cærula lympha ſolum.
Humidum Budæus, Si ſit humidum ſolum, herboſumvè.
Gelidum Stroz. pat. Et feſſa in gelido ponere membra ſolo.
Fertile Idem, Horrea depoſcit fertile magna ſolum.
Paludoſum Pamph. Atque paludoſi lurida prata ſoli.
Madidum Idem, Sub madido claudet parua quod vrna ſolo.
Fœcundum Pamph. Carmina fœcundi iura beata ſoli.
Frugiferum Sabell. Frugifero munita ſolo caſtella videre.
Floridum Augur. Illic virentis floridum campi ſolum.
Herbidum Idem, Vbi virentis herbido terræ ſolo.
Viride Idem, Viridi in ſolo propter ſcatentem riuulum.
Præuirens Crinit. Ac præuirenti reddis in ſolo tutum.
Sementiferum. Salmon. Nec ſementiferi machina tota ſoli.
Frigidulum Idem, Membraq; frigidulo ſemi retecta ſolo.
Vireſcens Guill. Caſtell. Statq; vireſcenti paſta columba ſolo.
Saxoſum Mant. Tergaq; ſaxoſi puluerulenta ſoli.
Pictum Bap. Pius, Et violis picto tempe adoperta ſolo.
Cultum Tibull. lib. 1. Et teneat culti iugera magna ſoli.

SOLSTITIVM.

Humidum Verg. Humida ſolſtitia, atque hyems æſtate ſerenas.

SOMNIVM.

Nocturnum Horat. lib. 4. Nocturnis ego ſomnijs iam captum teneo.
Vanum Ouid. lib. 11. Somnia vana iacent totidem, quot meſſis ariſtas.
Nigrum Ouid. lib. 3. Faſt. Nox venit & ſecum ſomnia nigra trahit.
Sollicitum Seneca, Et par ſollicito fabula ſomnio.





Deuium Mant. Et iter per deuia cœptum Somnia.
Cæcum Idem, Cæcaq; præteritas imitantur ſomnia curas.
Pallidum Idem Mant. Vbi pallida frondibus hærent Somnia.
Stultum Aarchitr. Somnia ſtulta puto.
Demens Prop. lib. 3. Seu timida crebro dementia ſomnia terrent.
Mutum Mant. Muta ſub vmbroſis habitant quæ ſomnia ramis.
Inane Idem, Has ego deteſtans nugas, & inania vulgi Somnia.

SOMNVS.

Lethæus Horat. Pocula lethæos vti ducentia ſomnos.
Iucundus Verg. in Cul. Iucundoq; locet languentia corpora ſomno.
Dulcis Idem in Cyri, Iamq; adeò dulci deuictus lumina ſomno.
Mollis Verg. lib. 2. Geor. Mugitusq; boum, mollesq; ſub arbore ſomni.
Saluber Verg. lib. 3. Geor. Nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
Volucer Verg. lib. 2. Aen. Par leuibus ventis, volucriq; ſimillima ſomno.
Leuis Verg. lib. 5. Aen. Quum leuis æthereis delapſus ſomnus ab aſtris.
Soporifer Lucr. lib. 3. Inde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno Membra ducis.
Pinguis Lucan. lib. 10. Nunc incumbe thoris, & pingues exige ſomnos.
Segnis Col. lib. 11. Eia age ſegnes Pellite nunc ſomnos.
Profugus Idem lib. 11. Glauceaq; & profugos vinctura papauera ſomnos.
Facilis Hora. li. 2. Carm. Pellente laſciuos amores Canicie, facilemq; ſomnum.
Ignauus Ouid. lib. 11. Met. Mons cauus, ignaui domus, & penetralia ſomni.
Placidus Auſon. Mulcebant placidi tranquilla obliuia ſomni.
Iners Ouid. lib. 2. de Ponto, Nec tua marceſcant per inertes ocia ſomnos.
Mendax Tibull. lib. 3. Mendaci ſomno credere ſine volent.
Tener Claudian. Carpebat teneros Maria cum coniuge ſomnos.
Irriguus Perſius Sat. 5. Hinc ſatur irriguo mauult turgeſcere ſomno.
Niger Stat. lib. 7. Arma fluunt, erratq; niger per nubila ſomnus.
Similis morti. Syll. lib. 5. Nox ſimiles morti dederat placidiſſima ſomnos.
Languidus Seneca, Frater duræ languidæ mortis.
Tenuis Stat. lib. 1. Theb. Inuitat tenues ad dura cubilia ſomnos.
Imbellis Idem lib. 3. Theb. Aequor & imbelli recubant vbi littora ſomno.
Deſes Stat. lib. 10. It vacuum in montem, qua deſidis atria ſomni.
Mitis Stat. lib. 10. Sidonios te Iuno duces mitiſſime diuum Somne iubet.
Noctiuagus Stat. li. 10. Et à iunctis arcet ſua nubila caſtris Noctiuagi vis blãda dei.
Piger Stat. lib. 3. Syl. Ante rates pigro torpebant æquora ſomno.
Fallax Catullus, Vtpote fallaci quæ tum primum exita ſomno.
Languidulus. Catullus, Languiduloſq; paret tecum coniungere ſomnos.
Blandus Mart. lib. 1. Ne blando rota ſit moleſta ſomno.
Liquidus Val. Flac. lib. 4. Quem penes alta quies, liquidiq; potentia ſomni.
Lentus Idem lib. 7. Ipſa velut lenti falluntur imagine ſomni.
Omnipotens. Idẽ li. 8. Somne pate, ſomne oĩpotens te Colchis ab omni Orbe voco.
Similis letho Idem Val. Flac. lib. 8. Nunc age, maior ades, fratiq; ſimillime letho.
Quietus Seneca, Creſcere & ſomnos cupiens quietos.
Domitor curarum. Idem, Non ſomnus domitor curarum pectora ſoluit.
Impauidus Idem Seneca, Solet impauidos ducere ſomnos.
Vdus Pont Paulatimq; vdo claudentem lumina ſomno.
Benignus Idem, Et refoues benigno pectora ſomno.
Reſes Idem Pont. Et reſides ſomnos oppida feſſa trahunt.
Blandulus Idem, Somne veni, venias blandule, ſomne veni.
Dulciculus Idem Pont. Somnule dulcicule, blandule, ſomnicule.
Noctis Amicus. Idem, Eia age ſomne, veni, noctis amice veni.
Pruriens Idem Pont. O ſomnos ſine fine prurientes.
Vanus Pamph. Quid facies vani deluſus imagine ſomni.

Anhelus Iuuen. Sed ſomnus anhelus Proſtratis terræ morbis diſſoluerat omnes.
Blandicellus Salmonius, Somne, ô ſomnule, blandicelle ſomne.
Soporus Mich. Angl. Ducentiaq; aſtra ſoporos Per terram ſomnos.
Languens Mant. Sidera languenti preſſernnt lumina ſomno.
Hebes Idē, Inducit ſomnos hebetes, & morphea doctum Fallere imaginibus.
Silens Idem Mant. Atq; ſilentes Per ſecura hoſtis mittit tentoria ſomnos.
Humens Barth. Corpora & humentes capiunt ad ſidera ſomnos.
Torpens Fauſt. Ac mea torpenti marceſcant corpora ſomno.
Lenis Lucret. lib. 4. Accipitres ſomno in leni ſic prælia pugnasq; Edere.
Lathmius, ab Endimionis epitheto.
Elinguis Mant. Et elingues nox enecat humida ſomnos.

**SONIPES.**

Elæus Lucan. lib. 1. Quantum clamore iuuatur Elæus ſonipes.
Ferox Idem lib. 4. Non ſonipes in bella ferox.
Belliger Idem lib. 6. Belliger attonſis ſonipes defeſſus in armis.
Martius Syll. lib. 1. Martius huic ſonipes campos hinnitibus implet.
Acer Idem lib. 11. Non acer aperto deſudet campo ſonipes.
Præceps Stat. lib. 11. It præceps ſtrictæ contemptor habenæ.
Nobilis Claud. Nobilis haud aliter ſonipes, quē primus amoris Sollicitauit odor.
Citus Pamph. Sonipesq; citus, celeresq; carinæ.
Feruidus Conrad. Feruidus ſpumat ſonipes ſub armis.
Impiger Ruffus Feſtus, Cælatur ſonipes, caput impiger.
Superbus Mant. Sat ſonipes picto lumbos & tempora tergo Cinctus.

**SONITVS.**

Acutus Thom. Rad. Acuto ſonitu reſultabant.
Boans Fauſt. Omnis & inſtrepuit ſonitu campana boanti.
Tumultuoſus. Plaut. in Teucul. Tam tumultuoſo ſonitu me exciuit.

**SONVS.**

Perſtrepens Thom. Rad. Perſtrepens ſonus indecoriter miſcebatur.
Dulciloquus Glar. Vrgent dulciloquo blandula verba ſono.
Lepidus Glar. Afferat & lepidos carina ſonos.
Vocalis Bapt. Pius, Vocali tractus expiari ſono.
Flexanimus Idem, Flexaminoq; ſedet gratia iuncta ſono.
Pierius Idem, Aurea Pierio ſurget in aſtra ſono.
Penetrabilis Apul. Sono penetrabilis vocis vlulabilis per prona dilapſæ.
Argutus Bapt. Plaut. Carmen & argutos ſpargit ad aſtra ſonos.
Stridulus Quint. Vtrumq; ſpargens ſtridulum ſonum.
Querulus Proper. lib. 3. Rettulit & querulo iurgia noſtra ſono.

**SOPHIA.**

Sacra Lud. Bigus, Sacræ ſupremum vt qui iam ſophiæ gradum tentat.
Seuera Pont. Nam ſeueram Quandoq; & iocus addecet ſophiam.
Paradiſis Mant. Ducit anhelantem ſophia paradiſidos arcem.
Florens Verg. in Cypri, Florentis virides ſophiæ complectitur vmbras.

**SOPHISMA.**

Dialecticum. Reuchl. in Serg. Dialecticum hoc ſophiſma vt illudas tuis.
Cæcum Pamph. Quod logicæ laqueos, & cæca ſophiſmata ſoluis.
Sinuoſum Idem, Diſcutiens verum ſinuoſa ſophiſmata ſoluo.

**SOPHISTA.**

Verboſus Conrad. Dum bella verboſus ſophiſta per Socratem gerit, Chimæram.
Clamoſus Fauſt. Si tacet clamoſi turba ſophiſtæ.

**SOPHRON.**

Implicitus Stat. lib. 5. Syll. Sophronaq; implicitum, tenuiſq; arcana Corinnæ.

Fuit Siracuſanus poeta, cuius ſcripta erant admodū obſcura.

SOPOR.



**SOPOR.**

Mitis Verg. in Cul. Mitem concepit proiectus membra ſoporem.
Conſanguineus lethi. Idem lib. 6. Tum conſanguineus lethi ſopor.
Placidus Idem li. 1. Aen. At Venus Aſcanio placidū per membra ſoporē Irrigat.
Segnis Lucan. lib. 5. Corpora ſegnis Noſtra ſopor tenuit.
Dulcis Horat. Dulci ſopore languidæ.
Suauis Lucret. lib. 4. Deniq; cum ſuaui deuinxit membra ſopore.
Craſſus Apul. Inuadit eam craſſi ſoporis nebula.
Marcidus Idem, Marcido ſopore diſcuſſo remeabit.
Irriguus Claud. Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Tacitus Idem, Taciti nulla qui fraude ſoporis.
Endymionæus. Auſon. Endymionæos ſolita affectare ſopores.
Languidulus. Pont. Feſſus languidulum capis ſoporem.
Mollis Seneca, Animam ſenilem mollis euoluit ſopor.
Ignauus Pont. Me ignauus condat, inersq; ſopor.
Lentus Pont. Dum lento caperis ſopore.
Blandus Polit. Murmur aquæ, violæq; comes, blandumq; ſoporem.
Languidus Marull. Sopor tandem languidus occupat.
Lethæus Sabell. Lethæusq; ſopor feſſos complectitur artus.
Papauereus Lud. Big. Somne papauereis comitate ſoporibus.
Leuis Augurell. Senſim mihi leuis ſopor.
Madens Calent. Madentem Donec conticeremur in ſoporem.
Nocturnus Fauſt. Excita nocturno ſenſit quas Roma ſopore.
Piger Catull. Piger his labentes oculos ſomnus operit.

**SORACTE.**

Phœbeum, quoniam mons eſt in Phaliſcis, quondam Apollini ſacer. Mant. Sub Soracte domus, cui dum regnaret Apollo Profuit.
Sanctum Verg. lib. 11. Sume Deum ſancti cuſtos Soractis Apollo.

**SORBA.**

Acidæ Mant. Acidis tunc & ſua ſorbis Tempora.
Vetuſtæ Quint. Seren. Caſtaneas coxiſſe nuces, & ſorba vetuſta.

**SORDES.**

Fœdæ Ruff. Feſt. Vt fœdis à ſordibus abſore dicet.
Tabificæ Crinit. Quæ ſic tabificas noxia ſordibus.
Olentes Quint. Quem non olenti ſorde fœdarint.
Fœtidæ Idem, Sordes odorem fœtide emittunt.
Malignæ Mich. Angl. Sordiſq; malignæ Neſcius.
Nigræ Mant. Nigris ſordibus immundæ.
Spurcæ Fauſt. Squallentiq; ſitu, ſpurcaq; in ſorde iaceret.
Viles Idem, Squallidus heu vili ſorde poeta iacet.
Immundæ Idem, Vndiq; ab immundis purgatæ ſordibus aures.
Putres Architr. Aut putris olida ferrugine ſordis.

**SORS.**

Ambigua Lucret. lib. 5. Territat ambiguis fruſtratum ſortibus Appi.
Faticina Ouid. lib. 15. Faticinasq; ferunt ſortes.
Varia Plin. lib. 25. Degenerat traſcribentium ſors varia.
Infida Syll. lib. 15. Nec bona conſcendunt, quæ ſors infida dediſſet.
Lycia, i. Apollinea. Verg. li. 4. Aen. Nunc Lyciæ ſortes, nunc & Ioue miſſus ab alto.
Præneſtina Stat. lib. 1. Syll. Et præneſtinæ poterant migrare ſorores.
Fluibunda Mart. Cap. Contrario ſemper fluibunda luxu.
Cæca Seneca, Et ſpes & metus ſors cæca verſat.
Pythica Liuius, & Pythicæ ſortes notæ.
Tremulenta Conrad. Sic vago ludit temulenta paſſu Sors.

Fallax

Fallax Idem, Mitte fallacem dubijs vagari paſſibus ſortem.
Vagabunda Idem, Seu tibi triſtem vagabunda vitam ſors feret.
Iniqua Augurell. Et mecum illius ſortem miſeratus iniquam.
Lubrica Crinit. Animoq; forti lubricam feras ſortem.
Inſtabilis Hier. Balb. Inſtabilis metuas, ſed leue ſortis iter.
Maligna Petrarcha, Nos ſorte maligna viuere per ſyluas.
Fatiloqua Mich. Angl. Fatiloquaſq; dei ſortes.
Fatidica Mant. Licet ſi credere ſortibus, inquit, Fatidicis.
Inquieta Idem, Nos quibus ſortem dedit inquietam.
Maleſida Mant. Paſtorumq; caſas humiles maleſida ruit ſors.
Violenta Bapt. Pius, Hærede æterna ſors violenta fide.
Proterua Idem, Me ſine depoſitum ſuperis, ſortiq; proteruæ.
Incerta Claud. Vrna nec incertas verſat Minoia ſortes.
Periculoſa Boetius, Fugiens periculoſam ſortem.

SPADO.

Rugoſus Horat. Et ſpadonius Seruire rugoſis poteſt.
Tener Iuuen. Sat. 1. Quum tener vxorem ducat ſpado.
Fluxus Mart. lib. 5. Spadone quum ſis euiratior fluxo.

SPARTA.

Clara Ouid. lib. 15. Clara fuit Sparta, & magnæ viguère Mycenæ.
Herculea Sabin. Herculeam Spartam, Neſtoreamq; Pylon.
Animoſa Stat. lib. 5. Syll. Doctaq; Cyrenæ, Spartæve animoſa creauit.
Libidinoſa Pamph. Aut Spartæ latebras libidinoſæ.
Vetus Mant. Sparta vetus meminit, Lacedæmoniæq; Mycenæ.
Menelaæa Calent. Aut Menelaæam, patriaſq; Mycenas.
Potens Stat. in Achill. Progeniem cœli, Spartæq; potentis alumnam.

*SPARTACVS.*

*Fuit gladiator Thrax genere, magnis viribus præſtans, qui collecto exulum, & fugitiuorum non paruo exercitu bellum ingens concitauit, adeo ut mitti Craſſum oportuerit, qui conatum eius reprimeret. Lucan. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.*

Vilis Claud. Vilis quũ Spartacus oẽ Per latus Italiæ ferro bacchatus, & igni.
Acer Horat. Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer.

SPECTACVLVM.

Voluptarium. Apul. Partim voluptario ſpectaculo attonita.
Feſtiuum Idem, Inter hilares cerimonias, & feſtiua ſpectacula.
Lepidum Plaut. in Penulo, Obtuliſti tam lepidum ſpectaculum.
Dulce Mant. Dedit hæc ſpectacula ſolis Dulcia cœlitibus.
Publicum Idem Mant. Publica viderunt læti ſpectacula ciues.

SPECVLA.

Alta Mant. Propterea multo ſpeculis audiuimus altis.

SPECVLVM.

Læuatum Verg. de Speculo, Læuati quales ſpeculi nitor ipſe remittit.
Coruſcans Idem, Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcans.
Leue Idem Ver. Ceu leui in ſpeculo ſolet apparere figura.
Nitens Apul. Nitentibus ſpeculis pone tergum reuerſis.
Argenteum Vitruuius, Speculum argenteum tenui lamella ductum.
Nobile Stat. lib. 5. Syl. Nobile gemmato ſpeculum portauerat auro.
Prænitens Capella, Aliæ autem prænitens ſpeculum.
Collucens Th. Rad. Speculi collucentis radios reuibrans.
Concauum Conr. Speculo membra notat ſingula concauo.
Micans Quint. Speculo noſcit ventura micanti.

SPECVS.

Defoſſum Verg. lib. 3. Georg. Ipſi in ſpecubus ſecura ſub alta defoſſis.

Horren-



Horrendum Idem lib. 7. Hic ſpecus horrendum, & ſæui ſpiracula ditis.
Latebroſum Gell. lib. 5. Specum quandam nactus remotam, latebroſamq;.
Roſidum Apul. ſpecus roſidos, & colles frigidos incubare.
Aſperum Ouid. 4. Faſt. Et ſpecus exeſi ſtructura punicis aſper.
Sinuoſum Plin. lib. 11. Sinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici.
Gelidum Claud. Virentis vmbra vel gelido ſpecu.
Saxeum Seneca, Seruate fontem ſaxeo incluſum ſpecu.
Obſcurum Idem, Stygij profundi clauſtra, & obſcuri ſpecus.
Tenebroſum Idem, Septam nocte tenebroſi ſpecu.
Opacum Quint. Roboranſq; opacas clamor intrauit ſpecus.
Abditum Liuius, Ex abdito ſpecu fons perenni rigabat aqua.
Scrupeum Conr. Scateant ſub ſpecubus flumina ſcrupeis.
Fumificum Crinit. Raptim fumifico deſiliens ſpecus.
Atrum Quint. Oſtendit atrum nubibus crebris ſpecum.
Profundum Idem, Profundo dæmones limbi ſpecu.
Curuum Idem, Quint. Intrat iter, curuamq; ſpecum, nebulaſq; vomentem.
Arcuatum Mich. Angl. Ardent arcuato lumina glauca ſpecu.
Tetrum Idem, Squallentia tetri, Saxa ſpecus.
Cæcum Mant. Qui cæcis habitant ſpecubus ſub montibus altis.
Piceum Idem, Fama vbi ſub ſpecubus piceis habitare Sibyllam.
Nigrum Idem ſub nigris ſpecubus tenet, æternumq; tenebit.
Tophaceum Theod. Sed Tophaceum ſpecum vident, in quo præſepe.

SPELAEVM.

Horrendum Pont. Et ſpelæa horrenda reuiſent.
Roſidum Marull. Et ſpelæa pigro roſida frigore.
Vaſtum Quint. Vaſta nec ingreſſus ſpelæa.
Syluaticum Mant. Per ſpelæa diu traxit ſyluatica vitam.
Montanum Idem, Propterea montana viri ſpelæa colentes.
Cauum Idem, Et caua Cumæum ſpelæa ſonantia carmen.
Saxeum Barth. Spelæaq; ſaxea nomen.

SPELVNCA.

Atra Verg. lib. 1. Aen. Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris.
Immanis Idem lib. 6. Spelunca alta fuit, vaſtoq; immanis hiatu.
Scrupea Verg. Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris.
Tetra Gell. li. 15. Philocorus refert in Salamine ſpeluncã eſſe terrã & horridã.
Gelida Pont. Speluncis quoq; de gelidis manare liquorem.
Peropaca Lactant. Erat quædam ſpelunca peropaca in nemore aricinio.
Occulta Liuius, Maſſiniſſa in ſpelunca occulta quum herbis curaret vulnus.
Furua Conrad. Furuam trahentes ſub ſpeluncam perditum.
Obſcura Mant. In obſcuris vetus eſt vbi fama Sybillam Degere ſpeluncis.
Profunda Idem, Sic mutatus abit ſpeluncæ in clauſtra profundæ.
Caua Fauſt. Seu grandia farra Reponent ſpeluncis formica cauis.
Frigida Iuuen. Sat. 6. Quum frigida paruas Præberet ſpelunca domos.
Viridis Propert. lib. 3. Hic erat affixis viridis ſpelunca lapillis.

SPERCHIVS.

Populifer, abundans populis, arboribus. Ouid. lib. 1. Met. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipheus. Fluuius eſt Theſſaliæ.
Minax Stat. lib. 4. Theb Sperchiuſq; minax, Centaureuſq; Lycormas.
Tenuis Idem in Achill. Et tenuis Sperchius aquis, Speluncaq; docti Muta ſenis.

SPES.

Credula Horat. lib. 4. Iam nec ſpes animi credula mutui.
Auida Syll. lib. 10 Atq; auidas ad futile votum Spes iuuenis frenare cupit.
Anxia Claud. Non anxia mentem Spes agit.

Incerta

Incerta Mart.Cap.Cura facit dubium, vel ſpes incerta fatigat.
Animoſa Stroz.pat.Et votis alitur ſpes animoſa ſuis.
Auara Mant.Spemq; incutiebat auaram.
Sitibunda futuri. Idem, Spes quoq; ſemper inops, ſemper ſitibunda futuri.

S P H E R A

Rotunda Conrad.Quas rotundam cernimus inſinuare ſpheram.
Decliuis Architr.Et quia maiores decliuis ſphera dici.

S P H I N X

*Sphingem poetæ dicunt monſtrum fuiſſe virginea facie, pennis auium, pedibus leonis, quod olim Thebas veniens ſequens enigma propoſuerit occurrentibus. Quod nam eſt animal primum quadrupes, bipes demum, poſtremo tripes. Quod qui non ſoluerent, ſtarentur morti. Hoc autem explicaſſe fertur Oedipus, ac propterea ſphingem è ſaxo ſe præcipitaſſe. Re vera ſphinx animal eſt Aethiopiæ monſtroſum, è ſimiarum genere, fuſco pilo, mammis in pectore geminis ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo & ſolitudine feram aſsimilante.*

Iniqua Stat.li.1.Theb. Si ſphingos iniquæ callidus ambages te præmonſtrate.
Aſpera Idem lib.4.Theb. Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget ſpinx.
Tricorpor Auſon.Nota in portentis Thebana tricorporibus ſphinx.
Volucris Idem, Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.
Infanda Seneca, Cuentos peſtis infandæ tuli rictus.
Ambagioſa Budæus, Et ſpingeam quandam exitiabiliter ambagioſam.
Oedipodionia. Mant.Oedipodioniæ ſphingis paradoxa videntur.
Callida Remacl.Quod ſpinx neq; callida ſoluat.

S P I C A.

Caduca Varro, Caduca ſpica ſaturantur.
Frumentaria. Apul.Videt ſpicas frumentarias in aceruo.
Cerealis, à Cerere dea frugum. Idem, Spicis Cerealibus deſuper porrectis.
Flauens Ouid.lib.9.Cornua cum ſpicis nitido flauentibus auro.
Grauida Sidon.Grauidas tibi ſpiritualium ſenſuum ſpicas parturiant.
Eleuſina Thom.Rad.Hic faces Siculas, ille ſpicas eleuſinas oſtentabat.
Ciliſſa Fauſt.Nunc vbi ſunt ſpicam redolentia membra ciliſſam.
Flaua Bapt.Pius, Torrida iam ſpicis flauis grana incoquit ætas.

S P I C V L V M.

Gnoſium Verg.in Cyri, Gnoſia Naupacto contendens ſpicula cornu.
Lucidum Idem lib5.Gnoſia bina dabo leuato lucida ferro Spicula.
Lentum Idem lib.7.Aut lenta lacertis Spicula contorquent.
Gortynium Idem lib.11.Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu.
Tinctum felle. Ouid.lib.3.de Ponto, Tinctaq; mordaci ſpicula felle gerant.
Tinctum veneno. Idem li.4 de Ponto, Hic agri in frondes, hic ſpicula tincta veneno.
Acutum Idem lib.3.de Arte Spicula de pharetra vomit acuta ſua.
Sceleratum Syll.lib.3.Scelerataq; ſuccis ſpicula dirigere.
Sæuum Idem lib.4.Dextroq; in lumine ſiſtit Spicula ſæua feræ.
Tortum Idem lib.11.Bis terna ſpicula dextra Torta volant.
Rhodopeium, id eſt, Thraciũ. Idẽ li.12.Spicula depoſito Rhodopeia pectore torſit.
Sordens Idem ibidem.Et adhuc ſordentia tabo Spicula.
Cydonium, Cydone vrbe Cretæ. Verg.in Buc.Ire libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Pennatum Seneca, Pennata ſenex ſpicula Chiron.
Lernæum, infectum veneno hydræ Lernææ. Idem, Lernæa paſſæ ſpicula.
Velox Idem, Impendere certa ſpiculum velox manu.
Aureum Pamph. Aurea quid Veneris non poſſunt ſpicula?
Splendida Stroz.pat.Splendida mollis amor curuato conijcit arcu Spicula.
Truculentum. Pamph. Truculentaq; torquet Spicula.
Ferreum Idem, Ferrea lethali ſpicula dente ſecat.

Dirum



Dirum Idem Pamph.Cominus in miſeri ſpicula dira ſenis.
Sanguinolentum. Idem, Spicula Gallorum ſanguinolenta ducis.
Lethale Idem, Vincula, faces, ferrum, lethalia ſpicula, virus.
Ferum Conr.Et Martis aſtrum, & per fera ſpicula.
Rigidum Idem, Intentans rigidis vulnera ſpiculis.
Apollineum Idem, Tibi tela Phœbi concitans, Spicula Apollinea.
Mucronatum. Crinit.Notum eſt omnibus acceptas eſſe pro mucronatis ſpiculis.
Acuminatum Idem, Et hiſtrices acuminatis ſpiculis.
Impium Quint.Nec tamen impia Mortis luctificæ ſpicula cernimus.
Volitans Mant.Spartani capiunt volitantia in auris Spicula.
Incoctum Syll.lib.15.Incocta Ceraſtis Spicula.
Intortum Germ.Brix.Spiculaq; extenſo vibrare intorta lacerto.
Flammeum Claud.Flammea laſciuis intendunt ſpicula Faunis.
Rutilans Hier.Anger.Nouit vt illa ſui rutilantia ſpicula nati.
Crudum Adr.Card.Cruda ſpicula Martis vniuerſi.

S P I N A.

Acuta Verg.in Buc.Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.
Syluestris Colum.lib.8.Si ſylueſtribus ſpinis, ac rubis ſauciaris.
Minans Idem, Spinisq; minantibus horret.
Sterilis Pall.Rutil.Et ſteriles ſpinas, & inertem fœtibus ornum.
Acris Apul.Spinas acerrimas & punctu venenato viroſas.
Cruenta Pont.Horruit & capiti ſpina cruenta tuo.
Horrens Augurell.Et ſubſit teneris velut horrens ſpina roſetis.
Maligna Stroz.pat.Infixa eſt læuo ſpina maligna pedi.
Fera Iuuencus.Sentibus hic, ſpinisq; feris velocius exit.
Vulnifica Salm.Vulnificæ preſſis ſpinæ ſedere capillis.
Dumoſa Mich.Angl.Criniuit ariſtis, Dumoſisq; rubum ſpinis.
Pungens Remacl.Tu roſa, tu nardus pungentibus edita ſpinis.
Horrida Idem, Tamen horrida ſpina Decipit incautos.
Crudelis Hier.Anger.Aegraq; crudelis viſcera ſpina premet.
Humata Idem, Dum pulchrum humatis florem mea Cælia ſpinis Eligit.

S P I N E T V M.

Denſum Mant.Denſaq; ſepierant triſtem ſpineta lacunam.
Inuium Idem, Ergo per anphractus, ſpineta per inuia montis.
Aſperum Idem, Inuia luſtra ferarum, & per ſpineta vagari Aſpera.

S P I R I T V S.

Animalis Vitruuius, In eorum naribus ſpiritus animalis.
Vagus Quint.Vagus iam ſpiritus errat.
Aethereus Mant.Aethereis fecit cognita ſpiritibus.

S P L E N D O R.

Nitidus Verg.de Speculo, Ac veluti ſpeculum nitido ſplendore coruſcans.
Fulgens Laberius, Fulgenti ſplendore in pecuniam volo.
Flammeus Apul.Splendor flammeus oculos ipſius exire potuit.
Perſpicibilis Vitruuius, Solis enim ſplendor perſpicibilis & patens.
Tremulus Claud.Tremulisq; ferit ſplendoribus Hebrum.
Liquidus Cæſ.Germ.Et liquido ſplendore Elyce nitet.
Fulgidus Pont.Fulgidus ora Accendit ſplendor.
Argenteus Thom.Rad. Argenteo ſplendore candidans.
Auricomus Mich.Angl. Auricomo ſplendore micans.
Flammiger Mant.Flammigero ſtellam ingentem ſplendore coruſcam.
Niueus Mant.Candida & argenti niueo ſplendore coruſcas.
Rutilans Idem, Aetherei ſplendor rutilans, & magna ſenatus Gloria.
Nitens Priſcian.Splendore nitenti Gemma micans.

Ignifer

Ignifer Mant. Splendore ſepulchrum Circuit ignifero.
Niualis Idem, Vngue tenus latè radians ſplendore niuali.
Lætus Idem, Quàm læto ſplendore micat, quàm grata venuſtas?
Albus Idem, Frons fulgore, chlamys, ſplendore incanduit albo.

### S P O L I A.

Hoſtilia Lucan.lib.8. Et extructos ſpoliis hoſtilibus arcus.
Opima Verg.lib.6. Aſpice vt inſignis ſpoliis Marcellus opimis.
Hiſtica Fauſtus, Et patriis fixit ſpolia hoſtica templis.
Bellica Liuius, Nec dona, aut ſpolia bellica his contingere poſſunt.
Occulta Iuuen.Sat 8. occulta ſpolia & plures de pace triumphos.

### S P O N D A.

Rotunda Sidon. Ventilant ſpondas laterum rotundas.
Nitens Pont. Non Tyrio ſubnixa thoro, ſpondave nitenti.
Aurea Verg.lib.1.Aen. Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit.

### S P O N D E V S.

Stabilis Horat.in Arte, Spondeos ſtabiles in iura paterna recepit.
Lentipes Auſon. Spondeus illi lentipes ibat comes.

### S P O N G I A.

Punica Mart.lib.4. Comitetur punica librum Spongia.
Leuis Mart.lib.13. Vt leuis accepta ſpongia turget aqua.
Madidata Apull. Ille ſpongiis madidatis tumores comprimere.
Munda Colum. Mundaq; ſpongia ſalem detergere.

### S P O N S A.

Venuſta Conrad. Regiam quærunt tibi mox venuſtam Iungere ſponſam.
Chriſtidos Bonadus Rom.lib.8. Aurea qui ſponſæ Chriſtidos arma teret.

### S P V M A.

Candida Gell.lib.19. In modum coloremq; ſpumæ candidæ oritur.
Albida Ouid.lib.3. Met. Spumaq; peſtiferos circumfluit albida rictus.
Alba Macrob. Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.
Tumens Ouid.lib.7. Feruet, & exultat, ſpumiſq; tumentibus albet.
Pinguis Plin.lib.12. Inde proſilit ſpuma pinguis.
Cana Seneca, Et cana ſummum ſpuma Leucatem perit.
Natans Mant. Ad capreas abigit fluctus, ſpumamq; natantem.
Albens Ouid.lib.7. Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros.

### S P V T V M.

Sordidum Colum.lib.10. Nam deterior ſordido ſputo ſimilis tam fœdus eſt.
Inhoneſtum Quint. Inhoneſta vultus ſputa fœdarunt meos.
Craſſum Quint. Quos craſſa quondam ſputa fœdarunt.
Sordens Architr. Antoniam Druſi ſordente madeſcere ſputo.

### S Q V A L L O R.

Terribilis Verg.lib.6. Aen. Terribili ſquallore Charon.
Agreſtis Apul. Agreſti morum ſquallore præditus.
Horridus Thom.Rad. Horridoq; ſquallore in ipſa verticis ſummitate.
Turpis Augurell. Turpiq; ſimul ſquallore pudicos.
Ater Mich. Angl. Somniferumq; atro ſquallore veternum.
Annoſus Architr. Nudus in annoſo tunicæ ſquallore miniſtra.

### S Q V A M A.

Crepitans Ouid.in Epiſt. Peruigil ecce draco ſquamis crepitantibus horrens.
Nexilis Syll.lib.5. Tortos hinc nexilis hamos Ferro rudi.
Promicans Crinit. Et agminatim promicantibus ſquamis.
Fulgens Mant. Et thoraca grauem ſquamis fulgentibus.

### S T A B V L V M.

Spacioſum Colum. Primum omnium ſpatioſum ſtabulum præparetur.

Opimum



Opimum Val.Flac.lib.6. Stabulis qualis leo ſæuit opimis.
Molle Verg.lib.3.Georg. Stabulis edico in mollibus herbam Carpere oues.
Pingue Idem, Pinguibus à ſtabulis Meropeſque.

### S T A D I V M.

Olympicum Seneca, Alpheus ſtadio notus Olympico.
Olympiacum Auſon. Clarus Olymphiacis eſt Lycus in ſtadijs.

### S T A G N V M.

Virens Verg.lib.4.Georg. At liquidi fontes, & ſtagna virentia muſco.
Refuſum Idem lib.1. Aen. Et imis Stagna refuſa vadis.
Mite Idem lib 8. Mitis vt in morem ſtagni, placidæque paludis.
Loquax, ab auiũ ſtrepitu. Idẽ li. 11. Dant ſonitũ rauci per ſtagna loquacia cycni.
Humidum Idem lib.12. Nunc humida circum Stagna ſonat.
Torpens Luc.lib 5. Dum ſe torpentibus vnda Excutiat ſtagnis.
Fugax Sulpit. Num ſtagna fugacia vexant.
Olens Ouid.lib.2.de Ponto, Aetneoſque lacus, & olentia ſtagna Paliſci.
Opacum Syl.lib 4. Stagnis, Thraſymenus opacis.
Lentum Idem lib 8. Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ.
Cæruleum Stat.lib.3. Theb. Aut ſtagna in cærula vertam.
Liquens Calent. Et nunc iactatas per ſtagna liquentia palmas.
Curuum Val.Flac.lib.6. Per curua volantem Stagna.
Splendidum Claud. qui ſplendida potat ſtagna Tagi.
Rutilum Ruffus Feſtus, Nec ſi ſole procul rutila inter ſtagna morante.
Piſcoſum Strox.fil. Dabit & piſcoſa Cymacli Stagna.
Cauum Pamph. Ad caua lethææ ſtagna vocabat aquæ.
Irriguum Liuius, Quod tranſgreſſis ſtagna ſint à tergo irrigua.
Dulce Mant. Dulcibus è ſtagnis tolli.
Vadoſum Idem, Ducit ad ignoti ſtagna uadoſa freti.
Littoreum Idem, Audijt in ſtagni gurgite littorei.
Vndans Muſæus, Accipe cor flammas, & ſtagna vndantia ſperne.

### S T A M E N.

Leue Ouid.lib.4. Met. Læuia verſato ducentem ſtamina fuſo.
Gracile Idem lib.6. Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Candidum Ouid. Stamina barbarica ſuſpendit candida tela.
Tortum Idem in Epiſt. Tortaque verſato ducentes ſtamina fuſco.
Peluſiacum, ideſt Aegyptium. Syll.lib.3. Et Peluſiaco præfulget ſtamine vertex.
Operoſum Ouid.lib.1.de Arte, Reiice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos.
Niueum Val. Flac.lib.1. Quemque ſuus ſonipes niueo de ſtamine portat.
Sericum Sidon. Serica Sidoneus fucabat ſtamina murex.
Tyrium Seneca, Tenuem Tyrio ſtamine pallam.
Lineum Fauſtus, Linea ducens Stamina Leucothoe.
Tenue Iuuen. Sat.2. Vos tenui prægnantem ſtamine fuſum Penelope melius leuius torquetis Arachne.
Purpureum Proper.lib.1. Nam modo purpureo fallebam ſtamine ſomnum.
Diſtinctum Aeg.Maſ. Condite textores vario diſtincta colere. Stamina.

### S T A T V A.

Aurata Marull. Quale ſub aurata candet ebur ſtatua.
Marmorea Fauſt. Marmoream nuda ſtatuam tellure iacentem.
Inaurata Catull. Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.
Exanguis Mant. Corpora & exangues ſtatuas animiſque carentes.
Aerea Theodor. Percuſſoribus enim ſtatuas æreas poſuerunt.

### S T E L L A.

Ardens Verg.lib.6. Aen. Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.
Vaga Lucan.lib.9. Stellaſque vagas miratur & aſtra.

Tt Candida

Candida Horat.lib.3.Carm.Et ſtellis nebulam ſpargere candidis.
Fulgens Lucret.lib.6. Autumnoque magis ſtellis fulgentibus alta.
Syderea Apul. Veluti ſtellis ſydereis relucentem.
Micans Ouid.lib.6.Faſt. Et cinget geminos ſtella ſerena polos.
Coruſcans Ruffus Feſt.Stella ſubit, dextri, quæ temporis igne coruſcans.
Flammigera Idem, Gemina face flammigerarum Stellarum ſuperat.
Rutilans Idem, Rutilans vbi ſtella relucet.
Ignicomans Idem, Quam cum calor ignicomantum hauſit ſtellarum.
Efflamans Capell.Stellis efflamantibus defluebant.
Prænitens Idem, Stellas admodum prænitentes.
Lucida Pont.Quæ lucida fulget Stella polo.
Coruſca Capella, Noſtro ſtella coruſca thoro.
Candicans Thom.Rad. Stellæ diſparſæ candicantis.
Radians Polit. Stellis radiantibus æthera fixum.
Fulgida Rodolph. Agric. Nocte velut tumido fulgida ſtella mari.
Inſignis Mant. Secum aget inſignes ſtellas.
Flammea Barthol. Veluti cum flammea longo Stella cadit tractu.
Splendens Plant.in Rudente, Ita ut uidetis, ſum ſplendens ſtella candida.

*STELLA poeta.*

*Aruntius Stella poeta Patauinus natus eſt familia conſulari. Romæ floruit eo tempore, quo Flauij Cæſares imperarant Violentulam puellam. Neapolitanam in vxorem duxit, quæ Grecè Ianthis & Aſteris vocatur. Scripſit elegias & poema de interitu columbe.*

Dulcis Stat.lib.1.Syl. Pone ô dulcis ſuſpiria vates.
Pierius Idem, Pierius votum iuuenis cupit.
Canorus Idem, Comitique canoro Hic thyrſos, hic plectra ferit.
Facundus Mart.lib.12. Laurigeros habitat facundus Stella penates.

STEMMA.

Generoſum Codr.Vrceus, Aut quoniam titulos, generoſaque ſtemmata tractat.
Nobile Sabell. Et modo victricis nobile ſtemma domus.
Auitum Conrad.Seruans auiti nomina ſtemmatis.
Pulchrum Canſacrus, O quot ſtemmata pulchra nationum.
Inſigne Fauſtus, Ipſe nec inſigni ſtemmate clarus eo.

*STENOBEA.*

*Stenobea fuit vxor Prœti regis Argiuorũ, quæ quũ Bellerophontẽ eximia forma puerũ, ſed tamen caſtiſſimũ cuius amore tota deferuebat, ad coitũ non poſſet indulcere, eum falſo apud Prætum ipſum detulit, vt inſidiatũ ſuæ caſtitati. Prętus ſceleratæ mulieris accuſationi fidem adhibens, Ariobatẽ regẽ Lyciæ & Stenobeę patrẽ literis monuit, ut iniuriam illatæ filię uindicaret, ſumeretq́ ſupplicium de Bellerophonte. itaq; iuſſu Ariobatis Bellerophon uarijs hoſtibus & portẽtis obiectus eſt. Quorũ quũ ſemper euaderet uictor, uenit in gratiam cum Ariobate, adeò vt alterã eius filiam acceperit in uxorem. Quod audiens Stenobea, ſeipſam laqueo ſuffocauit.*

Perfida Horat.lib.3.Carm. Vt Prætum mulier perfida credulum Falſis impulerit criminibus nimis Caſto bellerophonti maturare necem.

*STENTOR.*

*Fuit Stentor quidam in exercitu Græcorum uocaliſſimus, qui ſolus tantum uociferabatur, quantum alij 50. Sunt qui dicant ipſum interfectum à Mercurio, quo cum de magnitudine uocis certabat. Iuuen.Sat.13. Tu miſer exclamas, ut Stentora uincere poſſis.* (&c.

Ferox. Codr. Clamabo ſcelera uoce, qua nunq̃ ferox aut Stẽtor, aut Mars,
Magnanimus Homerus apud Mancinellum in Commentariis ſuper Iuuenalem, Hic candida Iuno Magnanimo ſimilis Stentori, cuius hiatus, &c.

STERCVS.

Tetrum Lucr.lib.2. Stercore de tetro putorem quum ſibi nacta eſt.
Olidum Pacificus, Antiquis olidum ſtercus lauat ille cloacis.
Immundum Val. Varan. Alter in immundo reuolutus ſtercore.





Fœtens Fauſtus, Si neſcis fœtens non niſi ſtercus olent.

STEROPES.

Niger Mant. Antiquus niger ora Steropes. Is fuit vnus è miniſtris Vulcani qui dicuntur Cyclopes.

*STESICHORVS.*

*Fuit poeta Lyricus ex* Himera *Siciliæ ciuitate, qui excecatus, quòd ſcripſiſſet Helenæ vituperationem, palinodiam cecinit, & amiſſum recepit viſum. In eius ore quum infans eſſet, cantauit luſcinia. De eo Poli. in Nutricia. Et damnans* Helenam *laudansq́ viciſſim Amittit, recepitq́ oculos, tuus Himera ciuis Steſichorus.*

Ferox Stat.lib.1.Syll. Tetricis Alcmã cãtatus Amyclis, Steſichorusq́; ferox.

*STIGMA.*

*Stigma dicitur infamiæ nota, quæ propter flagitium aliquod inurebatur fronti reorum. Suet. in Cæſ.dictat. A quo ſibi verſiculis de mamurta perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat. Idem in Caligula, Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis ad metalla & munitiones viarum aut ad naues. hinc ſtigmatici & ſtigmaticæ dicuntur ſtimate deformati. Cicero, O miſerum, qui fideliorem beſtias condemnauit, & barbarum & ſtigmaticum putaret, quàm coniugem.*

Flammans Mirand. Retulit effoſſis flammantia ſtigmata nodis.
Rigidum Quint. Rigido ſignatam ſtigmate frontem.
Durum Idem. Duriſque peruſtum Stigmatibus.
Preſſum Idem, Hanc preſſo ſignabit ſtigmate frontem.
Opprobrioſum, Idem, Philelphus & acerrimo & opprobrioſo ſtigmate Cremonam noſtram proſcripſit.

STIMVLVS.

Amarus Verg.lib.11. Obliqua inuidia, ſtimuliſque agitabat amaris.
Acer Lucan.lib.2. Et acres Irarum mouit ſtimulos.
Crudus Syll.lib.5 Crudusq́; ruente Fortuna ſtimulus.
Cruentus Stat.lib.3.Theb. Vrget enim ſtimulis auriga cruentis.
Furialis Liuius, Captas mentes velut furialibus ſtimulis.
Ferus Pamph. Sollicitat ſtimulis cæca libido feris.
Acerbus Cimbriacus, Et pectora acerbis Irritat ſtimulis.
Acutus Quint. Stimuloque impingit acuto.
Pungens Fauſt. Pungenti ſtimulo ſors aliena premit.
Trux Idem, Atq; truces ſtimulos rabidamque iniecit Erynnim.

STIPES.

Durus Verg. Stipitibus duris agitur, ſudibus vè peruſtis.
Fiſſilis Colum. Fiſſilis ſtipes per latus efferatur.
Semicremus. Ouid lib.12. Semicremoque nouat repetitum ſtipite vulnus.
Ramoſus Idem lib.4.Faſt. Conſtitit ipſe ſuper ramoſo ſtipite nixus.
Nodoſus Idem in Epiſt. Nec tu mactaſſes nodoſo ſtipite Theſeu.
Robuſtus Vitruuius, Arcæ ſtipitibus robuſteis & catenis incluſæ.
Procerus Lactant. Hinc genus arboreum procero ſtipite ſurgens.
Teres Mant. Ornamẽta notant, teretiq; à ſtipite pendent.

STIPVLA.

Leuis Virgilius li.1.Georg Atq; leuẽ ſtipulam crepitantibus vrere flammis.
Viridis Idem, Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent.
Volans Idem Verg. Ferret hyems, culmumque leuem ſtipulaſque volantes.
Gracilis Plin.lib 18. Fœcunda ſed gracili ſtipula.
Arida Sidon. Arida ieiunantis linguæ ſtipula crepitabit.
Agreſtis Mich. Ang. Carmina pauca tibi ſtipula meditatus agreſti.
Fragilis Mant. Sternebat fragilem ſtipulam.
Crepitans Ouid.lib.4.Faſt. Moxque per ardentes ſtipulę crepitantis aceruos.
Humens Mant. Quum ſubdit paſtor ſtipulis humentibus ignem.

### S T I R I A.

Turpis Mart.lib.7.Turpis ab inuiſo pendebat ſtiria naſo.

### S T O L A.

Longa Tibull.li.1.Nec uita ligatos Impediat crines,nec ſtolla longa pedes.
Matronalis Valer.Max.Te cuſtode matronalis ſtola cenſetur.

### S T O M A C H V S.

Latrans Horat.lib.2.Serm.Latrantem ſtomachum bene leniet.
Ieiunus Idem,Ieiunus raro ſtomachus vulgaria temnit.

### S T R A G E S.

Cruenta Lucan.lib.2.Præcipites hæſere rates, & ſtrage cruent.
Deformis Apul.Qua rerum deformi ſtrage paterfamilias commotus.
Acerba Syll.lib.3.Exitium trepidis,lethiq; & ſtragis acerbæ.
Sanguinea Stat.lib.2 Theb.Sanguinea de ſtrage parat.
Lacera Idem lib.12.Aut lacera ne quid de ſtrage neſandum.
Tepens Sabell.Et campos vbi pugna,fuit,ſtragemq; repentem.
Impia Quint.Leniter horam aut impiæ ſtragis.
Ferox Idem,poſuit feroces dentium ſtrages leo.
Profana Idem,Sed quid profanas tartari ſtrages ſequar.
Infanda Barth.Et miſeros infanda ſtrage fatigat.
Morrenda Mant.Edidit horrendam ſtragem.

### *S T R A G V L V M.*

*Stragulũ veſtis eſt,quæ lecti ſternunt,colorũ et figurarũ multitude variegata.Veteres qcqđ ĩi ſternebãt,à ſternẽdo ſtragulũ appellabãt.*Hinc qũq; *accipit̃ p epitheto.Mart.Stragula ſuccinčti venator ſume veredi.Hie.poſuit p ueſte muliebri.Stragulatã in qt,ueſtẽ fecit ſibi, byſſus & (purpura indumẽtũ ouis.*
Villosũ Mar.li.14.Stragula purpureis lucẽt villoſa tapetis.
Aureum Mant.Aurea regali mirata eſt ſtragula luxu.
Precioſum Idem,Quæ paruo faciat precioſa cubili Stragula
Pictum Tibul.lib.1.Nam neq; tunc pluuię,nec ſtragulla picta ſoporem.

### S T R A M E N.

Agreſte Verg.lib.11.Hic iuuenem agreſte ſublimen ſtramine ponunt.
Molle Polit.Atq; in ſtramine molli Componit ſenſim paſtor.
Durum Syll.lib.15.Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris.
Rigidum Stroz.pater,Angulus haud ingens rigidi quo ſtraminis hoſpes.

### S T R A T V M.

Molle Verg.lib.8.Mollibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.
Pictum Ouid.li.8.Purpureusq; albi ſtratis inſignia pictis Terga premebat equi.

### S T E R P I T V S.

Demens Horat.lib.3.Carm.Audiat inuidus dementem ſtrepitum Lycus.
Clamoſus Apul.Qua contentione & clamoſo ſtrepitu cognito.
Leuis Ouid.lib.17.Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca.
Horrendus Cataneus,Territat horrendo ſtrepitu longoque fragore.
Turbidus Marull.Felix quem neque turbidi bellorum ſtrepitus.
Raucus Pamp.Strepitus dant cornua raucos.
Sonorus Quint.Emiſſo ſtrepitu curua ſonoro.
Sonans Mant.Strepitu per lata ſonante Atria.
Minax Idem,Strepitumque peroſa minacem.
Horriſonus Val.Varan.Horriſonos boreæ ſtrepitus, & frigora brumæ.
Malignus Claud.Inuidiæ lantum ſtrepitus valuere maligni.
Tympanicus Mant.Gallica tympanico ſtrepitu ad tormenta citatur,

### S T R I D O R.

Acutus Horat.lib.1.Carm.Fortuna cum ſtridore acuto Suſtulit.
Querulus Apul.Sic edito ſtridore querulo.
Raucus Oui.li.8.Feruida quum rauco latos ſtridore per armos Spuma fuit.





Ferus Idem lib.9.Cumque fero moui linguam ſtridore biſulcam.
Horriſonus Syll.lib.4.Stridore horriſono penetrantem cuſpidis ictum.
Terrificus Idem lib.5.At tuba terrificus fregit ſtridoribus auras.
Horrendus Idem lib.9. Euolat horrendo ſtridore.
Acer Val.Flac.lib.2.Impulit acri Tum validas ſtridore fores.
Terriſonus Claud.Nec te terriſonus ſtridor venientis Alani.
Terribilis Stroz.pat.Terribili Stygios cœtu ſtridore furentes.
Lugubris Quint.Stridore voces lugubri fudit ſuas.
Sonax Idem,Cuneata ſonaci Proſcindi ſtridore trabes.
Coruſcus Mant.In mentum ſalit,atque comas ſtridore coruſco.
Horribilis Mant. Fremit vndique ſtridor Horribilis.
Horrifer Cic.lib. 1. Quæſt.Tuſ.Vnde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues.

### S T R I G I L I S.

Ferrea Pall.Rut.Ferrea ſtrigili ſubraſa hilarior ſiet.
Rubiginoſa Plaut.in Stil.Rubiginoſam ſtrigilem,ampullam rubidam.

### S T R I X, auis eſt nocturna, & inauſpicata.

Nocturna Luc.lib.9.Quod trepidus bubo,quod ſtrix nocturna queruntur.
Infauſta Seneca, Omenque triſte reſonat infauſtæ ſtrigis.
Rauca Idem,Mœſtique cor bubonis, & raucæ ſtrigis.
Improba Pamph.Improba ſtrix,anſer,noctua,mergus,anas.
Infanda Quint.Infandæ cum carne ſtrigis.
Taxicola Remacl.Mendoſi lemures,taxicolæque ſtriges.
Inferna Barth.Et ſtriges infernæ, læuaque ſub illice cornix.
Noxia Mant.Teneros ne faſcinet artus Noxia ſtrix.
Violenta Tibull.lib.1.Semper & è tectis ſtrix violenta canat.

### *S T R O P H I V M.*

*Nonius ait, 'Strophium breuem eſſe faſciam, quæ virginearum papillarum coercet errorem.' Martialis, Faſcia creſcentes dominæ compeſce pupillas. Vel ſit,quod capiat noſtra tegatq; manus. Capitur etiam pro religioſa quadam corona,qua vtebantur antiqui ſacerdotes.Pli.Tenuioribus coronis vtebantur antiqui,ſtrophia appellantes.Diminutiuũ eſt ſtrophiolum. Autor hymni,qui in honorem diui Ioannis* Baptiſtæ *canitur,poſuit ſtrophium pro villoſo corporis tegumento,vbi ait:Præbuit hirtum regimen camelus Artubus ſacris, ſtrophium bidentes.*
Viride Mant. Cincta ſacrum viridi ſtrophio caput.
Teres Catull. Non tereti ſtrophio lactantes vincta papillas.

### STRYMON, fluuius eſt Thraciæ.

Gelidus Lucan.lib.5.Strymona ſic gelidum bruma pellente relinquunt.
Thracius Marull.Clades repulſo Strymone Thracio.
Geticus Barth. Getico properas à Strymone Mauors.
Rapidus Fauſtus,Non ſecus ac rapidi gelidas ad Strymonis vndas.

### S T V D I V M.

Inſomne Architr.Curarum ſtudijs inſomnibus obijcit hydram.
Sollicitum Idem,Sollicitis hominem ſtudijs limauit,& orbem.
Vigil Mant.Cætera ſi vigili ſtudio quæſiueris.
Flagrans Idem,Hoc ſtudijs dudum flagrantibus opto.

### S T V P O R.

Immobilis Lactan. Ad immobilem ſtuporem mentis perducere volunt.
Gelidus Lud.Bigus,Continuò gelidus ſtupor occupat artus.

### S T V P P A.

Carens humore.Verg.in Moreto, Et producit acu ſtuppas humore carẽtes.

### S T V P R V M.

Nefandum Seneca, Nefandi raptor Hippolytus ſtupri.
Famoſum Lactan. Ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam.

Inceſtum Quint.Inceſta memorem ſtupra,pollutas manus.
Infandum Liuius, De ſtupro infando Lucretiæ.

S T V R N V S.

*Sturnis auibus proprium eſt cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circũuagi, omnibus in medium agmen tendentibus. Maculoſi ſunt,magnitudine merulæ. Græcè vocantur pſari. Plinius ſcribit, Cæſares iuuenes ſturnum habuiſſe Græco & Latino ſermone docilem.*

Edax Ruffus Feſt. Mox picturati conuertit pectoris artus Sturnus edax.
Piſitans Tho.Rad.Sturnus piſitans,perdix cacabans.
Inops Adr.Card.At ſturnos inopes, grues,palumbes.

S T Y L L V S.

Sculpens Sidon. Styli ſculpentis impreſſu.
Ferreus Vitruuius,Iiſque infiguntur ſtyli ferrei.
Acutus Budæus,Sed ſtylo acuto & nitido impreſſa.

S T Y X.

Pallens Pont.Non iuueni pallens Styx adeunda foret.
Siticuloſa Polit.Siticuloſam ditis horridi ſtyga.
Triſtifica Marull.Horret triſtificæ ſtygis.
Phlegetontæa,Pamph. Et Phlegethontæa de ſtyge monſtra trahis.
Horrida Idem,Quæ nigras ſtygis horridæ paludes.
Concaua Idem,Sed ſtyx concaua, ſed pelagus.
Tartarea Idem,Sub ſtyga tartaream mors truculenta paras.
Mortifera Idem,Solus mortiferæ ſtygis tyrannum.
Sæua Quint.Te tremunt ſæua ſtygis in profundo.
Inamabilis Idem, Et ſtyx alta, palus inamabilis Orphea ſenſit.
Obſcura Mant. Apud obſcuram ſtyga formidabile nomen.
Iners Ouid.lib.4.Met.Styx nebulas exhalat iners.
Ima Idem lib.2 Faſt.Non auidos ſtyx habet ima deos.
Inferna Idem,Hæc infernæ Nympha paludis erit.
Violenta Idem Ouid.lib.3.Faſt. Parcarum monitu ſtyx violenta trium.
Imperiurata Verg. Dij cuius iurare timent & fallere numen.
Liuida Stat.lib.1.Theb.Tuque vmbrifero ſtyx liuida fundo.
Circunflua Stat.lib.2 Styx inde nouem circumflua campis.
Interflua Idem lib.4. Theb.Et ſtyx diſcretis interflua manibus obſtat.
Rapida Idem lib.7. Audio iam rapidæ curſum ſtygis.
Horrenda Claud. Noctis & horrendæ ſtagna intemerata paludis.
Nocticolor Auſon.Quæque piat diuũm periuria nocticolor ſtyx.
Fera Seneca, Euincas vtinam iam feræ ſtygis.
Dira Idem, Talis eſt diræ ſtygis deformis vnca.
Atra Idem, Sic atram ſtyga iam petimus vltrò.
Tacita Idem,Regni tenacis dominus, & tacitæ ſtygis.
Profunda Idem,Dum nos profundæ clauſtra laxamus ſtygis.
Triſtis Idem,Qui ſtygia triſtem non triſtis videt.
Tremenda Bapt.Pius,Tu dea,tu cœli regina,ſtygiſque tremendæ.
Nigra Tibull.lib.3.Me vocet in vaſtos amnes,nigramque paludem.
Furua Bapt.Plaut.Et poterat furua tutus abire ſtyge.

S V A D A.

Mellita Marull.Mellita comitante dicta ſuada.
Decora Bapt.Pius, Adiuuat & gemitus ſuada decora tuos.

S V A V I V M.

Semiulcum Plato apud Gell. Dum ſemiulco ſuauio meum puellum ſuauior.
Mellitum Apul. Melitiſſimum illud ſuauium impreſſi.
Sorbillans Idem.Sorbilantibus ſuauijs ſitienter hauriebam.
Patulum Apul. Patulis & petulantibus ſuauijs feſtinanter ingeſtis.





Dulce Stroz.fil.Dulce magis dulci ſummere ſuauiolo.
Preſſum Augur.Deoſculabar os tenellũ ſuauio preſſo, labellis moliter mellifluis.
Suaueolens Laberius,Mi ſunt deliciæ, & ſuaue olentia ſuauia.

S V B E R.

*Suber, minima eſt arbor, cuius lignum non ſolum non mergitur aquis, ſed alijs quoque rebus alligatum facit ne mergantur. Vſus eius anchoralibus nauium, piſcantium tragulis & cadorũ obturamentis, & in hybernis fœminarum calceatu. Et folia non decidunt, non facilè ſentit uetuſtatem aut cariem, inutatur detractata cortice, quod tamen ferè omnibus arboribus exitiale eſt, lignum foraminoſum & leue.*

Syluestre Verg.lib.11.Huic natam libro & ſylueſtri ſubere clauſam.
Multiforum Polit. Multiforumq; replent operoſa examina ſuber.
Agreſte Petrarcha,Et agreſti vrgere labellum Subere.
Multicanum Sidon.Vmbrat multicanus ſpacioſo circite fornix.
Frondoſum Pont.Cingebat crines frondoſo è ſubere ramus.
Cauum Idem,Te ſeruata cauo iampridem ſubere mella.

S V B S E L L I A.

Cuneata Sidon.Subſellia cuneata quaterentur.
Terrica,à grauitate conſulum & iudicum. Auſon. Et quem de ſcenis tetrica ad ſubſellia traxit.

S V B V L C I.

Tardi Verg.in Buc.Venit & vpilio,tardi venere ſubulci.
Hircoſi Mart.lib.10 Hircoſi mihi filios ſubulci perder.
Duri Pamph. Vallibus in medijs, duro generata ſubulco.

S V B V R R A.

*Fuit vicus in vrbe Roma, in quo meretrices habitabant, quæ propterea uocãtur Suburranæ.*

Feruens Iuuen.Sat.11. Aeſquilias à feruenti Suburra.

S V C C I N A.

Pinguia Iuu.Sat.6.In cuius manib.ceu pinguia ſuccina tritas Cernis ephemeridas.

S V C C V S

Pinguis Verg.in Aetna,In pinguis feruent incendia ſucco.
Dulcis Pallad.Rutil.Exiguam ſorbum dulci diſtendere ſucco.
Blandus Idem,Pomaq; paſturi blando redolentia ſacro.
Suadens Claud.Tardaque ſudanti prorepunt balſama ſucco.
Liquidus Calphur.Virgea ſi deſint liquido turgentia ſucco.
Tener Pont.Illa faui tenerum ducens & nectare ſuccum.
Præpingues Quint.Præpingues ſuccos, conſtructaque tecta vetuſtis.
Riguus Architr.Riguo dum flamma iuuentæ Feruet adhuc ſucco.
Dimiſſus Q.Serenus,Et prodeſt cedro dimiſſus ab arbore ſuccus.

S V D A R I V M.

*Sudarium dicitur linteum ad detergendum corporis ſudorem & purgandas nares. Suet: in Ner: Neq; quicquam ſerio iocoue egerit, niſi aſtante Phonaſco, qui moneret, parceret arterijs, ac ſudarium ad os applicaret. Diminutiuum eſt ſudariolum. Apuleius, Quanti ſudores Innocentibus hoc uno ſudariolo aſſerantur, poſſum equidem pluribus diſputare.*

Setabum,ab vrbe Hiſpaniæ,cui nomen Setabis, quæ agrũ habet nomine Spartarium à ſparto lini genere.Catull.Nam ſudaria ſetaba ex Iberis Miſerunt.

S V D E S.

Præuſtę Verg.Stipitibus duris agitur,ſudibuſve præuſtis.
Præacutę Apul.Erant qui ſudes pręacutas attollerent.
Terribiles Barthol.Nam viſa polo Bellona trabalem Excuſſiſſe ſudem.
Acutæ Iulius Cęſar, Ripa autem erat acutis ſudibus pręfixis munita.
Aeratę Mant.Aerataſq; ſudes, & curuę cuſpidia vncos.
Fraxineę Idem,Fraxineæque ſudes,aliaque ex arbore trunci.
Tardę Tibull.lib.4.Quis tardam ve ſudem melius,celerem ve ſagittã Iecerit.

*SVDOR.*

*Sudor capitis, vt ait Cælius, nullum emittit tetrum odorema, vt minus, quàm reliquę partes corporis, quoniam locus capitis eſt oppurtunus ſpirationibus. Quanto autem curioſius ſudorem abſtergere contendimus, eo demanat profluentius, quoniam refrigeratur extrinſecus: non abſtergatus. frigore ſcilicet aeris nos contingentis, Et quantumcunque ſentiatur caleſcens, frigidus tamen appellatur ratione noſtrorum ſpirituum.*

Illotus Verg.lib.3.Georg. Vel quum tonſis illotus adhæſit Sudor.
Immundus Idem, Immundus olentia ſudor Membra ſequebatur.
Salſus Idem lib.2. Aen. Salſusque per artus Sudor ijt.
Gelidus Idem lib.3. Aen. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor.
Frigidus Ouid.lib.5.Met. Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus.
Cæruleus Idem lib.9 Cæruleusque fluit toto de corpore ſudor.
Aeſtiuus Colum.lib.8. Sic Aeſtiuum ſudorem mari vel flumine non abluas.
Pinguis Plin.lib.38. Pinguem ſudorem in ea parte Oceani relinquere.
Egregius Idem lib.9. Scilicet ſudor memorandaque virtus.
Madens Polit. Colla madens ſudor pectora pallor obit.
Impiger Marull. Sudorem lauare impigrum.
Mucidus Petrarcha, Premit horrida ſudor Mucidus.
Anhelus Idem, Poſtquam ſudore exhauſtus anhelo.
Fluens Mant. Tandem ſudore ſudore fluenti Ora madens.
Iners Val.Varan. Et curril iners per corpora ſudor.
Officioſus Theod.Cyr. Sed officioſos ſudores; multaq; ꝓ virtute diſcrimina.

*SVEVI.*

*Sueui, populi Germaniæ, qui ſolebant olim obliquare crinem, nodoq; ſubſtringere. Principes habebant ornatiorem capillum quàm plebeij.*

Flaui Lucan.lib.2. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos.
Intonſi Bart. Intonſique ruit pubes crinita Sueui.
Gelidi Idem, Gelidos alit vmbra Sueuos.
Criniti Idem, Crinitos Marte Sueuos poſſe trahi.
Truces Mant. Venere truces in bella Sueui.
Acres Conrad. Me Sueuus acer, Francus & horridus.

SVGGESTVM.

Sublime Mant. Suggeſtum ſublime tenent, faſcesque ſolutos.

SVLCVS.

Alueatus Cato, Sulcos ſi locus aquoſus erit, alueatos eſſe oportet.
Longus Ouid lib.1.Met. Semina tum primum longis Cerealia ſulcis.
Cerealis Idem lib.3. Triſt. Herbaque quæ latuit Cerealibus obruta ſulcis.
Diuiduus Claud. Sauci diuiduis clareſcunt nubila ſulcis.

SVLMO, oppidum eſt Pelignorum, patria Naſonis.

Gelidus Ouid.lib.4.Faſt. Sulmonis gelidi, patriæ Germanice noſtræ,
Riguus Polit. Rigui ne tenet Sulmonis alumnus.
Aquoſus Ouid.lib.3.Eleg. Atque aliquis ſpectans hoſpes Sulmonis aquoſi.

SVLPHVR.

Viuax Ouid.lib 3.Met. Admotas rapiunt viuacia ſulphura flammas.
Luteum Idem lib.15. Lutea ut exiguis ardeſcunt ſulphura fumis.
Fumans Idem lib.4 Faſt. Tactaque fumanti ſulphura balet ouis.
Calidum Idem lib.1.de Arte, Et quæ de calido ſulphura fumat aquam.
Atrum Syll.lib.1. Atque circumlita ſulphure fumant.
Odoratum Stat.lib.4.Theb Viſceribus laceris, & odori ſulphuris aura.
Gregale Stat.lib.2 Syll. Permutat vitreis gregale ſulphur.
Cæruleum Claud. Sulphure cæruleo, nigroque bitumine fumat.
Viuens Calphur. Viuentia ſulphura tecum.
Viuum Nemeſianus, Incendens uiuo crepitantes ſulphure clamas.

Acre



Acre Lud.Bigus, Acre nimis fœmina ſulphur habet.
Olens Quint. Oris recluſæ contrahunt faces olens Sulphur.
Liquidum Mant. Liquidum tenet omnia ſulphur.
Tetrum Barth. Flammarum exarmata globis, & ſulphure tetro.

SVMEN.

Calidum Perſius, Et calidum ſcis ponere ſumen.

SVMPTVS.

Nepotinus, id eſt, luxurioſus. Suet. Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit, commentus nouum balnearum vſum portentiſſima, &c.
Diues Mant. Quàm diuite ſumptu Inferias celebrare ſoles.
Hedonius, à Spartino dicitur ſumptus pro impenſa facta in rebus voluptuarijs.

SVPELLEX.

Munda Hor.li.1.Epiſtolarũ, Iamdudũ ſplendet focus, & tibi mũda ſupellex.
Precioſa Pont. Et tyriæ veſtes auri & precioſa ſupellex.
Conchyliata. Sidon, Modò conchyliata profertur ſupellex.
Specioſa Mart.lib.5. Quod conſtat decies tibi non ſpecioſa ſuppellex.
Copioſa Sidon. Iam ſuper penum, uel ſuppellectilem copioſam.
Lauta Pont. Exultiq; ſinus, & multum lauta ſupellex.
Curta Iuuen. Tecum habita, & noris quàm ſit tibi curta ſuppellex.

SVPERBIA.

Damnoſa Ouid.lib.3.de Arte, Nec minus in uultu damnoſa ſuperbia veſtro.
Truculenta Syll.lib.11. Inſuper excitio truculenta ſuperbia agebat.
Accenſa Claud. Sed rupit rabidas accenſa ſuperbia voces.
Violenta Pont. Indomitum caput, ac violenta ſuperbia uoce.
Ventoſa Stroz.pat. Nunc tua, nunc quoniam ventoſa ſuperbia temnit.
Vana Idem, Ventoſo extollit te vana ſuperbia flatu.
Titanica, id eſt, Gigantæa. Budæus, Inuidiæ faſcinatoriæ, ſuperbiæ Titanicæ.
Inhumana Liuius, Et inhumanæ ſuperbiæ editum in miſeros eſt exemplum.
Inuiſa Sabell. Præceſſit ſuperis inuiſa ſuperbia.
Elata Quint. Non tamen ingenij tam elata ſuperbia noſtri eſt.
Impatiens freni. Val.Var. Indomitus furor, impatiensq; ſuperbia freni.
Amara Architr. Et amara ſuperbia dulces Vix habet euentus.
Incauta Idem, Ecce quod amiſit incauta ſuperbia cęlum.
Veſana Bapt.Plus, Nevè tuam tangat veſana ſuperbia mentem.
Intolerabilis Cic.lib.4.Rhet. Et qui priuatus intolerabilis ſuperbia furit.

SVPERCILIVM.

Hirſutum Verg. in Buc. Hirſutumq; ſupercilium; prolixaq; barba.
Triſtes Mant.lib.1. Cuius & ipſe times triſte ſupercilium.
Arduum Gell lib.4. Cum arduis ſuperciliis, vocisq; & uultus grauitate,
Seuerum. Ouid lib.2. Triſt. Sępe ſupercilij nudas matrona ſeueri.
Durum Stroz pat. Canaq; cum duro barba ſupercilio.
Stoicum Sidon. Nunc Stoica tandem pone ſupercilia.
Trux Thom Rad. Truci ſupercilio venuſtatem oculorum coerceret.
Lubricans Idem, Per lubricantis auia ſuperciliis.
Nigrum Polit. Dum nigris mota laborant Cuncta ſuperciliis.
Atrum Codr.Vrc. Ecce ſuperciliis mihi Iuppiter annuit atris.
Minax Mich Angl. Atque, ſupercilij triſte minacis onus.
Acerbum Idem, Contriſtat acerbo Lęta ſupercilio.
Frontoſum Remacl. Frontoſis etiam pulſa ſuperciliis.
Truculentum. Mant. Et truculenta minaci Fronte ſupercilia.

SVPERSTITIO.

Vana Syll.lib.5. Vana ſuperſtitio, dea ſola in pectore virtus.
Anilis Lectant. Errores, ſuperſtitiones penè aniles.

[illegible]

Friuola Crinitus, Quã friuola, inanis, ac prorſus ridicula fuerit eorũ ſupſtitio.

S V P P L I C I V M.

Miſerandum. Gell lib. 3. Miſerando ſupplicio affectum eſſe.
Durum Syll. lib. 2. Viuacis dura ſenectæ Supplicia expendis.
Miſerabili Stat. lib 4. Theb. Crudum ac miſerabile vitæ Supplicium oſtentat.
Triſte Stat. lib. 5. Theb. Et triſte propinquat Supplicium.
Funeſtum Idem lib. 8. Illi funeſta reſerua Supplicia.
Sæuum Idem Sat. lib. 12. Me ducit amor depoſcere ſęua Supplicia.
Atrum Idem, Vade atra daturè Supplicia.
Crudele Claud. Crudelibus ante Supplicijs fruitur.
Cruentum Idem, Cunabula prima cruentis Debita ſupplicijs.
Deforme Idem, Inter ſupplicium populi deforme pependit.
Acerbum Ruff. Feſt. Miſeratus acerbum Lethi ſupplicium.
Dirum Seneca, Dira ſupplicia ingere.
Infame Pont. Infami nunc ſupplicio ſuſpendit.
Miſerum Idem, Et miſerum de me ſumere ſupplicium.
Horribile Thom. Rad. Horribilibus perpetuò ſupplicijs cruciantur.
Impium Liuius, Quia patrũ crudelib. atq; impijs ſupplicijs tegere liberos ſciã.
Atrox Mant. Torquebat atroci Supplicio miſeros.
Stimuleum Plaut. in Mil. Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum dedatur.
Immane Mant. Id crudele genus necis, hoc immane feroxq; Supplicium.
Importabile Idem, Supplicium triſte, inſolitum, importabile nobis Parturit.
Turpe Idem, Supplicio affectus, tum iniuſto, turpi & acerbo.

S V R AE.

Teretes Ouid. lib. 11. Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Tumentes Horat. Et femur tumentibus Exile ſuris additum.
Turgentes Sidon. Crura ſuris fulta turgentibus.
Molles Pont. Aut tenerum latus, aut molles cum poplite ſuras.
Pendula Conrad. Suras momordit pendulas.

S V R C V L V S.

Fructuoſus Colum. lib. 5. Fructuoſis potius ſurculis inſerenda erit.
Teres Idem, Surculum teretem ſolidiq; corporis.
Oblongulus. Gell. lib. 27. Surculi erant duo teretes, oblonguli.
Vimineus Budæus, Vimineis ſurculis tranſuerſps arctentur.

*S V S.*

*Sues bis anno pariunt. Vterum ferunt menſibus tribus, vicenos quandoq; emittunt porculos: ſed tam multos educare nequeunt. Inire incipiunt octauo menſe. Admiſſura eſt à Fauonio ad æquinoctium uernum. Implentur uno coitu. Mares poſt trimatum non generant. Fœminæ ſenio cõfectæ cubantes coeunt. Fœtus comedunt nonnunquàm. Viuunt ad annos 15. nonnulli ad vicenos. Exoculati citò emoriuntur. Obnoxij ſunt anginæ, & ſtrumæ. Cruor in radice ſetæ dorſo euulſæ, & caput obliquum inceſſu, indicia ſunt infirmitatis. Præ pingues penuriã lactis ſentiunt. Gaudent volutari in luto. Facilius in dextrum iacent, quàm læuum. Veteres exiſtimabant animam illis pro ſale datam, quod ad eſcam tantum nati ſint. Caſtrantur quandoq; fœminæ. Pingueſcunt adeò, ut Plinius ſcribat, ſoricem in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe. Bis anno pariunt. Mares ſalaciſſimi ſunt, & ab annicula ætate commodè progenerant, atq; etiam ſemeſtres implere poſſunt fœminam. Fœminæ idoneæ ſunt ad edendos partus, vſq; ad annos ſeptem, quæ quanto fęcundiores ſunt, eo ſeneſcunt citius. Caſtrati ſues celerius pingueſcunt. Melius paſcuntur in agris paluſtribus, quàm ſitientibus. Gaudent ſyluis glandiferis, ac pomiferis, amant & radiculas aquatilis ſyluæ. Naribus in coitu plurima eſt aſperitas. Tunc inter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas. In coitu ſpumam ore effundunt. Sertibus interim veſcuntur. Fęminę pręgnantes coeunt. Hæ tantum plerunq; efferantur, vt hominem lacerent, candida maxima veſte indutum, quæ rabies mitigatur, aſpero aceto. Porcus olim ſacer erat Cereri, & inferiendo pacis fœdere quondam mactari ſolebat. In Arabia ſuillum genus non viuit. Verres dicitur porcus nõ*

*caſtratus.*



*caſtratus. Aper porcus ſylueſter, is dentatus eſt, & excellit feritate, in morbis ſibi medetur hedera. Apris maribus non niſi anniculis generatio. Indicis apris cubitales ſunt dentium flexus gemini ex roſtro, totidem à fronte ceu vituli cornua exeunt. Multi ſunt in Macedonia. Apro tam grauis eſt ſua vrina, ut niſi egeſta ſit, fugæ non ſufficiat, & uelut deuictus opprimatur. Porcarij & ſuarij dicuntur porcorum & ſuum, cuſtodes. Et porculatio porcorum nutritio.*

Immundus Verg. lib 1. Georg. Immundi meminere ſues iactare maniplos.
Horridus Verg. lib. 4. Georg. Fiet enim ſubito ſus horridus.
Seriger Idem lib. 7. Setigeriq; ſues, atq; in præſepibus vrſi.
Glaber Varro, Nec eundem glabræ ſues, denſæq; cœli ſtatum.
Famis impatiens. Col. lib. 8. Sues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ famis.
Lutulentus Hor. lib. 2. Epiſt. Hac rabioſa fugit canis hac lutulenta ruit ſus.
Spumiger Lucr. lib. 5. Spumigeri ſuis aduentu.
Vulnificus Oui. lib. 8. In iuuenes certo ſic implete vulnificus ſus.
Ignauus Idem lib. 4. Faſt. Bos aret, ignauam ſacrificate ſuem.
Solidipes Plin lib. 11. Solidipedes & biſculi ſues omni cibatu & radicib. aluntur.
Fulmineus Stat. lib. 6. Theb. Fulminei ſic dente ſues.
Hiſpidus Sidon. Velut hiſpidus alta Sus prope teſqua iacet.
Lutoſus Pont. Sæpe lutoſam A ſtabulis vitreo perluis amne ſuem.
Obſcœnus Polit. Obſcœnos hinc pelle ſues.
Brutus Idem, Bruta gregem plenum denſis alit vberibus ſus.
Multipara Marull. Iugo aut multiparam ſuem.
Glandilegus Mappheus, Glandilegosq; ſues iugulant, pinguesq; iuuencos.
Spurcus Mich. Angl. Et purcæ ſordent cynnama rara ſui.
Clamoſus Remacl. Clamoſos ſuperant horrida verba ſues.
Agreſtis Propert. lib. 2. Aut celer agreſtes comminus ire ſues.

*S V S A.*

*Suſa, æ: vel Suſa, arum, fuit vrbs Perſarum metropolis, dicta à Suſo fluuio, condita à Dario Hydaſpis filio. Ibi fuit regia Cyri, lapide candido, & vario, columnis aureis, & lacunaribus, gemmisq; diſtincta. De hac Prop. Non tot Achæmenijs armantur Suſa ſagittis, Spicula quot noſtro pectore fixit amor.*

Achæmenia Lucan. lib. 2. Achæmenijs decurrant Mœdica ſuſis Agmina.
Pharetrata Claud. Noſtræq; premant pharetrata ſecures Suſa.

S V S A N N A.

Sancta Claud. Sic tibi det vires ſancta Suſanna ſuas. Mant. producit primam.

S V S P E N D I V M.

Sæuum Mar. Iam ſuſpendia ſæua cogitabat.

S V S P I C I O.

Tacita Liuius, Primum tacita ſuſpicio, deinde aperta diſcordia.
Clandeſtina Plautus in Amphit. Et clandeſtina vt celetur ſuſpicio.

S V S P I R I V M.

Cruciabile Apuleius, De pectore cruciabile ſuſpirium ducens.
Aegrum Stat. lib. 6. Theb. Suſpiriaq; ægra fatigant.
Anxium Stat. lib. 6. Syll. Anxia peruigili ducis ſuſpiria cura.
Triſte Stroz. pat. Triſtiaq; aſſiduè renouans ſuſpiria.
Fœdum Stroz. fil. Singultantem animam, & ſuſpiria fœda trahentem.
Gemebundum. Mant. Quod gemebunda premet feſſus ſuſpiria pulmo.
Sedulum Fauſt. Sedula vicinas cogent ſuſpiria ſyluas.
Mœſtum Bapt. Pius, Mœſta trahens imo ſuſpiria pectore.
Stridulum Idem, Et querulo ſuſpiria ſtridula cantu.

S V S V R R V M.

Raucus Fauſt. Raucumq; cient noua muſta ſuſurrum.
Mollis Mant. Sibilat & molli quercus, pinusq; ſuſurro.
Arcanus Bapt. Pius, Me iuuat arcano dominam mulcere ſuſurro.
Tacitus Lucan. lib. 5. Haud illi tacito male vota ſuſurro.

Lenis

Lenis Horat.lib.1.Cor Leneſq; ſub noctem ſuſurri.
Blandus Pont.Blandos Marticolo toto ſuſurros.
Occultus Claud.Veſtibus occulto crimen mandare ſuſurro.
Placidus Pont.Et placidis immurmurat vnda ſuſurris.
Tener Pont.Hic Driadum teneris iuuet indulgere ſuſurris.
Suauiloquus Idem,Linguæ ſuauiloquos ſtrepant ſuſurros.
Querulus Idem,Nam tactu, & querulo Venus ſuſurro.
Clandeſtinus Polit.Et clandeſtinos iubeat miſcere ſuſurros.
Dulcis Pamph.Aura quæ dulci reſonas ſuſurro.
Tenuis Calent.Aſt vbi deprendit tenui mea verba ſuſurro.
Magicus Mant.Diminui, neq; carminibus magicis ve ſuſurris.
Somnifer Idẽ,Et Zephyro nem⁹ oẽ dabat ſpirãtę ſuſurros Vndiq; ſomniferos.
Humilis Perſius,Murmurq; humileſq; ſuſurros Tollere de templis.

SYBARIS.

Alta Mant.Qua Sybaris Calabro floruit alta ſolo.

SIBYLLA.

*Sibyllæ fuerunt puellæ afflatæ vaticinio ſpiritu, & futura pręſagientes, decem numero. Harum pręcipua fuit Cumana, quæ proprio nomine vocatur Amalthea, a Vergilio Deiphobe. De hac intelligit Ouid dicens, Hęc dicit Aeneæ ſortes, poſtquam ille parentem Dicitur, & captos modo ſuſtinuiſſe labores. Eadem fertur ab Apolline petiſſe annos pro numero pulueris, quem manu continebat, Stat.lib.1.Syll.Tu Troica dignus Secula, & Euboici tranſcendere pulueris annos. Idem, uel quantos ego Delium popoſci. Et apud Ouid.lib.14 Sibylla ipſa loquitur hoc modo: Nam iam mihi ſecula ſeptem Acta uides ſupereſt numeros, ut pulueris equem. Tercentum meſſes, te centum muſta uidere Tempus erit, quum de tanto me corpore paruam. Longa dies faciet, conſumptaq; membra ſenecta. De hac præcipue intelliguntur hęc epitheta.*

Rabida, quoniam vates omnes, quũ dabant oracula, ſimulabant ſe furere, & lymphatico furore corripi, vt nihil niſi diuinum viderentur dicere. Claudianus, Intonuit rupes rapidæ delubra ſibyllæ.
Caſta Verg.lib.5.Aen.Huc caſta ſibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ſiſtet.
Amphriſia Idem lib 6.Ad quem tum breuiter fata eſt Amphriſia vates.
Longæua Lucan.lib.5.Carmina longæuæ nobis commiſſa ſibillæ.
Viuax Ouid.lib.14.Littora Cumarum, viuacisq; antra ſibillæ.
Grinea Syll.lib.9.Cecinit Grinea per orbem Hæc olim vates.
Phœbæa Idem,Firmabis noſtro Phœbęæ dicta ſibyllæ.
Vetus Idem lib.13.Veterisq; dabo inter ſacra ſibyllæ.
Cumæa Verg.lib.6.Cumæa ſibylla horrendas canit ambages.
Aſtriloqua Mart.Capella.Viliaq; aſtriloquæ præfers commenta ſibyllæ.
Diuiniloqua.Mant.Iudæum annales, diuiniloquaſq; ſibyllas.
Fatiloqua Petrarcha,Latona ſibyllæ Agnita fatiloquæ.
Tremula Propert.Si modo auernalis tremulæ Gortina ſibyllę.
Delphica Mant.Delphicaq; & Cumas venies à Chalcide virgo.

SYDVS.

Aureum Verg.lib.2.Aen.Ferit aurea ſydera clamor.
Candidum Lucret.lib 5 Sic vario motu quæ candida ſydera verſet.
Vagum Idem de ortu ſolis,Et vaga ceſſerunt ſydera ſolis equis.
Cœleſte Lucã.lib.2.Sicut cœleſtia ſemp Inconcuſſa ſuo voluunt ſydera lapſu.
Lucidum Seneca,Lucida dum current annoſi ſydera mundi.
Lucens Gell.lib.2.Lucentia ſydera conſiderabamus.
Aethereum Ouid.lib.1.Met.Aethereoq; recens exarſit ſydere lymus.
Arduum Stat.lib.1.Syll.Tamen ardua teſtor Sydera.
Igneum Idem lib.1.Theb.Ignea multiuago tranſmittis ſydera lapſu.
Conſpicuum.Plin.lib.2.Vmbra conſpicuo ſydere.





Coruſcum Syll.lib.1.Et ſęua luce coruſcum Scintillat ſydus.
Clarum Idem lib.11.Emerito fulgent clara inter ſydera plectro.
Verſabundum.Vit.Sydera verſabunda, latentiaq; non habent egreſſus orientes.
Micans Sedulius,Syduſq; micans regale ſecuti.
Celſum Mart.lib.9.Et ramis ſydera celſa petit.
Rutilum Ruffus,Oſtentat rutili lux ſyderis.
Vibrabile Mart.Capella,In ſydus vibrabile, aſtrumq; conuertitur.
Vibratum Idem,Vibrata poteſt noſcere ſydera.
Fulgens Idem,Nox reuocans merſo fulgentia ſydera Phœbo.
Sacrum Idem,Et ſacra multiuagos qua tollunt ſydeta fluxus.
Gemmatum.Idem,Quo gemmata poli voluere ſydera.
Liquidum Calphurn.Vt liquidum mutat ſine vulnere ſydus.
Planeticum Sidonius,Planeticorum ſyderum globo in diaſtemate zodiaco proſper ortus erexerat.
Radians Mant.Vt ſuper octaui radiantia ſydera cœli.
Rutilans Pont.Quem procul inſequitur rutilanti ſydere Mauors.
Candens Idem,Cui nares efflant candenti ſydere flammas.
Nitidum Polit.Vt nitidum lęti radiabant ſydus ocelli.
Splendidum.Marull.Splendidum ſydus, geminęq; duplex Gloria mentis.
Fulgidum Stroz pat.Fulgida ceu clara ſydera nocte micant.
Sublime Stroz.fil.Sydera grandiloquo feriam ſublimia verſu.
Flammatum Mirandula,Splendidus ob radios flammati ſyderis aer.
Auricomum.Idem,Sydus, & auricomum calcat.
Radioſum Conrad Diſce, quid celſo radioſa poſſint Sydera mundo.
Conſpicuum.Augurel.Sydus conſpicuum nitet.
Limpidum Quint.Paſtores veniunt ſydere limpido.
Olympicum Idem,Vmbrent ſydera Olympica.
Formoſum Rodolphus Agricola,Phœbus, formoſaq; ſydera fulgent.
Titanium Mant.Hic infandi eſt qui Titania fecit Sydera.
Aureolum Architren.Fulget, & aureolo populatur ſydere noctem.
Roſeum Bapt.Pius,Effulget, roſeoq; nitet mihi ſydere Chloris.
Ardens Idem,Cernis, vt ardenti findatur ſydere tellus.
Flagrans Idem,Quos ferit, & vexat flagranti ſydere amica.
Purum Idem,Vt ſolem videam, ſydera pura iube.

SYENE.

*Syene ciuitas eſt Thebaidis Aegypti prouinciæ, conſtituta ſub æſtiuo tropico. Propterea ſole exiſtente in cancro, medio ſolſtitij die ſupra verticem ciuitatis cadens, nullam prorſus in ea umbram facit: Lucan.lib.2. Callida medius mihi cognitus axis Aegypto, atq; umbras nuſquàm flectente Syene.*

Exuſta Lucan.lib.8.Nam quis ad exuſtam, Cancro torrente, Syenem Ibit.
Calida Ouid.lib.1.de Ponto,Quid tibi ſi calida proſit laudare Syene.
Eoa Stat.lib.2.Syl.Quod Eoę reſpergit vena Syenes.
Niliaca Mart.lib.5.Magnaq; Niliacę ſeruit tibi gleba Syenes.
Fuſca Idem lib.9.Scis quotiens Phario madeat Ioue fuſca Syene.
Aeſtiua Marull.Ignis & ęſtiuam rectus ferit inde Syenem.
Pharia Pamph.Qui domuit Pharię Memphitica tecta Syenes.
Sitibunda Sabell.Primaq; conſpexit lembum ſitibunda Syene.
Vſta Rodolph.Agricola,Ibo Mauors, vſtamq; Syenem.
Combuſta Mant.Aethiocum regna, & combuſtam ardore Syenem.
Aeſtifera Architr.Tutius ęſtiferę radijs ardere Syenes.
Atra Claud.Per Meroem, Blęnasq; feros, atramq; Syenem.

SYLLA.

*L.Cornelius Sylla ab initio quæſtor Marij Iugurtham à Baccho in deditionem accepit: Si-*

*ciliam prouinciam habuit. Bello ſociali Samnites Marſoſq; ſuperauit. Conſul Aſiam ſortitus, Mithridatem prælio fudit. Archelaum præfectum eius Athenis vicit, Mædos & Dardanos in itinere ſuperauit. Ciuiles diſcordias exercu t cum Mario, quem quum apud Præneſte interfeciſſet, Felicem ſe vlcauit. Nouem milia eorum qui deditionem fecerunt, in via publica occidit. Præneſtinos qui iuniorem Marium receperant poſt factam P. Cethego deditionem, extra mœnia iuſſit occidi, & eorum corpora per agros ſpargi. Quatuor milia & ſeptingentos proſcriptionis edicto iugulatos in publicas tabulas referri voluit, ne tanti facinoris deleretur memoria. Virorum cædibus non ſatiatus, ſæuijt in mulieres. Abſciſſa miſerorum capita afferi ſibi iuſſit, vt diro illo aſpectu ſatiaretur feritas. M. Marium pretorem non prius ſpoliauit vita, quàm oculos eidem erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. Marcum pretorium, quòd ad ſupplicium Marij exanimis cecidiſſet, mactauit protinus. Cnei Marij erutos cineres in Anienem ſparſit. Propterea veritus talionem cremari corpora inſtituit. Tota Italia proſcriptiones fecit, proſcriptorum liberos, bonis & iure petendorum magiſtratuum priuauit. Numerum ſacerdotum auxit, tribunitiam poteſtatem minuit. Plin. lib. 7 Natur. Hiſtor. ait Syllam erodente ſeipſo toto corpore, & ſupplicia ſibi gigente interfectum. Plutarchus ſcribit cõtractam carnis corruptionem in pediculos conuerſam, adeò vt tunicæ omnes, thermæ, lauacra, dapes illius exundantis ſordis implerentur, tanta vis expullulabat. Quocirca per ſingulos dies ingrediebatur aquam, ſed nulla erat vtilitas. Celeriter enim inualeſcebat permutatio, & pædoris magnitudo omnia purgamenta ſuperabat.*

Potens, quoniam quamuis numeroſæ fuerint Craſſi diuitiæ, Plinius tñ facit Syllam Craſſo ditiorẽ. Lucan. li. 4. Sylla potens, Mariuſq; ferox, & Cinna cruẽtus,
Sæuus Stat. lib. 4. Syl. At ſæui poſſet vox horrida Syllæ.
Trux Mart. lib 9. Iuſſerat hic Syllam ponere regna trucem.
Rruentus Idem lib. 11. Tibi Sylla cruentus Imperium tradet.
Atrox Pamph Romanos Sylla Quirites Fecit atrox triſti ſe lacerare manu,
Ferox Quint. Strenuus Achilles, ferox & Sylla, Marius acer.
Rabidus Mant. Hæc eadam rabidum conuulſo pectore Syllam.
Vehemens. Cic. 11. Phil. C. Marius in iracundi perſeuerans, L. Sylla vehemens.

*SYLLOGISMVS.*

*Sygillogiſmus, inquit Gellius, eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam & conceſſis, aliud quid, quàm quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſsá ſunt, neceſſariò conficitur.*

Vncatus Sidon. Syllogiſmis tuæ propoſitionis vncatis.
Argomentoſus. Idem, Argumentoſis dat retia ſyllogiſmis.
Inſolubilis Theo. Cyr. Vel Ariſtotele, vel Chryſippo, cudendis inſolubilibus ſyllogiſmis acutiores.

SYLVA.

Profunda Verg lib. 7. Contremuit nemus & ſyluæ intonuere profundæ.
Sonans Idem in Cyri. Quæ mare quæ virides lucos, ſyluaſque ſonantes.
Viridis Idem lib. 3. Aen. Viridemq́ue ab humo conuellere ſyluam.
Pinea Idem lib. 9 Pinca ſylua mihi multos dilecta per annos.
Horrida Idem lib 9. Sylua fuit, late dumis atq; ilice nigra Horrida.
Arundinea Idem lib. 10 Sylua paſtus arundinea.
Opaca Idem lib. 11. Exuperatq; iugum, ſyluaq́ue inuadit opaca.
Cædua Cato, Septimo ſylua cædua octauo arbuſtum.
Glandaria Idem, Nono glandaria ſylua.
Aquatilis Colum. lib 8 Eruiſſe radiculas aqualitis ſyluæ.
Fęlix Pallad. Rutil. Sub thalami ſpecie fęlices iungere ſyluas.
Migra Horat. lib. 1. Carm. Nigris aut Erymanthis ſyluis.
Formidoloſa. Idem in Epod Formidoloſis dum latent ſyluis feræ.
Salubris Idem lib. 1. Epiſt. An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres:
Frondifera Lucret. lib. 1. Frondiferaſq; nouis auibus canere vndiq́ue ſyluas.
Lauricoma Idem, Lauricomos vt ſi per montes flamma vagetur.
Vmbroſa Ouid. lib. 1. Met. Vmbroſaq́ue ſylua feraxq́ue Rus habet.





Fragoſa Idem lib. 4. Met. Deuiaq; & ſyluis horrentia ſaxa fragoſis.
Secreta Idem lib. 7. Quas nemus vmbroſum ſecretaq; ſylua tegebat.
Frequens trabibus. Idem li. 8 Sylua frequens trabibus, quam nulla ceciderat ętas.
Nemoroſa Idem lib. 10. Fecerat ex voto nemoroſis abdita ſyluis.
Myrtea Ouid. lib. 11. Myrtea ſylua ſubeſt, bicoloribus obſita baccis.
Paluſtris Idem ibidem, Syluiſq; paluſtribus exit,
Alta Idem lib. 2. de Ponto Fluminaq; & montes in altas profluа ſyluas.
Ruſtica Idem in Epiſt. Si Venerem tollas, ruſtica ſylua tua eſt.
Iugoſa Idem, Tu modò duritiem ſyluis depone iugoſis.
Denſa Stat. lib. 2. Theb. Denſæq; legunt compendia ſyluæ.
Incurua Idem, Et incuruis claudunt iuga frondea ſyluis.
Capax Idem lib. 4 Theb. Sylua capax æui, longaq; incurua ſenecta.
Saxoſa Syll. lib. 17. Proximus applicito ſaxoſis aggere ſyluis.
Tacens Stat. lib. 1. Syl. An ad ſyluas quæ reſpicis aula tacentes.
Taxea Idem lib 5. Syll. En taxea marcet Sylua comis.
Virens Marullus, Frondicomos late lucos, ſyluaſq; virentes.
Fatidica Val. Flac. lib. 1. Nec fatidicis auellere ſyluis.
Comans Idem, Syluaſq; comantes Struxerat.
Rudis Claud. Et varium rudibus ſyluis accommodat vſum.
Trepida Idem, Et trepidas mœſto rimatur murmure ſyluas.
Horrenda Idem, Illa ſub horrendis prædura cubilia ſyluis.
Vaſta Idem, Vaſtis quę turbida ſyluis Spargit hyems.
Nutans Manil Cantibus & viridi nutantes vertice ſyluas.
Odorata Idem, Odoratæ ſpirant medicamine ſyluas.
Vernicoma Capella, Hinc iam vernicomæ frondent tibi munera oliuæ.
Florida Bapt Pius, Florida ſylua viret, per lætos myrtea campos:
Taciturna Calphurn. Cur tua ceſſaret taciturnis fiſtula ſyluis.
Reſupina Idem, Et ſinuata latus reſupinis vndiq; ſyluis.
Saxea Sidon. Veſtit ſaxea ſylua per columnas.
Obſcura Seneca Obſcura nutat ſylua.
Vernans Idem, Et alta ſyluas forma vernantes alit.
Pinifera Pont. Vertice piniferis Idæ circundata ſyluis.
Zephyridis Idem, Implicuit campos nemore, & Zephyritide ſylua.
Frondens Pont. Frondentem ſyluam, Zephyroſq; cientem.
Auricoma Idem, Ac mecum auricomas citrorum pangite ſyluas.
Citria Idem, Qua nitet aurata citria ſylua coma.
Frondoſa Idem, Sylua comas frondoſa dabat.
Laurea Pont. Pomponi tibi pro tumulo ſit laurea ſylua.
Frondea Idem, Numeris frondea ſylua fauet:
Querula Idem, Quid querulæ arboribus, ſtrepitis quid murmura ſyluæ.
Tacita Polit. Pindarico tacitas mulcentem carmine ſyluas.
Tenera Idem, Dulce virent teneræ modo nata cacumina ſyluæ.
Lata Marul. Tum latas repellere iubes animalia ſyluas.
Laurifera Stroz. pat. Quo dulce lauriferæ peragrauerit auia ſyluæ.
Benigna Idem, Et varios fœtus ſylua benigna feret.
Aeria Stroz. fil. Ego per aerias ſyluas, præruptaq; ſaxa.
Inuia Liuius, Sylua erat magis tum inuia atq; horrenda.
Mollis Sabell. In extremo riparum margine mollis Sylua viret.
Horrens Mirandula, Enatat horrentes ſyluas.
Nobilis Crin. O quàm reuiſo nobilem ſyluam libens.
Frondiflua Idem, Cinxit frondifluam mihi myrto præ uiridi comam.
Picea Theocr. Omnia mutentur piceæ iam mitia ſyluæ.
Aprica Petrarc. Syluis ſpaciabat apricis.

Silens Mant.Se tulit in montis requiem, ſyluasq́; ſilentes.
Informis Idem, Et chaos & ſyluam informem.
Saligna Idem, Syluæ virgulta ſalignæ.
Pomifera Idem, Brachia pomiferæ curuant redolentia ſyluæ.
Pomifex Idem, Raraq́; comantes arbore ſyluas Pomifices.
Frutificans Idem, Et multo frutificantem ſtidite ſyluam.
Vmbrifera Barth. Cunctaq; ab vmbriferis armenta expellere ſyluis.
Hiſpida Cornelius Gallus, Deſuper incumbens hiſpida ſylua premit.
Aſpera Fauſt. Aſpera triticeo ceu ſylua euellitur agro.
Frigens Idem, Flagitat & ſyluæ frondes frigentis opacas.
Comata Catullus, Antea fuit comata ſylua.

S Y L V A N I.

Nemorum potentes. Lucan. lib. 3. Hanc non ruricolæ Panes, nemorumq́; potentes Syluani.
Horridi Horat. lib. 3. Carm. Quærit & horridi Dumeta Syluani.
Monticolæ Ouid. lib. 1. Met. Et nymphæ, ſatyriq́;, & monticolæ ſyluani.
Horridi Mart. lib. 10. Tonantis aras, horridiq́; ſyluani.

*S Y M P H L E G A D E S.*

*Inſulæ ſunt in mari Boſphoro, quæ aliquando inter ſe feruntur concurriſſe.*
Inſtabiles Claud. Vitant inſtabilem rurſus Symphlegada nautæ.
Vagæ Seneca, Et vaga Symphlegade rictus meos infregit.
Arctæ Priſcian. Hic ſunt Symphlegades arctæ.

*S Y P H A X.*

*Rex fuit Numidarum, qui quum Scipioni per Lælium amicitiam promiſiſſet, & poſtmodum violata fide admiſiſſet Annibali victus ab ipſo Scipione ductus eſt in triumphum, expirauitq́; in carcere. Atq́; eo mortuo regnum Numidicum datum eſt Meſsiniſſæ. Propert. lib. 3. produxit ſecundam, dicens: Annibalis ſpolia, & uicti monumenta Syphacis.*
Dirus Claud. Haurire uenena Compulimus dirum Syphacem.

S Y R A C V S AE.

Arethuſides, ab Arethuſa fonte, Ouid. Vtq́; Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis.

*S Y R E N E S.*

*Syrenes à poetis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes, habitantes in mari Siculo, ſurſum uerſum uirginea forma, poſtrema corporis parte piſces. Earum nomina ſunt. Parthenope, Lygia, Leucaſia. Hę pręterea dicuntur tam blande & ſuauiter canere, ut cautus dulcedine ſopiant nautas, ſopitos demergant.*
Acheloides Verg. in Coppa, Et quæ virgineo libata Achelois ab amne.
Acheloiades Ouid. lib. 14. Acheloiadumq́; reliquit Syrenum ſcopulos.
Siculæ Stat. lib. 2. Syl. Non ſi ter geminum Sicula de virgine carmen.
Leues Idem, Huc leuis è ſcopulis meliora ad carmina Syren.
Tyrrhenæ Idem lib. 5. Syll. Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur.
Volucres Claud. Volucres quæ vis Syrenas abegit.
Theſſalæ Seneca, Vbi fata gemit Theſſala Syren.
Acheloia Polit. Cuiusq́; Acheloia Syren Geſtiet innocuo diuina poemata cantu flectere.
Improbæ Marull. Fraudes cantu parat improba Syren.
Vagulæ Crin. Syren relicto Daunio diu uagula deuolans.
Dulces Idem, Cui dulcis tenero lepore Syren.
Natantes Quint. Et triſte Syren carmen effudit natans.
Blandæ Man. Blandis neude Syrenibus aurem.
Subdolæ Barth. Leucothoe diffundit aquis ſubdola Syren.
Molles Fauſt. Qui molles ſurda Syrenas præterit aure.

S Y R I A.

Pinguis Marull. Turca Aſiæ, Syriæq́; pinguis.
Mollis Petrarc. Syria mollis Porrigat ipſa manum.





S Y R I.

Grandes Mart. Grandes octo tulere Syri.
Longi Iuuen. Sat. 7. Quàm quæ longorum vehitur ceruice Syrorum.
Leues, quoniam magnopere ſunt leues in rebus nouandis. Ludis præterea celebritatibusq́; dediti. Perunguntur oleo precioſo, & linuntur vnguentis. Maximam diei partem in commeſſationibus abſumunt & potu. Maſculi à 14. anno, fœminę à 12. vſq; ad 65. tributo obligantur. Fortunam colunt.

S Y R M A.

Inſanum Mart. lib. 4. Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.
Barbaricum Seneca, Auro decorum ſyrma barbarum trahit.
Tragicum Mart. lib. 12. Aptaſti tragicum tu quoq; ſyrma tibi.

Veſtis erat quæ in recitandis grauioribus poematib. ab hiſtrionibus trahebatur.

*S Y R T I S.*

*Syrtes duo ſunt loca in finibus Africæ, Aegyptum verſus, vbi mare fertur eſſe vadoſum, & importuoſum propter aquas reciprocas. Sen. Et amica nautis ante promittit uada incerta Syrtis.*
Libyca Lucan. lib. 1. Reppulit à Libycis immenſum Syrtibus æquor.
Inhoſpita Idem lib. 4. Aen. Et Numida infreni cingunt, & inhoſpita Syrtis.
Getula Idem ibidem, Getulis agerem ſi Syrtibus exul.
Dubia Lucan. lib. 1. Dubiam ſuper æquore Syrtim.
Paretonia, id eſt Aegyptia, à Paretonio Aegypti vrbe. Syrtes enim vergunt in Aegyptum. Idem lib. 3. Vſque Paretonias Eoa ad littora Syrtes.
Vadoſa Idem lib. 5. Non rupta vadoſis Syrtibus.
Vaga Idem lib. 9. Et quæcunq; vagam ſyrtim complectitur ora.
Barbara Lucan. Quem mundi Barbara damnis Syrtis alit.
Ambigua Idem lib. 9. Natus & ambiguæ coleret qui ſyrtidos arua.
Aeſtuoſa Horat. lib. 1. Carm. Siue per ſyrtes iter æſtuoſas.
Naufraga Syll. lib. 7. Ammoni Garamas, & ſemper naufraga ſyrtis.
Sæua Val. Flac. lib. 4 Auſoniam videt, & ſæuas accedere ſyrtes.
Lepticana, à Lepti vrbe Africæ. Sidon. In Lepticana ſyrte feciſſes.
Incerta, prius poſitum.
Afra Pont. Quod Afra horret & ſyrtis.
Fera Idem, Hei mihi quis fluctus, quæ fera ſyrtis habet.
Inuia Stroz. fil. Inuia fert ratibus metuenda pericula ſyrtis.
Procelloſa Pamph. Perq́; procelloſas Syrtes, per ſaxa Maleæ.
Infida Mirand. Et infidas ſyrtes, & inhoſpita Tauri Culmina pertranſit.
Arenoſa Mant. Fecit arenoſæ per vada ſyrtis iter.
Horrenda Tibul. lib. 4. Barbara nec Scythiæ tellus, horrendave ſyrtis.

## T A B E R N A.

Famoſa Verg. in Coppa, Ebria famoſa ſaltat laſciua taberna.
Obſcura Horat. in Arte, Migret in obſcuras humili ſermone tabernas.
Madida Sidon. Mœrens ad madidas eam tabernas.
Bibula Mant. Verboſi gaudere ſenes, bibulæq́; tabernæ.
Arcana Proper. lib. 4. Turpis in arcana ſonuit quum rixa taberna.

T A B E S.

Pallida Lucan. lib. 4. Proch lucri pallida tabes.
Nigra Idem lib. 9. Et nigra diſtillant inguina tabe.
Funeſta Ouid. lib. 3. Met. Hos necat afflatu, funeſta hos tabe veneni.
Mortifera Idem lib. 3. de Ponto, Tinctaq́; mortifera tabe ſagitta madet.
Dira Plin. lib. 33. Exedit, ac perrumpit vaſa permanens tabe dira.
Liuida Stat. lib. 2. Theb. Nec liuida tabes Inuidiæ.
Crudelis Stroz. fil. Vel ad tumulum crudeli tabe pereſus.
Horrenda Iuuen. Ecce ſed horrenda confixus viſcera tabe.

Nefanda Crin. Euome nefandam tabem inertis pectoris.
Fluida Mich. Angl. Quæ fluida celent ſecretum tabe venenum.
Peſtifera Mant. Ærumnam morbi, tabemq; veneno Peſtiferam graſſante.
Cruenta Idem, Tabem effundere cruentam.
Lurida Valeran. Varan. Ne lurida tabe Gliſcat.
Fluens Mant. Et tabe fluenti Circunſtans tetro locus infeſtatur odore.

TABVLA.

Sectilis Sidon. Sectilibus paries tabulis cruſtatus.
Picta Mant. Qui pictam propero Thamyræ monſtrare tabellam.
Votiua Horat. Me tabula ſacer Votiua paries indicat.
Apellæa, picta ab Apelle. Proper. lib. 1. Qualis Apellæis eſt color in tabulis.

TABVM.

Turpe Verg. lib. 3. Geor. In ſtabulis turpi delapſa cadauera tabo.
Atrum Idem lib. 3. Aen. Vidi atro quum membra fluentia tabo.
Nigrum Ouid. lib. 2. Met. Protinus inuidiæ nigro ſqualentia tabo.
Cruentum Syll. lib. 11. Tabo repleta cruento.
Putre Idem lib. 13. Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.
Craſſum Stat. lib. 1. Theb. Craſſo ſqualentia corpora tabo.
Deciduum Sidon. Tabo madefacta Deciduo.
Torpens Pont. Sparſaq; torpenti liueſcunt hoſtia tabo.
Infandum Sabell. Infando ſtillantia corpora tabo.
Fluidum Mant. Corpora tangebant fluido ſtillantia tabo.
Triſte Verg. lib. 8. Triſti pendebat pallida tabo.

TABVRNVS, Mons eſt Campaniæ ferax oliuis.

Viridis Mant. Viridem vidiſſe Taburnum, Et Tyburtis agros.
Magnus Ver. Iuuat Iſmara Baccho Cõſerere, atq; olea magnũ veſtire Taburnum.

*TAEDA.*

*Tæda arbor liquorem ſeu picem ſtillat, & abundat liquido ſucco. Ea optimæ fiunt faces quæ propterea tædæ vocantur, & Ceres tædifera, quod in perquirenda Proſerpina tædas inflammauerit. Grata erat flammis & lumini ſacrorum, hanc mares duntaxat ferebant. Montes amat. Frequens eſt in Calabria.*

Pinguis Verg. in Buc. Hic focus & tædæ pingues, hic plurimus ignis.
Humida Idem lib. 9. Piceum fert humida lumen tæda.
Cerea Apul. Lucernis, tædis cereis, & alio genere ficti luminis.
Lucida Idem, Summus ſacerdos tæda lucida, & caſto præfatus ore.
Pinea Ouid. lib. 1. Faſt. Expectet puros pinea tæda dies.
Cerata Idem in Epiſt. Vror vt inducto cæratæ ſulphure tædæ.
Fumans Syll. lib. 13. Fumantes tædas ac lata incendia paſſim.
Flammicomans. Iuuenc. Ornatæ accinctæ tædarum flammicomantum.
Coruſca Idem, Tædiſq; vias ornare coruſcis.
Teres Mant. Et ferri teretes per compita tædas.
Buſtalis Barth. Buſtalibus horrida tædis Agmina.
Caſta Verg. Caſtis adolet dum altaria tædis.

*TAENARVS.*

*Promõtorium eſt Laconię iuxta Spartam, in quo fertur eſſe vorago, per quam poetæ finxerunt patere deſcenſum ad inferos.*

Spartanus Seneca, Spartaniq; aderit ianua Tænari.

*TAGES.*

*Tages primus omnium aruſpicij diſciplinam dedit Etruſcis. Ouid. lib. 15. Meth. Indigenæ dixere Tagem, qui primus Ethruſcam Edocuit gentem caſus aperire futuros.*

Thuſcus Luc. lib. 1. Sed conditor artis Finxerit iſta Tages, flexa ſic omnia Thuſcus Inuoluens.
Aruſpex Ouid. lib. 15. Quæ ſimul aſpexit Tyrrhenæ gentis aruſpex.

Genitus



Genitus tellure. Mant. Quæ genitus tellure Tages inuexerat olim.

*TAGVS.*

*Tagus fluuius eſt Hiſpaniæ, qui ramenta quandoq; aurea fertur euoluiſſe. Mart. lib. 8. Non illi ſatis eſt turbato ſordidus auro Hermus, & Heſperio qui ſonat orbe Tagus. Mant. In mare proripitur Tagus auricoloribus vndis. Claud. Non Tarteſſiacis illum ſatianet arenis tempeſtas precioſo Tagi. Plin. lib. 4. cap. 22. Tagus, inquit, auriferis arenis celebratur.*

Aurifer Mart. lib. 10. Auriferumq; tagum ſitiam patriumq; Salonem.
Aureus Mart. lib. 1. Aeſtus ſerenos aureo frangens tago.
Diues Idem lib. 10. Aurea quicquid habet diuitis vnda tagi.
Piſcoſus Idem ibidem, Piſcoſi calamo tagi notata.
Micans Claud. Fuluaq; intexta micantem Veſte tagum.
Turbidus Seneca, Tagusq; Ibera turbidus gaza fluens.
Clarus Idem, Flumine clarum radiari tagum.
Aurifluus Pont. Dum tagus aurifluo vectatur gurgite & vndis.
Impiger Sabel. Voluat, & Heſperijs tagus impiger obruat vndis.
Purpureus Lud. Big. Purpureiq; vndis aurea grana tagi.
Auricolor Mant. Tagus Auricoloribus vndis.
Heſperius Idem, Siue tagus fuluis inuidioſus aquis.
Locuples Mant. Et ripis vicina tagi locupletis Vliſpo.
Opacus Iuu. Sat. 3. Tanti non ſit tibi opaci Omnis arena tagi, quodq; &c.
Metallifer Blaſius Madronetus, Quodq; metalliferi parturit vnda tagi.

TALARIA.

Aurea Verg. Ac primum pedibus talaria nectit Aurea.

TALENTVM.

Fuluum Pont. Conueniunt, fuluis & mutant poma talentis.

TALPA.

Oculis captus. Verg. lib. 1. Georg. Aut oculis captæ fodere cubilia talpæ.
Obrutus terra. Plin. lib. 10. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra.

TANAQVIL.

Præſcia fatorum. Claud. Latijs mouet ora Camœnis Præſcia fatorum Tanaquil.

TANAIS.

Niualis Pamph. Quam petit Illyricus, Tanaim colit atq; niualem.
Scythicus Lib. 9. Quam Scythicus Tanais primis à Gadibus abſunt.
Rigens Clau. Seu forte rigentem Thermodontiaca Tanaim fregere ſecuri.
Gelidus Idẽ, Eſt genus extremos Scythię vergẽtis in ortus trãs gelidũ Tanaim.
Superbus Idem, Tanta nec clade ſuperbum Contundimus Tanaim.
Frigidus Seneca, Et qui frigidum ſeptena Tanaim ora petentem bibit.
Niuoſus Stroz. fil. Quin ſatius Tanais glaciem potare niuoſi.
Bicornis Barth. Tanaimq; bicornem Venari ſueti.

*TANTALVS.*

*Tantalum Iouis filium, & regem Phrygiæ fabulantur poetæ, dijs hoſpitio ſuſceptis Pelopem filium appoſuiſſe comedendum, ut eorũ diuinitatem experiretur, ac propterea apud infernos perpetua ſiti & fame torqueri, aquis & pomis ori imminentib. quæ non poſſit corripere. Vel hoc illi tormentum inditum eſt, quod deorum ſecreta mortalib. reuelauerit. Ouid. lib. 4. Met. Tibi Tantale nullæ Deprenduntur aquæ, quæq; imminet, effugit arbor. Idem, Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit. Idem in Ibin, Poma pater Pelopis pręſentia quærit, & idem ſemper eget liquidis, ſemper abundat aquis. Tibul. lib. 1. Tantalus eſt illic, & circũ ſtagna, ſed acrem iamiam poturi deſerit vnda ſitim. Seneca, In amne medio faucib. ſiccis ſenex Sectatur vndas, abluit mentum latex. Eidemq; quum iam ſæpe decepto dedit, Perit vnda in ore, poma deſtituunt famem. Idem, Stat luſus vacuo gutture Tantalus. Et pendet capiti plurima noxio Phineis auibus præda fugacior. Idem, Et inter vndas feruida exuſtus ſiti, &c.*

Infidus Horat. Optet quietem Pelopis infidus pater Egens benignæ Tantalus ſemper dapis.



Proditor

Proditor Oui.lib.3.Ele.Proditor in medio Tantalus amne ſitit.

Garrulus Mart.lib.10.Nunc inter vnda garruli ſenis.

Pater Pelopis, prius poſitum.

Fallax. Stat.lib.1.Theb.Nec enim arcano de pectore fallax Tantalus, & ſæuæ periit iniuria menſæ.

Siccus Seneca, Sicci progenies impia Tantali.

Phrygius Idem, Tunc primum Phrygius ſenex.

Sitibundus Palladius, Et ſitibundus aquas Tantalus ipſe daret.

TAPETES.

Pictis Verg.lib.7. Inſtratos oſtro alipedes, pictiſq; tapetis.

Pulchri Idem lib.9. Armaq; crateraſq; ſimul, pulchroſq; tapetas.

Tonſiles C.Martius apud Gell. Iam tonſiles tapetes ebrij fuco, quos concha.

Alti Stat.lib.1.Theb.Emunire thoros, altoſq; inferre tapetas.

Aſſyrij, quoniam optime fiebant in Aſſyria & Alexandria. Idem lib.2.Theb.Fuderat Aſſyrijs extructa tapetibus.

Purpurei Th.Rad.Purpureis tapetis, frenis argenteis, pictilibus balteis.

Picturati Barth.Et picturatis diues Bruxella tapetis.

Alexandrini Plaut.in Pſeud.Neque Alexandrina, beluara, conſuta tapetia.

*TARENTVM.*

*Tarentum vrbs fuit Calabriæ, clariſſima, vſu purpuræ celebris, à Tara Neptuni filio condita, aucta demum à Laconibus, qui duce Phalanto, pulſis priorib. incolis, eã per vim occuparunt, & tenuerũt. Hiſtoriographi dũt Tarentinos ad ampliſſimas paulatim diuitias ſupremamq; opulentiam fuiſſe prouectos, ac propterea illa fortuna (quæ ſolet eſſe nutrix voluptatum) eneruatos fuiſſe delicijs, ſic ut capillos vnguentis perfunderent, choroſq; ac feſtas ſolennitates multo rerum omnium apparatu plerunque agerent. Frequentiſſimi erant in compotationib. & genialibus conuiuijs, in quibus dabantur, & circunferebantur coronæ. Vno quoque menſe publicum epulum inſtruebant, cæſo boue. Priuati plebei etiamnum Veneri & commeſſationib. indulgebant aſſiduè. Ebriæ mulieres deſudantes vnguenta vino permiſcebant. Propterea rebus paulatim peſſum euntibus, florem ſui principatus & dignitatem amiſerunt.*

Herculeum, auctum à Phalanto, qui fuit octauus ab Hercule. Verg.lib.3.Aen. Hinc ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti Cernitur.

Lacedæmonium, Ouid.lib.15.Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum.

Molle Hora.lib.2.Serm. Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

Madidum, i. vnguentatum. Salm. Et Sybaris ſequitur luxus, madidiq; Tarenti.

Phalantæum Syll.lib.11.Inde Phalantæo leuitas animoſa Tarento.

Oebalium Claud.Formoſum Oebalij luxum preſſere Tarenti.

Imbelle Horat.lib.1.Epiſt.Sed vacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentum.

Vnctum Sidon.Ipſaq; quæ petij trepi dauerat vncta Tarentus.

Madens Pont.Bacchi deliciæ, aut madens Tarentum.

TARRVS. Fluuius eſt Italiæ.

Rapidus Mant.Iamq; propinquabant rapido prima agmina Tarro.

Sonans Idem, Tarrus, ab anguſtis Ligurum conuallib. hauſto Fonte, ferens multos amnes, ſinuatur in anguem, Et montana rigans longo veſtigia curſu, Se rapit in virides campos, vbi proxima Parmę, Ex humili Carrona iuga conſiderat arua, Arua foro ſubiecta nouo, vicina Nuceto. Et per ſaxa ſonans, duro latiſſimus alueo: Errabunda Padi grauidam vada voluit in aluum.

Saxoſus Idem, Euomitur clamans, multis ſaxoſus & aſper Gurgitibus, magno hinc montes, hinc margine montes Submouet.

Maculoſus Idem, Et fruticum raro maculoſus amictum Vmbrat aquas æſtu in ſœreis abeunte relictas.

*TARQVINIVS.*

*Fuit Romanorum regum vltimus, qui occiſo Seruio Tullio regnum ſceleſte occupauit, qui demum pulſus eſt propter ſtuprum, quod eius filius intulerat Lucretiæ. Fuit ſtrenuus bello*





*Latinos Sabinoſq; domuit. Sueſſam & Pometiam Ethruſcis eripuit, Gabios in poteſtatem redegit. Ex Volſcorum præda templum Ioui fecit in Capitolio. Armatos habuit ſtipatores ad cuſtodiã corporis. Ferias Latinas primus inſtituit. Lacus in circo & cloacam maximam fecit, vbi totius populi viribus vſus eſt. Capitolium condidit. Ad extremum regno pulſus, ea qua diximus cauſa, Cumas conceſſit, vbi per ſummam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit.*

Iniuſtus Ouid. Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat Regna, vir licet iniuſtus fortis ad arma tamen.

Dirus Fauſt.Pulſus es à patrio dire ſuperbe ſolo.

TARRACO.

Romana Mant.Illũ Romana videbit Tarraco, ſolenni põpa conſcẽdere ad aras.

Vitifera Syll.lib.3.Dat Tarraco pubem Vitifera, & tantum ceſſura Lyæo.

TARTARVS.

Plutonius Reuclin.in Sergio, Defendere à Plutonio illos Tartaro.

Squallidus Verg.in Culice, Pallenteſq; lacus, & ſquallida tartara terrent.

Triſtis Idem lib.4.Aen.Pallentes alias ſub triſtia tartara mittit.

Impius Idem lib.5.Aen.Non me impia namq; tartara habent.

Mœſtus Lucan.lib.6.Elyſias alij ſedes ac tartara mœſta.

Infeſtus Idem lib.7.Quod Stygij manes, infeſtaq; tartarã ſomnis.

Ater Lucr.lib.3.Nec tartara deditur atra.

Lucis egenus Idem lib.3.Et lucis egenus Tartarus horriferos eructans faucib æſtus.

Tenebroſum Ouid.lib.2.Metaph.Poſtquam Saturno tenebroſa in tartara miſſo.

Opacus Idem lib.10.Non huc, vt opaca viderent tartara.

Inanis Idem lib.11.Indeploratum ſub inania tartara mitte.

Funeſta Stat.lib.11.Funeſtaq; tartara letho Polluite.

Durus Idem lib.5.Syll.Tartara dura ſubis.

Fremens Clau.Nulloq; frementia luctu, Impia dilatis reſpirant tartara pœnis.

Piger Idem, pigraq; veloces per tartara concutit alas.

Inamœnus Polit.Inamœnaq; tartara paſſus.

Profundus Marull.Stagnis profundi tartari demiſeris.

Niger Verg.lib.6.Aeneid.Bis nigra videre Tartara.

Cauus Augurel.Manes pene cauo demere tartaro.

Vorax Quint.Sub quo voracis tartari adamantis fores.

Rapidus Idem, Tartarum ingenti rapidum triumpho.

Infauſtus Idem, Infauſta remordent tartara.

Luridus Mant.In lurida rurſum tartara deſcendet.

Concauus Idem, Effulſit clarum per concaua lumen Tartara.

Pallidum Idem, Contemplata graui ſub pallida tartara caſu.

Belialis Mant.Mortis & in medio Belialia tartara mundo.

Vlulans Idem, Ditis & æternis vlulantia tartara pœnis.

TATII.

Veteres Propert.lib.2.Qui quærit Tatios veteres duroſq; Sabinos.

TATIVS.

Ferus Propert.Atque Sabina feri contudit arma Tati. Rex fuit Sabinorum, quo cum Romulus imperium Romanum conſociauit.

*TAVRVS.*

*Porrò taurum Herculi primus ſacrificauit Menœcius Actoris filius, propter ſæuientem illum & fulmineum taurum ab ipſo Hercule interfectum. Immolabatur etiam Neptuno. Statius in Achil. Cæruleum regem tauro ueneratur auumq; Nerea. Syll.libro 15. Principio ſtatuunt aras, cadit ardua taurus Victima Neptuno pariter, pariterq; tonanti. Verg. Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo. Tauris abundat Meuania oppidum Vmbriæ. Luc. lib. 1. Tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. Mant. Tarpeio niueos mittit Meuania tauros. Ab hac dictione Taurus fit compoſitum taurigenus, Actius in Philoctete apud Macrobium, Taurigeno ſemine ortum fuiſſe an humano.*

Auriger Hom. Apud Cic. Aurigeris diuum placantis numina tauris.
Fortis Verg. lib. 1. Georg. Fortes inuerrant tauri.
Fumans Idem lib. 3. Georg. Ecce autem duro fumans ſub vomere taurus.
Minax Idem de Signis, Dux aries, & frons tauri metuenda minacis.
Trux Idem de Signis, Nubigenę iuuenis vector, taurið; trucis frons.
Aeripes Ouid. lib. 7. Aeripedes tauri, iactæq; vaporibus herbæ.
Validus. Idem lib. 7. Met. Validos miratur arator Inter opus tauros.
Toruus Idem lib. 8. Met. Quæ toruum ligno decepit adultera taurum.
Furibundus Idem lib. 13. Surgit, & vt taurus vacca furibundus adempta.
Corniger Idem lib. 15. Corniger hic taurus raptis expellitur vndis.
Acer Idem lib. 4. Triſt. Spargit tamen acer arenam Taurus.
Furens Idem in Epiſt. Serpentes igitur domui, taurosq; furentes.
Spacioſus Idem lib. 2. de Remed. Paruo necat morſu ſpacioſum vipera taurum.
Rabidus Syll. lib. 16. Rupesq; laceſſit irato rabidus cornu.
Bellator Stat. lib. 3. Theb. Sic nota ad paſcua taurus Bellator redit.
Arduus Idem lib. 4. Theb. Tt poſſeſſa diu taurus meat arduus.
Turbidus Idem lib. 11. Tunc ferus ante ictum ſpumis delubru cruentat taurus.
Indomitus Mant. At tauris demum indomitis annexa.
Furioſus Mart. lib. 2. At mea quæ paſſa eſt furioſi cornua tauri.
Tumens Val. Flac. lib. 2. Tum colla tumens, tum celſior armis taurus.
Durus Idem lib. 4. Duris regno non inuida tauris.
Segnis Idem lib. 4. Segnes ad iniqua altaria tauros.
Ignifer Idem lib. 8. Iungam igniferos ſine carmine tauros.
Ardens Idem, Credidit ardentes qui ſe nunc iungere tauros.
Alacer Idem, Alacres ardent qui ſternere tauros.
Ferox Seneca, Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas.
Horridus Idem, Genitq; tauros Dictæa linques horridus arua.
Fugax Idem, Qualis impreſſa fugax taurus bipenne.
Horrificans Pont. Mugitu horrificans cœlum.
Saliens Idem, Fert tergo ſalientem bucula taurum.
Immanis Stroz. pat. Strauerat immanem ſæuo certamine taurum.
Ignipes Sabell. Ignipedesq; iugo multo medicamine tauros.
Oculoſus Conr. Findis & latos oculoſe campos taure.
Agreſtis Barth. Agreſtem ruit in taurum.

*T A V R V S.*

*Mons eſt, teſte Plinio, qui ab Indico mari ſurgit, deinde inter Aegyptiũ & Pamphyliců pelagus obiectũ ſeptentrioni dextro latere, læuo Meridianæ plagæ occurrit, deniq; ſe Riphæis iugis annectit. Appellatur aũt nominib. uarijs, pro gentiũ ac linguarũ uarietate. Apud Indos Hiamos, apud Parthos Premiphates, inde Taurus, ubi uerò in maximã conſurgit ſublimitatẽ, Caucaſus.*

Cilix Syll. lib. 13. Hinc Cilicis tauri ſaxoſa cacumina viſet.
Frigidus Tibull. Frigidus intonſos taurus arat Cilicas.
Inhoſpitalis Seneca, Nec inhoſpitalis taurus aut ſparſus Scythes.
Scythes, id eſt Scythicus, Idem, An taurus Scythes, Colchusq; Phaſis.
Rigens Idem, Taurus coercet, frigore arctoo rigens.
Niuoſus Remacl. Rupibus, impono, taure niuoſe, tuis.

*T A X V S.*

*Taxus arbor ſimilis eſt abieti. Baccas profert uenenatas, præcipuè in Hiſpania. Hinc plerique toxicum dictum arbitrantur, vel taxicum mutatione literæ. Feralis eſt, eius fumo necantur mures. Eſt in Arcadia adeò uenenata hæc arbor, ut ſi quis ſub ea dormiat aut capiat cibum, protinus emoriatur, Plin. ait eſſe innoxiam, ſi in ipſam clauus æreus infigatur. Ea paſtæ apes mel conficiunt amariſſimum. Frequens eſt in Corſica.*

Cyrnæa Verg. in Buc. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.
Nocens Idem lib. 2. Georg. Piceæ tantum taxiq; nocentes.

Inimica



Inimica Pallad. Rut. Sed taxi remoueantur inimicæ.
Funeſta Ouid. lib. 4. Met. Eſt via decliuis funeſta nubila taxo.
Flagrans Stat. lib. 4. Theb. Flagranti præuia taxo.
Metuenda Idem lib. 6. Orniq;, iliceæq; trabes, metuendaq; ſucco Taxus.
Peſtifera Claud. Qualis peſtiferas animari ad crimina taxos.
Mortifera Mant. Erue mortiferas taxos, aconita, cicutas.
Noxia Stroz. fil. Irrepitq; comis, lauri vice, noxia taxus.
Ferialis Idem, Mœſtaq; ferales prætendunt atria taxos.
Lethalis Pamph. O nunquam venias lethalis limina taxus.
Amans frigora. Bapt. Egn. Non abies ornat, nec amantes frigora taxi.
Olens Mant. Taxus olens, eruca ſalax, grauis herba cicutæ.
Baccifera Barth. Pallentibus vmbris Bacciferæ taxi.
Lethifera Idem, Lethiferam taxum, triſtiq; ex ilice frondes.
Germanica Idem, Prorumpit montana abies, Germanica taxus.
Leuis Idem, Taxiq; leues flectuntur in arcus.
Amara Mant. Dedecus, atque fauis taxos iniecit amaras.

T A Y G E T V S, Mons eſt & oppidum Laconiæ.

Gelidus Lucan. lib. 5. Gelidiq; inculta iuuentus Taygeti.
Algens Stat. lib. 1. Syl. Et Dryadum viduare choris algentia poſſit Taygeta.
Virens Sabell. Taygetusq; virens, nec non cerealis Hymettus.
Summus Claud. Equitataq; ſummi Culmina Taygeti.
Arduus Stat in Achil. Minor Othrys, & ardua ſidunt Taygeta.

T E G M E N.

Textile Lucr. lib. 5. Nexilis ante fuit veſtis quàm textile tegmen.

T E G V L A.

Conuexa Quint. in Cleopoli, Conuexasq; tegulas Cynira ipſe.
Curta Proper. lib. 4. Læſit & obiectum tegula curta caput.

T E L A.

Pharia, id eſt Aegyptia. Lucan. lib. 10. Vt mos eſt Pharijs miſcendi licia telis.
Icariotis Textor, Non fero pręgnantem calathum Icariotide tela.
Pendula Idem in Epiſt. Laſſaret viduas pendula tela manus.
Memphitis Syll. lib. 14. Aulæis ſcribuntur acu, & Memphitide tela.
Tenuis Catullus, Nec tenuem texens ſublimis aranea telam.
Arachnæa Manil. Seq; in Arachnæa magnum putat eſſe triumphum.
Achæmenia Auſonius, Laudet Achæmenias Orienti gloria telas.
Sollicita, id eſt ſollicitè facta. Claud. In tua ſollicitas vrgens velamina telas.
Dionæa Idem, Mira Dionææ ſumit velamina telæ.
Perennis Aeg. Maſ. Textoris tela perennis erit.

T E C T V M.

Vmbroſum Tibul. lib. 1. Sic vmbroſa tibi contingant tecta Priape.
Inclitum Qu. Serenus, Tarpeias artes atq; inclita tecta petiſti.

T E L C H I N E S.

Ialyſij Ouid. lib. 7. Met. Phœbæamq; Rhodon & Ialyſios Telchinas.

T E L E G O N V S.

Acæas Ouid. Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis vdi.
Parricida Hor. li. 2. Car. Decliue contempleris aruũ & Telegoni iuga parricidæ.

T E L E M A C H V S.

Penelopeus Catull. Qualis vnica ab optima matre Telemacho manet.

T H E L E M V S.

Eurymedes Ouid. lib. 13. Met. Thelemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales.

*T E L E P H V S.*

*Telephus filius fuit Herculis ex Auge Nympha, nutritus à cerua. Hic poſtea Myſorũ rex factus, quum Græcos ad expeditionem Troianam proficiſcentes prohibere uellet, ne pertranſirent*

 per

*per Myſiam, ab Achille vulneratus eſt. Qua plaga ſanari prius nõ potuit, q̃ ſuadentib. oraculis, eadem haſta repercuteretur. Hora ius, Mouit nepotem Telephus Nereũ, in quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorũ. Serenus, Vt Lariſſæa curatur Te ephus haſta. Prop. li. 1. Myſus & Hæmonia iuuenis qui cuſpide vulnus Senſerat, hac ipſa cuſpida ſenſit opẽ. Claud. Sanus Achillæis remeauit Telephus herbis, Cuius pertulerat vires, & ſenſit in imo Lethalem placidumq; manũ, medicina per hoſtem Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe dolores. Ouid. in Ibin, Nec leuius doleas, quàm qui bibit ubera ceruæ, Armatusq; tulit vulnus inerme potens. Idem lib. 1. de Rem. Vulnus Achillæo quę quondam fecerat hoſti. Vulneris auxilium Pelias haſta tulit.*

Myſus Ouid.lib.2.de Ponto, Profluit & Myſo Pelias haſta duci.
Lyrneſſis Idem in Ibin, Aut vt Abantiades, aut vt Lyrneſſius heros.

### TELLVS.

Picta Verg.in Culice, Florida cum tellus gemmantes picta per herbas.
Alma Ouid.lib.2.Met.Alma tamen tellus vt erat circundata ponto.
Florida Colum.Nunc apio viridi criſpetur florida tellus.
Fertilis Horat.in Carm.ſæculari, Fertilis frugum pecoriſq; tellus.
Dædala,i.varia Lucr.lib.1.Tibi ſuaues Dædala tellus Submittit Flores.
Humida Lucr.lib.2.Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.
Humens Ouid.lib.1.Met.Nec humenti ſenſit telluere remitti.
Fœcunda Idem in Epiſt.Quod neq; graminibus tellus fœcunda creatis.
Arenoſa Syll.lib.16.Fuluus arenoſa ſurgens tellure.
Verna Stat.lib.4.Theb.At puer in gremio vernæ telluris.
Solida Idem lib.3.Syl.Solidæq; pios telluris alumnos.
Diues Manill.Inde Aſiæ populi, diueſq; per omnia tellus.
Globoſa Mart.Cap.Globoſam rotunditatis flexibus habendam eſſe tellurem.
Roſida Senea, dum ſigna pedum roſida tellus impreſſa tenet.
Grauida Pont.Vltimus erupit grauida tellure creatus.
Omnifera Pont.Munera & omniferæ ſacrum telluris honorem.
Frugifera Marul.Et quæ benignos frugiferæ ſinus Telluris.
Madida Stroz.fil.Iamdudum exanimis madida tellure iacebat.
Opulenta Mant.Tunc eſt felix opulentaq; tellus.
Ferax Sabell.Cauſa fuit teluſq; ferax.
Pendula Conrad.Stabilita puncta pendula tellus.
Parens frugum.Theocr.Frugumq; parens chariſſima tellus.
Vernans Quint.Spargitq; vernans floridum tellus ſinum.
Vorax Idem, Tellus ſuo abſorpſit vndas pectore adoperto vorax.
Herbifera Pallad.Soran.Non tamen herbifera diuum telluere iacere.
Omnipara Mich.Ang.Omniparæ telluris opes.
Multifera Mant.Iugera multiferæ tibi ſunt telluris & horti.
Verſicolor Idem, Sed æquo e in alto Verſicolor tellus.
Fœta Fauſt.Fœta ſalutiferas tellus quas parturit herbas.
Renidens Idem, Herba renidenti præcox tellure vireſcit.
Succuba Architr.Zephyris vbi ſuccuba tellus Veris alumnat opes.
Prægnatiua Idem, Prægnatiua parit reſoluas & lilia tellus.
Gelida Mant.Et ſacrum gelida ſparſum eſt tellure cerebrum.
Reproba & maledicto proxima.Bon.Heb.6. Reproba & maledicto proxima tellus, Quæ tribulos, ſpinas, vepres incendia profert.

### TELVM.

Martium Verg.in Buc.Noſtra valent Lycida tela inter Martia.
Typhoeum Verg.lib.1.Aen.Nate, patris ſummi, qui tela Typhoea temnis.
Acutum Idem lib.3.Aen.Et telo lumen tenebramus acuto.
Infeſtum Verg.lib.5.Aen.Conuertere vias, infeſtaq; tela tulere.
Penetrabile Verg.lib.10.Aſpice num magne ſit noſtrum penetrabile telum.
Miſſile Verg.lib.10.Dextra mihi Deus, & telum, quod miſſile libro.

Sæuum



Sæuum Verg.lib.11.Tela vndiq; ſæua premebant.
Arboreum Verg.lib.12.Telumq; coruſcat Ingens arboreum.
Fatale Idem, Cuncti telum Aeneas fatale coruſcat.
Immedicabile.Verg.lib.12.Parthus ſiue Sydon telum immedicabile torſit.
Stridulum Lucan.lib.8.Stridula ſed multo ſaturantur tela veneno.
Illitum Idem lib.8.Illita tela dolis.
Noxium Idem, Theſſaliaq; procul tam noxia tela fugaſſet.
Volatile Verg.lib.4.Aen.Liquitq; volatile ferrum Neſcius.
Lucidum Lucret.lib.4.Ante fuit multo quàm lucida tela volarent.
Volans Gell.lib.15.Cædem, fugam, tela volantia.
Mortiferum Apull.Quum nullum aliud telum mortiferũ fortuna ſubminiſtraret.
Vulnificum Ouid.lib.2.Met.Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.
Strictum Ouid.lib.3.Met.Non tuba terruerit, non ſtrictis agmina telis.
Exitiabile Ouid.lib.6.Met.Dumq; manu tentat trahere extiabile telum.
Iaculabile Ouid.lib.7.Met.Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Vibrans Idem lib.12 Concutienſq; ſuis vibrantia tela lacertis.
Tremens Ouid.lib.12.Rurſuſq; trementia forti Tela manu torſit.
Perfidum Ouid.lib.2.Faſt.Simplex nobilitas perfida tela caue.
Nocens Idem lib.4.Faſt.Vtilius gladios, & tela nocentia carpes.
Ferum Idem Ouid.lib.2.Triſt.Fulmenq; tuum fera tela reconde.
Cruentum Idem, Bella ſonant alij telis inſtructa cruentis.
Imbutum Ouid.lib.4.Triſt.Hoſtis habens arcus, imbutaq; tela veneno.
Luridum Idem lib.5.Triſt.Telaq; vipereo lurida felle gerat.
Iniquum Idem Ouid.lib.2.de Ponto, Sic ego fortunæ telis confixus iniquis.
Tinctum Idem in Epiſt.Fœmina tela tulit lernæis tincta venenis.
Bellicum Idem Ouid.Quid mihi cum ferro, quid bellica tela puellæ?
Forte Ouid.in Epiſt.Aſpicis in timida fortia tela manu.
Leue Ouid.in Epiſt.Molle meum leuibus cor eſt voalabile telis.
Hamatum Idem li.2.Eleg.Quid iuuat in nudis hamata recondere tela Oſſibus.
Minoium, id eſt, Creticum.Syll.lib.2.Voluc erq; chalibs Minoia tela.
Tremebundum.Idem lib.5.Iactatus titubante ſolo tremebundaq; tela.
Baleare Syl.lib.7.Enſis & arcus, Et telum baleare ſimul.
Garamanticum.Idem, Heu ſortem necis euaſit, Garamantica tela.
Stridens Idem lib.9. Qua dextra veniant ſtridentis ſibila teli.
Hoſticum Syll.lib.19.Non hoſtica tela Excipias tergo.
Mauruſium Idem lib.13.Ductor & Autololas dedit & Mauruſia tela.
Sequax Syl.lib.15.Teloq; inſtare ſequaci.
Micans Stat.lib.2.Theb.Ferroq; micantia tela.
Dictæum Stat.lib.4.Theb.Ignouiſſe ferunt comiti, Dictæaq; tela.
Feſtinum Idem lib.5.Theb.Feſtinaq; tela Ponite.
Vagum Idem lib.6.Theb.Gnoſiacos arcus habet & vaga tela Mneſteus.
Lycium Idem lib.6.Theb.Fundat ne Mycia cornu Tela rogant.
Fragile Idem lib.8.Fragiliq; laceſſeret telo.
Intortum Idem, Miſſile ceu totis intortum viribus hauſit.
Infectum Stat.lib.9.Theb.Infectaq; ſanguine tela.
Aſperum Idem lib.9.Nulli tela aſpera mortis Dant veniam.
Terga ſequens, Idem lib.10.Nec terga ſequacibus vnquam Detrahitur telis.
Vltrix Idem Stat.Et tela vltricia poſcit.
Mauortium Pont.Nec enim Mauortia tela Horrebis.
Horridum Val.Flac.lib.2.Viridis circum horrida tela Sylua tremit.
Celer Idem lib.3.Proſtrauitq; virum celeri per pectora telo.
Trabale Val.Flac.li.8.Et tela trabalia dextris expediunt.
Cyclopeum Claud.Quod non Cyclopea tela Stringimus.

Sitiens

Satiens Idem,Iam mihi barbaricos ſitientia tela cruores.
Tetrum Manilius,Bellaq; morborum tetris pugnantia telis.
Lernæum Seneca,Ipſa lernæis frequens pharetra telis.
Hoſtile Idem,Non hoſtilibus confoſſa telis.
Coruſcum Seneca,Coruſca ſæuat tela iaculetur manu.
Phœbæum Idem Phœbæa nec me tela pepulerunt gradu.
Violentum Pont.Violentaq; tele miniſtrat
Horrens Idem,Et tela ferox horrentia quaſſat.
Rutilans Idem,Si Mauors telo infelix rutilante laceſſat.
Vulcanium Pont.Aut cœlo quæ impulſa ruunt Vulcania tela.
Fulmineum Pont.Vires quæ vlnera teli Fulmineli.
Radians Idem,Obtundens radiantia tela.
Volucre Idem,Nec tamen volucri perfigit pectora telo.
Ferratile Pont.Hauſit & immeritum latus heu ferratile telum.
Centauricum.Polit.Ingentiq; manu centaurica tela tenentem.
Splendidum.Stroz.pat.Deprompſit niuea ſplendida tela manu.
Sanguinolentum.Stroz.fil.Tedaq; de cæſis ſanguinolenta feris.
Durum Pamph.Saxus,Mars ferus hic acies,duraq; tela mouet.
Horrendum.Idem,Fugit horrendis ſtimulata telis.
Igneum Idem Pamph.Ignea tela ruunt.
Ferreum Idem,Aurea cur geſtas & ferrea tela Cupido.
Nefarium Cicero pro domo ſua,In me omnia,quæ ego quondam retuderam con iurationis nefaria tela adhæſerunt.
Samiatū,veteres ſamiata tela pro his acceperunt,quæ in ſpiculū mucronata, &c.
Fulgidum Quintianus,Fulgidis telis viæ latæ micabant.
Fulgens Idem,Aureus eſt manibus telis fulgentibus arcus.
Iouiale Idem,Mouiſti à ſtygio Iouialia tela.
Peracutum Pallad.Sor.Immeritò mihi tela mouerit peracuta quærenti.
Plumbiferum.Idem,Saucia plumbifero veluti Peneia telo.
Flammatum Idem,His mea flammato fixi præcordia telo.
Sanguineum Idem,Sanguineis telis in tua facta ferar.
Ahenum Mant.Galeas & ahena tela.
Aereum Idem,Non ærea tela Tractabit.
Ineuitabile Idem,Quod ineuitabile telum Præuidiſſe nocet,
Flammans Idem,Et penetrat flammantibus inguina telis.
Triſulcum Idem,Nec metuunt telum expectaut triſulcum.
Lethale Idem,Obuia tranſadigit lethalibus inguina telis.
Crudele Callent.Ille dedit puero crudelia tela volanti.
Splendens Cantalycius, Abſterſit ferri ſplendentia tela.
Flagrans Fauſtus.An tua flagranti traiecit viſcera telo.
Venenatum Bapt.Pius,Fortè venenato dum ſaucia pectora telo.
Tripenne Mant.Frenaturi arcus, & tela tripennia mittunt.
Ventoſum Hieronymus Angerianus,Num ventoſa mihi ſunt tela, nec illa cruorē Educunt.
Aeratum Tibul.lib.1.An nobis ęrata lares depellite tela.
Caducum Propert.lib.4.Vidi ego labentes,& tela caduca.
Hamentatum.Pont.Armaq; pilaq;,hamentataq; tela cateias.

TEMERITAS.

Cęca Seneca,Cęca eſt temeritas,quę petit caſum ducem.
Furioſa Cic.in Catilinam,Nec Caij Cethegi furioſam temeritatē ptimeſcēdā.

TEMO.

Longus Stroz.pat.Cauda nec in longi ſpeciem temonis abibat.
Agilis Pont.Pellunt agili temone iugales.





TEMPE.

*Tempe montes ſunt Theſſaliæ amœniſſimi, & perpetui veris temperie uoluptifici,referti arboribus uolucrum concentibus arguti,rigui fontibus,propinqui Peneo fluuio. Vnde Ouid.li.1. Met.Eſt nemus Hæmoniæ prerupta quod undiq; claudit Sylua,uocant tempe,per quę Peneus ab imo Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis. Fit inde adiectiuum temp ęus, ideſt amœnus. Mant.Per loca cœleſtem ducit tempæa cateruam.*

Frigida Verg.lib.2.Georg.Speluncæ,viuiq; lacus,& frigida Tempe.
Peneia,à Peneo fluuio.Idem lib.4.Geor. Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe.
Grata Idem in Culice,O pecus,ò panes,atq; ò gratiſſima Tempe.
Nemoroſa Lucan.lib.8.Iam ſuper Herculeas fauces,nemoroſaq; Tempe.
Theſſala Colum.Quæ colitis nemus,Amphryſiq; & Theſſala Tempe.
Zephyris agitata.Horat.lib.3.Carm.Non Zephyris agitata Tempe.
Cycneia Ouid.lib.7.Met.Inde lacus Hyries videt, & cycneia Tempe.
Oloria Idem lib.4.Faſt. Hinc Camarinam adiit,Tapſonq;,& oloria Tempe.
Helyconia Idem lib.1.Elegiarū.An quòd vbiq; tuū eſt, tua ſunt Heliconia Tēpe.
Teumeſſia Stat.lib.1.Theb.Illius in ſpeciem,quem per Teumeſſia Tempe.
Vmbroſa Idem lib.6.Theb.His labor abſciſſam Nemeen vmbroſaq; Tempe.
Phthiotica, Phthiæ vrbe Theſſaliæ Achillis patria. Barth.Haud aliter Phthiotica Tempe Amittunt flores.
Roſida Polit.Et ſpecus,& gelidi fontes,& roſida Tempe.
Schininoia Stroz.pat.Seu feſtos luſus,ſeu ſchininoia Tempe.
Opaca Seneca,Theſſali montes,& opaca Tempe.
Theſſalica Liuius,Quorum ſub aduentu ad Theſſalica Tempe.
Florida Guill.Caſtell.O fortunatos ſaltus,ò florida Tempe.
Dulcia Mant.Vbi dulcia Tempe,Et ſyncera quies.
Gaurana Idem,Quicquid enim Baiana ferunt,Gauranaq; Tempe.
Ruſtica Idem,Purpurei tot veris opes, tot ruſtica Tempe.

TEMPERIES.

Salubris Augurell.Namq; ſalubri temperie cœli præſtant.
Verna Mant.Vernaq; temperies,ſemper ſine nubibus aer.
Benigna Claud.Mentiſq; benigna Temperies,doctiq; ſales.

TEMPESTAS.

Fœda Verg.lib.1.Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris.
Sonora Idem lib.1.Aen.Luctantes ventos,tempeſtateſq; ſonoras.
Turbida Idem lib.12.It toto turbida cœlo Tempeſtas.
Ventoſa Augurell.Tempeſtas ventoſa furit.
Opaca Lucret.lib.6.Hic vbi ſol radiis tempeſtatem inter opacam.
Grauida procellis.Idem,Fulminibus grauidam tempeſtatem atq; procellis.
Volans Idem,Adde vagos imbres tempeſtateſq; volantes.
Pluuia Lucret.Et tempeſtates pluuiæ grauiore coortu.
Fera Ouid.lib.1.Faſt.Nec fera tempeſtas toto tamen errat in anno.
Aſpera Ruffus Feſt.Aſpera quippe tempeſtas geliduſq; dies.
Horrida Syl.lib.4.Fertur ab immenſo tempeſtas horrida cœlo.
Acerba Vegetius Euenit acerba tempeſtas.
Maligna Stat.lib.7.Theb.Si forte maligna Tempeſtas.
Animoſa Idem lib.9.Tumidi fluctus,animoſaq; ſurgit Tempeſtas.
Naufraga Val.Flac.lib.1.Et naufraga feruet Tempeſtas.
Atrox Claud Circumſtetit atrox Tempeſtas.
Violenta Seneca,Nulla tempeſtas fretum violenta turbet.
Sæuiens Budæus,Sæuiente tempeſtatē ita nos formare conuenit.
Maritima Liuius,Omen quoq; maritima tempeſtas ad rem gerendam fuit.
Iniqua Pamph.Saxus,Vertit & haſtarum vi tempeſtatis iniquæ.
Dira Sabell.Fœda hæc & dira remittet Tempeſtas.

Vorax Conrad.Tempeſtasq́; vorax ſagasq́; naufraga.
Valida Augur.Valida cum tempeſtate feretur.
Atra Petrarcha,Sic tempeſtatibus atris Tutus adeſt portus.
Inopia Idem,Tempeſtas inopia ferit.
Nymboſa Mant.Seruaſſet neq; tempeſtas nymboſa,nec anſer.
Fragoſa Idem,Tempeſtatemq́; fragoſam Inuehit.
Aeria Mant.Sic fulmina pellunt Aerias tempeſtates.
Furibunda Idem,Rapuit furibunda virorum Millia tempeſtas.
Nymbifera Idem,Nymbifera montes quum tempeſtate per altos.
Obſcura Idem,Obſcuris niſi tempeſtatibus actum.
Picea Idem,Piceave ſonantem Tempeſtate nothum.
Inſana Fauſt.Euaſum inſana ſe tempeſtate ferebat.
Turbulenta Plaut.in Rudente,Quia illa mihi turbulenrà tempeſtate euenerat.

## T E M P L V M.

Operoſum Verg.in Aetna,Magnificas laudes,operoſaq́; viſere templa.
Laqueatum Lucret.lib.2.Ne citharis reboant laqueata aurataq́; templa.
Lucidum Idem,Suſpicere in cœli dignatur lucida templa.
Fulgens Idem lib.5.Denſabant procul a terris fulgentia templa.
Niueum Ouid.lib.1.de Rem.Candida te niueo poſuit lux proxima templo.
Aureum Bapt.Pius,Siue piæ Veneris placet aurea viſere templa.
Venerabile Stroz.pat.Fulminis ad ripas Maria venerabile templum.
Marmoreum.Idem,At tu marmoreis referas pia munera templis.
Religioſum Mant.Qui religioſa maligni Templa,domosq́; animis audent violare.
Excelſum Stat.lib.3.Syll.Et ab excelſo veniat ſoror hoſtia templo.
Sacratum Manil.Hinc auguſta nitent ſacratis munera templis.
Altum Mart.lib.2.Ad alta tonſum templa quum reum miſit.
Roſidum Idem lib.4.In iugulum pueri,qui roſida templa ſubibat.
Sanctum Manil.Sculpent em faciet ſanctis laquearia templis.
Arduum Stroz.fil.Ardua quum magno templa nouanda Ioui.
Impollutum.Pont.Magnorumq́; cadunt templa impolluta deorum.
Cultum Idem,Cultaq́; diuino carmine templa ſonent.
Votiuum Marull.Ferre votiuis pia thura templis.
Opimum Idem,Et opima Cypri templa reuiſens.
Precioſum Codrus,Vbi templa deùm precioſa fuère.
Sublime Stroz.pat.Aſpice ſublimis rector faſtigia templi.
Inclytum Pamph.Inclyta cui matres condita templa deæ.
Grande Sabell.Hæc fuerint centum his terris tibi grandia templa.
Immane Verg.lib.6.Poſuitq́; immania templa.
Spacioſum Sabell.Spacioſaq́; cœli Templa tonent.
Canum Crin.Sic per immenſi cana templa cœli.
Excultum. Quint.Fundit in excultis templis.
Pictum Mant.Picto perlegi hæc omnia templo.
Auratum Claud.Aurati delubra tenent communia templi.
Pingue Apoll.apud Theo. Qui mea nuper adis, hæc pinguia templa Lycurge.
Conſpicuum.Theod.Martyrum verò conſpicua templa cernuntur.
Eburnum Proper.lib 4.Nec me turba iuuat,nec templo lætor eburno.
Sacrum Tibul.lib.3.Quod ſi vera canunt ſacris oracula templis.

## T E M P V S.

Irreparabile Verg.lib.3.Georg.Sed fugit interea,fugit irreparabile tempus.
Edax Oui.li.15.Tẽpus edax rerũ, tuq́; inuidioſa vetuſtas Omnia deſtruitis.
Tacitum Idem lib.4.de Ponto,Per quæ clam tacitum tempus abire ſolet.
Subitum Ruff.Feſt.Subitis obrepat nobile fatum Temporibus.
Auidum Seneca,Tempus nos auidum deuorat & chaos.





Fluitans Pont.Paſſibus incedens fluitantia tempora penſat.
Irreuocabile Stroz.fil.Nec finit incaſſum labi irreuocabile tempus.
Inuidum Conr.Inuidum tempus cadet omne clarum.
Auarum Idem,Auara quid non tempora deuorant.
Obliuioſum.Idem,Obliuioſum cuncta ſed tempus vorat.
Lubricum. Quint.Tempora prætereunt tacito pede lubrica.
Mobile Mant.Mobile tempus abit,mora nulla fugacibus annis.
Fugitiuum Idem,Quid breuia incertæ fugitiuaq́; tempora vitæ.
Labens Idem,Omnia deſtituunt labentia tempora.
Irremeabile Barth.Hinc horæ,ſolesq́;,atq; irremeabile tempus.
Volubile Cor.Gallus,Cuncta trahit ſecum voluitq́; volubile tempus.

## T E N E B R AE.

Gelidæ Stat.li.2.Theb.Impulerat cœlo gelidas aurora tenebras.
Incautæ Lucan.lib.5.Sponte per incautas audet tentare latebras.
Infernæ Manil.Fugit in infernas caligo pulſa tenebras.
Cæca Lucret.lib.2.Atq; omnia cæcis In tenebris metuunt.
Somnolentæ.Apul.Relictis ſomnolentis tenebris ad aliã pœnalẽ euigila caliginẽ.
Fumoſæ Idem lib.9.Et fumoſis tenebris vaporoſæ caliginis palpebras adeſi.
Nocturnæ Idem,Nocturnas tenebras cauſabatur ſibi obſiſtere.
Pruinoſæ Ouid.lib.5.Met.Perq́; pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Quietæ Syll.lib.10.Ciet inde quietis Regnantem tenebris ſomnum.
Atræ Idem li.12.Et atris.Decreſcens tenebris languentia lumina condet.
Profundæ Idẽ ibid.Merſusq́; profundis Agnouit tenebris celeſtia bella Typheus.
Nigrantes Sta.lib.12.Solaq́; nigrantes laxabant aſtra tenebras.
Triſtes. Conr.Denſantur tenebris æquora triſtibus.
Arcanæ Stat.in Achil.Arcanis effert pudibunda tenebris Deidamia gradum.
Humentes Idem,Exuit implicitum tenebris humentibus orbem.
Immundæ Proper.lib.3.Sæpe illam immundis paſſa eſt habitare tenebris.
Obductæ Idem,Quid faciam,obductis committam mene tenebris?
Fallaces Val.Flac.lib.3.Acceſſere nefas,tenebris fallacibus acti.
Tacitæ Idem lib.5.Vel tu ſola polo,tacitisq́; inopina tenebris labere.
Opacæ Cic.in Arato,Et totum ſeſe Centaurus opacis Eripit è tenebris.
Nebuloſæ Ruff.Feſt.Et nebuloſarum ractus piceos tenebrãrum.
Ergaſtulares Sidon.Cui in tenebris ergaſtularibus conſtituto, &c.
Turpes Seneca.Stanchaos denſum,tenebræq́; turpes.
Nigræ Pont.Caligo ac nigræ cœlum eripuere tenebræ.
Malignæ Pont.Nec color vllus erat rebus tenebrisq́; malignis.
Occultæ Idem,Occultas odere tenebras, Exultantq́; die.
Cimmeriæ Lactant.O cæcũ pecus, ò mentẽ Cimmeriis (vt aiunt) tenebris atriorẽ.
Fuſculæ Pont.Quid tum nox nigra,fuſculæ tenebræ.
Latebricoſæ Salmonius,Abſtruſam latebris,tenebris latebricoſis.
Silentioſæ Thom.Rad.Octauum exanguis pallor,ſilentioſas tenebras,&c.
Erraticæ Budæus,Quæ primore aſpectu certa in tenebras tãdẽ erraticas ferebãt.
Obſcuræ Polit.Sed longum tamen obſcuris immerſa tenebris Gens rudis.
Inextricabiles.Lact.Ac ſine vllo laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles.
Horrentes Idẽ,Et cæcas tenebris horrẽtibus noctes fulgore ſuæ claritatis illuſtrat.
Labyrinthææ.Pamph.Et labirinthæis vix fugit è tenebris.
Horrendæ Mirandula.Horrendas petiit luce impellente tenebras.
Horrificæ Lud.Bigus,A patre horrificis clauditur in tenebris.
Furuæ Iuuencus.Demerges præceps furuis miſerande tenebris.
Tetræ Quint.Adeò tenebris obſitum tetris ſpecum.
Imaginoſæ Idem,Vrgent nubibus Mentem vagis imaginoſæ tenebræ.
Vmbroſæ Idem,Quæ noctem vmbroſis rapit immaculata tenebris.

Informes Mich. Angl. Informes noctis tenebras, maſſamq; vetuſtam.
Latentes Mant. Vis ferre latentes Carceris obſcuri tenebras.
Somniferæ Idem, Somniferaſq; fuget tenebras.
Inanes Idem, Subſtitit, & tenebras oculis ſcrutatus inanes.
Stigiæ Stat. lib. 8. Theb. Stigijs emiſſa tenebris Mors fruitur campo.
Inertes Verg. in Moreto, Sollicitaq; manu tenebras explorat inertes.
Terrificæ Bernard. in Bolog. Eripe terrificis ſolita virtute tenebris.
Nigriueſtes Muſæus, Dum videt extendi nigriueſtes nocte tenebras.

TENIA.

Tenia, ſeu tena dicit vittarũ extremitas.

Spartea Apul. Illicò ſcitiſſimè teniæ ſparteæ totus innixus diſcurſus alacres totus obirem.
Punicea Verg. lib. 2. Aen. Puniceis ibant euincti tempora tenis.

TENOR.

Certus Quint. Seren. Membrorum ſeries certo deducta tenore.

TEPOR.

Lenis Ouid. lib. 1. Met. Quæ neq; dant flammas, leniq; tepore cremantur.
Placidus Mant. Igneaq; in placidum vis eſt conuerſa teporem.

*TEREBINTHVS.*

*Terebinthus arbor ſolidiatē habet in ſpeciem buxi. Reſinam emittit odoratam, quæ inde vocatur terebinthia. Maſcula eſt ſine fructu. Fœminarum duo ſunt genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallet. Frequēs eſt & magna in Syria, fructuoſa in Macedonia. Lenta eius materies & fidelis ad vetuſtatem, lignum nigri ſplendoris, flos racemoſus oliuæ modo, denſa folia, quę non decidunt. Fert folliculos emittentes quædam animalcula ceu culices, & lentorem reſinoſum, qui cortice erumpit. Meſſibus reddit ſemen.*

Orithia Verg. lib. 10. Incluſum buxo, aut Orithia terebintho Lucet ebur.
Fruticoſa Plin. lib. 15. Arbor ipſa fruticoſa, fructus anno matureſcit.

TEREBRVM.

Obliquum Sabell. Et perpendiculum ac obliqui prima terebri Commoda.

*TEREVS.*

*Tereus, rex fuit Thracum, Martis filius ex Biſtonide nympha, qui Philomelam filiam Pandionis regis Athenarum vxoris ſuæ Prognes ſororem ſtuprauit, eiq; ne flagitium proderet, linguam amputauit: quod vbi reſciuit Progne, filium Ithim eidem comedendum appoſuit.*

Biſtonius Verg. in Cul. Quarum vox querula eſt ſuperat quod Biſtonius rex.
Threicius Ouid. li. 6. Met. Threicius Tereus, hæc auxiliaribus armis Fuderat.
Odryſius Idem, At rex Odryſius quamuis ſeceſſit ab illa.
Ferus Idem, Talibus ira feri poſtquam commota tyranni.
Sæuus Idem lib. 6. Met. Euoluit veſtes ſæui matrona tyranni.
Thracius Idem ibidem, Thracius ingenti menſas clamore repellit.
Iſmarius Idem lib. 2. Eleg. Quid ſcelus Iſmarij quereris Philomela tyranni.
Iniquus Stat. lib. 12. Et iniquum Terea clamant.
Inceſtus Mart. lib. 14. Flet Philomela nefas inceſti Tereos.
Thrax Mant. Vim Thracis paſſa eſt Philomela tyranni.
Dirus Seneca, Impia diri fura mariti garrula deflet.
Geticus Polit. Daulias, & Getici tandem ſecura mariti.
Infidus Stroz. pat. Et Progne infidi coniugis vlta nefas.
Immitis Idem, Et ſcelus immitis nondum Philomela tyranni.
Martigena, genitus Marte Mant. Canit altera regis Martigenæ inceſtum.

TERPSICORE.

Vna eſt ex nouē Muſis, quæ interpretantur, exultans choreis.

Canora Mant. Hic Veneris ruit in furias ſequiturq; canoram Terpſicorem.
Muſica Ant. Memaliotus, Phœbus cui ceſſit muſica Terpſicore.

TERRA.

Graminea Verg. in Batt. Gramineam viridi foderet de ceſpite terram.
Iacens Idem lib. 1. Aen. Deſpiciens mare veliuolum, terraſq; iacentes.

Omnipa-



Omniparens. Idem lib. 6. Aen. Necnon & Tytium terræ omniparentis alumnum.
Frugifera Lucan. lib. 9. Pallas frugiferas iuſſit non lædere terras.
Argilloſa Varro, Terra vt argilloſa aut lapidoſa.
Glutinoſa Colum. Glutinoſa terra maxime exuberat.
Arenoſa Ouid. lib. 14. Rurſus arenoſæ fugiens noua mœnia terræ.
Lutulenta Colum. lib. 3. Lutulentam terram, neq; arare, neq; fodere oportet.
Pinguis Idem lib. 5. Itaq; pingui terra ſingulis brachiis licebit iniungere.
Cretoſa Pallad. Rut. Spiſſa & cretoſa & humida terra benè fert & triticũ nutrit.
Glareoſa Idem, Magis ſabulo pingui, aut glareoſa terra.
Frugiferens Lucret. Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes.
Ferax Ouid. lib. 1. Met. Terra ferax dum terra fuit.
Tenax Apul. Per currum rapacem, & terram tenacem.
Solida Ouid. li. 10. Decit in ſolidam longo poſt tempore terram.
Fœta Idem lib. 4. Faſt. Frigoris aſperitas, fœtaq; terra patet.
Grauida Idem ibidem, Nunc grauidum pecus eſt grauide quoq; ſemine terrę.
Vda Idem lib. 2. Eleg. Vdaq; perpetuo gramine terra viret.
Lutoſa Plin. lib. 18. Lutoſam terram ne tangite.
Metallifera Syl. lib. 15. Parta metalliferis longo diſcrimine terris.
Pumicoſa Vitruuius, Terra eſt de qua dicuntur pumicoſa.
Bituminoſa Idem, Quum ergo per bituminoſam terram vis erumpit.
Viridis Stat. lib. 1. Theb. Viridis nam ceſpie terræ Proiectum.
Benigna Stroz. pat. Floriferos aperit terra benigna ſinus.
Fertilis Val. Flac. lib. 6. Et fertilis vbere trræ.
Sinuoſa Claud. Per diuerſo rutunt ſinuoſæ littora terræ.
Pendens Manil. Pendentis terræ debet, quum pendeat ipſe.
Supina Ruff. Feſt. Diffundunt cœli & Tethidi terriſq; ſupinis.
Odorifera Mart. Cap. Vſq; ad odoriferam ac diuitem terram.
Multipara Marul. Ipſis multiparæ ſolis terræ.
Turriferens Idem, Turriferens, fœcunda, potens.
Globoſa Cic. Ac principio terra vniuerſa cernatur in media ſede mundi ſolit.
Fructifera Luctant. Fructiferamq; terram, & aquæ maris fluctus.
Dites Sabell. Viuite contentæ his regnis, ac diuite terra.
Altrix Conrad. Et quicquid altrix terra nutrit.
Tetrica Pacificus, Ipſa ſuos mores tetrica terra dedit.
Cunctipara Mich. Angl. Aequora cunctiparæ verſat ſulcanda parentis.
Herbida Guill. Caſt. Educit fructus, herbida terra ſuos.
Omnipotens. Mant. Terra eſt omnipotens, fit inutilis æquore Bacchus.
Rotunda Fauſt. Quid liquidum puntum, terramq; rotundam.
Florida Idem, Florida vernanti lætatur terra colore.
Omnipara Marull. Omniparæ ſteriles matri ſeruare cateruas.
Rudis Varro, Terram rudem proſcindere oportet.
Dædala Mant. Quæ generat pingui dædala terra ſinu.
Dimitra Plato, & Orpheus Theodorito teſte, terram dimitram appellarunt.
Habitabilis Idē Theodoritus, Quũ ne ipſi quidē reges habitabilis terrę vnquā, &c.
Opulenta Mant. Opulenta ſuperbit Terra ſub ornatu vario.
Vber Propert. lib. 2. Me genuit terris fertilis vberibus.

TERROR.

Teter Lucret. lib. 6. Tunc ſine tetro Terrore & ſonitu fulget.
Anceps Idem, Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbes.
Gelidus Ouid. lib. 3. Met. Gelidoq; comæ terrore rigebant.
Minax Syll. lib. 9. Aderat terrore minaci Scipio.
Triſtis Idem lib. 11. Deſit iam belua triſtis Auſoniis terror.
Sæuus Idem lib. 13. Ac ſæuis vrbem terroribus implet.

Tumidus

Tumidus Mart.lib.9.Offenſus variæ tumidis terroribus aulæ.

Amens Claud.Deiecerat amnes Occultis odiis terror.

Seuerus Idem,Pulcherq; ſeuero Armatur terrore pudor.

Degener Ruffus.Faſt.Subit omnia terror Degener.

Monſtrificus.Tho.Rad.Terror monſtrificus cæco inuaderet errantes itinere.

Horrificus Mich.Angl.Horrificus ſubijt præcordia ſaxea terror.

Sollicitus Mant.Sollicito terrore carens.

Grandiſonus.Val.Var.Dum grandiſono terrore pilarum Ampla venit ſeges.

Bombifer Cantal.Bombifer interea creber reſonabat vtrinq; Terror.

Inſolitus Archit.Monſtrum reperitur eunti Inſolitus terror.

### T E S Q V A.

Nemoroſa Lucan.lib.6.Amplexus fines ſaltus,nemoroſaq; teſqua.

Inhoſpita Horat.lib.1.Epiſt.Nam quæ deſerta inhoſpita teſqua Credis.

Horrida Bapt.Pius,Si modò ſola queunt cum montibus horrida teſqua.

Frondoſa Polit.Iam latos inter ſaltus,frondoſaq; teſqua.

Dumoſa Stroz.fil.Per dumoſa trahit barritu teſqua ſonoro.

### T E S S E R A.

Bellica,eſt enim ſignum bellicum Verg.It bello teſſera ſignum.

### T E S T A.

Fragilis Lucan.lib.6.Fragili circundata teſta Mœnia mirentur.

Terrea Lucret.lib.6.Pulſareq; Puctu Terrea teſta ſuo.

Lubrica Ouid.lib.3.Triſt.Lubricaq; immotas teſta premebat aquas.

Samia Mart.lib.3.Abſciſſa eſt quare Samia tibi mentula teſta.

### T E S T V D O.

Tarda Augurell.Inde alios contra tardæ teſtudinis.

Sanguine caſſa.Pacuuius,Sangine caſſa,domiporta,terrigena traditur.

Minax Quint.Suum teſtudo minax caput exerit.

Timida Mant.Timida pectum teſtudine velum Ante ferens ibat torpor.

### T E S T V D O muſica.

Blanda Claud.Deſeras Orphæos blanda teſtudine cantus.

Caua Verg.lib.4.Georg.Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem.

Cyllenæa,i.Mercurialis.Ouid.lib.3.de Arte,Hãc decet ornari teſtudine Cyllenęa.

Eburna Pont.Solantem caſus cithara,ac teſtudine eburna.

Apollinea Quint.Dumq; ea Apollinea caneret teſtudine lætus.

Curua Mant.Et curua flagrans teſtudine pectus.

Arguta Idem,Quid teris argutæ neruos teſtudinis Orpheu.

Querula Fauſt.Si fleſſet querula Geticus teſtudine vates.

Vocalis Idem,Non ſono vocali latum teſtudine carmen.

### *T E T H Y S.*

*Thetys Thetyos,filia fuit Cœli,vel Titanis & Veſtæ,coniunx Neptuni,& mater Nympharũ.quandoq; pro ipſo mari ponitur,producitq; priorem ſyllabam Vergil producit ultimã ſyllabam huius dictionis Tethys lib.1.Georg. dicens, Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.Contrà verò Corripit Ouid.lib.5.Faſt.quum ait,Tethys & extremo ſæpe recepta loco.*

Vaga Lucan.lib.1.Tethyos vnda vagæ lunaribus æſtuet horis.

Fugax Idem lib.2.Tethymq; fugacem Qui ferit.

Cana Ouid.lib.2.Met.Fulſit & ad canam deſcendit in equore Tethym.

Titanis Idem li.5.Faſt. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym.

Reciproca Stat.in Achil.Sequiturq; reciproca Tethys.

Viridis Mart.lib.10.Et viridem Tethin,Oceanumq; patrem.

Salſa Ruffus Feſt.Tethyos ima petit ſalſæ.

Oceaneia Pont.Et thalamo formoſa pedem Oceaneia coniunx.

Fœcunda Polit.Oceanumq; ſenem,& fœcundæ Tethyos antro.

Longæua Stroz.pat.Oceanusq; pater,longæuaq; Tethys.





Vndoſa Pamph Saxus,Vndoſam ſpeculatur vertice thetyn.

Vndiuaga Sabell.Vndiuagam ſed qua vetus excipit Adria thetyn.

Infuſa Idem,Hanc tethyn terræ infuſam.

Stagnans Sabell. Stagnantem proxima tethyn.

Rigens Conrad.Cerneret thetyos rigentis vndas.

Spumans Mich.Angl. Vna per æſtiferos ſpumantis thetyos amnes.

Obnoxia vento.Mant. Ventoque obnoxia tethys.

Saturnia Idem, Quali ſtricta eſt Saturnia tethys.

Gelida Idem, Aequor Euxinum,gelidamque thetyn.

Liquida Idem, Semina cum liquida tu dixeris omnia thety.

Circumflua Cimbriacus, Latasque premit circumflua terras.

Profunda Barthol. Tethyos Oceanum petijt regna alta profundæ.

Refuga Priſcianus,Refugæ miſcetur tethyos vndis.

### T E V C E R.

Salaminius, habuit enim patrem Thelamonem regem Salaminis inſulæ, matrem Heſionem filiam Laomedõtis,& fratrem Aiacem, qui apud Troiam ſe interfecit ægreferens. Achillis arma fuiſſe data Vlyſſi. Troia autem diruta,quum redijſſet in patriã,pulſus eſt à patre, qui prius abeunti vetuerat, ne reuerteretur, niſi cũ fratre.Itaque profugus nauigauit in Cyprum,ubi vrbem condidit. Hora.lib.1.Carm.Teucer Salamina,patremque Quum fugeret,tamen unda Lyęo Tempora populea fertur vinxiſſe corona.

Laomedontiades,fuit enim filius Heſionæ filiæ Laomedõtis.Mant.Laomedontiadẽ Teucrũ genitoris ob iram E patria pulſum ueniſſe ad littora tãdẽ Heſperiæ.

### T E V T O N E S.

Immanes Bapt.Egnat. Ah nimium immanis Teuton.

Terribiles Cimbriacus, Non quo terribilem proſternens Teutona vultu.

Duri Barth. Quæque colunt duri borealia teutones armis.

### T H A I S.

Fuit meretrix notiſſima, quæ iuuentutẽ Atticã in ſui amorẽ pellexit.

Laſciua Fauſt. Non benè laſciua mixta eſt cum Thaide Pallas.

Menandræa,celebrata à Menandro comœdiographo.Proper.lib.2.Turba Menandrææ fuerat nec Thaidos olim Tanta in qua populus luſit Erictonius.

Procax Mant.Ore ſonans,humilive procacem Thaida ſucco.

Precioſa Propert.lib.4.Sed potius blandi Thais precioſa Menandri.

### T H A L A M V S.

Imbellis Mart.lib.7.Deſeris imbelles thalamos, mollemque maritum.

Cultus Pont.Non rixam cultus thalamus,non culcitra litem.

Dulcis Stroz.filius,Nec dulces thalamos,nec dona Cupidinis vlla.

Iugalis Pamph.Nec leges thalami ſacras iugalis.

Genialis Idem, Me genialis habet thalamus.

Maritalis Mant. Ante maritales thalamos intrare negabat.

Floridulus Architr.Floridulum mundi thalamum,veriſque penates.

Maritus Mant. Allicit in coitum thalamis præfecta maritis.

### *T H A L E S.*

*Philoſophus fuit celeberrimus,unus è ſeptem ſapientibus Gręciæ. Primus omnium aſtrologiæ ſecreta penetrauit,explorauitq; rerum naturas,temporum ambitus,flatus uentorum,ſtellarum motus,fulminum rationes, & fulgurũ & meatus ſolis reciprocos. De vrſa minore diſſeruit. Solis eclypſim prędixit. Mortuus eſt Olympiade 58. dum certamen gymnicum ſpectaret æſtu & ſiti fatigatus.*

Mileſius Sidon. Hunc Mileſius & thales ſtupuere.

Mileto genitus.Idem,thales Mileto genitus vadimonia damnat.

### T H A L I A.

Fuit vna ex nouem muſis.

Comica Verg.Comica laſciuo gaudet ſermone Thalia.

Arguta Horat.lib.4.Carm.Doctor argutæ fidicen thaliæ.

Laſciua Stat.lib.5.Syll. Et quis laſciua vires tenuare Thalia.

Docilis Claud.Mnemoſine docili tradit præcepta thaliæ.

Teneră Pont.Qui teneræ iocos thaliæ optetis.

Blanda Fauſtus,Prolata eſt verbis blanda thalia tuis.

Caſtă Stroz.fil.Ter ſonet aurata caſta thalia fide.

Culta Hier.Anger.Floreat & ſtudiis culta thalia tuis.

## *THAMYRAS.*

*Thamyras, Philamonis filius fuit excæcatus à muſis, quas ad certamen cantus prouocauerat.Pontanus.Capti oculis lucem in tenebris ſine lumine ducens Vt Thamyræ inuideant. Pauſanias apud Cæliū teſtis eſt Thamyræ oculos morbo fuiſſe corruptos.Politian.Cedere huic Thamyras docti certamine cantus.*

Luminis orbus.Polit. Iam Thamyram citharæ damnatum & luminis orbum.

Thrax Sabell.Thrax thamyras Phrygio modulos.

Cantor Propert.lib.2. Me licet & thamyræ cantoris fata ſequantur, Nunquam ad formoſas inuide cæcus ero.

Cæcus Mant. Thrax thamyras, quem cæcum olim fecerè puellæ theſpiades cum ſe nimis & ſua carmina iactat.

## THARSOS.

Perſæa,eſt enim oppidum in Cilicia, à Perſo Danaes filio conditum. Lucan.libr.3. Deſeritur tauriq́ue nemus, Perſæaq́ue tharſos.

## *THASOS.*

*Inſula eſt in Aegæo mari, una earum, quæ dicũtur Cyclades. Habuit autem maculoſum marmor, quod Thaſium dicitur.*

Nemoroſa Stat.lib.5.Theb. Et paros & nemoroſa thaſos.

Venoſa Sabell.Cui venoſa thaſos latus hoc perſtrinxit & illud.

Fertilis Priſcianus,Sacraq́ue Lemnos fertilis,atque thaſos.

## *THEANO.*

*Fuit Metapontina ſeu Creſſa genere, Pythagorę tantū imitatrix, ut quidam uolunt, ſed vxor Brotini Crotoniacę. Scripſit Commentarios in philoſophiam de uirtute poemata quoque & apophtegmata Pithagorea Fuit & altera eiuſdē nominis apud Locros in Lyricis pręcellens. De priore idem Theodor. Pithagorica theano inquit, cuidam ſe intuito, cupidusq́; effato, pulchrum brachium, reſpondiße fertur, at non publicum. Rurſusq́; interrogata, quoto demum die mulieri liceret à complexu uiri cerealibus ſacris intereſſe: ſtatim liceret, aut ei, quę à proprio viro diſceſſerît, quę autem ibi adul ero licere nunquam.*

Pythagorica Theod Cyren. Ait Theanon vxorem fuiſſe Phythagoræ, eoq́ue defuncto ſcholas cum Telange & Mneſarcho filijs regendas ſuſcepiſſe.

## THEATRVM.

Cuneatum Verg.Iurgia ſunt circi, cuneati hinc lata theatri Seditio.

Feſtum Ouid.lib 3.Meth.Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris.

Marmoreum Idem lib.2.Eleg.Siue ego marmorei reſpexi ſumma theatri.

Ornatum Idem lib.3.de Arte, Aurea quæ pandent ornato ſigna theatro.

Dulce Stat.lib.2.Syll.Ingratus Nero dulcibus theatris.

Clamoſum Idem lib.3.Syll. Aut inter cenſus clamoſi turba theatri.

Penſile Pont.Lethumq́ue theatris Aurea penſilibus diffudit tibia carmen.

Sublime Stroz. par. Struxerat, hic opere ingenti ſublime thatrum.

Nobile Quint. Ciuica nobilibus plebs eſt immixta theatris.

Feſtiuum Fauſtus, Carmina feſtiuis ſemper recitanda theatris.

Herboſum Iuuen.Sat.3.Herboſo colitur ſi quando theatro Maieſtas.

Magnum Idem Sat.16. Quid refert magni ſedeat qua parte theatri.

Cauum Proper.lib.4.Nec ſinuoſa cauo pendebant vela theatro.

Populoſum Textor, Egredere, atque animos populoſi paſce theatri.

## *THEBAE.*

*Thebas tres præcipuas fuiſſe ſcribunt authores. Vnam in Aegypto, quam Buſiris condidit. Hanc*



*Hanc Græci Heliopolim, id eſt ſolis vrbem vocauere. Ambitus centum & quadraginta ſtadiorum traditur, inſignis publicis, priuatisq́; ædificijs Plinius ait, totum oppidum fuiſſe penſile, ita vt numeroſi exercitus educerentur à regibus, ciuitate nihil ſentiente. Hæc centum habuit portas, de qua Iuuenalis, Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Alta fuit in Bœotia à Cadmo Agenoris filio primùm condita, ſed poſtea ab Amphione plurimum exornata. Horat. in Arte, Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda Ducere quo vellet. Nōnulli ferunt hanc conditam ab Ogyge. Hæc ſeptem habuit portas. Alia fuit ī Cicilia, quā Achilles deleuit, interfecto Aetione rege Andromaches Hectoris patre.*

Ogygię, ab Ogyge rege. Ver.in Aer.Nūc iuuat Ogygijs circūdata mœnia Thebis.

Veteres Lucan.lib.6.Veteres vbi fabula Thebas Monſtrat Echionias.

Oedipodioniæ.Idem lib.8.Oedipodionias infelix fabula Thebas.

Bœotiæ Var.Etenim vetuſtiſſimum oppidū cū ſit tradittum Bęotiæ Thebæ.

Echionię Stat.lib.6.Theb.Echionię reſponſant flebilis Thebæ.

Aonię Ouid.lib.7.Met.Protinus Aonijs immiſſa eſt belua Thebis.

Aetionęę Idem Ouid.lib.12. Aetionęas impleui ſanguine Thebas.

Draconigenę.Idem lib.3.Faſt.Inq́; draconigenam nymphis comitantibus vrbē.

Tyrię Stat.lib.4.Theb. Aonius vates, Tyriæ dux inclyte Thebes

Sidoniæ Idem lib.8.Theb. At non Sidoniam diuerſa in parte per vrbem.

Cadmęæ, à Cadmo Conditore. Pāph.hac duce Cadæmæę viderūt prælia Thebæ.

Centumgeminę. Val.Flac.lib.6.Et centum geminę Lagi naualia Thebę.

Palmiferę Prop.Seu quę palmiferę mittunt vœnalia Thebę.

Truces Claud.Hęc trucibus Thebis.

Nobiles Seneca, Quę tibi nobiles Thebæ Bacche tuæ.

Centiflores Pont.Hinc ad centiforem Nili ſub hoſtia Thebas.

Septemgeminæ.Polit.Quę ſeptemgeminas populabant vndiq́; Thebas.

Agenorides, ab Agnore Cadmi patre.Māt. Dictæ Agenorides infeliciſſim a Thebe Claſſica.

Inclytæ Idem, Thebe inclyta centum Liminibus.

Claræ Priſcianus, Claræq́; colunt ſub mœnia Thebes.

## THEBANI.

Draconigene Sidon.Quæq́, draconigenæ portas non clauſerat hoſti.

Anguigenæ Pamph.Inuictis Bacchus gentibus anguigenæ.

## THECA.

Scortea Pamph. Accipiat calamos ſcortea theca ſuos.

Eburna Mant.Regia ferrantes thecis educit eburnis.

## THEMIS.

Fatidica Ouid.lib.1.Met.Fatidicamq́; Themin, quæ tunc oracla tenebat.

Alma Calphur.Tandem ſquallore ſituq́; Alma Themis poſito.

Longæua Claud.Sic cecinit & longæua Themis.

## *THEMISTOCLES.*

*In prima pueritia prodigus fuit & laſciuus. Vbi tamen adoleuit, res geſſit clariſſimas. Bello maritimo Perſas apud Salaminem vicit. Tandem ciuium inuidia pulſus, ad Xerxem hoſtem confugit, a quo benignè exceptus eſt. Sed quum poſtea Xerxes ipſe vellet eum cogere ac inferendum patriæ bellum, ſeipſum interfecit, hauſto ſanguine tauri, quem ſanguinem ideò peſtiferum eſſe ſcribit Cælius, quod celerrimè coeat & obdureſcat.*

Neoclides Ouid.lib.1.de Ponto, Arma Neoclidem qui perſica contulit armis.

## *THEOCRITVS.*

*Fuit poeta Syracuſanus qui patrem habuit Praxagoram, Philinam matrem. Floruit ſub Ptolomæo Lagi. Scripſit Dorica lingua Bucolicum poema, hunc imitatus eſt Vergilius.*

Siculus Verg.in Buc.Carmina paſtoris Siculi modulabor auena.

Siracuſius Cælius, Pomorum quoque inuentorem Dionyſium ferunt, & Syracuſius ſignificat Theocritus.

## *THERAPNE.*

*Vrbs fuit Laconiæ, à qua Lacones vocantur Therapnæi. Secunda ſyllaba in hac dictione*

*quandoque corrigitur. Syl. lib. 8. Ecce inter primos Therapnæo à ſanguine clauſi. Idem libr. 13. Nonnunquam aſſirmat Therapnæis ilion armis Ceſſurum. Deſpauterius ait dictionem hanc non eſſe aſpirandam.*

Apollineæ  Stat. lib. 3. Theb Thenareumque cacumen, Apollineasq; therapnas.
Vmbroſæ  Idem lib. 4. Syl. Vmbroſæque magis coluere therapnæ.
Virides  Idem lib. 4. Syl. Nec fratrem cæſtu virides plauſere therapnæ.
Tyndareæ  Sidon. Et tu tyndareis ſatus therapnis.
Blandæ  Pont. Quum lauat ad fontes blanda therapna tuos.

THERMAE.

Calentes  Conr. Reparent calentes Corpora thermæ.
Calidæ  Pont. Ne tunc ne calidas marinæ thermas Intres.
Nitidæ  Mart. li. 10. Torquat⁹ nitidas vario de marmore thermas Extruxit.

THERMODON.

Citus  Ouid. lib. 2. Met. Thermodonq; citus, Gangesque, & Phaſis, & Iſter.
Amazonius  Ouid. lib. 4. de Ponto, Et tu fœmineæ Thermodon cognite turmæ.
Celer  Proper. lib. 4. Illa ruit qualis celerem prope Thermodonta.
Martius  Priſcianus, Inter Amazonidas thermodon martius amnis.

THERMOPHYLAE.

Oetheæ  Catull Lymphaque in Oethæis malia thermophyli.

*THERISTES.*

*Fuit quidam Græcus illiberali facie, quem Achilles interfecit pugno. De hoc Oui. li. 4. de Pōto, Tam mala Therſitem prohibebat forma latere, Quàm pulchra Nireus conſpiciendus erat.*

Proteruus  Ouid lib. 13. Therſites etiam per me haud impune proteruus.

THESAVRVS.

Arcanus  Lactan. Arcanum theſaurum ſapientiæ & veritatis abſcondit.
Abſconditus  Idem, Et dabo tibi theſauros abſconditos.

*THESEVS.*

*Theſeus filius fuit Aegæi regis Athenarum, qui æmulatione laudum* Herculis *magna geſſit & ardua. Bellum geſſit contra Amazones, quibus debellatis reginam earum Hippolyten rapuit, ex qua ſuſcepit Hippolytum. Creontem tyrannum Thebarum, qui mortuos in bello prohibebat ſepeliri, interfecit. Oppreßit & terribilem taurum in Attica. Minotaurum occidit in labyrintho. Scyronem, Procuſtem & Scinin latrones Atticæ morti dedit. debellauit centauros. Thebas domuit.* Pyrithoum *præcipua coluit amicitia, quo cum deſcendit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam. Ouid.* Pyrithoum *Theſeus ſtygias comitatur ad umbras. Horat. Nec lethæa ualet Theſeus abrumpere charo Vincula Pyrithoo. Ouid. lib. 8. Met. Et cum Pyrithoo felix concordia theſeus Mart.* Theſea Pyrithoi *deſtituiſſet amor. Amauit etiam* Herculem *beneuolentia incredibili, quem ſemper habebat in ore, cuiusq; res geſtas & virtutes narrantibus promptiſſimum ſe præbebat auditorem. Claua quinetiam utebatur, ne vel unguem latum ab eo uideretur deſciuiſſe, quem propoſuerat ſibi typum virtutis. Ambo in Amazonas armati ſunt. In Scythiamq;* Phrygiamq; *unà profecti, iiſdem armis inſtructi, eodem telorum genere muniti, ſimilibus ſtudijs, partibusq; exercitationibus uſi, ex geminis fratribus geniti. Hercules ex Ioue,* Theſeus *ex Neptuno ſecundum Plutarchum. Cæterum* Theſeus *interfecto Minotauro & Ariadnen, & Phedram ſorores Minois regis filias abduxit, & cum Ariadna quidem (cuius beneficio Labyrinthū euaſerat) iacuit, poſtmodum tamen eam reliquit in Chio inſula immemor beneficij. Phedramq; ſuperinduxit. Oui. li. 8. Met. Comitemq; ſuum crudelis in illo littore deſtituit. Calen. Creditit infelix crudeli Gnoſia* Theſeo *Et gemuit rapidis prēda relicta lupis. Manē. Quid Gnoſia virgo Teſeram, quum durus amans pro munere uitæ. Liquit in ignotis morituram atrociter oris.* Tibullus *lib. 4. Gnoſia* Theſeæ *quondam periuria linguæ Fleuiſti ignoto ſola relicta mari.*

Perfidus  Verg. in Aetna, Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theſeu.
Aegides  Ouid. lib. 8. Met. Protinus Aegides rapta Minoide diam.
Trœzenius  Idem, Hac Ixionides illa Trœzenius heros.
Magnificus  Ouid. in Epiſt. Magnificus titulus ſtet pater ante ſuis.
Periurus  Ouid lib. 3. Faſt. Periure & perfide theſeu.





Pius in Pyrithoū. Oui. li. 1. Triſt. Quod pius ad manes Theſeus comes iret amico.
Neptunius  Idem in Epiſt. Tempore abeſt, aberitq; diù Neptunius heros.
Superbus  Stat. lib. 5. The. Hic & ab aſſerto nuper marathone ſuperbū theſea.
Inclytus  Stat. lib 12. Hominum inclyte theſeu Sanguis.
Horridus  Idem, Riſit vocesque manumque Horridus ægides.
Fidus  Idem lib. 4. Syl. Cedit tibi gloria fidi theſeos.
Atticus  Sidon. Atticus Aegides rupit Marathonide quercu.
Profugus  Seneca, Profugus en coniunx abeſt.
Fortis  Idem, Fortis per altas inuij retro lacus Vadit tenebras.
Crudelis  Mant. Sic crudelis idem theſeus, victorque Meduſa.
Armiger  Quint. Theſea vt armigerum traxit.
Ingratus  Tibul. Ingrati referens impia facta viri.
Ferox  Catull. Illa tempeſtate ferox & tempore theſeus.
Flauus  Idem Catull. Fluctibus in flauo ſæpe hoſpite ſuſpirantem.

THETIS.

Filia Nerei iunx.  Verg. li. 8. Te filia Nerei, Te potuit lachrymis tithonia flectere coniunx.
Marina  Ouid. lib. 11. Iuſſit & amplexus in virginis ire marinæ.
Vda  Idem ibidem, Namque ſenex thethidi Protheus prædixerat vdæ.
Aequorea  Idem, Aequoreę thetidis connubia vitat.
Nereis  Idem, Nereis ingreditur conſueta cubilia.
Nereia  Ouid. lib. 13. Præſcia venturi genitrix Nereia.
Cærula  Idem, Pro nato cærula mater Ambitioſa fuit.
Aquoſa  Ouid. in Epiſt. Tu mihi iurabas per numina matris aquoſæ.
Beluoſa  Conrad. Iſter beluoſam Septifidus thetidem coronat.

Thetis thetidis fuit vxor Pelei regis theſſaliæ, filia Nerei Achillis mater, corripitque priorē, & refertur inter maris numina.

*THISBE.*

*Puella fuit ex Babylone, quæ incredibili amore dilexit Pyramum, nec minus ab eo redamatam utua itaque conflagrantes Venere, quum impediente parentum ſuſpicione ſuis votis ſatisfacere non poſſent, pepigerunt, ut certo die in locum remotum ſe reciperent. Quo quum prior veniſſet Thisbe, metu leænæ ibidem repertæ, profugit in latebras, relicto capitis tegumento. Quod arripiens leæna uenienti poſt Pyramo coniecturam prębuit argumentum deuoratæ amaſię, mortemq; propterea ſibi conſciuit.* Thisbe *paulo poſt reuerſa ubi mortuum amantem conſpexit, longioris uitæ pertæſa, ſuo ſe gladio confodit. Ouid. lib. 4. Met. de vtroque meminit. Sic primum de* Pyramo: *Vtq; dedit notæ lachrymas dedit oſcula veſti, Accipe, nunc, inquit, noſtri quoque ſanguinis hauſtus Quoque erat accinctus, demiſit ilia ferrum. De Thisbe verò ſic, Aptato pectus mucrone ſub imum incubuit ferro, quod adhuc à cęde tepebat. Calent.* Pyramus *& Thisbe miſeri ſine crimine amarunt, Occidit heu, propria ſæuos uterq; manu. Et quos unus amor tetigit, nox una peremit, Enſis & unus & hęc contegit urba duos. Archit. Ibi ſerum Pyramus enſe Vindicat egreſſum, Thisbe lugubria fati* Pondera *morte leuat, tua nec formidat ad umbras Pyrame fata ſequi, ſequiturq; dolore dolorem. Et gemitu gemitum producit funere funus.*

Babylonia  Ouid. li. 4. Met. Quā procul ad lunæ radios Babylonia thisbe Vidit.
Miſeranda  Stroz. pat. Pyramus exemplum præbet, miſerandaque thisbe.
Infelix  Stroz. pat. Non magis infelix thisbe dilexit amantem.

THOAS.

Clarus  Mant. Mæotisque lacus & clari regna Thoantis.
Minous, Minois nepos. Ouid. in Epiſt. En ego Minoo nota thoante feror.

Rex fuit thauricæ regionis.

THOLVS.

Curuus  Ouid. lib. 6. Faſt. Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.
Cauus  Pont. Atque cauo reſonet tibia multa tholo.
Pictus  Pamph. Sax. Suſpendat picto munera quiſque tholo.

THOMI.

Veteres  Claudian. Danubius, veteresque Thomi, Mauortia matris Nobilitas, Vrbs fuit in Ponto.

THOMYRIS.

*Fuit Scytharum regina, quæ potentiſſimo Perſarum regi Cyro bello congreſſa eſt, ipſumq; & vita & caſtris ſpoliauit, ad vlciſcendam filij mortem, quem ille prius occiderat. Nec tamen hoc euentu victoriæ contenta eſt, aut emollita animi eius rabies. Mortui enim caput in utrem humano cruore plenum demiſit, his uerbis inſultans: Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiuiſti Cyre, at ego te cruore ſaturabo, author Herodotus.*

Magnanima Stroz. pat. Magnanimam Thomyrim, fortem propone Camillam.
Acerba Quint. Quem cæſum Thomyris ſatiabat acerba cruore.

THORAX.

Ahenus Verg. lib 7. Vir bonum crates, alij thoracas ahenos.
Nexilis Stat. lib. 4. Theb. Nexilis emiſſa penetratur arundine thorax.
Multiplex Idem lib. 12. Multiplicem tenues iterant thoraca catenæ.
Grauis Stat. lib. 4. Syl. Quique grauem tardè ſubeant thoraca lacerti.
Crudus Mart. lib. 7. Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ.
Rutilus Val. Flac. lib. 7. Truncos ruthilum thoraca ſequentes.
Flammeus Polit. Flammeus ignoſcit thorax.
Aeneus Cataneus, Nec thorax profuit æneus.
Politus Codrus, Accipe Vulcani manibus thoraca politum.
Leuis Sabell. Induit hic aliquis leuem thoraca.
Pictus Mant. Et picto in thorace ſignum ſine imagine cernes.
Ardens Idem, Succedunt thorace omnes ardente coruſci.
Trilex Val. Var. Quid cum thorace trilici.
Aeriſonus Bart. Et viuida pectora munit Thorace æriſono.
Squamifer Mant. Aptaque thoraci pectora ſquamifero.
Cauus Idem, In thorace cauo coluber, nepa, vipera, buffo.
Ferrea Idem, Ferreus ambibat lumbos, atque ardua thorax Pectora.

*THRACES.*

*Thraces populi ſunt admodum bellicoſi, patientiſſimi frigoris & laborum. Hinc orta fabula de Marte apud eos nato. Calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſque diei in urnam condunt, ac ſupremo die ſeparatos dinumerant, atque ita de uno quoque pronunciant.*

Indomiti Pamph. Saxus, Indomiti Thraces, indomitique Scythæ.
Feri Sabell. Aut quum Troia feros, infenſaque Nyſia Thraces.
Armigera Quint. Armigeri quam vero nomine thraces Dixerunt.
Boſphorei Mant. Boſphoreos thraces, rumor peruenit Athenas.
Boſphoridæ Idem, Boſphoridæ obuerſis in terram vultibus ibant.
Acrocomæ, quod antias in frontem muliebriter demittant.
Parmularij, à parmulis, clypeis, quibus vtebantur.
Hyppomologi. Theod. Cyr. Hyppomologos populos Thraciam incolentes.

THRACIA.

Gelida Claud. An gelidam Thracem, deteſtatoſque labores.
Armifera Ouid. in Epiſt. Armiferam Thracem qui regat alter erit.
Sæua Stat. lib. 5. Theb. Aut ſæuam ſpectant trans æquora Thracem.
Barbara Idem lib. 3. Syll. Nam nec mihi barbara thrace.
Horrida Catull. Rhodonque nobilem, horridam ve thraciam.
Lapidoſa Seneca, Fortis armenti lapidoſa thrace.
Niuoſa Bapt. Egnat. Rhodopenque altam, Thracenque niuoſam.
Mauortia Stat. in Achill. Proxima ſed ſtudijs mauortia thrace.

*THRASEAS.*

*Thraſeas ſtoicæ diſciplinæ ſtudioſus, quum damnatus à Nerone ſolutis uenis moreretur, magna conſtantia ſuorum fletum compeſcuit, libauitq; ſanguinem Ioui Liberatori.*

Magnus Mart. lib. 1. Quòd magni Thraſeæ, conſummatique Catonis.

THVLE.

Heſperia Stat. lib. 3. Syl. Vel ſuper Heſperiæ vada caligantia Thules.

Nigra



Nigra Idem lib. 4. Syll. Aut Rheni populos, aut nigræ littora Thules.
Inhoſpita Archi. Oppoſitoque gelu torpeſcit inhoſpita thule.
Imperuia Claud. Horreſcit Libye, ratibus imperuia thule.
Remota Idē, Et procul axe remotā Inſolito belli tremefecit murmure Thulē.
Vltima, ideſt remotiſſima. Verg. lib. 1. Georg. Tibi ſeruiat vltima thule.

*THVS.*

*Saba regio Arabiæ, & tota fermè Arabia abundat thure, Minæi Arabiæ populi primi commercium thuris fecere, maximeq; exercent. Abundant etiam thure Panchaia & Libanus mons Phœniciæ. Auſon. Florum ſpirat odor, Libani ceu montis honor thus.*

Panchaium Verg. in Cul. Ille colit lucos, ille Phanchaia thura.
Sabæum Idem lib. 1. Aen. Centumque Sabæo thure calent aræ.
Sudatum Ouid. lib. 10. Sudataque ligno Thura ferat.
Pium Idem lib. 11. Superis pia thura ferebat.
Maſculum Plin. de thure loquens, Quod ex eo, inquit, rotunditate guttæ pependit maſculum vocamus, quum alias non ferè mas vocetur, vbi non ſi fœmininæ religione tributum, ne ſexus alter vſurparetur.
Eoum Stat. lib. 1. Theb. Coniugis ara tuæ cumulo cur thuris eoi Læta calet.
Incaduum Idem lib. 6. Theb. Incaduaque glebis thura.
Niliacum, ideſt Aegyptium. Idem li. 4. Syll. Aut thus Niliacum, piperve ſeruant.
Flauum Ouid. in Epiſt. Flaua ſalutatis thura, merumque damus.
Votiuum Idem lib. 3. Eleg. Aſpicit ara preces, votiuaque thura piorum.
Pingue Mart. lib. 10. Pingua nec mœſtis addere thura rogis.
Vaporum Nemeſianus, Ter fronde ſacra fert, thure vaporo.
Nabathæum, ideſt Orientale. Sabel. Sacrificis Nabathæa focis dent thura miniſtri.
Molle Idem, Qui dabat arcanis mollia thura focis.
Odorum Conrad. Hinc thure odoro quo ſit Arabs ſuo.
Redolens Idem, Supplices laudes redolente thure.
Olens Lud. Bigus, Afferat huc plenam thuris benè olentis acerram.
Sacrum Crinit. Cum thure ſacro ſuſpicias rogo.
Panchæum Bapt. Pius, Hunc ego Panchæi thuris honore colam.
Fragrans Quint. Fragrantia thura, piperque Mordax.
Calens Mant. Da thura calentia Marti.
Odoratum Idem, Thuris odorati globulos & cynnama vendit.
Dulce Remacl. Cui dulci thure litabit ager.
Fumans Calent. Thura Ioui ſupero famantia thura ſorori.

THYAS.

Teumeſia, ideſt Bœotica, à Teumeſo monte Bœotiæ, in quo fiebant Bacchi ſacrificia. Stat. lib. 5. Theb. Inſano ueluti Theumeſia Thyas Rapta deo.
Amens Idem lib. 12. Quales Bacchæa ad bella vocatæ thyades amentes.
Bœotia Val. Flac. li. 5. Bœotia qualē Thyas, & infelix cuperes vidiſſe Citherō.
Sordida Pamph. Saxus, Non ſordida vino thyas.
Improba Pamph. Improba per campos, per iuga ſumma furit.
Vaga Quint. Thias anhelāti vaga pſlit ora. Thyades vocant Bacchi ſacrificæ.

THYASI.

Terribiles Claud. Terribiles intus thyaſi, veſanaque mixto concentu delubra gemunt. Dicitur ſaltatio facta in honorem Bacchi.
Rauci Idem, Raucis ſecura fruebar Nimirum thyaſis.
Ogygij, i deſt Thebani. Sidon. Ogygijs complent thyaſis.
Volantes Lud. Bigus, Perbelle thyaſos regis volantes.
Leues Mant. Nil tibi cum leuibus thyaſis.

*THYESTES.*

*Thyeſtes, filius fuit Pelopis ex Hippodamia, & nepos Tantali, qui & Pelopeiam filiam, & Europam fratris ſui Atrei vxorem ſtuprauit, ex eaq; ſuſcepit filios, quos Atreus in uindictam*

Xx 4 tanti

*tanti ſceleris eidem comedendos appoſuit. Propterea poetæ fabulantur ſolem horrore tantę immanitatis expalluiſſe, mutatoq; ſolito curſu rediſſe ad auroram.*

Tantalides Ouid.lib.2.Faſt.Tantalidæ fratres abſint, & Iaſonis uxor.
Crudus Mart.li.1.Qui ſcribit prãdia crudi tereos,aut cęnã,crude thyeſte,tuã.
Caligans. Idem lib.10.Qui legis Oedipoden, caligantemq;.Thyeſtem.
Dirus Idem,Diri prandia nec refer Thyeſtem.
Rigidus Codr.Vrceus.Pone pauliſper rigidum Thyeſtem.
Sæuus Quint.afferat huc ſæui quem laudat cœna Thyeſte.

Herba eſt apibus gratiſſima qua abundant Hymettus, & Hybla.

## T H Y M V M.

Cecropium,id eſt,Atticum.Verg.lib 4.Georg.Cecropiumque thymum, & graue olentia centaurea.
Gratum Ouid lib 5.Faſt.Ad uiolam & cytiſos, & thyma grata voco.
Dulce Idem lib 5 Triſt.Et careat dulci trinacris Hybla thymo.
Atticum Plin.lib.21.Non durante Attico thymo.
Hyblæum Mart.lib.5.Hyblæis madidas thymis placentas.
Odorum Seneca,Et mixta odoro Lesbya cum thymo.
Redolens Mant.Spargit humum redolente thymo.
Fragrans Fauſt Non ita ſiue thymum fingenda ad mella fragrantem.
Molle Mant.Luxuriat ſic molle thymum; ſic concolor Iris Nubibus.

## T Y R S V S.

Frondens Ouid.lib 4.Met.Serta comis manibus,frondentes ſumere thyrſos.
Virens Idem lib 11.Et fronde virentes Coijciunt thyrſos.
Dionyſæus,ab epitheto Bacchi.Idem li.3.Ac nebriſſa Dionyſęis conſcia thyrſis.
Fragilis Stat.lib.2.Theb.Nebridas & fragilis thyrſos portare putaſtis.
Mollis Idem lib.9.Qui molles thyrſos,Bacchæaq; cornua.
Teres Idem Stat.Non tamen aut teretes thyrſos,aut mollia geſſi Penſa.
Pampineus Claud.In te Pampineos proferret Lydia thyrſos.
Echionius,id eſt,Thebanus.Sidon.Indica Echionio Bromij rotat orgia thyrſo.
Nyſæus Seneca,Mollia Nyſæis armari brachia thyrſis.
Mæonius,ab epitheto Bacchi.Claud Ebria Mæonijs figit veſtigia thyrſis.
Validus Marull.Valido ſub thyrſo iacientes vi capita fera.
Imbellis Stat.in Achil.Quid imbelles thyrſos mercatus & æra.

## T I B I A.

Querula Horat lib 3.Carm.Sub cantum querulæ deſpice tibiæ.
Berecynthia Idem ibidem.Cur Berecunthiæ Ceſſant flamina tibiæ.
Caua Ouid.lib.6.Faſt.Quæritur in ſcæna caua tibia quæritur aris.
Zygia,id eſt,coniugalis.Apul.Et ſonus tibiæ zygiæ mutatur.
Laſciua Idem,Laſciua concinente tibia procedens.
Multiforatilis.Idem,Iam tibiæ multiforatilis cantus Lydios dulciter conſonant.
Longa Ouid.lib.6.Faſt.Vt daret effecit tibia longa ſonos.
Eburna Pont Tibia iam teneros fundit eburna modos.
Garrula Manil.Garrula quæ modulos diuerſa tibia forma.
Rureſtris Capella,Rureſtris Faunum tibia decuit.
Prædulcis Nemeſianus,Dicat honoratos prædulcis tibia manes.
Sacrifica Seneca,Sacrifica dulces tibi effundat modos.
Aurea Pont.Theatris Aurea penſilibus diffundit tibia carmen.
Blanda Idem,Proq; tuba colitur tibia blanda tibi.
Vnca Polit.Grande vnca remugit Tibia.
Ventoſa Idem,Ventoſæ querulo murmure tibiæ.
Buxea Mant.Buxea quid lætos modulantur tibia cantus.
Amœna Remacl.Dum Tibia cantat amœna.
Curua Tibull.lib 2.Obſtrepuit, & Phrygio tibia curua ſono.
Docta Proper.lib.2.Hic locus eſt in quo tibia docta ſones.

TIBICEN.



## T I B I C E N.

Vagus Ouid.lib.6.Faſt.Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe.

## T Y B V R.

Pomoſum Colum.Et turris lacus, & pomoſi Tyburtis arua.
Vdum Horat.lib.3.Non ſemper vdum Tybur.
Fertile Idem lib 3.Carm.Sed quæ Tybur aquę fertile perfluunt.
Herculeum Mart.lib.1.Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces.
Gelidum Idem lib.1.Centeno gelidum ligone Tybur.
Hybernum Idem lib.5.Collibus hybernum iam tibi Tybur erit.
Amœnum Mant. Ad præneſtis agros & amęni Tyburis arcem.
Humidum Verg.in Priap.Gades Herculis, Humidumque Tybur.
Pronum Iuuen.Sat.Simplicibus Gabijs,aut proni Tyburis arce.

## T I B V L L V S.

*Albius Tibullus natus eſt Romæ Hircico & Panſa conſulibus, parentes habuit ex equeſtri ordine. Forma fuit eleganti. Hinc Horat. ad eum ſcribens, Non tu corpus eras ſine pectore, dij tibi formam Dij tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi. Maximè amatus eſt à Meſſala Coruino, cuius etiam laudes celebrat. Amauit quoque Horatium & Macrum. Præterea Maratum Cherinthum puerulos, ut puellas Deliam, Sulpitiam, Neæram, Nemeſim & Plautiam quam ficto nomine vocauit Deliam. Scripſit Elegiarum lib.4. Obijt adhuc iuuenis.*

Argutus Mart.lib.8.Fama eſt arguti Nemeſis formoſo Tibulli.
Amator Idem lib.14.Viſit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum.
Cultus Ouid.lib.2.Eleg.Dicentur numeri culte Tibulle tui.
Sacer Idem lib 3.Eleg.Tibulli mortẽ deges,Tene ſacer vates flammæ,&c.
Terſus Polit.Vt terſi memorat pia muſa Tibulli.
Inſignis Stroz.par.Viuit ab inſigni.Nemeſis celebrata Tibullo.
Tener Pamph.Sax.Dicas ſeu tenerum ſuo Tibullum Cantu.
Pierius Pallad.Soran.Carmina Pierij floreſcunt ſacra Tibulli.
Facilis Mant.Romanęq; lyræ patrem facilemq; Tibullum.
Albius Bap.Pius, Albius hic feſſos recipit blando ore Tibullus.
Elegans Quint.Terſus,inquit,atque elegans videtur eſſe Tibullus.

## T I C I N V S.

Perlucidus Philelph.Quoſq; pater Ticinus nitida perlucidus vnda.

## T I G I L L V S.

Leue Polit.Statque leui caſa frondea nixa tigillo.
Curtum Stroz.fil.Curto caſa fulta tigillo.

## T I G N V M.

Complanatũ.Budæus,Lineis quatuor ad cẽtũ cõplanati tigni ſeſe interſecãtibus.
Decliue Calent.Raptaque decliui crepitum das tegula tigno.

## T R I G I S. *flumen.*

*Fluuius eſt rapaciſſimus maioris Armeniæ, incertam habens originem. Eccleſiaſtici fontem eius ponunt in terreſtri Paradiſo.*

Rapidus Lucan.li.3.Quaq; caput rapido tollit cũ Tigride magnus Euphrates.
Achæmenius,id eſt,Perſicus,ab Achęmenio Perſarum rege.Claud.Miſit Achæmenio quicquid de Trigide Mœdus.
Violentus Seneca,Violentus vnda Trigis.
Tepidus Idem,Tepidum rubenti Tigrim immiſcet freto.
Rapax Sabell.Ecce Indus,Trigiſque rapax.
Vagus Mirand.Defereret Trigimque vagum,Cylleniaque arua.
Celer Barth.Pars Celerem Armenię confeſtim inuiſere Tigrin.

## T R I G E S.

*Tigris, animal eſt mirandæ velocitatis & feritatis maximæ. Frequenter in India & Hircania, maribus non eſt cura ſobolis: fœminis verò pręcipua. Propterea ſi venator equo inſidẽs catulos eius abſtulerit, illa vbi uacuum cubile reſpicit, prędonẽ mira celeritate proſequitur. Raptor verò*

*v irò, audito eius fremitu, vnum ex catulis in viam proÿcit. Quem quum illa refert ad nidum, prinſquàm poſsit regredi, nauem conſcendit prędo, mox reuerſa tigris, vbi nullum vindictæ locũ ſupereſſe videt, ſæuit in littore. Luc.lib.5. Ocyor & cęli fluminis & tigride fœta Tranſcurrit,*

Armeniæ Verg.in Buc. Daphnis & Armenias curru ſubiungere tigres.
Rapidæ Verg.lib.2.Georg At rapidæ tigres abſunt.
Atræ Verg.lib.4.Georg.Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraq; Tigris.
Validæ Idem in Cyri., Et validas docuit victas maſueſcere tigres.
Hircanæ Idem lib.4. Aen.Hircanæq; admorunt vbera tigres.
Immanes Verg.lib.6. Aen.Immanem veluti pecora inter inertia Trigim.
Feræ Lucan.lib.1.Vtque feræ tigres nunquam poſuere furorem.
Auidæ Idem lib.4.Has auidæ tigres, & nobilis leonum. Ore fouent blando.
Aſperæ Horat.li.1.Car. At qui non ego te tigris vt aſpera Getulus ve leo, &c.
Gangeticæ Seneca, Trigis puppe ſedet Gangetica.
Maculoſæ Ouid.lib.11.Tertia forma fuit maculoſæ tigridis.
Indæ Ouid.lib.4.Triſt.Quæq; ſui iuſſus obtemperat Inda magiſtri Belua.
Capiſtratę. Ouid.in Epiſt Inque capiſtratis trigribus alta ſedet.
Sæuæ Ouid.in Epiſt.Quis ſcit an hęc ſæuas inſula tigris habet.
Rabidæ Polit.Quem niſi amem, rabida tigride natus ero.
Caucaſeæ Syll.lib.15.Caucaſeam inſtratus virgato corpore tigrim.
Concitę Idem lib.12.Haud ſecus amiſſo tigris ſe concita fœtu Emicet.
Caſpiæ Claud.Et te non Caſpia tigris.Edidit.
Martiæ Val.Flac.lib.3.Quem ſeſe Martia trigis Abſtulit.
Parthicæ Claud.Quem Parthica tigris Velat.
Carcheſiæ Idem, Subleuat Oceani monſtrum Carcheſia tigris. ores
Virgatæ Seneca, Virgatas India tigres decolor horret.
Truces Idem, Ante leones, Tigreſq; truces.
Rigidæ Stroz.pat.Quis niſi vel demens, rigida vel tigride natus.
Acerbæ Pamp.Et noſtrum ſitiens vt tigris acerba cruorem.
Violentæ Idem, Dentibus tigris violenta duris.
Furibundæ Idẽ Pãph.Tigris Hircanis generat ſyluis Sæua ſit quãuis furibũda triſtis.
Rabioſæ Idem, Lambit ſecuri dextram rabioſa magiſtri.
Efferræ Fallad.Soran.Effera te genuit tigris.
Afræ Quint.Et viſus Afris Tigribus factus dapes.
Pede ſtrenuæ.Mant.Lunatis panthera humeris, pede ſtrenua Tigris.
Dentatæ Remacl.Sæuus aper, dentata tigris.
Spumantes Fauſt.Spumantem & rapida tigrim reuocaſſet ab ira.

*TILIA.*

*In tilia arbore, mas & fæmina differunt, materies maris pura eſt, nodoſa, ruffior, & odoratior. Cortex craſſior, & detractus inflexibilis, nec ſemen fert aut florem, ut fæmina, quæ craſſior arbore materia candida præcellenſq; eſt. Succus foliorum & corticis dulcis eſt. Fructus eius nullum animalium attingit. Inter corticem & lignum tenues habet tunicas, multiplicis membranæ, è quibus vincula fiunt quæ vocantur tiliæ, quorum tenuiſſimum uocatur phylira. Horat. Diſplicent nexæ phylira coronæ. Materies putredinem non ſentit, proceritas et per modica, uerum utilis, montes amat. Erat quondam apta ſcutis. Germinat paulò ante æquinoctium. Molliſſima eſt & calidiſſima, quia ſcitiſſimè aſcias retundit.*

Leuis Verg.lib.2.Georg.Nec tiliæ leues, aut toruo raſide buxum.
Pinguis Verg.lib.4.Georg.Et pinguem tiliam, & ferrugineos hyacinthos.
Mollis Ouid.lib.10.Nec tiliæ, molles, nec fagus, & innuba laurus.
Elumbis Quint.Fraximus elumbes tiliæ, uiridesque geniſtę.
Sequax Barth.Corniferumq; genus, tiliasq; ſequaces.

*TIMAVVS.*

*Fluuius eſt Venetiæ, qui delatus è montibus cadit in profundum, deinde infra terram abſorptus ſtadijs circiter trecentis & triginta erumpit in mare, inſtituitq; pluribus hoſtijs, quę accolę Tergeſtini*



*Tergeſtini ſinus, fonticulos dicunt, autore Georgio Merula, quoniam inſtar fontium emittunt aquas ex aduerſo.*

Euganeus Mart.Lanius Euganei lupus excipit ora Timaui.
Antenoreus Lucan.lib.7 Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui.
Phrygius Claud.Phrigij numerantur ſtagna Timaui.
Multifidus Pamph.Et quæ multifidus mittit precioſa Timauus.
Amiclæus Sabell.Flebat Amiclæi cultu ſpoliata Timaui.
Oebalius Idem, Oebalio qua Carnica regna Timauo.
Iapix Sabel.Dalmaticos fines, & Iapygis ora Timaui.
Gelidus Petrarc.Calidusq; Aponus, gelidusq; Timauus, Iã ſpatiis æq.s aberãt.

TIMOR.

Anxius Verg.lib.9.Nunc ſolicitam timor axius vrget.
Ater Idem, Immiſitque fugam Teucris atrumq; timorem.
Trepidus Mirand.Dijce mortales nebulas trepidumque timorem.
Cæcus Lucan.lib.6.Cæci trepidus ſub nube timoris.
Mœſtus Colum.Vos quoq; iam poſito luctu, mœſtoque timore.
Algificus Gel.lib.19.Quod timor ſit omnibus algificus.
Conſternatus.Ouid.lib.12. Vanaque lætitia eſt, conſternatiq; tim
Sollicitus Idem in Epiſt.Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Suſpenſus Ouid.in Epiſt.Vtraq, ſuſpenſi plena timoris ait.
Anceps Syll.lib.3.At Venus ancipiti mentem labefacta timore.
Aeger Idem lib.16.Aut ægros ſimulat mentita timores.
Horrendus Stat.lib.7.Theb.Deſilit horrendus campo timor.
Infelix Seneca, Et ſi repugnat precibus infelix timor.
Gelidus Pamph.Saxus, Ocia ſegnitiem pariunt, gelidumque timorem.
Imbellis Idem, Timore pulſus imbelli.
Frigidus Idem Pamph.Frigidus vnde timor.
Frigens Idem, Frigens inuenit iſta timor.
Miſer Augur.Humano placuit vano miſeroque timori.
Dubius Mant.Curam hanc dubiumque timorem Non tulit.
Pauidus Fauſt. Iſta ſimul pauido comitata timore.
Attonitus Claud.Mater & attoniti pecudum ſenſere timores.
Parcus ſui Idem, Calliditas, parcusque ſui timor.
Albus Perſius Sat.3.Alges quum excuſſit membris timor albus ariſtas.

TINEA.

Agreſtis Ouid.lib.15.Agreſtes tineæ res obſeruata colonis.
Iners Horat.lib.Epiſt. Aut tineas paſces taciturnus inertes.
Turpis Claud.Miſerabile turpes Excedere caput tineæ.
Edax Iuuenc.Illi ærugo, & tineæ dominantur edaces.

TINNITVS.

Argutus Apuleius, Siſtris argutum tinnitum conſtrepentes.
Cauus Syll.lib.17.Circum arguta cauis tinnitibus æra.
Multiſonus Mant.Et caua multiſonis reſonent tinnitibus ęra.
Acutus Thom.Rad.Qui bombis grauibus permiſcens tinnitus acutos.

TISIPHONE.

Pallida Verg.lib.3.Georg.Stygijs emiſſa tenebris Pallida Tiſiphone. Vna eſt tribus furijs.
Vltrix Idem lib.6.Vltrix accincta flagello Tiſiphone.
Sęua Horat.lib.1. Ser. Hecaten vocat altera, ſæuam Altera Tiſiphonem.
Atra Syll.lib.2.Ciet ocyus atram Tiſiphonem.
Noctis alumna.Syll lib.2. Hos inquit noctis alumna.
Dura Stat.lib.6 Theb.Niſi dura negaſſet Tiſiphone.
Impia Idem lib.9.Subit impia campos Tiſiphone.
Torua Idem Stat.lib.11, Ni torua notaſſet Tiſiphone fraudes.

Impexa

Impexa Tibul.lib.1.Tiſiphoneq; impexa feros pro crinibus angues.
Dira Seneca, Hic ecce pallens dira Tiſiphone ſtetit.
Cruenta Pont.Et quas gerit cruenta Tiſiphone faces.
Horrenda Cimbriacus, Namq; ire videbat Tiſiphonem horrendam.
Lymphata Barth. Tiſiphone interea quondam lymphata per vrbes.
Improba Simon Gauardus Aſul. Improba Tiſiphone concuſſit voce ſonora.

TITAN.

Criniger Syll.lib.14.Criniger aſtriferis Titan feruoribus auras.
Flammiger Lucan.lib.1.Flammiger an Titan vt alentes hauriat vndas.
Calidus Idem lib.14.Sed poſtquam vernus calidum Titana recepit.
Rapidus Idem Lucan.lib.9.Sed rapidus Titan ponto ſub lumina paſcens.
Roſeus Stat.lib.1.Theb.Seu te roſeum Titana vocari.
Inſignis Auſon.Stridebatq; freto Titan inſignis Ibero.
Nitidus Mart.Cap.Hinc nitidus rutilum Titan ſuccenderat orbem.
Feruidus Seneca, Noctemq; fugas ore decoro feruide Titan.
Radiatus Idem, O decus mundi radiate Titan.
Ardens Idem Seneca, Laxauit ardens feruidum Titan diem.
Monſtrifer Idem, Et monſtriferum Titana pati.
Igneus Pont.Igneus aut roſeo ſe tingeret æquore Titan.
Celer Pamph. Celer aurea Titan Quum Phaetontæis peruolat aſtra rotis.
Candidus Quint.Candide Titan cur tua condis ora tenebris.
Rutilans Idem, Nam veluti rutilans inter tot ſydera Titan.
Flammeus Mich. Angl.Flammeus auratos Titan ſuccendit amictus.
Sublimis Idem.Qualiter æthereo Titan ſublimis olympo.
Eous Mant.Arduus Eoi mons eſt Titanis ad ortum.
Lucidus Remacl.Lucidus expauit contracto lumine Titan.
Rutilus Idem, Expauit rutilus molimina grandia Titan.

TITANES.

Impij Horat.lib.3.Carm.Vt impios Titanas immanemq; turbam Fulmine ſuſtulerit caduco.
Validi Ouid.lib.3.Faſt.Concitat iratus validos Titanas in arma.
Inceſti Claud.Quid inceſtis aperis Titanibus auras.
Furentes Claud.Bella Titanes parent me duce furentes.

*TITHONVS.*

*Filius fuit Laomedontis adamatus ab Aurora propter elegantẽ formam, ex qua ſuſcepit Mẽnonẽ. Poetæ fabulantur cũ Auroræ ſucco perfuſum ad tantã perueniſſe ſenectutẽ, vt tãdẽ optauerit verti in cicadam. Prop.lib.2. At non Tithoni ſpernans Aurora ſenectam Deſertũ Eoa paſſa iacere domo eſt. Illũ ſæpe ſuis decedẽs fouit in vlnis, Quẽ prius adiunctos ſedula lauit equos.*
Canus Stroz.pat.Quem mollia cano Oſcula Tithono culta puella daret.
Mygdonius Stat.lib.2.Syll.Sis felix tellus dominis ambobus in annos Mygdonij Pylijq; ſenis.
Senex Propert.lib.2.Cum ſene non puduit talem dormire puellam.

TITVLI.

Inſignes Pont.Inſignes laudum titulos numerare tuarum.
Illuſtres Mapph.Illuſtreſq; tuliſſet Primus auum titulos.
Celebres Stroz.pat.Cui celebres titulos Africa victa dedit.
Superbi Fauſt.Titulis ornata ſuperbis.
Grandiloqui. Archit.Grandiloquis famæ titulis incognita virtus.

TITVS.

Sagittifer Sidon.Apol.Atq; ſagittifero mœnia fracta Tito.

*TITYVS.*

*Tityus Iouis fuit filius, qui propter tentatam ſtupri Latonam ab Apolline ſagittis confoſſus eſt. Hoc autem ſupplicio nunc torqueri dicitur, vt renaſcentes eius fibras, iecurque vultur*

ſemper



*ſemper dilaniet. Claud. in Gigantomachia, Quid dicam Tityum cuius ſub vulnere ſæuo viſcera naſcuntur grauibus certantia pœnis. Ouid.lib.4.Met. viſcera præbebat Tityus lanianda nouemq; Iugeribus diſtrictus erat. Idem lib.1.de Ponto, Sic inconſumptum Tityi ſemperq; renaſcens. Non perijt, vt poſſit, ſæpe perire iecur. Idem in Ibin, Iugeribuſq; nouem qui ſummus diſtat ab imo, Viſceraq; aſſidue debita præbeat aui. Tibullus lib.1. Porrectuſq; nouem Tityus per iugera terræ. Aſſiduas atro viſcere paſcit aues. Seneca, Præbet volucri Tityus æternus dapes. Idẽ, vultur relicto tranſuolet & Tityo ferus, Merumq; pœnæ ſemper accreſcat iecur. Mãt. Aeternum Tityo iecur eſt, æterna volucri Roſtra, & in æternas ſemper redeuntia pœnas.*
Alumnus terræ. Verg.lib.6.Aen. Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum Cernere erat.
Fœdus Idem in Aetna, Hi Tityum ſeptem ſtrauere in iugera fœdum.
Incontinens Horat.lib.3.Carm.Incontinentis nec Tityi iecur Reliquit tales.
Terrigena Stat.lib.1.Theb.Terrigenam Tityum ſtygijs extendit arenis.

*TMOLVS.*

*Diſceptatio eſt inter grammaticos, vtrum hæc dictio ſit ſemper duarum ſyllabarum. Tortellius ait, quandoque eſſe trium, citans carmen illud Ouidianum ex 5 Met. Deſeruere ſui nymphæ vineta Tymoli. Neſtor contra & Deſpauterius dicunt Tortellium hallucinari, leguntq; Tmoli diſſyllabum, dicentes carmen eſſe ſpondaicum, & vltimam huius dictionis, vineta, produci poſitione, propter duas conſonantes, quæ ſequuntur m, vt apud Iuuen. Satyra 8. Occulta ſpolia & plures de pace triumphos. Tamen Raphael Regius, & Georgius Valla Placentinus fauent Tortellio. Sequere vtramuis opinionem, in hoc ego te facio tui iuris. Hic mons etiam vocatur Tmolius. Vergil. Tmolius aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus.*
Diues Syl.lib.7.It montis decus, atque ex illo tempore diues Tmolus. Mons Lydiæ feraciſſimus vini & croci.
Arduus Ouid.Riges arduus alto Tmolus in aſcenſu.

TOFVS.

Tenuis Pont.Riuulus è tenui manat tofo.
Leuis Ouid.lib.3.Met.Et lenibus tofis natiuum duxerat arcum.
Scaber Sidon Hic ſcabri ſuſus ſub pumice tofi.
Sordidus Stat.lib.4.Syll.Cocto puluere, ſordidoque tofo.
Exeſus Sidon.Saxa nec exeſum ſupplebant marmora tofum.
Piceus Mãt.Piceis dom⁹ aſpera tofis. Lapis eſt aſp, q facillimè reſoluit in are (nam.

*TOGA.*

*Toga, communis erat Romanorum veſtis, qua vtriuſque ſexus homines utebantur. Accipitur interdum pro peculiari habitu clientum & ſalutatorum, qui togati ſalutatum ibant, vt ſportulam conſequerentur. Martialis, Mane vel à media nocte togatus ero. Idem, Si matutinos facile eſt tibi rumpere ſomnos, Mentita veniet ſportula multa toga. Toga prætexta, veſtis erat magiſtratuum, togatæ fabulæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus, & habitus Romanorum, quarum ſcænici actores vocabantur togatarij. Toga pura & virilis dicebatur, quam adoleſcentes tyrocinij die poſita prætexta puerili ſumebant in capitolio. Togæ vſus erat præcipue tempore pacis. Hic plerunque pro pace capitur.*
Picta Lucan.lib.9.Exuuias, pictaſque togas.
Tenuis Horat.lib.1.Epiſt.Quem tenues decuere togæ.
Auſonia Mart.lib.10.Pertulit Auſoniæ dona ſeuera togæ.
Romana Idem lib.3.Gallica Romanæ nomine dicta togæ.
Latia Claud.Latiaque micantem Loricam mutare toga.
Radians Idem, Radiante decorus Ingredere toga.
Pacifica Codrus Vrceus, Pacifica ciues tot ſimul ire toga.
Sutilis Stroz.fil.Et toga vix corpus ſutilis omne tegit.
Laxa Tibull.lib.1.Effluit effuſſo cui toga laxa ſinu.
Oſtrina Salmonius. Ac tegit oſtrina putrida membra toga.
Coccina Fauſt.Coccina quemq; toga & tetrici veneranda decebant.
Manicata Architrenius, Induſtria de manicatis. Occultare togis.

Niteq;

Nitens Mant. Togas opus eſt proferre nitentes.
Coa Proper.lib.2.Siue togis illam fulgentem incedere Cois.
Serica Mant.Pingitur abraſo rutilans toga ſerica villo.
Longa Idem,Pone ſagum,ciuile togæ decus indue longę.
Melotæa,id eſt,pellicea. Idem,Et melotæis terga fouere togis.
Laborata Marconuillus,Docta laboratam ſume Minerua togam.

### TOMACVLVM.

Fumans Mart.lib.1.Quod fumantia qui tomacula raucis.
Diuinum Iuuenal.Sat.6.Extra incandiduli diuina tomacula porci.

### TONANS.

Aethereus Lucan.lib.5.Aethereo traditur conuexa tonanti.
Latius Idem lib.8.Priſcia manent mihi per Latium iurata tonantem.
Panomphæus.Ouid.lib.11.Ara panomphæo vetus eſt ſacrata tonanti.
Capitolinus Idem lib.2.Faſt. Ad Penetrale Numæ,Capitolinumq́; tonantem.
Tarpeius Idem lib 2.de Ponto,Non tibi Tarpeio culta tonante minus.
Piſeus Stat.lib.1.Theb. Non aliter quàm Piſeo ſua luſtra tonanti Quum edeunt.
Pharetratus Stat.lib.4.Theb.Grata pharetrato non acria rura tonanti.
Inachius Idem lib 5.Theb.Inachio ſanctum dixere tonanti.
Namaſonius Idem lib.3.Syll.Sic natum Namaſonij tonantis.
Laſciuus Mart.lib.11.Dixit idem quotiens laſciuo Iuno tonanti.
Elæus Claud. Adſit & elæo pubes laudata tonanti.
Garamanticus Sidon.Non prolem Garamantici tonantis.
Olympiacus Politianus,Olympiaco quin is dedit ora tonanti.
Fulmineus Pamph.Saxus,Spicula fulminei turres quam ſæua tonantis.
Sidereus Sabellicus,Siderei mater formoſa tonantis.
Cœlicus Quint.Cœlicum fruſtra precibus tonantem.
Cœleſtis Mich.Angl.Limine cœleſtis proles generoſa tonantis.
Empireus Bonadus Rom.8.Iſta nec empyreo paret ſubiecta tonanti.

### TONITRV.

Coruſcum Ver.lib.8.Non ſecus atq; olim tonitru quum rupta coruſco.
Commotum Syl.lib.12.Nec placido commota tonitrua cœlo.
Vagum Idem lib.15.Et vaga late per ſubitum moto ſtrepuere tonitrua mundo.
Repentinū Vitruuius,Seu deorū aduentus cū tonitribus repentinis verſentur.
Raucum Stat.lib.2.Theb.Nec rauca tonitrua pulſant.
Vaſtum Val Flac.lib.1 Vaſto pariter ruit igneus ęther Cum tonitru.
Terrificum Idem lib.4.Terrificiq́; ruunt tonitru.
Sonorum Claud.Qui cuncta ſonoro.Concutiens tonitru.
Diſploſum Pont.Et fracto diſploſa tonitrua cęlo.
Horrificans Idem,It tonitru horrificans.
Horriſonum Polit.Tonitruq́; coruſcat Horriſono.
Horrificum Idem.Quod tonitu horrifico magnas ſternentia turres.
Terribile Cataneus,Fulmina terribiles tonitrus imitatur & ignes.
Dirum Crinitus,Templorum & nimium dira tonitrua.
Ventoſum Mant.Ventoſa tonitrua nobis De nebulis.
Aeſtiuum Idem,Non aliter quàm poſt æſtiua tonitrua.
Horrendum Idem,Hic ſonet horrendum tonitru,nubesq́; per atras.
Hiulcum Val.Var.Nec hiulca tonitrua cudo.
Reboans Mant.At tonitru reboante cados,à frigore fętas.

### TONVS.

Dulciſonus Mart.Capella,Tædia dulciſonis auferet illa tonis.
Muſicus Idem,Alij muſicos tonos,quos non conceperant,retexabant.





### TORMENTVM.

Murale Verg.lib 12.Murali concita nunquam Tormento ſic ſaxa fremunt.
Validum Lucret.lib.6.Vt validis quæ de tormentis miſſa feruntur.
Durum Ouid.lib.3.Met.Cruciataq́; duris Corpora tormentis.
Immane Pont.Mors illi precium, & tormenta immania curæ.
Ahenum Idem,Vt quum irata manus tormento excluſit aheno.
Iniquum Pamph Iniqui pondere tormenti fortius illa ferit.
Acerbum Quint.O crudum inuentum,ò atrox,miſerabile,acerbum.
Toruum Idem,Toruaq́; ſulphureas agerent tormenta fauillas.
Dirum Calent.Tormentaq́; dira minetur.
Vulcanium Barth.Vulcaniaq́; vrbi tormenta impellant.
Horridum Fauſtus,Horrida nam timuit miſeri tormenta Promethei.
Veſanum Idem,Veſana ingeminat læſos tormenta per artus.

### TORNVS.

Facilis Verg in Buc.Lenta quibus torno facili ſuperaddita uitis.Inſtrumentum eſt fabrile,quo ligna,ebur,& reliqua huiuſmodi ſignantur & poliuntur.
Anguſtus Propert.lib.2.Incipe iam anguſto verſus includere torno.

### TORPEDO.

Grauis Hier.Ang.Tunc ceſſit torpedo grauis,ceſſitq́; veternum.

### *TORPEDO. piſcis.*

*Piſcis eſt,quem ſi quis attigerit morbo afficietur, à quo illa nomen ſuum traxit,quo etiam modo piſces in prædam agit.Occultat enim ſe limo,& ſupra natantes facit torpere, quos emergens deuorat.*

Dira Claud.Quis non indomitam diræ torpedinis Artem Audijt.
Mollis, Idem,Illa quidem mollis,ſegniq́; obnoxia tactu.
Ferox Idem,Et viuos impune ferox depaſcitur artus.
Callida Idem,Sed propius nigræ iungit ſe callida ſetæ.

### TORPOS.

Frigidus Luca.lib.4.Tū frigidus artus Alligat,atq; aīum,ſubducto robore,torpor.
Grauis Ouid.lib 1.Meth.Torpor grauis occupat artus.
Iners Stat.li 5.Syll.Sed te torpet iners,& mors imitata quietē Explicuit.
Immobilis Mart. Capella,Immobilis torpor inſederat.
Titubans Mant.Segni titubans in pectore torpor.
Noxius Mant.Sopitaq́; pectora torpor Noxius obliquat.
Luculentus And.Ammonius,Luculentus agmen torpor vrgebat grauiter, &c.
Segnis Fauſt.Nec languida ſegnis corpora torpor habet.
Lentus Mant.Sic lentus pectora occupat.
Eneruis Idem,Omne quod enerui torpore oppreſſa volūtas Segniter omiſit.
Exanguis Idem,Quarum præcordia torpor occupat exanguis.

### *TORQVATVS.*

*Manlius Torquatus filium ſecuri percuſſit, quod in Samnites contra edictum pugnaſſet, quamuis hoſte profligato victoriam ad ſuos retuliſſet.*

Sęuus Verg.lib.6. Aen.Sęuumq́; ſecuri Aſpice Torquatum.
Trux Claud.Torquatiq́; truces,animoſaq́; pauperis vmbra Fabricij.
Securifer Quint.Torquatum ſecuriferum paruoq́; potentem Fabricium.

### TORQVIS.

Auratus Syll.lib.15.Hic torque aurato circundat bellica colla.
Decorus Claud.Gallia crine ferox euinctaq́; torque decoro.
Aureus Pon.Victori meritum chlamys,ac ſuper aurea torquis.
Tortus Barth.Tortisq́; refulgent Torquibus.
Vncus Propert lib.4.Torquis ab inciſa decidit vnca gula.

### TORRIS.

Ardens Pont.Ciet ardenti Venus agmina torre.

Ater Idem, Atq; ambuſtum torribus atris.
Ambuſtus Idem, Sæpe etiam torrem ambuſtum rutllante fauilla.
Meleagrius Bapt. Pius, Labentes veluti torris Meleagrius annos Seruabāt.

### TORRENS.

Rapidus Verg. lib. 2. Aen. Incidit aut rapidus montano flumine torrens.
Tumidus Claud. Tumidus quum vertice torrens Saxa rotat.
Subitus Stat. lib. 9. Theb. Subiti torrentis iniqui Interceptus aquis.
Turbulentus. Sidon. Per turbulenti terga torrentis.
Rapax Seneca, Hic rapax torrens cadit.
Obliquus Pont. Obliquo rapitur torrente & hiantibus vndis.
Gelidus Idem, Vnde redit gelidus ſua per veſtigia torrens.
Riguus Conr. Riguus per alta quale quum torrens ruit.
Vorticoſus Quint. Quum vorticoſum pluuia torrentem dedit.
Aquoſus Petr. Non ille vadum torrentis aquoſi.

### TORTOR.

Barbarus Horat. lib. 3. Carm. Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus Tortor pararet.
Immitis Manil. Hinc etiam immitis tortor, pœnæq; miniſter.
Cruentus Lud. Bigus, etiam cruentis præmium tortoribus.

### TORVS.

Genialis Apul. Genialem torum religioſus ſuſpice.
Sublimis Ouid. lib. 11. Aut medio torus eſt hebeno ſublimis in antro.
Dulcis Syll. li. 2. Dulceſq; marito Effluxere tori.
Mollis Mart. lib. 8. Et caleat blando mollis amore torus.
Purpureus Idem lib. 12. Dormit, & in pluma, purpureoq; toro.
Piger Ouid. lib. 3. Eleg. Sed iacui pigro crimen, onuſq; toro.
Socius Idem lib. 1. de Arte, Atq; erit in focij fœmina parte tori.
Sacer Idem, Sic coeunt ſacro nupta deuſq; toro.
Iugalis Seneca, Tori iugalis abnuit Merope nefas.
Compoſitus Pont. Inuitant thalami, compoſituſq; torus.
Tepidus Idem, in tepido munera grata toro.
Tyrius, ornatus Tyria purpura. Pont. Nō Tyrio ſubnixa toro, ſpondave nitēti.
Placidus Idem, Titillat placido toro, iacentem.
Cultus Idem, Afflabit thalamus, thoruſq; cultus.
Tener Codr. Vrceus, Non leuis in tenero culcitra ſtrata toro.
Pictus Pamph. Saxus Stragulaq; & picti ſardonycata tori.
Molliculus Mich. Angl. Mollicula excutient membra ſopora toro.
Ignauus Mant. Excute ab ignauo ſedula membra toro.
Fulgens Claud. Fulgentibus illic Surgunt ſtructa toris.
Purus Tibull. lib. 1. Te memini & puro ſuccubuiſſe toro.
Oſtrinus Prop. lib. 1. Nec timet oſtrino Tulle ſubire toro.
Attalicus Idem lib. 2. Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

### TOXICVM.

Sæuum Mart. lib. 1. Et dare Campano toxica ſęua mero.
Lernæum Mant. Lernæa fugauit Toxica.
Dirum Val. Varan. Et dira propinant toxica.
Luridum Remaclus, Quot lurida toxica ſumpſi.
Impium Fauſt. Impia tam gratum toxica nectar habet.
Ferum Idem, Et fera mordaci quum toxica funderet ore.
Lethale Fauſt. Sumpſit & hinc Fœnus lethalia toxica ductor.

### TRABEA.

*Veſtis erat togata, purpura circundata ſub tegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebāt.*

Fulgens Claud. Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres.
Rigens Sidon. Hic igitur proaui trabeas imitata rigentes.





Aurata Claud. Iam parat auratas trabeas, curruſq; micantes.

### TRABES.

Firmæ Gell. Opuſq; eſſet firma ac procera trabe.
Solidæ Ouid. lib. 8. Ferre trabes ſolidas.
Fraxineæ Stat. lib. 5. Theb. Et trabe fraxinea Capaneus ſubit obuius.
Iliceæ Idem lib. 6. Theb. Orniq; iliceæq; trabes.
Auratæ Idem lib. 1. Theb. Auratas ne trabes, an Mauors vndiq; poſtes.
Pictæ Claud. Pictæq; citato Ludant igne trabes.
Arboreæ Auſon. Non ſine Amadryadis fato cadit arborea trabs.
Nitida Seneca, Non auro nitidæ trabes.
Acutæ Iulius Cæſar, Præacutas trabes in muro collocabant.
Abienæ Ennius apud Cic. Cæſ. cecidiſſet ad terram abiena trabes.
Acernæ Verg. Præcipue quum iam hic trabibus cōtextus acernis Staret equus.
Quernæ Mant. Aggredior trabibus quernis, & robore ſecto.

### TRAGOEDIA.

*Tragœdia eſt heroicæ fortunæ in aduerſis reprehenſio, à Græca dictione tragos id eſt hircus, qm̄ olim tragicis autorib. præmiū erat hircus. Hinc Hor. Carmine qui tragico vilē certauit ob hircum. Tragœdiæ ſtylus debet eſſe magniloquus & ſublimis, qm̄ arduum eſt eius argm̄, ſoliq; principes & heroes inducuntur in ea. Propterea ſcribit Ouid. Omne genus ſcripti grauitate tragœdiā vincit. Et Hor. Effutire leues indigna tragœdia verſus. In hoc genere carminis principiū eſt triſte, finis lachrymoſior. Præcipue apud Grȩcos tragœdiographi fuerūt Theſpis, Aeſchilus, Sophocles. Euripides & Phrynicus, apud Latinos Pacuuius, Actius, Attilius, Varrus, & Seneca.*

Seuera Horat. lib. 2. Carm. Paulum ſeueræ muſa tragœdiæ.
Violenta Ouid. lib. 3. Eleg. Venit & ingenti violenta tragœdia paſſu.
Animoſa Idem, Quid grauibus verbis animoſa tragœdia dixit.
Lachrymoſa Claud. Quæ ſocci ſuperent riſus, luctuſq; cothurni.

### TRAGOEDVS.

Vociferans Tho. Rad. Tragœdum vociferantem, funereum periclitantem.
Grauis Mant. Stabat Roma graues ſimul auditura tragœdas.
Mœſtus Perſius, Fabula ſeu mœſto ponatur hianda tragœdo.

### TRAPETVM.

Vnctum Stat. lib. 2. Vnctis betica prouocas trapetis.
Madidum Sidon. Hic Pallas madidis venit inter præla trapetis.
Palladium Polit. Teſtaq; palladijs iam non vacat illa trapetis.
Durum Pamph. Saxus, Bacca premor duri ſub pondere preſſa trapeti.
Marmoreum Idem, His ergo marmorei ſub pondere preſſa trapeti.
Venafranum Pamph. Preſſa venafrani ſub pondere bacca trapeti.
Rude Sabell. Et radios rudibus preſſiſſe trapetis.

### TREMOR.

Gelidus Verg. lib. 6. Aen. Gelidus Teucris per dura cucurrit Oſſa tremor.
Horridus Seneca, Violenta fata, & horridus mortis tremor.
Vagus Idem, Vagus per artus errat excuſſos tremor.
Incurſans Pont. Incurſanſq; tremor per membra.
Frigidus Idem, Frigidus & miſere concutit oſſa tremor.
Rapidus Quint. Cunctos rapidus inuadet tremor.
Sæuiens Idem, Immenſus illi ſæuiens membris tremor.
Horriſonus Quint. Stetit acta tremore Horriſono.
Horrendus Idem, Qualis horrendus tremor.
Terribilis Fauſt. Vltima terribili meta tremoris adeſt.
Aridus Reuclin. in Sergio, Et ſquallor, horror, aridus ſemper tremor.

### TRIBVLVS.

Acutus Petrarch. Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.
Aſper Mich. Angl. Sic magis inſulſo tribulus ſapit aſper aſello.

Scaber Romacl. Inuoluit tribulis ſpicea grana ſcabris.

### TRIBVNAL.

Sublime Claud. Increpat Auguſtum, ſcandat ſublime tribunal.

Celſum Iuuen. Interea celſum dominus ſtans ante tribunal.

Iuridicum Mant. Iuridicumq; reos cogit pallere tribunal.

### TRICE.

Sterilis Seneca, Parua Cortyne, ſteriliſq; Trice. Vrbs eſt Cretæ.

### TRICLINIVM.

Frigidum Verg. in Coppa, Triclinia vmbroſis frigida arundinibus.

### TRIDENS.

Sæuus Verg. lib. 1. Aen. Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem.

Infeſtus Idem in Batt. Hæc agat infeſto Neptunus cæca tridente.

Aequoreus Mart. lib. 5. Hermes æquoreo minax tridente.

Pinniger Pont. Iaciuntq; tridentes Pinnigeros.

Validus Polit. Namq; hæc aut valido Neptuni quaſſa tridenti.

Vncus Mant. Et miſeras vncis verſare tridentibus vmbras.

Trifidus Bapt. Pius, Mugiat omne fretum, trifidoq; excuſſa tridenti.

Fluctiſonans Crin. Non hic fluctiſonans tridens.

### TRINACRIA.

Vndiſona Stroz. fil. Mulcet & vndiſonæ murmura Trinacriæ.

Triquetra, ideſt triangula. Horat. lib. 2. Serm. Quid militibus promiſſa triquetra.

### TRIONES.

Hyperborei Mart. lib. 9. Miles hyperboreos modo Marcelline triones.

Gelidi Claud. Gelidi ſeu te meruere triones.

Pigri Idem, Ite per extremum Tanaim, pigroſq; triones.

Scythici Idem, Gens qua non Scythicos diffuſior vlla triones Incoluit.

### TRIPODES.

Teretes Sidon. Pendet per teretes tripodas epidaurius anguis.

Apollinei Polit. Carmen, Apollinei tripodes, lauruſq; locutæ.

Sacri Crin. Per ſacros tripodes ſerta refert Deus. Idem, Nec fruſtra tripodas concutiens ſacros.

Docti Idem, Qui doctos tripodas colunt.

Delphici Theod. Cyren. Neq; admittis oraculum Delphici tripodis.

Cyrrhæi, id eſt Apollinei. Idem, Dodonæum tintinabulum, tripodem Cyrrhæum.

### TRIPVDIVM.

Hymenæum, id eſt nuptiale. Mart. Cap. Atq; hymenæa dedere tripudia.

Citatum Marul. Vlulent citatis Aedonides vſq; tripudijs.

Lymphaticum. Apul. Incitant et tibiæ cantu lymphaticum tripudium.

### TRISTITIA.

Tetrica Conrad. Hortatur tetricam iuſtitiam frontibus exuant.

Grauis Pacificus, Excutiam ex animo triſtitiam grauem.

Torpens Plin. lib. 11. Index eorum triſtitia torpens.

### TRITON.

Canorus Verg. in Aetna. Nam veluti ſonitura diu Tritone canoro.

Cæruleus Ouid. lib. 1. Meth. Cæruleum tritona vocat, concaq; ſonanti Inſpirare iubet fluctus.

Celer Stat. lib. 3. Theb. Stat celer obſequio iuſſa ad Neptunia Triton.

Rapidus Claud. Huc rapidum Tritonia vocet.

Piſtriger Sidon. Piſtrigero quæ concha vehit Tritone.

Squameus Sidon. Squameus huc Triton duplicis confinia dorſi.

Vagus Pont. Quaq; vagus ſe tollit in æquora Triton.

Saxicola Pont. Qui monſtra Oceani qui ſaxicolas Tritones.

Semifer Stroz. fil. Veluti quum ſemifer æquora Triton Excitat.

Madidus



Madidus Pamph. Per freta piſce ſedens madidus nat cærula Triton.

### TRIVMPHVS.

Lætus Ouid. lib. 13. Ingredior curru lætos imitante triumphos.

Superbus Horat. lib. 1. Carm. Vel ſuperbos Vertere funeribus triumphos.

Magnificus Ouid. lib. 1. Eleg. Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.

Sacer Idem Ouid. Ergo quum poſſim ſacri pars eſſe triumphi.

Clarus Pamph. Sax. Non nitet claris ſolet vt triumphis.

Sublimis Syll. lib. 17. Et patria inuehitur ſublimi tecta triumpho.

Præclarus Claud. Ducite præclarum Cereris de ſtirpe triumphum.

Lauriger, quia triũphãtes coronabat lauro. Idẽ, inter laurigeros aluerũt caſtra triumphos.

Inſignis Idem, Inſignemq; canunt noſtra de plebe triumphum.

Auguſtus Calphur. In quibus auguſtos viſuris ſæpe triumphos.

Egregius Sidon. Quæcunq; egregiis geris triumphis.

Pulcher Codrus Vrceus, Hi pulchri reditus, pulchrive triumphi.

Viridis Idem, Cuius adhuc virides teſtantur Roma triumphos.

Celeber Conr. Te celebri metuent triumpho.

Decorus Augurell. Et regum merita decoros Laude triumphos.

Elegans Idem, Triumphus ecce iam paratur elegans.

Illuſtris Mant. Dicitur illuſtri crux exaltata triumpho.

Pompalis Idem, Deniq; Pompali comites eſtote triumpho.

Solennis Idem, Solennes regum viſura triumphos.

Nobilis Val. Var. Francia nobilibus iamiam illuſtranda triumphis.

Honoratus Fauſtus, Duxit honoratum Tarpeia in ſaxa triumphum.

Lautus Bap. Pius, Illa paleſtritis lautos prædata triumphos.

Barbaricus Seneca, Et de triumpho picta barbarico chlamys.

### TROADES.

Decoræ Stat. in Achil. Iã te ſpectabunt lachrymis, planctuq; decoræ Troades.

### TROCHVS.

Græcus, à Græcis inuentus. Hora. lib. 3. Carm. Seu Græco iubeas trocho.

Celer Mart. lib. 11. Quam celer arguto qui ſonat ære trochus.

Argutus Idem, Cedat vt argutis obuia turba trochis.

Verſus Proper. lib. 3. Increpat, & verſi clauis adunca trochi.

### TROES.

Violenti Ouid. in Epiſt. In te fingebam violentos Troas ituros.

### TROEZEN.

Theſea, quoniam oppidum fuit Atticæ regionis, in quo regnauit Theſeus. Stat. li. 4. Theb. Et quas Theſæa Troezen Addit opes.

### TROIA.

Laomedontæa, à Laomedonte rege. Verg. lib. 1. Georg Laomedontææ luimus periuria Troiæ.

Laomedontia. Mant. Atq; decennali quod Laomedontia bello Troia tulit.

Antiqua Ver. li. 1. Aen. Nos Troia antiqua veſtras ſi forte per aures Troiæ nomen.

Neptunia, cuius muros fecerunt Apollo & Neptunus. Idem lib. 2. Aen. Illum & ex imo verti Neptunia Troia.

Periura Idem lib 5. Aen. Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ.

Auara propter auaritiam eiuſdem Laomedontis. Ouid. lib. 11. Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ.

Alta Idem lib. 13. Viſaq; & intrata eſt altæ tibi curia Troiæ.

Perfida Idem ibidem, Edidici quid perfida Troia pararet.

Dardana Idem lib 5. Triſt. Dardana quot Graio ſub hoſte fuit.

Diruta Idem in Epiſt. Et minus hoc nobis diruta Troia dedit.

Phœbea Sabinus, Quid ſi Phœbeam peterem te coniuge Troiam.

Phrygia Mart. lib. 9. Manſiſſes Helene, Phrygiamq; rediſſet in vrbem.

 Miſera

Miſera Val.Flac.lib.2.Miſeræ flebant diſcrimina Troiæ.

Idæa Ruff.Feſt.Pars,ait Idææ deflentem incendia Troiæ.

Apollinea Pontan.Teſtis Apollineæ Neptunis mœnia Troiæ.

Hectorea Pamph.Sax.Hectoreæ Phœbum mirabat Pergama Troiæ.

Iliaca Idem,Vidit tamen vrbis Achiuos Iliacæ.

Ardua Mant.Conſilio Priamus melior,ruit ardua Troia.

Fatalis Stat.in Achill.Cœtus tibi armorum Troiæ fatalis.

Magna Idem,Tene,inquit,magnæ vaſtator debita Troiæ.

Vetus Proper.lib.2.Et quot Troia tulit vetus,& quot Achaia formas.

Dura Verg.lib.11.Quicquid apud duræ ceſſatum eſt mœnia Troiæ.

*TROIA ludus.*

*Troia erat equeſtre ſimulachrum,ſeu umbratica equitum pugna,in qua equi & ſeſſores in orbem circumacti uiciſſim ſeſe impetebant Suet.in Iulio Cæſare,Circenſibus,inquit,ſpacio circi ab utraq; parte producto in gyrum Eurypo addico,quadrigas,bigasq; & equos deſultorios agitauerunt nobiliſsimi iuuenes;Troiam luſit turma duplex,maiorum & minorum puerorum.*

Equeſtris Mant.Et veluti ſi vero aliquis puerilia bello Ludicra, ſi Troiam Marti componat equeſtrem.

TROPHAEVM.

Lætum Verg.in Aetna,Haud aliter quàm cum læto deuecta trophæo.

Clarum Pamph.Sax.Marmoreq; & niueo clari monumenta trophæi.

Sublime Mirandula,Victori Chriſto ſtatuunt ſublime trophæum.

TROS.

Dardanius,fuit enim filius Erichthonij,& nepos Cardani,à cuius nomine Troia dicta eſt Dardania. Auſon.Stat Iouis ad ciathum generat quem Dardanius Tros.

TRVCVLENTIA.

Effera Pont.Et truculentia fortibus auſis Effera.

*TRVLLA.*

*Trua ſeu trulla,genus eſt vaſis à Terendo.Eo vaſe aqua fundebatur in lauatrinam. Fiebant & ære Corinthio,& argento.Martialis poſuit pro ſcaphio, libro nono dicens. Clinicus Herodes trullam ſubduxerat ægro.*

Aurea Iuuent.Sat.3.Si trulla inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

Campana. Hor.li.2.Ser.Qui Veientanũ feſtis portare dieb;Cãpana ſolitus Trulla.

Vinaria Varro,Vinaria trulla acceſſit.

TRVNCVS.

Roboreus Mant.Pars roboreos immittere truncos Nititur.

Teres Verg.lib.6.Aen.Teretes circundare truncos.

TRVTINA. *el peso o valança*

Aequa Pacificus,Nam benè qui penſat trutinaq; expendit in æqua.

TVBA.

Clara Verg.lib.5 Aen.Inde vbi clara dedit ſonitum tuba.

Stridens Luc.lib.1.Quos ære recuruo Stridentes acuere tubæ.

Terribilis Ouid.lib.15.Terribileſq; tubas auditaq; cornua cœlo.

Fera Idem lib.1.Faſt.Canteturq; fera nil niſi pompa tuba.

Canora Idem lib.3.Summa dies è quinque,tuba luſtrare canora.

Funeſta Idem in Epiſt. At mihi funeſta flebiliora tuba.

Longa Idem lib.2.Eleg.Pro longa reſonent carmina veſtra tuba.

Sæua Syll.lib.11.Imiti murmure ſæuæ inter bella tubæ.

Acris Stat.lib.15.Syll.Quiq; tubas acres,lituoſq; audire volentem.

Mœſta Stroz.fil.Mœſtaq; funereos tantum tuba clangat in vſus.

Pieria Mart.lib.10.Pieria caneret quum fera bella tuba.

Sanguinea Val.Flac.lib.3.Clamorq; tubæq; Sanguineæ iuuere deum.

Clangens Idem,Intonuit æther Luciſicum clangente tuba.

Tartarea Claud.Quid dudum inflare moraris Tartaream Bellona tubam.





Fremens Idem,Inter frementes Hippolyte tubas.

Rauca Sidon.At tuba terrifico ſtrepuit graue rauca fragore.

Vocalis Seneca,Affixa inhærent dona vocales tubæ.

Caua Pont.Buccinaq; inſonuit,rauco & tuba concaua cantu.

Aenea Idem,Canit tuba & ænea Martem.

Audax Idem,Senſit vbi audaces ſigna dediſſe tubas.

Tremenda Polit.Grandiq; tremendas Obruit ore tubas.

Flexilis Idem,Et graue conſpirat corno tuba flexilis vnco.

Grandiſona Stroz.pater,Grandiſona linquam bella canenda tuba.

Vnca Stroz.fil.Et vnca Permulcent hilares littora feſta tuba.

Magnifica Conrad.Hic bella cantat magnifica tuba.

Belligera Quint.Rapidoſq; fragores Belligera ſonare tuba.

Sonax Idem,Ecce ſonaces Carmina rauca tubæ.

Triſtis Petrarcha,Pila inter triſtes tubas.

Martia Mant.Quales dedit tuba Martia cantus.

Flexa Idem,Tuba flexa morantes Arguit.

Superba Idem, Arguta ſuperbam Depellit ſambuca tubam.

Terrifica Valeran.Var.Terrificæ cecinere tubæ.

Crepitans Cantalicius,Et tuba multiplici crepitans ſonat ærea cantu.

Altiſona Feretrius,Et canere altiſona ceſſet vterq; tuba.

Horribilis Fauſtus,Horribili reſonare tuba.

Floralis,quoniam meretrices per tubam accerſebantur ad floralia. Iuuen.Satyr.6. Digniſſima prorſus Florali.

Querula Propert.lib.4.Et ſtruxit querulas rauca per oſſa tubas.

Teres Mant.Et teretes animare tubas;bellumq; per omnem Auſoniam.

Horrida Pont.Et pugnam tuba terribili ciet horrida cantu.

TVBVS.

Fictilis Varro,Demittunt in tubullos fictiles fundo pertuſo.

TVCETVM.

Lachrymans Mant.Ad vtrunq; latus,lachrymantia circum Tuceta.

Craſſum Perſius,Sed grandes patinæ,tucetaq; craſſa.

Sapidum Apul. Abacũ paſcue vinulentum, & quidem narib. mihi iam ariolabar tucetum perquã ſapidiſſimum. Tuceta vocantur cibi regij ſapore præſtantes.

TVDERTES.

Gradiuicolæ Syll.lib.4.Et gradiuicolam celſo de colle Tudertem. Dicuntur habitare Tudertis oppidi Vmbriæ.

TVGVRIVM.

Pauper Verg.in Buc.Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Paruum Sidon.Cuius parua tuguria magnus Hoſpes impleſti.

Craticium,factum cratibus ligneis. Thom Rad. Craticiaq; tuguriuncula cannulis temere conteguntur.

Humile Idem,Poteſt in humili tuguriunculo vir maximus habitare.

*TVLLIA.*

*Tarquinius ſuperbus Seru.Tull.Sext.Romanorum regem (ut regno ſuccederet) morti dedit, cuius filiam nomine Tulliã in uxorẽ prius duxerat. Scelerata mulier eadẽ regnãdi libidine qua maritus pruriens,ubi intellexit patrẽ interfectum,vehiculo ſe propere ferri iuſſi, ut interfectori gratularetur. Quum aũt inter eundũ cõperto cadauere equi & auriga conſtitiſſent, erubeſcerentq; mortuũ conculcare;mulier nefaria currũ ſuper faciem mortui parentis duci iuſsit.Ouid.in Ibin, Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit. Preſsit & inductis membra paterna rotis.*

Impia Seneca in Oct. Dedit infandi ſceleris pœnas cum Tarquinio Tullia coniunx,quæ percæſſi membra parentis egit ſæuos impia currus.

Violenta Idem,Laceroſq; ſeni Violenta rogos nata negauit.

Ferox Liuius,Angebatur ferox Tullia.

### T V L L V S.

Pugnax Fuit enim tertius Rom, Rex, multo fortior Romulo, de quo Vergi. lib. 6. Cui deinde ſubibit. Otia qui rumpet patriæ, reſideſq; mouebit Tullus in arma viros, & iam deſueta triumphis Agmina.

### T V M V L T V S.

Trepidus Lucan. lib. 1. Vtq; ſatis trepidum turba coeunte tumultum.

Vagus Seneca, Inter tumultus mentis attonitæ vagos, Mirandula, Atq; vago ſic mens agitata tumultu.

Turbidus Pont. Rixas, murmura, turbidos tumultus.

Diſcors Idem, Quodq; diſcordes herebi tumultus.

Veſanus Pamph. Sax Ira ueſano rabies tumultu.

Terriſonus Idem, Et quæ terriſono pugnat delecta tumultu.

Horriſonus Quin. Hinc bella horriſonis ducta tumultibus.

### T V M V L V S.

Exanguis Claud. Paſſim tumulis exanguibus albent.

Gelidus Hieron. Ang. Sum cinis in gelidis tumulis, ſum viuus amator.

### T V M O R.

Inſolens Seneca, Et veri inſolens. Ad recta flecti regius nolit tumor.

Nocuus Architren. Ah morbos ouium, nocuoſq; tumores.

### T V N I C A.

*Tunica veſtis erat breuior, & ſine manicis, qua vtebantur uiri. Manicata dicebat fœminas, ut arguit illud Vergilianum, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mytræ. Gellius lib. 7. Tunicis, inquit, uti uirum ultra brachia, & vſq; in primores manus, ac propè in digitis Romæ, & in omni Latio indecorum fuit. Propterea Pub. Afric. Pauli filius P. Gallo homini delicato probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Tunicati dicuntur, tunicis induti. Horat. lib. 1. Epiſt. Vilia uendentem tunicato ſcruta popello, Suet. in Auguſto. Vt ſtare interdum per totum diem iuberet ante prætorium tunicatos.*

Mollis Gell. lib. 1. Elegans illa ueſtis & molles tunicula ab æmulis, &c.

Fluens Ouid. lib. 3. de Arte, Tuniciſq; fluentibus auras Excipit.

Radians Stroz. fil. Hic illam aricoum tunicis radiantibus horæ.

Palmata Liuius, Tunica palmata, & toga picta.

Conſuta Plaut. in Amph. Tunicis conſutis huc aduenio.

Manuleata Idem in Pſeud. Manuleatam tunicam hominem habere decet.

Demiſſicia Idem, Genus hoc muliebroſum eſt tunicis demiſſicijs.

Talaris Cic. in Ver. Quum iſte cũ pallio purpureo, talariq; tunica uerſaretur.

Crocina Catull. Fulgebat crocina candidus in tunica.

Laxa Idem, Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Oſtrina Prop. lib. 2. Viſa neq; oſtrina quum fuit in tunica.

Soluta Idem lib. 4. Illas direptiſq; ſolutis Excipit.

### T V R B A.

Loquax Stroz. fil. Hoc quoq; uix poterit turba tacere loquax.

Stridula Pont. Stridulaq; ad cineres hei mihi turba crepat.

Multiuola Mant. Noxia multiuolæ fugias conſortia turbæ.

Multiſona Idem, Multiſonæ pelagus turbę.

Tumultuoſa Liuius, Acceptus extemplo in tumultuoſam turbam.

Rudis Mant. Præcipiteſq; rudis turbæ compeſcuit iras.

### T V R B O.

Niger Verg. lib. 1. Georg. Ita turbine nigro Ferret hyems.

Ater Idem lib. 1. Aen. Ater quos æquore turbo Diſpulerat.

Rapax Lucan. lib. 5. Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes Turbo rapax.

Violentus Lucan. lib. 5. Defendiſſe ſuas violento turbine terras.

Verſabundus Lucr. lib. 6. Verſabundus enim turbo deſcendit.

Nymboſus Ouid. lib. 11. Frangitur incurſu nymboſi turbinis ardor.

Cæcus



Cæcus Syll. lib. 1. Inde cadunt nubes ventorum turbine cæco.

Sæuus Idem, Turbine nox ſæuo venientem neſcia cladem.

Nigrans Idem lib. 5. Intorquens nigranti turbine nubem.

Stridulus Idem lib. 9. Turbo Adiuuat, ac Tyrias impellit ſtridulus haſtas.

Inopinus Idem Syll. lib. 1. Effuſæq; ruunt inopino turbine turmæ.

Immanis Idem, Præceps ad ripas immani turbine fertur.

Piceus Idem, Turbine confuſum piceo, & nigrante procella.

Furialis Idem lib. 16. Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.

Properatus Idem lib. 17. Et iacit aduerſam, properati turbinis haſtam.

Rapidus Stat. lib. 7. Theb. Turbine præuectus rapido.

Subitus Val. Flac. lib. 1. Subitus volitantia malum Turbo rapit.

Intortus Idem lib. 4 Niger intorto ceu turbine nymbus.

Demens Idem Val. Flac. lib. 6. Ille ſuper ſocias dementi turbine gentes.

Raucus Clad. Ceu turbine rauco Quum grauis armatur boreas.

Puluereus Claud. Donec puluereo ſub turbine Pulueris inſtar.

Celer Seneca, Re Deus noſtras celeri citatas Turbine verſat.

Volucer Pont. Turbine iactatus volucri, & nigrante procella.

Obſcurus Polit. Inter obſcuros turbines.

Fulmineus Stroz. pat. Inſtar fulminei turbinis ecce ruit.

Horriſonus Idem, Horriſono turbine bella gerunt.

Acer Quint. Preſſiſſem & acri turbine.

Nigricans Guill. Caſt. Nigricans obduxerat aera turbo.

Procelloſus Mant. Ecce procelleſis fragor inſtar turbinis ingens.

Atrox Mant. Nautas imitentur atroci Turbine deprenſos.

Terrificus Barth. Terrifico ceu turbine voluitus auſter.

Citus Tibull. lib. 1. Nanq; ager, vt per plana citus ſola verbere turbo.

Indomitus Catull. Indomitos turbo contorquens flamine robur.

### T V R C AE.

Infidi Mant. Quæ infidos Othomanigenas, & barbara regna.

Immanes Marull. Et quicquid immanis profanat Turca.

Improbi Stroz. pat. Improbe cum te igitur facturum Turca putemus.

Atroces Codr. Vrceus, Turcus atrox fidei ſanctæ ſæuiſſimus hoſtis.

Immites Stroz. pater, Addat & immittem Turcam.

Feroces Stroz. fil. Vtq; nihil metuat Turcas manus iſta feroces.

Fortes Pamph. Sax. Dux Venetũ forti rurſus dedit aurea Turco Sceptra.

Potentes Idem, Turciq; potentis agmina.

Armipotentes Idem, Geminato contudit ictu Armipotens Turcus.

Pharetrati Cleoph. Graia pharetratus mœnia Turcus habet.

Minaces Quint. Hinc Turca clades ſparſit in terram minax.

Audaces Mant. Sterneret audaces Saracinica ſemina Turcos.

Horribiles Barth. Turcaſq; canebat Horribiles bello.

Truces Fauſtus, In Turcos concepta truces.

Mahometigenæ. Mant. Tu Mahometigenam Phlegetontica ſemina gentem.

Othomanigenæ. Idem, Crudeles Othomanigenas, immanius atro Dite genus.

### T V R D V S.

*Turdi aues in cacuminibus arborum nidificant luto, à coitu decem diebus oua mature ſcunt in vtero, loquaciſſimi ſunt, ſed peculiaris ſurditatis eiuſdem adſcribitur. Hinc adagium: Surdior turdo. Præcipui ſunt ſaporis inaſſati cum myrti baccis, proſunt dyſentericis & urinæ Color eis æſtate circum collum uarius, hyeme concolor. Frequentes ſunt in Germania tẽpore hyberno Eorum fimus optimus eſt ſtercorandis agris. Agrippina uxor Claudij Cæſaris turdum habuit imitatorem ſermonis hominum ætate Plinij.*

Edax Horat. Rara tendit retia, turdis edacibus dolos.

Obeſus Idem in Epiſt. Quum ſit obeſo Nil melius turdo.



Craſſus

Craſſus Mart.lib.2.Subdola tenduntur craſſis modo retia turdis.
Auidus Idem lib.5.Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.
Vagus Idem lib.11.Quam quæ rara vagos expectant retia turdos.
Aduena Codrus, Aduenasq; turdos auceps.
Raucus Theocr.Raucos contendere turdos.

*T V R M A.*

*Vrma militaris conſtabat ex 23. equitibus Varro turmam ait dictū eſſe, mutata e in u, quaſi teruam quod terdeni milites ex tribus tribubus, Lucerum, Rhamnium, & Tatienſium fierent.*

Minax Horat.lib.2.Carm.Quum fracta virtus & minaces turmæ
Vagans Lucan.lib.8.Bellumq; fugax, turmæq; vagantes.
Audax Idem lib.1.Audaces ruere in certamina turmas.
Rapida Syll.lib.1.Omnis Iber rapidis, omnis fera Gallia turmis.
Armata Idem lib.2.Ocyus armatas paſſim per littora turmas.
Minans Idem lib 6.Turmisq; minantibus vltrò Pugnabat ſerpens.
Aerata Idem Syll.lib 8.Tullius æratas raptabat in agmina turmas.
Alipes Syll.lib.15.Ni properè alipedes rapis ad certamina turma.
Haſtata Val.Flac.lib.6.Diſcolor haſtatas effudit Iberia turmas.
Criſtata Claud.Feruet criſtatis exercitus vndiq; turmis.
Terrifica Sidon Et iam terrificas diffuderat Attila turmas.
Valida Pont.Implebunt validas nemoroſo milite turmas.
Hoſtilis Codr.Vrc.Talis in hoſtiles auſus prorumpere turmas.
Furens Pamph.Sax.Furentes Intrepidus turmas, agmen & omne trahit.
Pugnax Sabel.Pugnaces equitum turmæ, peditumq; cateruæ.
Sequax Idem, Captiuos ad roſtra duces, turmasq; ſequaces.
Ferox Crinit.Qui nunc feroces Galliæ turmas fouet.
Numeroſa Mant.Fundebat numeroſam vno ſemel impetu turmam.
Fortis Propert.lib.2.Iam libet & fortes memorare ad prælia turmas.

*T V R N V S.*

*Turnus, filius fuit Dauni, & Veniliæ, Rutulorum dux, qui propter Lauiniam filiam Latini regis & Amatæ bellum mouit in Aeneam, à quo tandem interfectus eſt, autore Vergilio.*

Sæuus Pamph.Non patris Aeneæ ſæui quoq; prælia Turni.
Acer Verg.lib.8.Aut acrem dubites in prælia poſcere Turnum.
Rutilus Idem lib.7.Audacis Rutili ad muros.
Audax Verg.lib.9.At non audaci ceſſit fiducia Turno.
Tumidus Idem lib.10.Tumidusq; ſecundo Marte ruat.
Implacabilis.Idem lib.12.Se ſignari oculis vltrò implacabilis ardet.
Turbidus Idem, Tunc ſic affatur regem, atq; ita turbidus infit.
Auſonius Idem lib.12.Ceſſerit auſonio ſi fors victoria Turno.
Alacer Idem, Talis equos alacer media inter prælia Turnus.
Bellator Idem, Interea extremo bellator in æquore Turnus.
Daunius Idē, Haud aliter Tros Aeneas & Daunius heros Concurrunt clypeis.
Barbarus Tibul.lib.2.Iam tibi prædico, barbare Turne, necem.

T V R R I S.

Aeria Verg.in Cyri, Aeriasq; facit cauſam ſe viſere turres.
Alta Idem lib.6.Aen.Turribus aut altis, & magnas territat vrbes.
Caua Idem Verg.lib.9.Armatiq; cauis expectant turribus hoſtem.
Ardua Lucan.lib.4.Cunctas ſuper ardua turris Eminet.
Sublimis Pamph.Sax.Tempore ſublimes ponunt faſtigia turres.
Celſa Horat.lib.2.Carm.Et celſæ grauiore caſu Decidunt Turres.
Ahenea Idem lib.3.Carm.Incluſam Danaen turris ahenea.
Valida Lucret.lib.5.Iam validis ſepti degebant turribus æuum.
Ferrea Verg.lib.6.Aen.Stat ferrea turris ad auras.
Curuata Syll.lib.13.In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis.





Excelſa Idem lib.6.Excelſas turres, immenſæ cuſpidis haſtam.
Prona Val.Flac.lib.2.Pronaq; reſurgere tures.
Aerata Claud.Ille vel ærata Danaen ſub turre latentem Eliceret.
Marmorea Pont.Seu marmoreis ſe in turribus altum Impegit.
Superba Idem, Quàm ſuperbæ muniunt turres.
Solida Cantan.Non ſolidæ turres, nec mœnia lata, nec agger.
Munita Cantal.Stat turris munita loco, muroq; tenaci.

*T V R T V R.*

*Turtures vere occultantur, pennasq; amittunt. Quum bibunt, colla non reſupinant. Octonis viuunt annis. Bis anno pariunt oua plurimum terna. Phalarim uolucrem oderunt. Pſitacis amicæ. Purgant ſe herba, quæ uocatur helxine. Earum fimum albugines extenuat. Erepta compare ſp gemunt, & caſtitatem ſeruant. Verg. Aelo.1. Nec gemere aëria ceſſabit turtur ab ulmo.*

Niger Ouid.in Epiſt.Et nigra viridi turtur amatur aue.
Caſtus Ouid.de Phil.Et caſtus turtur, atq; columba gemunt.
Cæreus Mart.lib.5.Gemit hinc palumbus, inde cæreus turtur.
Raucus Polit.Seſeq; ſaginans Rauca gemit.
Pudicus Mant.Manus erat veteri gentis de more pudicus Turtur.

T V S S I S.

Anhela Ver.li.3.Geor Et quatit ęgros Tuſſis anhela ſues, ac faucib.angit obeſis.
Aſpera Syll.lib.14.Aſpera pulmonem tuſſis quatit.
Mala Catull.Malamq; Pectore expuli tuſſim.
Acerba Polit.Faucibus in ſalſis tuſſis acerba ſonat.
Aegra Pallad.Soran.Pectore vel tuſſis triſti male clauditur ægra.
Violenta Petrarcha, Febris iners, ſcabiesq; tenax, violentaq; tuſſis.
Frequens Catul.Hic me grauedo frigida & frequens tuſſis Quaſſauit.

*T Y A R A.*

*Tyara tegumentum erat capitis Perſarum genti peculiare, qua reges & ſacerdotes vtebantur Similis propè erat myrtæ aut galeto. Hier. in Epiſt. ad Fabiolam, Quarum, inquit, genus eſt veſtimenti rotundum pileolum, quale pictum Vlyſſeo conſpicimus, in ſphæra ſit diuiſa, & pars una ponitur in capite. Hoc Græci, & noſtri tyaram, nonnulli galerum vocant, non habet acumen in ſummo, nec totum vſq; ad comas caput tegit, ſed tertiam partem a fronte inopertam relinquit, atque ita in occipitio vitta conſtrictus eſt, ut non facilè labatur ex capite. Eſt autem byſſinum, & ſic fabre operatum, ut nulla acus ueſtigia forinſecus appareant. Reperiuntur etiam tyaras in maſculino genere, ut patebit ſequentibus epithetis.*

Purpurea Ouid.lib.11.Tempora purpurea tentat valere tyaris.
Phrygia Iuuen.Sat.6 Et Phrygia veſtitur bucca tyara.
Viridis Val.Fla.li.6.At viridē gēmis, & Eoæ ſtamine ſyluæ Subligat extrema patrim ceruice tyarā.
Barbara Claud.Barbarus arſacio cōſurgeret ore tyras.
Barbarica Mant.Radit humum toga, barbarica coma preſſa tyara.
Lunata Sidon.Flectit Achæmenius lunatum Perſa tyara.
Achæmenia, id eſt, Perſia. Polit.Iuſſit Achæmenium ſeruantia buſta tyaram.
Eoa Quint.Eois Qui potuit quondam crinem religare tyaris.
Rubra Mant.Per fora Mercurium rubra videt ire tyara.
Sacra Verg.lib.7.Sceptrumq; ſacerq; tyaras, Iliadumq; labor veſtes.
Conchylis Adr.Cardin.Tempora conchyli fugient redimita tyara.

*T Y B R I S.*

*Tybris fluuius quum prius diceretur Albuda, nomen ſumpſit a Tyberino rege ibidē ſubmerſo. Ouid. in Ibin, Vtq; vel euentus torrenti flumine merſus. Nomina des rapidæ, vel Tyberinus aquæ. Idem lib.14. Regnum Tyberinus ab illis Cepit, & in Thuſci demerſus fluminis vndis Nomina fecit aquæ. Idem lib. 4. Faſt. Accipimus regnum, poſt hunc Tyberinus ab illo Dicitur in Tuſcæ gurgite merſus aquæ. Ab hac dictione Tybris, fit adiectiuum Tybrinus. Claudianus de laudibus Serenæ. Rediens q; per vndas Ohalia Tybrinas.*

Thuſcus Vergl.li.1.Georg.Qui Thuſcum Tyberim, & Romana palatia ſeruat.

Lydius  Idem lib.2.Aen.Vbi Lydius arua Inter opima virum leni fluit agmine Tybris.
Auſonius  Verg.lib.5.Nec tecum Auſonium,quicunq; es,quærere Tybrim.
Tyrrhenus  Idem lib.8.Tyrrhenumq; ad Tybrim,& fontis vada ſacra Numyci.
Cæruleus  Idem lib.8.Cæruleusq; Tybris,cœlo gratiſſimus amnis.
Corniger  Idem lib.8.Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum.
Tumidus  Idem lib.11.Arguet Iliaco tumidum qui creſcere Tybrim Sanguine.
Flauus  Horat lib.2.Carm.Vidimus flauum Tyberim.
Vagus  Mart.lib.10.Quæ quum ſæpe vagus premeret torrentibus amnis.
Nubilus  Oui.li.14.Vbi nubilus vmbra In mare cū fulua prorūpit Tybris arena.
Appœninigena.Idem lib.15.Appœninigenæ,quæ proxima Tybridis vndis.
Altus  Idem,Circumflua Tybridis alti Inſula.
Arenoſus  Idem lib.1.Faſt.Radit arenoſi Tybridis vnda latus.
Aduena  Idem lib.3.Faſt.Non procul à ripis aduena Tybris tuis.
Arundifer  Ouid.lib.5.Faſt.Tybris arundiferum medio caput extulit alueo.
Lubricus  Idem lib.6.Faſt.Aſpicere & dici lubrice Tybri tuos.
Flauens  Syll.lib.16.Flauntemq; ſacro cum gurgite Tybrim.
Sceptrifer  Idem lib.8.Nec non ſceptriferi qui potant Tybridis vndam.
Romuleus  Claud.Eſt in Romuleo procumbens inſula Tybri.
Vdus  Pont.Venientem & Tybride ab Vdo Accidit hoſpitio.
Amœnus  Stroz.fil.Tyberis vada cærula tollis amœni.
Rapidus  Fauſt.Inde petit rapidi fatalia Tybridis arua.

*T Y D E V S.*

*Tydeus,filius fuit Oenei regis Aetoliæ,qui cum Menalippum fratrem imprudens in venatione occidiſſet,relicta patria confugit ad Adraſtum regem Argiuorum, cuius filiam Argium nomine duxit in vxorem.Miſſus demum à Polinice legatus ad Etheoclem regem Thebanum, quia arroganter ſatis locutus eſſet,ſtomachum mouit ipſi Etheocli adeò ut miſſi ſint 50 milites, qui redeuntem inſidijs opprimerent,quos tamen omnes Tydeus interfecit,præter unum, quem tanti facinoris uolebat nuncium relinqui.*

Acheloius  Stat.lib.2.Theb.Dirceusq; gradū,pariterq; Acheloius heros Corripuere.
Oenides  Idem,Aduolat Oenides vindex ſic illa Dianæ.
Calidonius  Idem,Talis adhuc trepidum liquit Calidonius heros.
Egregius  Idem lib.3.Tydeos egregij perfoſſum pectus.
Fulmineus  Idem lib.4.Patriæ ciet egmina gentis fulmineus tydeus.
Oenius  Idem lib.5.Ecce furens rapto venienti Oenius heros Impiger.
Magnanimus Idem lib.6.Tydea magnanimum ſtimulis ingentibus agunt.
Cruentus  Stat.lib.8.Theb.Aut vultus audet perferre cruenti tydeos.
Turbidus  Idem,Turbidus Oenides vna duo corpora pinum Cornipedumque equitemq; ferit.
Aetolus  Stat.lib.6.Theb.Ergo vbi lactandi iuuenes animoſa citauit,&c.

T Y M B R A.

Spirans  Barthol.Ioch.Spirantem grauiter ſatyri compoſite tymbram.
Troiana  Stat.lib.8.Theb.Quercus anhela Iouis,Troianaq; tymbra tacebit.
Olens  Idem lib.2.Syll.Floribus innumeris,& olenti ſpargere tymbra.
Gelida  Idem,Huic Licij montes,gelidæq; vmbracula tymbræ.
Virens  Pamph.Comas hederis ornas,tymbraq; virenti.

T Y M P A N A.

Caua  Ouid.lib.12.Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Rauca  Idem in Ibin,Et quatias molli tympana rauca manu.
Reſonantia  Syll.lib.17.Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.
Verſatilia  Vitru.In quo collocata regula,& verſatile tympanum.
Sonora  Mart.Bapt.Sonorum bombis terrentibus ſuſtinens tympanum.
Cibeleia,quibus vtebant in ſacris Cybeles.Idem,tympanaq;Cibeleia videbātur.

Crepi-



Crepitantia  Stroz.fil.Nec minus abrumpant crepitantia tympana ſomnos.
Aerea  Mant.Mox ærea tympana cœlo Increpitant piceo.
Taurina  Claud.Taurinaq; pulſu Baccharum Bromios inuitāt tympana remos.
Gentilia  Iuuen.Sat.2.Nec non gentilia tympana ſecum Vexit.
Mollia  Stat.in Achil.Tibi penſa manu,tibi mollia geſto Tympana.

T Y N D A R I D A E.

Gemini  Seneca,Hinc clara gemini ſigna Tyndaridæ micant.
Comantes  Val.Flac.lib.3.Aſtuque comantes Tyndaridas.
Dioſcuri,id eſt,Iouis filij.Theodor.Cyr.Caſtorem autem & Pollucem,qui Dioſcuri,id eſt,Iouis pueri,nuncupantur.

*T Y P H I S.*

*Typhis fuit unus è principibus Argonautarum,qui Colchos profecti ſunt ad rapiendum vellus aureum.Ouid.libro 1.de Arte,Typhis in Hæmonia puppe magiſter erat.Verg.in Buc.Alter erit tum Typhis,& altera quæ uehat Argo Dilectos heroas.Seneca,Quæq; domitorem freti Typhin nouam firmare docuiſti ratem.Idem,Auſus Typhus pandere uaſto Carbaſa ponto,legesq; nouas ſcribere ventis.Sunt qui inuentum nauis huic referant acceptum.*

Audax  Seneca,Palluit audax Typhis.
Pagaſæus,id eſt,Theſſalus,à Pagaſa vrbe Theſſaliæ.Māt.Illic ſcriptus erat Typhis Pagaſæus,& Argo.
Nauarchus  Idem,Muſicus Amphion,Typhis nauarchus.

*T Y P H O E V S.*

*Filius fuit Terræ,gigantum ferè omnium maximus,quem poetæ centimanum fuiſſe ſcribunt, & à Ioue fulminatum ſub Inarime.Verg.lib.9.Durumq; cubile Inarime,Iouis imperijs impoſta Typhœo.Claud. Ipſumq; Iouem turbante Typhœo (Sic fas eſt) timuiſſe ferunt,quum brachia centum Montibus armaret totidem.Alio nomine uocatur Typhon.*

Sæuus  Verg.lib.1.Georg.Cœlumq;,Iapetumq; creat,ſæuumque Typhœa.
Verſus eſt hypermeter.
Arduus  Verg.lib.8.Aen.Non terruit ipſe Typhœus Arduus arma tenens.
Centimanus.Ouid.lib.3.Met.Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.
Terrigena  Idem lib.5.Met.Hucquoque terrigenam veniſſe Typhœa narrat.
Vaſtus  Idem lib.4.Faſt.Alta iacet vaſti ſuper ora Typhœos Aetna.
Anguipes  Polit.Seruabat Thetis anguipedi irata Typhœo.
Tetricus  Pamph.Vultus non tetrici comes Typhœi.
Ardens  Syll.lib.8.Non Prochyte,non ardentem ſortita Typhœum Inarime.
Diſcors  Seneca,Tibi hæc Typhœus membra quæ diſcors tulit.
Rapidus  Sidon.Rapido ſit miſsilis Oſſa Typhæo.

*T Y P H O N.*

*De Typhone gigante Manilius.Meritò Typhois habentur Horrendæ ſedes,quem tellus ſæua profudit,Quem bellicum cœlo peperit.Eſt etiam Typhon impetuoſa uentorum rotatio.Luc.li.7.Et trabibus mixtis auidos Typhonas aquarum Detulit.*

Feros  Seneca,Non tam ferum Typhona neglecto Ioue irata tellus edidit quondam parens.
Immanis  Idem,Typhon in illo poſitus immanis rogo.
Anguipes,vide cauſam in dictione Gigantes,Manil.Anguipedem altos vngues Typhona ferentem.
Terribilis  Ouid.lib.2.Faſt.Terribilem quondam fugiens Typhona Dione.

T Y R A N N I S.

Impia  Lactan.Impiam tyrannidem vi & hominibus armatis occupauit.
Crudelis  Val.Varan.Gallia crudeli depreſſa tyrannide.
Furiata  Idem,Incutit,& ſeruile iugum furiata tyrannis.
Sæua  Fauſtus,Sæuaque tyrannide calcat.
Inuiſa  Idem,Iamque aquila inuiſa ſuppreſſa tyrannide cernit.
Cruda  Iuuen.Sat.8.Quid Nero tam ſæua,crudaque tyrannide fecit.

TYRAN-

## TYRANNVS.

Immitis Verg.in Cyri, Hoſtibus immitiq; addixi ignara tyranno.
Purpureus, indutus purpura Horat.lib.1.Carm.Purpurei metuunt tyranni.
Fatalis Ouid.li.15. Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Dirus Syll.lib.1.Impia diri Beliades iuuenis vitauerat arma tyranni.
Lethifer Idem lib.13.Talia lethiferis reſtant patienda tyrannis.
Crudelis Calent.Non ego crudeles immiti lege tyrannos.
Sons Stat.lib.3.Theb.Nec ſontis iniqua tyranni iuſſa valent.
Terribilis Stat.lib.3.Syll.Terribilem affatu paſſus viſuq; tyrannum.
Durus Mant.Duris odioſa tyrannis Simplicitas.
Infandus Val.Flac.lib.7.Infandō quæ det reſponſa tyranno, Colligit.
Dominans Sidon.Liber ſub dominantibus tyrannis.
Impotens Seneca, Et impotentis terga plebeia manu Scindi tyranni.
Trux Idem, Non ſæui truces Regnent tyranni.
Impius Idem, Impio dignum parat lethum tyranno.
Horribilis Polit.Expulit horribilem vitaq; aulaq; tyrannum.
Ferus Idem, Et ſceptra tyrannis Extorſere feris.
Iniuſtus Cod.Vrceus, Tum quoque ab iniuſtis tellus releuata tyrannis.
Immanis Stroz.pat.Hæc tunc immanem patrib.coniuncta tyrannum Expulit.
Exitiabilis Liuius, Exitiabilis tyrannus vi & armis oppreſſit omnia.
Infeſtus Sabel.Gens infeſtis inimica tyrannis.
Acer Idem, Qua fortè acres cogere tyranni.
Ferox Rodolph.Agric.Qui feroces Corde tamen patitur tyrannos.
Crudus Conrad.Filius crudum reprimat tyrannum.
Toruus Idem, Quis ferat torui faciem tyranni.
Tumidus Idem, Tumidi obſeruantes clauſtra tyranni.
Ferreus Lud.Big.Contra tyrannos vel puellam ferreos.
Improbus Crinit.Quod ſi quis improbos tyrannos eiicit.
Indomitus Mant.Virus in indomiti flagrabat corde tyranni.
Cruentatus Idem, Cruentatos prohibens regnare tyrannos.
Inuiſus Idem, Vtilitas inuiſi herebo, cœloq; tyranni.
Sanguineus Idem, Debita ſanguineo mors ſanguinolenta tyranno.
Atrox Idem, Regna per atroces olim vexata tyrannos.
Impatiens freni. Idem, Quam rex impatiens freni, & ſine lege tyranni.
Funereus Claud.Tandem funereis finem poſitura tyrannis.
Truculentus Theo.Ga.Non ſecus ac truculentum quendam tyrannum, &c.
Inſanus Cicero act.8.in Verr.An in hoſtes victos inſani, edictum, atq; imperiū tyranni.
Importunus. Idem act.6. In Verr.Sed importuni atq; amentis tyranni.
Teter Idem Phil.13. In qua enim barbaria quiſquam tam teter, tam crudelis tyrannus.
Rigidus Mant.Et arua ſubegit Mollis Achæmeniæ rigidis regnata tyrannis.

## TYRESIAS.

*Tyreſias, fuit vates & augur Thebanus, qui conſultus à Ioue, vtri maior eſſet in Venere libido viro ne, an fœminæ: quum fœminæ dixiſſet, ita Iunonis excæcatus eſt. Quā eius cæcitatem Iupiter vaticinio penſauit. Alij excæcatum ferunt, quod Mineruā in fonte nudam conſpexiſſet. Polit. Baculum dat deinde potentem* Tyreſiæ *magni, qui quondam Palladem nudam Vidit, & hoc raptam penſauit munere lucem, Suetus in offenſos baculo duce tendere greſſus, Nec deeſt ipſe ſibi, quin ſacro inſtincta furore Ora mouet, tantiq; parat ſolatia damni. Seneca,* Tyreſias *tremulo tardus acceſſerat gradu, Comesq; Manto Luce viduatum trahens. Ouid. in Ibin, Qualis erat poſtquam iudex de lite iocoſa Sumptus* Apollinea *clarus in arte ſenex.*

Longæuus Stat.lib.2.Theb.Longæui vatis opacos Tyreſiæ vultus.
Callidus Idem lib.10.Sibi callidus iſta Tyreſias nataeq; canant.

Prouidus



Prouidus Sidon.Sed ſi Tyreſias tam læti prouidus augur.
Lucis inops Seneca, Tu lucis inopem gnate genitorem regens.
Thebanus Budæus, Vt Tyreſias olim Thebanus, qui vtrunq; humanitatis ſexum habuiſſe traditur.
Dircæus Mant.Vate Dircæo generata Manto.
Vates Propert.lib.4.Magnam Tyrſias aſpexit Pallada vates.

## TYROS.

*Tyros, vrbs fuit Phœnicię vſu purpuræ notiſſima, quæ prius vocabatur Sarra. Hinc purpura vocatur Sarrana & tyria. Tyrijs aſcribitur inuentum nauis, quorundam ſententia.* Tibul.lib.1. *Vtq; armis vaſtum proſpectat turribus equor; Prima ratem ventis credere docta Tyros. Tyron condidit* Agenor *Priſci Beli filius.*

Inſtabilis Lucan.lib.3. Et Tyros inſtabilis, precioſaq; murice Sidon.
Phœniſſa Ouid.lib.15. Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa Pharoſq;, Et Phœniſſa Tyros.
Precioſa Stat.lib.3.Syll.Qui precioſa Tyros rubeat quo purpura ſucco.
Cadmæa Mart.lib.9.Te Cadmæa Tyros, me pinguis Gallia veſtit.
Luxurioſa Pamph.Murice quam tinxit luxurioſa Tyros.
Pulchra Idem, Det tibi pulchra Tyros, det vellera clara Tarentum.
Docta Sabell.Tepidis quod merſit ahenis docta Tyros.
Antiqua Mant.Mos antiqua Tyros nouit, piſcoſaq; Sidon.

## TYRO.

Fuit virguncula Theſſala filia Salmonei.

Salmonis Prop.li.1.Non ſic Hæmonio Salmonida mixtus Enipeo Tenarios.
Candida Prop.lib.2.Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro.
Pagaſæa Bapt.Pius, Carmine conſpicua eſt Tyrio Pagaſæa puella.

# VACCA.

Pinguis Verg.lib.1.Georg.Vbera vaccæ Lactæa demittunt, pinguesq; in gramine læto.
Vaga Stroz.pat.Non facilè eſſe vagam reperire per inuia voccam.
Fœcunda Pamph.Sit fœcunda licet iuncto niſi vocca marito.
Lactifera Conr.Plenaq; lactiferis fora vaccis.

## VACCINIA.

Nigra Verg.in Buc.Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Mollia Idem, Mollia luteola pingit vaccinia calta.
Pulla Remacl.Nec cum luteolo vaccina pulla hyacincho.

## VADVM.

Cæcum Verg.lib.1.Aen.In vada cæca tulit, penituſq; furentibus auſtris.
Salſum Verg.lib.5.Aen.Et longæ ſulcant vada ſalſa carinæ.
Cærulum Syll.lib.2.Cæruleis prouecta vadis iam Dardana puppis.
Cæruleum Verg.lib.7.Littus ad Auſonium per tot vada cærula vexit.
Fulmineum Lucan.lib.8.Fulmineis vix tuta vadis.
Limoſum Ouid.lib.4.Faſt.Imoſo feſſa carmina vado.
Piſcoſum Idem lib.2.de Arte, Cinctaq; piſcoſis Aſtypalæa vadis.
Stagnans Syll.lib.6.Et ſtagnante vado patulos inuoluere campos.
Canorum Stat lib.7.Theb.Tuq;, ò perculſe canoris Et felix Homere vadis.
Vitreum Pamph.Sax.Cuius vada vitrea ſulcant.
Paluſtre Claud.Quas pigra vado Camarina paluſtri.
Turgidum Ruffus, Et glauci vadat turgida ponti.
Toruum Seneca, Vbi torua rapidus ducat Iſmenos vada.
Pronum Idem, Et victa prono puppis aufertur vado.
Purum Idem Seneca, Vbi lerna puro gelida perlucet vado.
Gelidum Idem, Gelidumq; dirimit amnis Elidis vadum.

Scrupeum

Scrupeum Idem Seneca, Et humilis vnda, ſcrupeis mendax vadis.
Liquidum Pont. Clitumni liquidis accubuiſſe vadis.
Rapidum Idem Pont. Euentum rapidis ſponte ſubiſſe vadis.
Aequoreum Sabell. Aequoreis trepidare vadis.
Vndoſum Idem, Vndoſis qua ſepta vadis, nunc hoſpita tellus.
Frigidum Idem, An potius flaui vada frigida Rheni.
Vndans Mant. Iraſcensq; vadis tam vaſto vndantibus æſtu.
Sonans Quint. Fluctus ſonanti perſonans torrens vado.
Sonorum Idem, Agmen ſonoris obrui iniuſtum vadis.
Torrens Idem Quint. Sæpe torrenti vado armenta ſecum.
Horriſonum. Mich. Angl. Horriſonis terrere vadis.
Nitens Mant. Vadis lauere nitentibus omnes.
Spumoſum Idem, Spumoſis lucre vadis Pactolus & Hermus.
Luſtrale Idem Mant. Vadis luſtralibus ante Quàm madeant.
Concauum Idem, Et quæ per campos latis vada concaua ripis.
Tenue Idem Mant. Sunt tenui flumina preſſa vado.
Glaciale Idem, Strictumq; vadis glacialibus æquor.
Lucidum Idem Mant. Vada lucida voluit Tygris.
Errabundum. Idem, Errabunda Padi grauidam vada voluit in aluum.
Cœnoſum Stroz. fil. Siccaq; cœnoſis profluit ora vadis.
Refuſum Quint. Cocyti ſtagna alta vadis ſiluere refuſis.
Riguum Archit. Riguisq; libentior aluus Deſcendiſſe vadis.
Fluuiale Mant. His nedum fluuiale vadum, ſed & omnia regna.
Neptunium Stat. in Ach. Nulli vada per Neptunia glaucæ Tantus honos formæ.

VAGINA.

Caua Verg. lib. 10. Vaginaq; caua fulgentem diripit enſem.
Pendens Ouid. lib. 10. Pendenti nitidum vagina diripit enſem.
Sectilis; Syll. lib. 16. Quos cohibebat ebur vaginæ ſectilis enſes.
Eburnea Mant. Delapſo cingebat eburnea ferro Armatum vagina latus.

VAGITVS.

Aeger Lucan. lib. 2. Qui non audierit mixtos vagitibus ægris.
Lugubris Idem lib. 5. Vagituq; locum lugubri complet.
Ferox Claud. Redditq; ferocem Vagitum lituis.
Tener Polit. Has teneris iam nunc mulcet vagitibus auras.

VALENTIA.

Formoſa Mant. Et cultis formoſa Valentia campis.
Genioſa, i. delicioſa, & voluptifica. Idē, Barcilon & riguis genioſa Valētia campis.

VALLIS.

Saxoſa Verg. in Buc. Saxoſas inter decurrunt flumina valles.
Caua Lucan. lib. 4. Ipſe caua regni vires in valle retentat.
Gelida Verg. lib. 2. Georg. Qui me gelidis in vallibus Hæmi Siſtat.
Vmbroſa Idem lib. 3. Georg. Aeſtibus ac mediis vmbroſam exquirere vallem.
Ima Idem in Culice, Et vallibus imis Semper opaca.
Prona Idem, Nam primum prona ſurgebant valle patentes.
Curua Idem lib. 2. Aen. Commendo ſociis, & curua valle recondo.
Reducta Idem lib. 6. Interea videt Aeneas in valle reducta.
Obſcura Idem lib. 9. Vidimus obſcuris primam ſub vallibus vrbem.
Reſona Lucan. lib. 7. Excepit reſonis clamorem in vallibus Hæmus.
Arenoſa Colum. lib 5. Soli auerſa, valles arenoſæ.
Arguta Pont. Nec verò non argutis non vallibus hædos.
Opaca Horat. lib. 1 Epiſt. Continui montes niſi diſſocientur opaca valle.
Madida Ouid. lib. 1. Eleg. Qualem cliuoſæ madidis in vallibus Idæ.
Occulta Syll. lib. 12. Occulta tegitur valle & frondentibus vmbris.

Clamoſa



Clamoſa Stat. lib. 4. Theb. Et noua clamoſæ ſtupuère ſilentia valles.
Rauca Idem lib. 4. Theb. Rauca ſonat vallis.
Vacua Idem lib. 5. Theb. Et vacuus fluuiorum in vallibus errat.
Profunda Idem lib. 10. Non illic cœli fragor ipſe profundis Vallibus.
Humida Pont. Hunc non antra caui montis, non humida vallis.
Irrigua Seneca, Dircæa circa vallis irriguæ loca.
Viridans Pont. Viridantibus alpes Vallibus.
Frondoſa Idem, Qui frondoſis in vallibus apro Congrediatur.
Montana Codr. Vrc. Qualia montanæ reſonabunt carmina valles.
Humilis Stroz. pat. Vtq; velim ex humili tollere valle caput.
Nemoroſa Idem, Iam ſecurus aper nemoroſis vallibus erret.
Supina Liuius, Supina valle Romanam inclinauit aciem.
Arcta Idē, Maſſiniſſam pſecutus in valle arcta faucib. vtrinq; obſeſſis incluſit.
Anguſta Idem, Non capiebat omnes copias anguſta valle.
Virens Sabell. Vallesq; virentes Aſpicite.
Secreta Iuuenc. Frondoſaq; latet ſecretæ vallis in vmbra.
Infima Augurel. Vel quum latebras infimæ vallis ſubit.
Concaua Fauſt. Diluit hos montes hæc inquit concaua vallis.
Tetra Quint. Nigra egreſſa locum, tetræq; ſilentia vallis.
Herbifera Pallad. Sor. Horridus herbiferis vates in vallibus Aſcræ.
Herboſa Petrar. Tum paſſim herboſis ludunt in vallibus hœdi.
Florea Idem, Quem florea vallis Pauerit.
Syluoſa Mant. Syluoſas inter frigentia valles.
Tenebroſa Idem, Ima tenebroſæ vallis locus æquore nigro Occupat.
Curuata Idem, Atq; theatralem vallis curuata figuram.
Rigua Idem, Riguis tempe caua vallibus inter.
Nigrans Barth. Nigrans quam vallis obumbrat.
Dumoſa Bapt. Pius Te modo dumoſa Cynthia valle leuat.

VALLVM.

Potens Pont. Præſidia & vallis adiuta potentibus.
Turrigerum. Idem, Caſtraq; turrigero valeant circundata vallo.
Validum Sabell. Imperat & valido cingi coeuntia vallo.
Inexpugnabile. Mant. Arma dabit pietas, & inexpugnabile vallum.

VALVA.

Obſerata Apul. Obſeratas impactis ſudibus recluſerunt.
Volubilis Sidon. Alta volubilibus patet hinc cœnatio valuis.
Eburna Mant. Valuis adamantina eburnis Porta patens.

VANITAS.

Inepta Crinit. Non ſemel inepta vanitas, metumq; præſtigium appellatur.
Ridicula Idem, Ridiculæ vanitati honores dicarent.

*VANNVS.*

*Eſt autem vannus vas latum & vimine contextum, quo ſordes à frumentis auferuntur, alij cribrum cereale vocant. Col. Ipſæ aūt ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, uannis expurgantur.*

Miſtica Verg. lib. 1. Geor. Et myſtica vannus Iacchi. Appellatur autem myſtica, quòd Liberi patris ſacra ad purgationem animæ pertinerent, &c.

VAPOR.

Nebuloſus Vitr. Vaporem nebuloſum ex ſe ſuſcitauerit.
Ater Ver. lib. 9. Aen. Nec iam ſe capit vnda, volat vapor ater ad auras.
Calidus Luca. li. 9. Calidoque vapore Alliciūt gelidas nocturno frigore peſtes.
Tepidus Lucr. lib. 2. Nec frigus, neq; item calidum, tepidumq; vaporem.
Torrens Idem lib. 5. Sed periiſſe hominum torreti ſecla vapore.
Humidus Ouid. lib. 1. Met. Vapor humidus omnes Res creat.
Aeſtiuus Idē li. 17. Rigua æſtiuis vaporib. vtilia, hyeme inimica, Autūno varia.

Tenuis

Tenuis Stat.lib.1.Syl.Et tenuem volunt hypocauſta vaporem.
Fumans Syll.lib.5.Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem.
Feruidus Polit.Manat, & ora quatit feruidus atra vapor.
Igneus Stat.lib 4.Theb.Impletq; cauos vapor igneus orbes.
Piceus Conr.Et quum piceis terra vaporibus infecit.
Teter Mant.Tetroq; vapor e Orgia perluſtrat.
Spumeus Claud.Spumeus eliſo pellitur amne vapor.
Niger Stat.lib.10.Supraq; torum niger efflat anhelo Ore vapor.
Cæcus Th.Rad.Cæco ſeſe vapore contegens.
Ignifer Stroz.fil. Aetheris in medio glomerat pater ipſe vapores Igniferos.

VASA.

Fictilia Colum.lib.2.In fictili vaſe madefactæ dulci aqua.
Anſata Idem lib.10.Idq; vas anſatum ſimile anguſtæ olſæ figuratur.
Picata Idem lib.13.Picato vaſe componito.
Stagnea Apul.De ſtagneo vaſculo multo ſe perungit oleo.
Corinthia, quoniam Corinthus vrbs Græciæ prima toreumatum, vaſorumq; luxuriam commenta eſt, inde vaſa vocantur Corinthia, & eorum amatores Corinthiarij. Suet.in Auguſto, Pater agentarius, ego Corinthiarius.
Cryſtallina Codr.Vrceus, Si cryſtallina vaſa, ſyluiumq; tradam.
Aerea Pli.lib.12.in æreo vaſe medicamentum ſit.
Aenea Vitru.In omnibus uaſa ænea ſuſpendit.
Gemmata Auſon.Fercula gemmatis quum poneret aurea vaſis.
Teſtea Thom.Rad.Totidemq; vaſa teſtea tradidiſſet.
Samia, quoniam in Samo erat lutum fictile, conficiendis vaſis accommodatiſſimum Pamph.Non pudeat Samio te maſſica fundere vaſe.
Fulgentia Quint.Dent alij torques, fulgentia vaſa, corallas.
Rutilans Mant.Vt ſolet in vaſis terſo rutilantibus auro.
Concaua Fauſt.Concaua ceu facili vaſcula facta luto.
Ahena Mant.Liquidos in ahena liquores Vaſcula congeſſit.
Aretina, quoniã Aretum oppidũ Ethruriæ fuit vaſis fictilibus admodum celebre, fiebantq; ex ea terra vaſa multum laudabilia, autore Plin. Mart. Aretina nimis ne ſpernas vaſa, monemus, Lautus erat Thuſcis Porſena fictilibus.

VASCONES.

Leues Syl.lib.10.Quem Vaſco leuis, quem ſpicula denſus Cantaber vrgebat.
Atroces Mant.Vaſcones atroces, Senonumq; immania caſtra.
Immanes Idem, Vaſconas immanes, manſuetoſque Aquitanos. De Vaſconibus vide in fine Officinæ.

VATES.

Terrificos Verg.lib.5.Aen.Seraq; terrifici cecinerunt omnia vates,
Potens Horat.lib.4.Carm.Virtus & fauor & lingua potentium Vatum.
Sacer Idem, Carent quia vate ſacro.
Diuinus. Idem in Arte, Sic honor & nomen diuinis vatibus.
Fatidicus Ouid lib.4.Met.Fatidicus vates ſi ſe non nouerit inquit.
Operoſus Idem lib.1.Faſt.diſce metu poſito vates opoeroſæ.
Aonius Idem lib.3.de Arte, Vatibus Aoniis faciles eſtote puellę.
Egregius Stroz.pater, Egregiis te uatem vatibus addo.
Prę́ſagus Syll li.16. At maiora iubent præſagi tendere vates.
Lauriger Stat.li.1.The.Laurigeri ſubitos an vatis hiatus. Loquitur de Amphiarao.
Plenus Phœbo. Idem lib.10.Mox plenum Phœbo vatem.
Longæuus Idem lib.2.Syll.Longęuus cito tranſiture vates.
Memor Val.Flac.lib.3.Memori iam pridem cognita vate.
Prudens Manil.Tramite prudentem valeant ad ſidera vatem.
Apollineus Polit.Ergo tegũt geminę victricia tempora laurus Vatis Apollinei.





Lepidus Bap.Plau.Dum lepidum exponis vatem.
Faticinus Pont.His furor ille Faticinus mentes agitat.
Heliconius Polit. At tibi Dædaleos monitus Heliconie vates Qui ſequeris.
Sydereus Idem, Naſcetur video ſupera tibi miſſus ab arce Sydereus vates.
Eximius Idem, Hæc vatem eximium tellus.
Splendidus Codr.Vrceus, Vatem viſere ſplendidum.
Thuſcus Tull.lib.3. Vera mouent Thuſcis exta probata viris.
Hymnidicus Empedocles apud Thed.Hymnidici vates, artis medicæque periti.
Doctiloquus Mant.Doctiloqui vates animas obliuia lethes Cur potare canunt.
Altiloquus Idem, Maiora relinquens Vatibus altiloquis.
Bellerophontæus. Stroz.pater, Bellerophontæis uatibus inſeruit.
Cothurnatus Pamph. Saxus, Bella cothurnatus componit maxima vates.
Nobilis Crinitus, Vates venerando pectore nobilis.
Phœbicola Crinit.Inter Phœbicolas locus.
Doctus Cleophilus, Denique tam docti noſtro ſunt tempore vates.
Pierius, ab epitheto muſarum. Idem, Pierios vates pariter dilexit vterque.
Inclytus Quint.Expectatã diu vatibus inclytis.
Diuiniloquus. Guiller.Caſtell. Aula dehinc diuiniloquis addicta.
Veridicus Mant. Veridicum fecit ueſtro de ſanguine uatem.
Phœbeus Idem, Non ego Phœbeus uates, nec delphica noui Limina.
Sanctus Idem, Hæc eadem ſanctos mouit ſententia vates.
Magnanimus. Idem, Magnanimorum altrix & mater Corduba vatum.
Celeber Auſon.Cui celebres noti vates, cui ſydera nota.
Dirceus Hen.Lab.Carmina Dircæus caneret dum muſica vates.

VATINESSA.

Parua Mart.lib.4.Et paruæ vada pura Vatineſſæ. Nomen eſt oppidi.

VBERA.

Lactea Verg.lib.2.Georg Vbera vaccæ lactea dimittunt.
Grauida Idem lib.3.Georg. Et grauido ſuperant vix ubere limen.
Diſtenta Lucret.lib.1. Vberibus manat diſtentis.
Lactentia Ouid.lib.7.Met.Laſciuitque fuga lactentiaque vbera quærit.
Tenera Ponta.Quem tenera olentis lactarint ubera capræ.
Tumida Idem, Oſcula dat tumidis Lucius vberibus.
Spumantia Polit.Spumantia poſtquam Complerant olidam ſupra caput vbera mulctram.
Dulcia Pamph. Dulcia matris adhuc vbera paruus amat.
Tenta Horat.Refertque tenta grex amicus vbera.
Vitrea Claud. Vitrei libamina potat Vberis.
Tepida Mant. Quum tepido dulces rapientur ab vbere nati.

VECORDIA.

Immanis Gell.lib.20. Homo improbus & immani vecordia.
Perdita Crin. Extollat audax perditam vecordiam.

VECTES.

Ferrati Pont.intorſit ſaxa, & ferratum in limina vectem.
Ferrei Conr.Ferrei vectes reducere negabunt.
Aheni Val.Varr. Vectes fraguntur aheni.

VECTONES.

Leues Luc.libr.4.Vectoneſque leues, profugitque à gente vetuſta Gallorũ Celtæ miſcentis nomen Iberis populi ſunt Hiſpaniæ.

VELA.

Humida Verg.lib.1.Georg.Nauita ponto Humida uela tegit.
Turgida Horat.lib.2.Car. Contrahis uento nimium ſecundo Turgida uela.
Nautica Idem lib.2.Ser. Non ſutor nautica uela.
Tumida Idem lib.2.Epiſt.Non agimur tumidis velis, aquilone ſecundo.

Fluitantia Ouid.lib.13.Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Concaua Idem in Epiſt.Ventus concaua vela tenet.
Sinuoſa Stroz.pater,Et ſinuoſa citæ tradere vela rati.
Fugacia Ouid.in Epiſt.At poſtquam nec te nec vela fugacia vidi.
Propera Syll lib.16.In Libyam propero tranſmiſit cærula velo.
Tumentia Stat lib.6.Theb.Medio ſtant vela tumentia ponto.
Inflata Mant.Dum ratis inflato currit prope littora velo.
Leuia Stroz.pat Et leuia incertis vela dediſſe notis.
Naufraga Claud.Naufraga Lædæi ſuſtentant vela Lacones.
Curua Ruff.Feſt.Hæc conceſſa etenim curuis mercatio velis.
Transfuga Stroz. fil. Transfugaque Ionium per mare vela dedit.
Ventoſa Quint. Proſpera ventoſis promittant æquora velis.
Flaccida Mich.Ang. In variasque trahunt flaccida vela vias.
Patentia Mant. Velis dat nauta patentibus Euros.
Verſicoloria Idem, Et verſicoloria tectis Vela ligant.
Pauitantia Cantal.Et dare Tyrrhenas pauitantia vela per vndas.
Cita Fauſt.Et cita ſpirantem ventis dare vela ſecundis.
Candida Bapt.Pius,Candida fœlici tradite vela notho.
Albentia Man.Murus & albenti circundata mœnia velo.

VELITRAE.

Ouiferæ,fuit enim Volſcorum oppidum ouis abundans.Mant.Iam Latij Romam caput ouiferasque Velitras.

VELLVS.

Tenue Verg.lib.1.Georg. Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Mileſium. Idem lib.3.Georg Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios imitata colores.
Lanoſum Apul.Contortis tenijs lanoſi uelleris.
Maculoſum Ouid.lib 3.Met. Velat maculoſo uellere corpus.
Ferinum Idem lib.11 Lymphatæ ferinis Pectora uelleribus.
Hirſutum Idem lib.2.Faſt. Hirſuta leonis Vellera.
Lanigerum Idem in Epiſt. Aurea lanigero uellere uexit ouis.
Madidum Plin.lib 31.Aut etiam uellus lanæ madidum reperiatur.
Succidum Mart.lib.12. Succida palliolo uellera quinque petit.
Humidum Val.Flac.lib.1.Petit humida palmis Vellera.
Pingue Claud.Nec pinguia quiſquam Vellera.
Bibulum Sidon. Migret ut in bibulum uellus ab ore liquor.
Sericum Pont.Quæ dea nunc radio per ſerica uellera miſcet.
Vdum Fauſt.Tytirus uda gemit ſiccantem uellera caprum.
Molle Mant. Cuium molli ſub uellere fraudes Mente Lycaonias ſeruant.
Tyrium Propert.lib 4 Et Tyrio in gladios uellera ſecta ſuos.
Calabrum Perſius Sat. 2. Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus.
Thuſcum Mart.lib.11.Nec niſi prima uelit de Thuſco ſerica uico.

VELLVS aureum.

Fuluum Ouid.lib 2.Eleg. Conſpicuam fuluo uellere uexit ouem.
Diues Val.Flac lib.5.Pandite diues ubi pellis nitet arbore ſacra.
Exitiale Idem,Reddi iubet exitiale ſacerdos Vellus.
Phryxæum Idem lib.6. Impulit & dubios Phryxei uelleris ardor.
Aeolium Idem lib.8 Ille haud Aeolio diſcedere feſſus ab auro.
Aeæum Idem,Et quis in Aeæo maneat te uellere cultos.
Rutilum Idem lib.8.Cuius adhuc rutilam ſeruabat brachia pellem.
Radians Idem,Quum Chaonio radiantia trunco uellera uexit ouis.
Nepheleium Pont. Quum premit auratos Nephelei uelleris artus.
Auratum Ouid in Epiſt.Diceris aurate uellere diues ouis.

Atha-



Athamantæum.Mart.lib.8.Non Athamanteo potius me miret in auro.

VELOCITAS.

Volucris Crinit.Vt volucri velocitate cunctis adeſſe exiſtimetur.
Prompta Apull.Puellę lapidæ periclitanti prompta velocitate ſuccurrite.

VENA.

Trepida Ouid.lib.6.Met.Trepidęq; ſine vlla Pelle micant venæ.
Turgida Stroz,pater,Turgida ceu ferro vena petita foret.
Sanguinea Pl in.lib.11.Sanguineiſq; venis ſubinde ſuffuſi.
Fiſſilis Idem lib.36.Sarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur.
Tremens Syll.lib.2.Et venis male iuncta trementibus oſſa.
Sequax Claud.Venas rimata ſequaces.
Irrigua Item,Sudent irriguę ſudantia balſama uenę.
Fungida Pont.Atro cortice,fungidiſque venis.
Bullans Polit.Hic latebris ſalit,& bullantibus incita uenis.
Tumida Pamph. Aeſtuat & tumidis agitat præcordia venis.
Saliens Polit.Aut quid tentaret ſalientis tempora uenę.
Gracilis Mant.Humida per ligni graciles alimonia venas.
Sanguifluas Idem Sanguifluas febris uenas,carnem,oſſa medullas.
Calens Idem,Sæpius & pergit venas inflare calentes.

VENABVLVM.

Corneum Pont.Dum latebras petit,& uenabula cornea iactat.
Myrteum Stroz.fil.Impingit lato uenabula myrtea ferro.
Acutum Mant.Oſa canum per acuta uirum uenabula mittens.
Splendidum Mart.Splendida iam tecto ceſſent uenabula ferro.
Doricum Idem,Dorica quem certo uenabula dirigit ictu.

VENAFRVM.

Vnctum Mart.Vncto Corduba lætior Venafro.
Viride Horat.Viridique certat bocca Venafro.
Campanum Mart.lib 13.Hoc tibi Campani ſudauit bocca Venafri.
Palladium Pamph.Saxus.Illita palladio viridis lactuca Venafro.

Oppidum eſt Cāpaniæ fertile optimi olei.

VENATOR.

Citus Horat.lib.1.Car.Ac leporem citus Venator in campis niualis Hæmoniæ.
Pernix Val.Flac.lib.1.Vaſtataque pernix Venator quum luſtra fugit.
Nemuriſequus,à me dicitur,vt Nymphę nemoriſequę a Crinito.
Præceps Fauſt.Aduolat & præceps curſu venator anhelo.

VENATVS.

Montanus Apul.Rureſtribus,& montanis uenatibus occupatum.
Ferus Auſon.Sed tu parce feris uenatibus.
Vagus Petrarca,Miſcuit apta uagis cudens uenatibus arma.

VENEFICA.

Impura Stroz.pat.Quid ſibi uult molles impura uenefica ſuccos.
Verboſa Mant.Quemq; citeinis uerboſa uenefica ſuccis Faſcinati.

VENEFICIVM.

Magicum Salmon.Impleuit magicis cuncta ueneficijs.
Theſſalicum Stroz.pat. Theſſalicis pallent aſtra ueneficijs.

VENENVM.

*Venenis,venenatiſq; herbis abundant ſequentia loca, ex quibus nonnulla dictionis huius epitheta cauſam traxerunt,in primis Theſſalia. Pontus præterea abundat veneficis herbis,itē Colchos & Iberia item Scythia & Arax urbs Theſſaliæ. Hinc venenum Scythicum. Fuit quoque Citea Colchorum urbs ueneficijs famoſa. Hinc carmina Citeina, & magna Cytæis uocantur à Propertio. De Phaſi Colchorum fluuio, Ouid. Quid te Phaſicæ iuuerunt gramina terræ.*

Atrum Verg.lib.2. Auxilium uenit,ac membris agit atra uenena.
Tetrum Idem in Batt.Muttent paltiteros æſtus,& tetra uenena.

 Tabificum

Tabificum Idem, Leuior tabificum malis uenenum.
Nigrum Idem lib. 7. Exin Gorgones Alecto infecta uenenis.
Gorgoneum Idem lib. 7. Exin Gorgoneis Alecto infecta uenenis:
Vdum Idem, At dum prima lues udo ſublapſa ueneno.
Sæuum Lucan. lib. 9. Sęuum ſed membra uenenum Decoquit.
Vipereum Idem, uipereumque fluit depexo crine uenenum.
Craſſum Lucan. lib. 9. Plenior huic ſanguis, & craſſi gutta ueneni.
Torpens Idem, Innocuosque diu rictus torpente ueneno.
Theſſalum Horat. lib. 1. Quis te ſoluere Theſſalis Magus uenenis, q̄s poterit de?
Colchicum Idem lib. 1. Car. Ille uenena Colchica tractauit.
Dirum Idem, Cur dira barbarę minus uenena Medeæ ualent.
Acre Lucr. lib. 4. Alijs fuit acre uenenum.
Cęcum Idem lib. 6. Impediatur tibi cęco correpta ueneno.
Pręſentaneum. Gell. 6. Venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe non pręſentaneum.
Graſſans Idem, Craſſante ſenſim ueneno cor tabeſceret.
Soporiferum Apul. Soporiferum quoddam uenenum cantharis immiſceret.
Præſentarium Apul. Venenum preſentarium comparat.
Peremptorium Idē, Quum uenenū perēptorium cōperire peſſimus iſte geſtiret.
Piceum. Ouid. li. 2. Met. Piceūq; p oſſa Diſſipat, & medio ſpargit pulmone uenenū.
Liquidē Idem. li. 4. Met. Attulerat ſecū liquidi quoq; mōſtra ueneni.
Furiale Idem, Vertit furiale uenenum Pectus in amborum.
Colchum Idem lib. 7. Colchis arſit noua nupta uenenis.
Lernęum Idem lib. 9. Met. Emicuit mixtus lernæi tabe ueneni.
Ardens Ouid. lib. 9. Coquiturq́; ardente ueneno.
Inſanabile Plin. lib. 7. Atque inſanabili ueneno morſus infigitur.
Somniferum Ouid. li. 9. Plenaque ſomniferis ſerpens peregrina uenenis.
Portenficum Idem li. 14. Hunc dea peruiciat, portentificisque uenenis Inquinat.
Lerniferum Idem in Epiſt. Semiuir occubuit, lerniferoque ueneno.
Neſſæum Idem in Epiſt. Illita Neſſęo miſi tibi texta ueneno.
Impium Idem lib. 1. Eleg. Impia ſub dulci melle uenena latent.
Theſſalicū Idē lib. 3. Eleg. Nū mea Theſſalico languent deuota veneno Corpora.
Marſum Idem li. 2. de Arte, Mixtaque cum magicis Marſa uenena ſonis.
Liuens Syll. lib. 2. Deformata feret liuenti membra ueneno.
Spumans Idem li. 5. Et lacte humectat terras ſpumante veneno.
Furtiuum Idem lib. 13. Pocula furtiuo rapiet properata veneno.
Tumidum Stat. lib. 5. Theb. Tumidi ſtat more veneni Spuma virens.
Crudele Mant. Quæ ſtygiæ peſtis trepidant crudele venenum.
Obſcurum Mart. lib. 1. Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno.
Pullum Idem lib. 6. Nos bibimus torti pulla venena cadi.
Rutilum Val. Flac. lib. 3. infelix etiam rutilis correpta venenis.
Gelidum Idem lib. 6. Et gelidis pollens Ophiuſa venenis.
Atracium Idem, Quamuis atracio lunam ſpumare veneno Sciret.
Magicum Idem. lib. 7. Vtq; procul magicis ſpirantia tecta venenis.
Tartareum Idem ibid. Quam modo tartareo galeam Medea veneno.
Noxium Claud. Noxiaq; effudit concuſſo crine venena.
Horrendum Manil. Oſculaque horrendis iungunt impune uenenis.
Occultum Pont. Pars repit terræ occultis armata uenenis.
Immite Idem, Paratque oculis immite venenum.
Fatiferum Idem, Vibrarit nepta fatiferum iaculata venenum.
Perniciale Th. Rad. Venena pernicialia, Proſerpinæque ſacra.
Triſte Stroz. pat. Vipera triſte ferens infixo dente venenum.
Lethale Pamph. Sax. Sumere lethali nunc pocula tincta veneno.
Tetricum Cor. Mordicus ſpargens tetricum venenum.





Peſtiferum Iuuen. Effuge peſtiferi rabies veſana veneni.
Funeſtum Serenus, Sed citò præcipitans funeſto fata veneno.
Nigrans Rod. Agric. Nigrantis felle veneni Tincta.
Infame Man. Inuentique feras, quibus eſt infame venenum.
Lethiferum Idem, Lethiferum flatu dant, accipiuntque venenum.
Stygium Idem, Letheosque amnes ſpargit, Stygiumque venenum.
Opertum Idem, Intrantes humana, dolos, & operta venena.
Inſidians Idem Mant. Et tandem gelido vitæ inſidiante veneno.
Acheronthæum Idem, Ante Acheronteo infœcunda veneno.
Mortiferum Idem, Non mortiferis infeſta venenis.
Incantatum Idem Mant. At magus apportans cyatho incantata veneno.
Fatale Idem, Veneno Ebria fatali.
Glaucum Idem, Sunt quæ mixta bibant cum glauco mella, veneno.
Indomitum Mant. Liuor, & indomito rabies tam dira veneno.
Rabidum Idem, Per vada, per ſcopulos flagrans rabido ira veneno.
Infandum Calent. Dixit, & infando miſcens aconita veneno.
Fœdum Idem, Non puduit fœdo vitam rupiſſe veneno.
Achæmenium Barth. Agmina Achæmenio mellicamina tela veneno.
Formidandum Mant. Craſſibus & formidandis oppreſſa venenis.
Luteum Archit. Altera vina ſcyphis luteo corrupta veneno.
Impatiens Mant. Et impatiens figit ſub corde venenum.
Latens Idem, Et per aperta latens deprendere ſigna venenum.
Conſpirans Stat. in Achil. Quod conſpirante veneno Impellat mortes.

VENERES.

Lepidæ Laberius, Interque iocos agere & lepidas Veneres.
Molles Crin. Et Molles Veneres ſimul inter delicias fluant.

VENETIAE. Ciuitas eſt inſignis, condita 454. anno à Chriſto nato.

Aquoſæ Sabell. Pater vrbis aquoſæ Dexter ades ceptis.

VENTER.

Mollis Horat. Venterque mollis & femur.
Supinus Idem li. 1. Serm. Nocturnam veſtem maculant, ventremq; ſupinum.
Auarus Idem lib. 1. Epiſt. Quicquid quæſierat, ventri donabat auaro.
Turgidus Polit. Mandare terræ turgidi ventris cibos.
Planus Ouid. lib. 1. Eleg. Quam caſtigato, planus ſub pectore venter.
Grauidus Idem lib. 2. Eleg. Dum labefactat onus grauidi temeraria ventris.
Tumidus Stroz. pat. Et tumidi Pinguem ventris aqualiculum.
Rabidus Syll. lib. 1. Nil temerare piget rabidi ieiunia ventris.
Liquidus Mart. lib. 13. Potabis liquidum ſignina morantia ventrem.
Pandus Sidon. Quarum puto, deſtinas, vel ventribus pandis ſingulos verſus.
Ieiunus Idem, Vel pondera ventris Ieiuni.
Improbus Seneca, Non uentrem improbum alimus tributo.
Vorax Codrus, Et ventri dat quæque voraci.
Procax Pamph. Sax. Ventri qui faueat ſuo procaci.
Miſer Mirand. Miſeri pareunt diſpendia ventris.
Pendulus Conr. Et laxum cute, pendulumque ventrem.
Capax Idem, Vt ventrem ſibi farciat capacem.
Ventoſus Hier. Balbus, Turgida ventoſo natura nec ventre rigebat.
Rapidus Mant. Nunc autem rapidi diffuſa licentia ventris.
Profuſus Idem, Vix renes clunemque tegit, ventremque profuſum.
Auidus Idem, Auidique voragine ventris Rumperis.
Vaſtus Idem, Non ſatient vaſti ſpacioſa volumina ventris.
Collatiuus Plaut. in Cur. Cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis.
Turgens Fauſt. Vix ſatura explerunt turgentem ad guttura uentrem.

Artifex — Perſius, Venter negatas artifex ſequi voces.
Albus — Idem, Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur.
Piger — Mant. Pigroque ignauia ventre.

## *VENTVS.*

*Veteres, iuxta poſitionem cardinum, quatuor 4. ventos principales à ſingulis cœli partibus flare credebant, authore Vegetio. Sed poſterior ætas experimento 12. comprehēdit. Ab orientali cardine oritur Apeliotes, id eſt ſubſolanus, cui à dextra iungitur Circius ſiue Caurus: à ſiniſtra Eurus ſiue Vulturnus. Meridianum cardinem poſſidet Notus, id eſt Auſter, habetq́ à dextra Leuconotum, à ſiniſtra Libanotum. Occidentalem cardinem tenet Zephyrus, huic à dextra iungitur Libs ſiue Africus, à ſiniſtra Iapix ſiue Fauonius. Septentrionalem cardinem poſſidet Apractias ſiue Septentrio, cui à dextra hæret Thraſias ſiue Crauias, à ſiniſtra Boreas, id eſt Aquilo. Hi ſæpe flant ſinguli, interdum duo, & magnis quandoque tempeſtatibus tres ſimul flare conſueuerunt. Horum impetu maria (quæ ſua ſponte tranquilla ſunt) vndis æſtuantibus ſæuiunt. Horum etiā flatu pro natura temporum vel locorum ſerenitas redditur, & rurſus in procellas ſerena mutantur. Cæcias quoque & Aquilo, nomina ſunt uentorum, quorum ille nubes attrahit. Sunt etiā Eteſiæ & Prodromi, qui in ortu Caniculæ, ſtatis anni temporibus ſpirare ſolent. Lucret. Puluerulenta Ceres, & Eteſia flabant Aquilonum.*

Facies frigora. Ouid. lib. 1. Met. Et cum fluminibus facientes frigora ventos.
Rapidus — Idem lib. 1. Met. tum freta diffudit, rapidiſq́ tumeſcere ventis Iuſſit.
Niualis — Verg. lib. 3. Georg. Ergo omni ſtudio glaciem, ventoſque niuales.
Suſurrans — Idem in Culice, Aura ſuſurrantis poſſit confundere venti.
Luctans — Idem lib. 1. Aen. Luctantes ventos, tempeſtateſque ſonoras.
Leuis — Idem lib. 2. Aen. Par leuibus uentis, uolucriq́ue ſimillima ſomno.
Furens — Idem lib. 10. Quid tempeſtatem regem, ventoſque furentes.
Loquax — Lucan. lib. 5. Diuinam ſperare fidem, ventoſque loquaces.
Brumalis — Idem, Clauſas ventis brumalibus vndas.
Niger — Horat. lib. 1. Car. Et aſpera nigris æquora ventis.
Celer — Idem, Fluminum lapſus, celereſque uentos.
Pluuius — Idem libr. 1. Car. defendit æſtatem capellis Vſque meis, pluuioſque ventos.
Proteruus — Idem, Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis.
Vagus — Idem lib. 3. Carm. Ripa vagis taciturna ventis.
Iniurioſus — Idem in Epod. Iniurioſis aridus ventis ferat.
Frigidus — Calent. Neque frigidus obſit Ventus.
Syluifragus à me dicitur, vt flabrum ſyluifragum à Lucretio, dicente, Syluifragis vexat flabris.
Validus — Lucr. lib. 3. Cum validis ventis ætatem degere poſſe.
Incertus — Idem lib. 5. Et incertis credunt committere uentis.
Violentus — Idem, Summa etiam quum vis uiolenti per mare uenti.
Pugnans — Idem lib. 6. Aetheriæ nubes contra pugnantibus uentis.
Gelidus — Ouid. lib. 9. Vtque ferunt imbres gelidis concreſcere ventis.
Aequoreus — Idem lib. 1. Triſt. Cuncta ne in æquoreos abierunt irrita ventos.
Nymboſus — Idem lib. 2. de Ponto, Vt fera nymboſo tumuerunt ęquora vento.
Mobilis — Idem in Epiſt. Mobilibus ventis arida facta volant.
Diſcors — Idem lib. 2. Eleg. Erat vt à ventis diſcordibus acta phaſelus.
Iniquus — Idem lib. 2. Eleg. Nauita ſollicitus iam uentos horret iniquos.
Tenuis — Idem lib. 3. Eleg. Vis tamen interea tenues arceſſere ventos.
Sæuus — Syl. lib. 7. ſæui fera murmura uenti Demittunt.
Sonans — Pamph. Mergens fluctibus & ſonante vento.
Animoſus — Stroz. fil. Siue agitent animoſi proxima venti.
Subtilis — Plin. lib. 31. Calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo vento.
Sonorus — Syl. lib. 9. Raptuſque ſonoro Ignis edax vento.
Humidus — Vitruuis, Venti humidi aduenientes procreant.

Fremens



Fremens — Stat. lib. 1. Theb. Venti tranſuerſa frementes Confligunt.
Volans — Stat. lib. 3. Theb. Magnoque volantes Inijcit Aegæo.
Trux — Idem lib. 10. Abiguntq́ truces à culmine ventos.
Volucer — Polit. Volucreſque fuga præuertere ventos.
Aerius — Mant. Aerij pellant, ſine carbaſa uenti.
Aelius — Tibull. lib. 4. Vexit & Aeolios placidum per Noncia ventos.
Fulmineus — Val. Flac. lib. 2. Fulmineo cuius redeuntia vento vela loquuntur.
Tumidus — Idem lib. 4. Neque hac tumidis auertere uentis Tentaui.
Altercans — Sidon. Volatiles ventis altercantibus arenæ.
Alacer — Pont. Atque alacres redeunt deſueta ad munera venti.
Stridens — Fauſtus, Raucaque præſſiſſent ſtridentes murmura venti.
Iratus — Polit. Et iratis audens ſe credere ventis.
Contumax — Idem, Qua contumaces Aeolus ventos ſoluet.
Turbidus — Idem, Ventique turbidis patens.
Terribilis — Stroz. pat. Cærula terribiles permiſcent æquora venti.
Reſonans — Pamph. Se iacit in tumidum ventis reſonantibus æquor.
Nymbiſonus — Idem, Fles, quia nymbiſonis non eſt obnoxia ventis.
Sæuiens — Lactan. Si quis in mari vento ſæuiente iactatur, hunc inuocat.
Infeſtus — Sabell. Infeſti verſant minus æquora venti.
Fluctuoſus — Conrad. Mare fluctuoſis Turgeat ventis.
Fugax — Quint. Ruunt fugaces turbido venti freto.
Aeolides — Mich. Angl. Aeolidæ non ſic bromali turbine fratres.
Glacialis — Mant. Quas abradit hyems glatialibus aſpera ventis.
Ambiguus — Idem, Et ambiguis ſolam me credere uentis.
Vocalis — Idem, Et inflari vocalibus organa uentis.
Veſanus — Cimbriacus, Sic quum turbarunt æquora uenti.
Borealis — Barthol. Vigetur patris Borealibus inſula uentis.
Horriſonus — Idem, Horriſonos ſoliti cognoſcere uentos.
Fœtifer — Idem, Fœtifero pereunt ſua frigora vento.
Furibundus — Fauſt. Iam premit horrendo furibundos carcere uentos.
Procax — Idem, Nec timet aduerſos fluctus, uentoſq́ procaces.
Rudis — Architr. Vela dedit, uentoſque rudes.
Malignus — Reucl. in Serg. Venti maligni & motiones terræ.
Immitis — Tibull. lib. 1. Quam iuuat immites uentos audire cubantem.
Inſanus — Idem lib. 2. Stare vel inſanis cautes obnoxia ventis.
Carbaſeus — Tibull. lib. 3. Poſthæc carbaſeis humorem tollere ventis.
Horribilis — Catull. O ventum horribilem atque peſtilentem.
Veſaniens — Idem, Deprenſa nauis in mari veſaniente vento.
Vanus — Idem, Necquicquam vanis iactantem continua ventis.
Turgidus — Muſæus, Turgidus abruptis ſpiraret ventus habenis.

## *VENVS.*

*Venerem poetæ fabulantur ortam è maris ſpuma, & ſanguine teſticulorum Cœli patris Saturni, quos Saturnus ipſe amputerat. Hinc ab illa ſpuma vocatur Aphrodite, & Aphrogenia. Hoc autem fingitur vel quòd ſpermatis natura ſit ſpumoſa, vel quia ex humecta natura conſurgat auiditas coeundi. Cur autem relata ſit in numerum deorum, alia cauſa reperiri non poteſt, niſi quia rudes & illepidos primi ſeculi mortales voluptatum vſum prima docuerit, & meretricias libidines aut excogitauerit, aut certè latentes adhuc & ſecretas inuulgauerit. Hinc mater geminorum Cupidinum dici ſolet. Fingitur præterea ex Anchiſæ apud Simoentem Troiadis fluuium concubitu ſuſcepiſſe Aeneam, autore Vergilio. Inſuper ut uolunt, adulterio ſe copulauit Marti, amboq́ in uincula conietti ſunt à Vulcano, Sole ſuis radijs turpitudinem patefaciente. Vnde & in progeniem Solis, quas potuit furias immiſiſſe Venus dicitur. Ille autem cum Marte concubitus innuit bellicoſiſſimum quenque hominem procliuem eſſe in maſculam uel fœmininam venerem, Ariſt. teſte. Nullum prope numen ueterum deorum maioribus*

*bus cæremonijs frequentioribusq́; locis honoratum legitur. Aſſyrij primi omnium eius cultum induxerunt, quos in Cypro Paphij ſunt imitati & Phœnices. A Phœnicibus verò edocti Citherij eius ſacra ſuſceperunt, quæ Ageus dedit Athenienſibus. Apud Lacedæmonios colebatur armata. Delphis item Epitybiæ Veneris exigua ſtatua oſtendebatur poſita. Ad quam manes in parentationibus & libationibus elicere ſolebant. Colebatur & à Cois, quod arguit effigies illa ibidem ab Appelle iam feliciter incepta, ut reperiri non potuerit, qui ſupremam manum auderet imponere. Ne longum faciam, ſequentia loca Venerem ſummis honoribus cæremonijsq́; coluerunt. Amathus inſula maris Aegei, à qua dicitur Amathuſia & Amathuſis. Cypros inſula, & eiuſdem inſulæ vrbs Paphos. Item Memphis vrbs Aegypti, item Gnydos, Idalium nemus, Erix mons Siciliæ, Cyclades, Cithera, & Hypæpa vrbs proxima Tmolo. Stat. lib. 8. Theb. ait Meram Veneris fuiſſe ſacerdotem. In Veneris tutela ſunt cycnus & columbæ. Eius arbor eſt Myrtus. Porrò ſtatua Veneris fingebatur cū pectine, vt intelligamus eos qui laqueis amorum ſeſe implicuerunt, comendi corporis eſſe ſtudioſiſſimos. Cætera patebunt ex epithetis.*

Formoſa Verg. in Buc. Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.
Palæpaphia Verg. in Cyri, Docta Palæpaphiæ teſtatur voce Pachinus.
Amathuntia. Idem in Cyri, Nam te iactari non eſt Amathuntia noſtra.
Citherea Idem lib. 1. Aen. Parce metu Citherea.
Alma Auſon. Aeneadum genitrix hic habito, alma Venus.
Idalia Verg. lib. 5. Aen. Erycino in vertice ſedes Fundatur Veneri Idaliæ.
Accidalia, ab Alcidalio fonte, qui in Orchomeno Bœotiæ vrbe, in quo ſe gratiæ lauāt, q̃ Veneri ſacræ ſunt, inq̃t Seruius. Idē li. 1. Aneid. At memor ille matris Acidaliæ.
Diua Idem lib. 1. Aen. Dardanis & diuæ Veneris nurus.
Dionæa, à Dione matre. Idem lib. 3. Aen. Sacra Dionææ matri diuisq́; ferebant.
Candida Idem lib. 8. At Venus æthereos inter dea candida nymbos.
Fœcunda Lucan. lib. 10. At fœcunda Venus cunctarum ſemina rerum Poſſidet.
Ericinia Ouid. in Epiſt. Tu quoq; quæ montes celebras Ericina Sicanos.
Marina mari orat. Horat. li. 3. Carm. Lęuū marinæ qui Veneris latus Cuſtodit.
Damnoſa Idem in Epiſt. Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.
Genitrix Aeneadum. Lucret. Aeneadum genitrix, hominū diuumq́; voluptas.
Vulgiuaga Idem lib. 4. Vulgiuagaq́ue vagus Venere.
Gladiatoria Apul. Gladiatoriæ Veneris antecœnia.
Clandeſtina Idem, Vel clandeſtinæ Veneris fętidi concubitus.
Vino madens. Idem. Vino madens & flagrans balſama Venus Remeat.
Adulterina Idem, Adulterinæ Veneris magis magisq́; præcluſos aditus.
Cœleſtis Idem, Coetu cœleſtis Venus.
Capitolina, q̃ eius ſimulachrū eſſet in Capitolio. Suet. in Galba, Capitolinæ veneri dedicauit.
Citherea Ouid. lib. 4. Met. Exigit indicij memorem Citherea pœnam.
Cithereis Idem, Mercurio puerum diua & Cithereide natum.
Tenera Idem lib. 9. Et tenera volucer cum matre Cupido.
Fœminea Idem lib. 10. Omnemq́; refugerat Orpheus Fœmineam Venerem.
Aurea Idem, Senſit, vt ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis.
Orta mari Ouid. in Epiſt. In mare, nimirum, ius habet orta mari.
Inſidioſa Idem, Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi.
Furtiua Idem lib. 1. de Arte, Vtque viro furtiua Venus, ſic grata puellæ.
Pulchra Pacificus, Pulchra Venus molli componit corpora lecto.
Blanda Stat. lib. 2. Syll. Qualem blanda Venus, daretq́; Iuno.
Gnydia Pont. Et lætum Gnydiæ deæ nitorem.
Praxitelica Plin. lib. 36. Præterea Venus in eodem loco nuda Praxitelica.
Aphrodite, à maris ſpuma, quę græcè dicitur aphros. Idem Plin. Pręclarumq́ue Veneris imaginem extra muros, quæ appellatur Aphrodite.
Palatina Idem, Ob id Venerem Palatinam appellauerat.
Lęta Stat. lib. 2. Theb. Nondum læta Venus tamen omnis corde reſedit.
Aegæa Stat. lib. 8. Theb. Aegææ Veneris quos merſa ſacerdos Ediderat.





Aeneia Idem lib. 1. Syll. Ipſa manu nuptam genitrix Aeneia duxit.
Lucrina Idem lib. 3. Syll. Numenq́; Euplea Carinis, Et lucrina Venus.
Mitis Tibul. lib. 2. Mitis in Vmbroſa gaudia valle Venus.
Cypria Pont. Si pater Idæus, Cypria virgo Inſidant.
Prodigioſa Mart. lib. 1. Mentiturq́; virum prodigioſa Venus.
Superba Idem lib. 3. Quam recipit ſexto menſe ſuperba Venus.
Iniqua Val. Flac. lib. 7 Collapſaq́; flebat iniquæ In Veneris Medea ſinus.
Diua Paphi Claud. Dubios agnouit ſola tumultus Diua Paphi.
Callida Idem, Vicinis callida flores Ingeminat.
Calefacta Idem, Vt vino calefacta Venus tum ſæuior ardet.
Orta ſalo Vide præcedens Auſonij teſtimonium.
Cypris Auſon. Vera Venus, fictam quum vidit Cyprida, dixit.
Peruerſa Idem, Peruerſæ Veneris poſtico vulnere foſſor.
Amœna Idem, In amœnam Venerem, & aſperam leuitatem.
Obſcœna Idem, Repperit obſcœnęs Veneris vitioſa libido.
Voluptuaria Capel. Qui nec voluptuariæ, Veneris filius erat.
Spumigena Idem, Ipſum ſpumigenæ ſalum Citheres.
Turpis Seneca, Nec durat diu in Venere turpi.
Vulcania, vxor Vulcani Pont. Riſit Vulcania coniunx.
Simoentis Idem, Namq; heros ſæpe Andæus Simoentida diuam Inuiſens.
Amathuntis. Idem, Sic placidum, ſic fata neunt, Amathuntide ſic ſtat.
Idalij regina. Idem, Idalij regina, tuos nos pandimus hortos.
Dura Idem, Et duræ ſequitur militiam Veneris.
Dulcis Idem, Ad dulcem Venerem viam parabis.
Bella Idem, Et bellæ Veneris labella bella.
Amathuſia Idem, Aut tu, cui præbet faciles Amathuſia natos.
Deſultoria Polit. Et deſultoria certis Legibus eſt aſtricta Venus.
Imbellis Idem, Imbellemq́; deam, Venerem.
Compta Idem, Compta Citheriaco eſt pectine viſa Venus.
Benigna Marul Si verò peperit Venus benigna.
Citheris Stoz. fil. Non meliore fluit velata Citheris amictu.
Pulchra Idem, Pulchraq́; Acidalio lauit in amne Venus.
Impudica Pamph. Pulſat me Venus impudica ceſto.
Proterua Idem, Exurit calidis proterua flammis.
Aeſtiua Idem, Aeſtiuæ fugiens Veneris dum ſpicula linguis.
Placida Idem, Ambroſiam placidæ flamma tenet Veneris.
Decora Idem, Adſis, te precor, ò Venus decora.
Pernicioſa Idem, Et genus humanum pernicioſa facit.
Potens Idem, Veneris ſequitur qui caſtra potentis.
Feruida Idem, Sub nobis Venus eſt, quamuis ſit feruida.
Laſciua Idem, Vere nouo laſciua Venus, blanduſq́; Cupido.
Delicioſa Idem, Me tibi, teq́; mihi delicioſa Venus.
Dionæa Sabell. Prima Dionææ Veneri ſolatia pacti.
Luxuriæ nutrix. Mirand. Quin & luxuriæ nutrix, & mater amorum.
Ridens Augurell. Lætoq́; ridens annuit Venus vultu.
Nefanda Verg. lib. 6 Aen. minotaurus ineſt, Veneris monumenta nefandæ.
Paphia Theocr. Vtq́; rotæ Veneris Paphiæ voluuntur ahenæ.
Iucunda Quint. Quàm iucunda Venus diuas ſupereminet omnes.
Fallax Guill. Caſt. Detrahit incauto fallax Venus arma clienti.
Cyprigena, in Cypro genita. Mant. Cyprigenæ cāpos, & regna per ardua Phœbi.
Vnguentaria. Idem, Et quæcunq; tulit Venus vnguentaria vaſis.
Inceſta Idem, Quo Venus accendit teneras inceſta medullas.
Rutilans Idem, Venus rutilans, & pleno Cynthia vultu.

Ingenioſa Idem,Baccus & ad fraudes ingenioſa Venus.
Olens Mant.Venerem ſapit hircus olentem.
Aphrodiſia Idem,Mille modos graſſandi aperit Aphrodiſia.
Mater adulterij.Idem,Mater adulterij Venus eſt,ſtuprique repertix.
Nata freto Idem,Nata freto Venus eſt,Veneremq; ſub æquora mitte.
Ignea Idem,Venus ignea cauſas Allicit.
Fœda Idem,Sic meruit tua fœda Venus.
Petulans Remacl.Nec petulans Venus eſt iſtis miſcenda cothurnis.
Iocoſa Calent.Blanda Venus,tantum cynna iocoſa Venus.
Syderea Idem,Sydeream Venerem,Mercuriumq; ſonant.
Multipotens.Plaut.in Caſſ.Venus multipotens bonam vitam mihi dediſti.
Salax Fauſt.Quam petit incipiens Venerem lanugo ſalacem.
Venuſta Plaut.in Muſtell.O Venus venuſta,hęc illa eſt tempeſtas mea.
Auara Idem in penul.Eo pacto auaræ Veneri pulchrè adijmanum.
Mollis Bapt.Pius,Mollis vbi medio ſaltat amore Venus.
Auricoma Idem,Auricomæ Veneri mamma,pedes Thetidi.
Lepida Plaut.in penul.Nequiuit propitiare Venerẽ ſuo feſto die lepidã Venerem.
Cyrenenſis Idem in Rudente,Venus Cyrenenſis te teſtor.
Calydonia Idem Plaut.in penul.Quæ ad Calydoniam venerant Venerem.
Idalis Bapt.Pius,Orta ſalo,nutrita ſolo Venus Idalis olim.
Truculenta Idem,Sęuus amor,truculenta Venus.
Samia Idem,Et Samiæ mamma refuſa deæ.
Soluta Architr.Venerisque ancilla ſolutæ,Gloria.
Incentiua Idem,præſidet,& rudibus legis incentiua puellis.
Mitrata Idem,Et furtim mitrata Venus.
Philomedea,quod apparuerit ex cęli pudendis,quæ Græcè dicuntur Medeæ.
Aphrogenia Mant.Curvè tuo mitem curru premis Aphrogeniam?
Meretrix Theodor.Cyr.At ipſam Venerẽ,nullius quidem beneficij autorẽ &c.
Scortorum præſes.Idem,At Venerem ſcortorum præſidem & magiſtram,&c.
Ebria Iuuen Sat.6.Quid enim Venus ebria curat?
Inſana Prop.lib.Tu potes inſanæ Veneris compeſcere fluctus.
Ignipotens Muſæus,Hic Venus ignipotens Charitem fortaſſe minorem Educat.
Secreta Idem,Secreta ſimul oblectabatur Citherea.

VENVSTAS.

Grata Stroz pat.Inq; oculis Charites habitant & grata venuſtas.
Rachelæa Mant.Virginis ora nouę iam tunc Rachelæa venuſtas Imbuerat.
Suauis Gell.lib.17.Non ſuaui venuſtate eſt.
Syncera Architr.Raroque venit ſyncera venuſtas.

VEPRES.

Hirſuti Verg lib.4.Georg.Hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Aſperi Seneca,Acutis aſperi vepres rupis.
Recurui Pallad.Sor.Recurui non lædent vepres.
Acerbi Mich.Angl.Vepribusque inſertans corpus acerbis.
Denſi Plin.lib.12.Sed denſiſſimis vepribus gignitur.

VER.

Purpureum Verg.in Buc.Hic ver purpureum,varios hic flumina circum.
Imbriferum Verg.lib.1 Georg.Vel quum ruit imbriferum ver.
Vtile Verg.lib.2.Georg.Ver adeò frondi nemorum ver vtile ſyluis.
Vdum Verg.lib.3.Georg.Vere madent vdo terræ,ac pluuialibus Auſtris.
Sudum Verg.lib.4 Georg.Ergo vbi uer nactæ ſudum,campoſque patentes.
Placidum Idem de 4.Temp Ver placidum vario nectit de flore coronas.
Tepidum Idem,Veris honos tepidi floret.
Comans Idem purpureos flores humus effert vere comanti.

Odoriferum.



Odoriferum.Idem,Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.
Nubiferum Lucan.lib.5.Per[illegible]a nubiferi vetat inconſtantia veris.
Saluber Syll.lib.12.Blandiſq; ſalubre Ver Zephyris.
Pecoroſum Stat.lib.2.Cui fœtura gregem pecoroſum vere nouauit.
Aquoſum Idem lib 4.Syl.Iam terras,volucremq; polum fuga veris aquoſi.
Breue Mart.lib.3.Quum breue Sicaniæ ver populantur apes.
Floricomum.Ruff.Feſt.Vel quum floricomo iam tellus vere mouetur.
Floriferum Auſon.Annus ab exortu quum floriferum reſerat ver.
Benignum Seneca,Hic qui nondum verè benigno.
Nidificum Idem,Quocunq; tellus vere nidifico creat.
Spirans Pont.Spirantis rarum veris decus.
Floridum Idem,Quin hoc iuuentæ floridum ac dulce ver.
Blandum Polit.Non blandi tempora veris Iungere.
Geniale Mant.Ver geniale nouis quum det primordia rebus.
Serenum Val.Varan.Quales in vere ſereno.
Nymboſum Iuuẽ.Sat.4 Cũ quo de pluuijs aut æſtib aut nymboſo Vere locuturi.
Madidum Idem Sat.9.Natalis quoties redit,aut madidum ver.Incipit.
Iucundum Catull.Iucundum quum ætas florida ver ageret.

VERBA.

Mellaria Reucl.in Serg.Non verbera,at verba eius erunt mellaria.
Garrula Pont.Oſculaq; & dulci garrula verba ſono.
Mellita Marullus,Sed vetat hoc decor iſtę tuus,mellitaq; verba.
Faceta Codr.Vrceus,Antiquum verbis renouare facetis.
Perita Marullus,Quæ me diſperimunt perita verba.
Blanda Pamph.Cupidos verbula blanda viros.
Loquacia Augurell.Nec loquacibus ſtrepit Inter loquentes verbulis.
Lactea Mant.Hic facile in modulos agiles,& lactea verba Prorumpunt.
Diſerta Prop.lib.3.Et quædam ſine me verba diſerta loqui.

VERBENA.

Pinguis Verg.in Buc.Verbenaſq; adole pingues & maſcula thura.
Herba eſt, cuius frequentiſſimus erat vſus in antiquis ſacrificijs.

VERBER.

Tortum Lucan.lib.1.Et torto Balearis verbere fundæ Ocyor.
Sæuum Lucan.lib.7.Si verbere ſæuo Palladia ſtimulet turbatos ægide currus.
Contortum Ouid.lib.7.Met.Haſta nec exutæ contorto verbere glandes.
Crudele Ouid.lib.3.Faſt.Qui mea crudeli laceraui verbere terga.
Cruentum Lud.Big.Hinc alapis,& verberibus laniata cruentis.
Crudum Stat.lib.1.Syll.Et verbere crudo,Vt ſenſit mugire forum.
Intortum Tibul.lib.1.Corpus & intorto verbere terga ſeca.
Violentum Ruff.Feſt.En manus ipſa dei violento in verbere pendens.
Triſte Mar.Cap.Triſtibus aſperiſq; Satyræ alioqui lepidulæ verberibus demulcatis.
Nodoſum Pont.Perculit aduerſam nodoſo verbere calpem.
Crepitans Idem,Crepitanti & verbere grando.
Exagitatum Pont.Exagitata ferens impactæ verbera nubis.
Acerbum Stroz.pat.Verberibus pueros olim vexauit acerbis.
Inſanum Pacificus,Atq; eques inſano verbere vexat equum.
Nefandum Idem,Et pia verberibus cæduntur terga nefandis.
Ferreum Mant.Ferrea,clamabat,date verbera verbera,lictor Expedit.
Vipereum Seneca,Viperea ſæuæ verbera incutiant manus.
Sanguineum.Idem,Sanguinea iactant verbera.
Ardens Mant.Et ardenti liuentia verbere membra.
Minax Idem,Strepituq; minaci Verbere compeſcunt lemures.
Mortiferum.Textor,Qui leue mortifero delictum verbere punit.

VERE.

VERECVNDIA.

Rubella Thom. Rad. Quumque verecundia ſuadente rubella.

*VEREDVS.*

*Veredus dicitur equus velociſſimi curſus. Hinc veredarij dicuntur nuncij ſiue curſores, qui literas cum ingenti celeritate perferunt.*

Piger Auſon. Sed Ciſium aut pigrum cautus conſcende veredum.
Succinctus Mart. Stragula ſuccincti venatos ſume veredi.

*VERGILIAE.*

*Vergiliæ ſeptem ſunt ſtellæ in tauro locatæ, quarum exortu ſignificatur æſtas, occaſu vero hiems alio nomine vocantur Pleiades.*

Tardæ Prop. lib. 1. Et ſit iners tardis nauita vergilijs.

VERITAS.

Intemerata Apull. Intemeratæ veritatis documenta perlucida.
Candida Pamph. Et cui candida veritas in ore eſt.
Diuina Crinit. Diuinæ veritatis patrocinium ſubire.
Nuda Horat. lib. 1. Carm. Incorrupta fides, nudaque veritas.
Concors Theod. Cyr. Veritas autem & ſibi eſt concors, & vnam modo, &c.
Syncera Macarius Mutius ad Polit. Quæ doctiſſimus quiſque, & ſinceræ veritatis ſtudioſus, &c.

VERMIS.

Infeſtus Pallad. Rutil. Si uermes patietur infeſtos.
Ruffus Idem In ea ruffi ac piloſi uermes ſolent medullæ interna ſectari.
Villoſus Manil. Vtque interna ſolent uilloſi rodere uermes.
Terreſtris Pli. li. 11. Nã & oſtreis & terreſtribus uermibus tactus ſenſus oĩb. eſt.
Paruus Idem, In te oritur uermiculus paruus.
Terrenus Auſon. Collaque & inſutos terrenis uermibus hamos.
Durus Idem, Seu iubeat duris uermibus eſſe cibum.
Fœdus Stroz. fil. Paſcendaque fœdis Vermibus.
Longus Fauſt. Putre inter longo corroſum uerme cadauer.

*VERONA.*

*Ciuitas eſt Venetiarum à Gallis olim condita, duce Brenno, à cuius nomine primo Brenona, deinde mutatis literis Verona dicta eſt, Iuſtino authore, hanc interfluit Atheſis fluuius.*

Ferax Mant. Habet autores & Brixia Gallos, Et Verona ferax frugum.
Parua Tantum parua ſuo debet Verona Catullo, Quantum magna ſuo Mantua Vergilio.

VERNA.

Garrulus Tibull. lib. 1. Garrulus in dominæ ludere uerna ſinu.
Diſcinctus Perſius, Quum bene diſcincto cantauerit ozima uernæ.

VERRES.

Sacrilegus, quoniam prætor expilauit Siciliam, unde repetundarum dãnatus eſt, Iuuen. Sat. 8. Inde Dolobella eſt, atque hinc Antonius, inde Sacrilegus Verres.

VERSVS.

Canorus Horat. lib. 1. Epiſt. I nunc, & uerſus tecum meditare canoros.
Tener Idem in Arte, Aut nimium teneris inuenentur uerſibus unquam.
Suauiloquus Lucret. lib. 2 Nunc ſuauiloquis ego paucis Verſibus oſtendam.
Suauidicus Idem lib 4. Suauidicis potius, quàm multis uerſibus edam.
Politus Idem lib. 6. Et ſunt ornanda politis Verſibus.
Lepidus Marullus, Salue nec lepido libelle uerſu.
Mollis Achill. Bochius, Molli, cynnameo, decente, blando, Dulci, melliſluo.
Facundus Mar. li. 12. Facũdos mihi de libidinoſis Legiſti nimiũ Sabelle uerſus.
Maroneus Codrus, Viſa Maroneis uerſibus æqua mihi.
Blandus Pont. Blandis uerſibus Eliſi iocamus.
Grandiloquus, Stroz. fil Sydera grandiloquo feriam ſublimia uerſu.

Dulcilo-



Dulciloquus. Pamph. Saxus, Verſiculos Marone dignos, dulces, grandiloquos, &c.
Lubricus Conrad. Verſus ſcribere lubricos.
Nugoſus Augurell. Nugoſo ludrica verſu, vanaſque fabellas ferant.
Nitidus Pallad. Sor. Nitido ſint omnia verſu.
Excultus Mich. Angl. Sed quæ magna deũ exculto præconia verſu Narrarent.
Odorifer Archit. Cantat odorifero philomela poetica verſu.
Altiſonus Bapt. Plaut. Præterea altiſonos tanto modulamine verſus.
Poeticus Reuchlin. in Sergio, Qui & ipſe luſit verſibus poeticis.
Diues Mant. Expoliet grauibus dictis & diuite verſu.
Delicatus Catul. Vt conuenerat eſſe delicatos ſcribens verſiculos.

VERTEX.

Sublimis Horat. lib. 1. Carm. Sublimi feriam ſidera uertice.
Aerius Syll. lib. 1. Cuius in aerio pendent tua vertice caſtra.
Nymboſus Idem lib. 3. Pyreni celſa nymboſi verticis arce.
Celſus Idem lib. 4. Et vertice celſo Canus apex.
Scopuloſus Stat. lib. 8. Et ſcopuloſi verticis anxur.
Nemoroſus Idem lib. 6. Omnis & agricola, & nemoroſo vertice paſtor.
Exeſus Idem lib. 13. Sulphureum vomit exeſo de vertice fumum.
Acutus Stat. lib. 1. Theb. Aut vertice acuto Spumantes ſcopulos.
Excelſus Val. Flac. lib. 4. Quin & ab excelſo meditantem vertice ſaltus.
Frondoſus Sabell. Expediunt vmbras frondoſo vertice ſaltus.
Vitifer Idem, Vitifero iuxta tumulus ſe vertice tollit.
Editus Augurell. Sub editum prodere ſenſim verticem.

VERV.

Oblongum Mant. Viſceraque oblongis verubus confoſſa gerebat.
Colurnum, factum corylo, Idem, Viſcera & in verubus ſudant verſata colurnis.
Terribile Glarean. Terribili facitis uulnera longa veru.

VERVTVM, Eſt telum breue & acutum.

Aereum Pont. Hæſit cui lateri æreum verutum.
Prætentum Quint. Prætento confoſſa veruto.
Militare Saluſt. li. 3. Hiſt. Auxiliumq; manebant in modum veruti militaris.

VESANIA.

Diſcors Horat. lib 2. Serm. Extimui, ne uos ageret veſania diſcors.
Præceps Apuleius, Maturatæ ſpei ueſania præceps.
Cæca Iuuencus, Cæca furentis Inſulat plebis fixo veſania Chriſto.

*VESVIVS, ſeu VESEVVS.*

*Veſuius, ſeu Veſuuius, ſeu Veſeuus, mons eſt Campaniç non longe à Neapoli flammam & fumum euomens, vt Etna Siciliç.*

Mugitor. Val. Flac. lib. 3. Magis ut mugitor anhelet Veſuuius.
Præruptus Idem lib. 4. Sic vbi prærupti tonuit quum forte Veſeui.
Ardens Crinitus, Ardente Veſeuo monte, ignibus late æſtuantibus.
Ferax Petrarcha, Quæq; ferax gemino tranſmittit colle Veſeuus.
Flammiuomus. Mant. Et quæ flammiuomi pariunt arbuſta Veſeui.
Viridis, quoniam feraciſſimus eſt optimi uini. Mart. lib. 4. Hic eſt pampineis uiridis Veſuuius umbris.

VESPA.

Stridula Theocr. Stridula dulciſonam contriſtat ueſpa cicadam.

VESPER.

Rubens Verg. lib. 1. Georg. Illic ſero rubens oſtendit lumina ueſper.
Frigidus Idem lib. 3. Georg. Quum frigidus aera ueſper Temperat.
Piger Idem in Culice, Et piger aurato ueſper procedit ab Oeta.
Serus Val. Flac. lib. 7. Te quoque Theſſalico iam ſerus ab hoſpite ueſper.
Ater Manil. Qui ueſpere ab atro Admiſſus,

Noctiſer

Noctifer Calphur.Frigidus æſtiuas impellit noctifer horas.
Ruber Iuuencus,Si ruber aſtrifero procedit veſper olympo.
Occiduus Mich.Angl.Occiduus donec ſuaſit diſſuadere veſper.
Rutilans Mant.Nigro rutilans ſurgebat ab ortu Veſper.
Vmbrifer Muſæus,Vmbrifer ex alia veſper ſtat parte coortus.

## VESTA.

*Veſta fuit dea quædam perpetuæ caſtitatis,quam Troiani colebant,aſſeruato in templis igni perpetuo. Eius autem ceremonias, euerſa Troia, Aeneas Romam tranſtulit. Eius miniſterio addicebantur quædam ſacerdotulæ obnoxiæ perpetuæ uirginitati,quam ſi violaſſent , uiuæ defodiebantur,aut immani aliquo ſupplicij genere afficiebantur.*

Cana Verg.lib.5.Aen. Pergameumq; larem, & canæ penetralia Veſtæ.
Troica Ouid.lib.15.Obuia turba ruit,quæq; ignes Troica ſeruat.
Cæſarea Idem,Et cum Ceſarea tu Phœbe domeſtice Veſta.
Caſta Idem lib.3.Faſt.Quiſquis ades caſteq; colis penetralia Veſtæ.
Iliaca Idem lib 6.Faſt.Donec ab Iliaca placidus purgamina Veſta Detulerit.
Sancta Claud. Flet Mauors,ſanctæ memor Tritonia Veſtæ.
Pudica Pamph. Nec tibi virgineus Veſta pudica chorus.
Aeneia Barth.Aeneia deſerit ignes Veſta ſuos.
Sacra Propert.lib.3.Mars pater, & ſacræ fatalia limina Veſtæ.

## VESTIS.

Laborata Verg.lib.1.Aen.Arte laboratæ ueſtes,oſtroq; ſuperbæ.
Picta Idem lib.9.Diues opum,diues pictai veſtis & auri.
Laxa Lucan.lib 8 Illic & laxas veſtes & fluxa virorum Velamenta vides.
Purpurea Verg.lib.4.Aen Purpureaſq; ſuper veſtes velamina nota.
Barbarica Lucr.lib.2.Iam tibi barbaricæ veſtes,Mœlibœaq; fulgens Purpura.
Nexilis Idem lib.5 Nexilis ante fuit veſtis,quàm textile tegmen.
Conchyliata.Sueton Vſum conchyliatæ veſtis & margaritarum ademit.
Linea Tibul.lib.12.Sed vnde ueſtes lineas faciunt.
Virgata Syll.lib.4.Auro virgatæ veſtes,manicæq; rigebant.
Crocata,croco infecta.Apull.Miſtellus & crocatis & carbaſinis & bombicinis iniectis.
Coa,vide cauſam in dictione Purpura.Quint.Non Coæ aptantur ueſtes.
Tyria Bapt.Pius,Et Tyrias ueſtes per hora trahit.
Saturata murice.Mart.lib.8 Non quicunq; capit ſaturatas murice veſtes.
Bibula Val.Flac.lib.1.Sed bibulas ſurgenti pondere ueſtes.
Picturata Claud.Et picturatæ ſaturantur murice ueſtes.
Odorata Idem,Veſtis odoratæ ſtudium.
Fulgida Idem,Et ueſtes Tyrio ſanguine fulgidas.
Sidonia Idem,Sidoniaſq; ſolo proſternite ueſtes.
Fluxipila Ruff.Feſt.Fluxipilę ueſtis ueſtigia.
Peruenuſta Sidon.Amputatiſq; peruenuſtarum veſtigium rugis.
Refuga Idem,Fibula mordaci refugas à pectore ueſtes.
Auro illita Seneca,Remouete famulę purpura,atq; auro illitas ueſtes.
Nitens Idem,Vt nitentes uirus in veſtes ſatum.
Serica Pont.Aurum ſerica ueſtis amat.
Coccina Idem,Flammeolum ut genio nitet,atq; ut coccina ueſtis.
Variegata Tho.Rad.Veſtibus ſub albo pallore uariegatis.
Precioſa Polit.Inq; meo precioſas corpore ueſtes Vt uidit.
Nitida Stroz.pat.Ac nitidis aulę prę fecti in ueſtibus adſunt.
Fucata Pamph Nil Tyrio fucatę muricę ueſtes.
Ebria murice.Pacificus,Ebria quę multo murice ueſtis erat.
Magnifica Liu.Tulit & ſupellectilem regina argenteam, ac ueſtẽ magnificam.
Attalica,ab Attalo Phrygię rege ditiſſimo.Crinitus,Veſtes Attalicę monent.
Purpurata Quint.Purpuratis ueſtibus ſpolietis.

Roribiba



Roribiba Mich.Ang.Tergo componis equino roribibas ueſtes.
Holoſerica Mant.Cui circa humeros holoſerica ueſtis.
Texta Idem,Ipſe ferens textam Phœbi de limine ueſtem.
Decore Corn.Gall.Turpe ſeni,uultus nitidi,ueſteſq; decoræ.
Elegans Gell.Hinc elegans illa ueſtis, molleſq; tunicolę ab æmulis aduerſarijſq; probro datum.
Mollis Archit.Erubet & molles Polemon diſcindere ueſtes.
Pura Tibull.lib.1.Hanc pura cum ueſte ſequar.
Villoſa Idem lib.2.Horrida villoſa corpora ueſte tegant.
Tenuis Mant.Et tenues Getulo murice ueſtes Inficit.
Fluxa Stat.in Achill.En fluxę ueniunt in pectora ueſtes.
Pellicea Hieron.Ang.Pelliceam induerat ſe frigens Cœlia ueſtem.
Coccina Mant.Perſtringit eburnea ueſtem Fibula coccineam.
Ornata Idem,Induat ornatas & mas & fœmina ueſtes.
Tyrianthina.Mart.lib.1.Vibrica Lingonicus, Tyrianthina bardocucullus.
Ianthina Idem,Coccina famoſę donas & Ianthina Mœchæ.

## VESVLVS.

Pinifer,abundans pinis.Verg.lib.10.Multos Veſulus quem pinifer annos Defendit.Mons eſt Liguriæ iuxta alpes.Eſt etiam uiri proprium.

## VETERNVM.

Graue Verg.lib.1.Georg.Nec torpore graui paſſus ſua regna ueterno.
Olidum Catull.Si poteſt olidum repente excitare ueternum.
Funeſtum Horat.lib.1.Epiſt.Cur me funeſto properent arcere ueterno.
Soporiferum.Auſon.Pelle ſoporiferi ſenium,nubemq; ueterni.
Turpe Sidon. Roma parens attolle genas,ac turpe ueternum Depone.
Iners Codrus,Nec inerti ſe prębere ueterno
Triſte Mant.Ebria lethargo ſemper,triſtiq; ueterno.
Deſes Fauſt Deſidis exercet pulſo torpore ueterni.
Informe Idem,An finis informi uatem torpere ueterno.
Putre Idem,Nec uirtus torperet iners,putriq; ueterno.
Somniferum.Mich.Ang.Ocia,Somniferumq; atro ſquallore ueternum.
Segne Mant.Et ſegne ueternũ Et lentis Italorũ animis abſoluere certant.

## VETVLA.

Algens Mart.lib.4.Nec potes algentes arrigere ad uetulas.
Edentula Plaut Vetulę edentulę,quę uitia corporis fuco Occultant.
Putris Archit.Maturuſq; putrem uetulam deliniat annus.
Turpis Iuuen.Sat.6 Filiolam turpi uetulę producere turpem.

## VETVSTAS.

Longęua Mart lib.1.Nec ſe miretur, & Cęſar,longęua uetuſtas.
Deſerta Hor.lib.2.Epiſt.Nunc ſitus infôrmis premit & deſerta uetuſtas.
Matura Luc.lib.3.Deniq; Democritũ poſtquàm matura uetuſtas Admonuit.
Reuerenda Gell.lib.9.Reuerendę uetuſtatis libro.
Tarda Ouid.lib.12.Quamuis obſtet mihi tarda uetuſtas.
Inuidioſa Idem lib.15 Tẽpus edax rerũ,tuq; inuidioſa uetuſtas Oĩs deſtruitis.
Spacioſa Idem,Nec uos fallit ſpacioſa uetuſtas.
Annoſa Idem lib.5 Triſt.Scilicet exiguis prodeſt annoſa uetuſtas.
Tabida Ouid.lib.4 de Pont.Tabida conſumit ferrum lapidemq; uetuſtas.
Longa Stat.lib.3.Syll.Dic age Roma potens & mecum longa uetuſtas.
Priſca Budęus,Verborum priſca uetuſtas cognoſcitur.
Sapiens Polit.Quicquid honorato ſapiens canit ore uetuſtas.
Ambitioſa Sabel.Nil ambitioſa uetuſtas His conferre queat.
Veneranda Augur.Quod ſit ueneranda uetuſtas ſemper
Fabuloſa Crinit.Pinnas ideo fabuloſa uetuſtas Aptauit.

Carioſa

Carioſa  Hieron.Balb.Te celeres tineæ, vel te carioſa vetuſtas Rodat.
Cana  Barth. Ad Martem properas qua cana vetuſtas.
Mendax  Fauſt.Tot noua compoſuit mendax figmenta vetuſtas.
Memoranda. Polit.Impleuit,ceciniτq; diu memoranda vetuſtas.
Vitioſa  Claud.Arripuit partem vitioſa vetuſtas.

### V E X I L L V M.

Martium  Syll.lib.15.Tunc haſta viris,& Martia cuiq; Vexilla.
Volans  Barth.Vexilla volantia ripis Diffundit.
Minans  Idem,Deſertis iacent vexilla minantia caſtris.

### V I A.

Trita  Syll.lib.2.Pudet Hercule tritas Deſperare vias.
Patula  Idē lib.17.Atq; aperit patulas,proſtrato corpore late,Inter tela vias.
Lapilloſa  Calent.Perq; lapilloſas labilis vnda vias.
Attrita  Idem,Fata per attritas ſit ſatis ire vias.
Rimoſa  Claud.Pumice rimoſas perforat vnda vias.
Salebroſa  Mant.Qua ſe ſalebroſa per vndas Fert via.
Lubrica  Propert.lib 4.Lubrica tota uia eſt, & perfida.
Saxoſa  Idem ibidem,Saxoſamq; terat ſedula culpa viam.

### V I A T O R.

Laſſus  Cat.Dulce viatori laſſo in ſudore leuamen.

### V I B V R N V M.

Lentum  Verg.in Buc.Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

### V I C I S S I T V D O.

Reciproca  Tho.Rad.Reciproca viciſſitudine fœminam illam intuearis.

### V I T I V M.

Deforme  Mart.lib.11.Emendare cupis vitium deforme.
Mortiferum Seneca,Mortifera mecum vitia extraho.
Infandum  Marull.Infandiſq; hominum vitijs,lethiq; ruina.
Turpe  Pamph.Qui turpi vitio famam deformat.
Profanum  Mich.Ang.Sacrilegis infenſa uiris,vitijſq; prophanis.
Fœdum  Adr.Card.Fœda ac pudenda vitia deprenduntur.

### V I C T I M A.

Sacra  Ouid.lib.4.de Pont.Dum caderet iuſſu victima ſacra tuo.
Pinguis  Seneca,Pingues cędite victimas.
Opima  Idem,Victima haud vlla amplior pt Magis magiſq; opima mactari (Ioui.
Funeſta  Idem,Victima tandem Funeſta cades.
Infelix  Pont.Et cadet ante aras infelix victima taurus.

### V I C T O R I A.

Glorioſa  Suet.in Cæſ.Tib.Glorioſiſſimas victorias ceu damnoſas Reipu.increparet.
Inſolens  Liuius,Victoria inſolenti ſubnixos.
Triumphalis.Crin.Ad triumphales victorias illuſtrandas.
Maſcula  Fauſt.Maſcula fœmineos penſat victoria queſtus.

### *V I E N N A.*

*Vrbs eſt Allobrogum metropolis in Delphinatu,ubi Antonij uenerabile templum, & Mamocus ac Maurus,præſules ſanctiſſimi coluntur.*

Opulenta  Auſon.Accolit Arpinas opulenta Vienna colonis.

### V I G O R.

Igneus  Verg.lib.6.Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo.
Alacer  Auſon.Atq; alacri mediam carpe uigore uiam.
Agilis  Syll.lib.15.Aut agili fabricanda ad tela vigore.
Mobilis  Vitruuius,Vigore mobili reperta.
Animoſus  Stroz.pat.Iſta quidem facies animoſi plena uigoris.
Viuus  Ouid.lib.1.Triſt.Si quid & in nobis uiui fuit ante uigoris.

Ignifer



Ignifer  Stroz.fil.Pluſq; tua igniferi forma vigoris habet.
Flagrans  Mant.Forſitan in cauſa eſt flagrans vigor ille parentum.
Viuificus  Idem,Viuificum nerui amiſere vigorem.

### V I L L A.

Ruſtica  Cato,Villam bene ædificatam habere expedit.
Frondoſa  Pont.Quid quum ſola canit frondoſæ ad culmina villæ.
Agreſtis  Sabell.Agreſteſq; licet villas,campoſq; iacentes.

### V I L L I.

Nigri  Ouid.lib.2.Met.Brachia cœperunt nigris horreſcere villis.
Verſicolores Sidon.Villis verſicoloribus tapetas.
Lanifici  Pont.Ipſe vides nunc lanifico pendentia villo.
Horrentes  Stroz.fil.Maximus interea villis horrentibus vrſus.

### V I M E M.

Fruticoſum Ouid.lib.6.Met.Agreſtes illic fruticoſa legebant Vimina.
Tenue  Verg.lib.3.Georg.Ac primum laxos tenui de vimine circlos.
Lentum  Idem lib.4.Georg.Seu lento fuerint aluearia vimine texta.
Syluestre  Frontinus,Ex vimine ſylueſtri catenas conſtruit.
Leue  Mart.lib.2.Vimine clauſa leui,niueæ cuſtodia coctæ.
Viride  Pont.Dum tibi de viridi fiſcellam vimine texto.
Intortum  Idem,Subliget intortis brachia viminibus.
Flexile  Stroz.pat.Claudebat tutum flexile vimen opus.
Tortum  Calph.Licet illę vimine torto Scilicet & lenta poſt tergū vitæ doment.

### V I N C V L V M.

Tenax  Verg.lib.4.Georg.Tanto nate magis contende tenacia vincla.
Arctum  Ouid.lib.5.Faſt.Vinclaq; ſopitas addit in arcta manus.
Ferum  Idem lib.1.de Ponto,Aut dare captiuas in fera vincla manus.
Intortum  Stat.lib.4.Theb.Solidoq; intorta adamante Gigantum Vincula.
Lemnium  Idem lib.1.Syll.Lemnia repſerunt deprenſo vincula lecto.
Forte  Seneca,Fortia trito vincula collo.
Ahenum  Stroz.fil.Tunc vinclis tractus Sultanus ahenis.
Fabrile  Ouid.lib.1.Eleg.Mars quoq; deprenſus fabrilia vincula ſenſit.
Sæuum  Idem lib.2.de Arte,Si vincula ſæua remittis.
Firmum  Idem lib.de Rem.Tu tamen & quamuis firmis retinebere vinclis.
Nexum  Idem ad Liuiam,Duraq; per ſæuas vincula nexa manus.
Inextricabile.Lact.Quæ illos inextricabilibus vinculis irretiuit.
Validum  Liuius,Viſum credo vinculum ſatis validum.
Violentum Pamph.Ferre captiuo violenta collo Vincula.
Adamantinum.Idem,Et ſyncera fides adamantina vincula ſecum Quæ trahit.
Nodoſum  Quint.Carceribus clauſis nodoſaq; vincula rumpit.
Tortum  Pacificus,Et prenſare iuuat vincula torta manu.
Aeneum  Crinitus,Superba vinclis æneis.
Catenatum Caſtellus,Veſtra catenatis gipſentur pectora vinclis.
Crepitans  Mant.Catenati crepitantia vincula Petri.
Adamantæum.Idem,Atq; adamantæis vinclis frenata libido.
Vulcanium Idem,Si complexis Vulcania nodis Vincula circundat.
Fallax  Ho.apud Eraſ.Stabat, & hinc illinc fallacia vincula fulcris Obligat.
Maniuorum vinculum,quod manus offendit,Eraſmus citat ex Zenodoto.
Ferreum  Tibull.lib.4.Et demam celeri ferrea vincla cani.
Aerumnoſum.Mant.Quæ loca,qui manes,quæ te ærumnoſa manebunt Vincula.

### *V I N C E N T I A.*

*Vrbs eſt Italiæ,patria Rhennij Palemonis grammatici,a Gallis condita inter Theſsinam & Babylonem.*

Strenua  Mant.Et Verona ferax frugum,Vincentia bello Strenua.

## VINDEMIA.

Mitis Verg.lib.2.Georg.Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Nomentanea,à Nomentano Sabinorum oppido optimi vini ferace. Mart.libro 13.
Nomentana meum tibi dat vindemia Bacchum.
Pinguis Pont.Diſtendit vacuas pinguis vindemia cellas.
Campana Mant.Et ſi quid campana ſui vindemia miſit.
Ferax Idem,Ne ſine fruge ferax abeat vindemia & auro.
Spumans Fauſt.Fertilis & preſſo ſpumans vindemia Baccho.
Cæcuba Mart.lib.6.Cæcuba non ſolos vindemia nutriat orbos.
Cretica,quoniam vina Cretenſia olim habita ſunt in precio.Mant.Nec Rhadamātæis melior vindemia pendet Vitibus.

## VINEA.

Tenera Col.lib.5.Teneram vineam melius adminiculo modico acquieſcere.
Fertilis Ouid.lib.2.de Rem.Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis vuæ Vinea.
Ferax Sidon.Quo loci tibi quum ferax vinea eſt.
Rubella Plin.lib.14.Quapropter quidem rubellas appellauere vineas.
Culta Tib.lib.1.Non ſeges eſt infra,non vinea culta,ſed audax Cerberus.

## VINETVM.

Cultum Colum.lib.4.Vinetum cultum & ferax habebis.
Lætum Lucret.lib.2.Præterea nitidas fruges,vinetaq; læta.
Blandum Stat.lib.2.Syll.Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi.
Madens Idem lib.3.Syll.Seu tibi Bacchæi vineta madentia Gauri.
Reſcibile Budæus,Vineas de integro paſtinauit quaſi reſcibile vinetum.
Dulce Iuuenc.Dulcia fundum Pinguibus in campis latè vineta coronant.
Nitens Idem,Nitentis Vineti ſepes circum denſata coercet.
Fructicoſum Mant.Sylua breuis fructicoſa putes vineta.

## VINITOR.

Induſtrius Bud.Manum poſcit & flagitat ſolertis & induſtrij vinitoris.
Muſcoſus Stroz pat.Vuas muſcoſus preſſit acerbas vinitor.
Sordidus Sedul.Sordidus impreſſas calcabit vinitor vuas.
Madidus Mant.Muſto madidus feſtinat ad Antes vinitor extremos.
Effœtus Verg.lib.2.Georg.Iam cani extremos effœtus vinitor Antes.

## VINVM.

*Ad explanationem epithetorum huius dictionis ſcire conuenit, quæ loca vini bonitate excellant. Hac autem laude commendantur. Tmolus mons Lydiæ. Gaurus mons Campaniæ, quem propterea Statius, Bacchæum vocat, Lesbos, vnde vina Lesbia. Ariſtoteles vt ſcribit Galenus lib.12. ægrotans guſtato vino Rhodio, inquit, firmum hercule vinum & iucundum. Deguſtato inde Lesbio, vtrunq;, inquit, oppido bonum, ſed ſuauius Lesbium. Methymna ciuitas in Lesbo. Cæcubum oppidum Campaniæ. Formiæ vrbs iuxta Caietam Læſtrigonum ſedes. Setia vrbs Campaniæ. Surenium oppidum Cāpaniæ. Alba vrbs Italiæ. Meſſana vrbs Italiæ, à Mamertinis Cāpaniæ populis habitata. Chios inſula maris Aegei, & Aruiſium in ea promontorium. Veientum oppidum Ethruriæ. Amineæ regio iuxta Falernum. Thaſus inſula maris Aegei. Mareotis pars Aegypti, cuius uinum durat in longam uetuſtatem. Naxos inſula maris Aegei, quæ propterea Dionyſia dicta eſt. Vnde etiam uitigena dicitur à Pontano & Statio Bacchiaca. Maronea urbs Ciconum, cuius uino Vlyſſes inebriauit Polyphemum. Methone item urbs Thraciæ, & Tarrano Hiſpaniæ. Vina apud Græcos celebrata fuere. Prannium Cereri ſacrum, Chium, Thaſium, Lesbium, Creticum & apud Syracuſanos Polium, Coum, deniq; & Rhodium. Celebrantur & alia pleraq; loca uini bonitate, quæ omnia longum eſſet recenſere. Propterea ſummatim ſubijciamus quod in compendium redegimus ex Plin.lib.14 cap.26. Auguſtus, inquit, Setinum prætulit cūctis. Antea Cæcubo erat generoſitas in paluſtrib. populetis: Secunda nobilitas agro Falerno. Naſcitur Gauranum in ſummis collibus, medijs Fauſtinum, imis Falernum, Albanæ uuæ ſunt perdulces. Surrentina in uineis tantū naſcuntur, conualeſcentibus maxime probata propter tenuitatem ſalubritatemq;, nam quæ ſpiſſa ſunt, non adeo proſunt morbis. Surrentino medici nobilitatem*

tem



*tem dabant. Certant Maſſica æque ex monte Gaurano. Præponuntur Calena, & quę in uineis arbuſtisq; naſcuntur Fundana. Auguſtus probauit Mamertina circa Meſſanam Siciliæ genita. Potulana, ab authore dicta et laudantur. Retica Falernis: tm̄ poſt habentur à Vergilio. Ethruriæ palmam habet Luna. Liguriæ Genua. Inter Pyreneum, alpesq; Maſſilia, Hiſpaniarum Laletana copia nobilitantur. Elegantia uerò Tarraconenſia atque Lauronesia & Baliarica ex inſulis Italię primis conferuntur. In ſumma gloria fuere Thaſium, Chiumq; ex Chio, quod Aruiſium uocant. Item Lesbium quod ſponte naturę ſuę mare ſapit. Gratia eſt & Clazomenio.*

Baccheium Verg.li.2.Georg.Quid memorandum æquæ Baccheia dona tulerunt.
Humidum Idem lib.3.Georg.Cæduntq; ſecuribus humida vina.
Maſſicum Mart.lib.4.Maſſica Theſæis tam bene vina facis.
Obliuioſum Horat.lib.2.Carm.Obliuioſo læuia Maſſico Cibaria exple.
Liquens Verg.lib.5.Aen.Proiicit in fluctus ac vina liquentia fundit.
Lene Cato,Id vinum erit lenet,& ſuaue,& bono colore,& bene odoratum.
Suaue Mant.Suauiq; repellere vino Triſtificas nubes animi.
Defæcatum Colum.lib.13.Defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito.
Cæcubum Hora.lib.1.Carm.Cæcubum & prælo domitam Caleno Tu bibes vuā.
Limpidum Pallad.Rut.Vinum verò ea die ex auſtero limpidum fieri.
Aeſtuans Idem,Quo æſtuantia vina ſuſpirent.
Mareoticum Hora.lib.1.Carm.Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in neruos timores.
Chium Idem in Epo.Et chia vina aut Lesbia.
Feruidum Idem lib.2.Ser.Feruida quod ſubtile exſurdant vina palatum.
Liberum Idem in Arte,Et iuuenum curas & libera uina referre.
Vitegenum Lucret.lib.5.Liberq; liquoris Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe.
Nectareum Apuleius,Vini nectarei,eduliumq; variorum fercula.
Calidum Ouid.li.15.Seu vis eſt in aqua calido contraria vino.
Rubens Idem lib.5.Faſt.Tremula dat vina rubentia dextra.
Validum Idem lib.6.Faſt.Conuiuæ valido titubantia vino Membra mouent.
Purum Idem lib.3.de Ponto,Thura fert ad magnos,vinaq; pura deos.
Falernum Idem lib.4.de Ponto,Quis mel Ariſtæo,quis Baccho vina Falerna? Triptolemo fruges,poma dat Alcinoo.
Tenue Idem lib.1.de Arte,blanditiasq; leues tenui præſcribere vino.
Molle Polit.Non mollia pleno Deſunt vina cado.
Calenum Iuuen.Sat.1.Quæ molle calenum Porrectura virum.
Marcidum Stat.lib.1.Syll.Illi marcida vina largiuntur.
Setinum Mart.lib.4.Tu Setina,quidem ſemper ver Maſſica ponis.
Fumeum Idem lib.13.Fumea Maſſilia ponere vina potes.
Spumeum Claud.Oethæis fluerent ſpumea vina iugis.
Amminëum Auſon.Solus,qui Chium miſcet & Ammineum.
Gazeticum Sidonius,Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna, Quæq; Sareptena palmite miſſa bibas.
Coum Plin.li.14. Coum vinum ex Italico faciendi rōnē Cato demonſtrauit.
| Sublimis | Stat. lib 1. Theb. Sublimes raptim per inane volatus. |
| Præceps | Mart. lib. 11. Si tam præcipiti fuerant ventura volatu. |
| Vagus | Claud. Serpentumque uago cælum ſæuire uolatu. |
| Trepidus | Ruff. Feſt. Et quum parua fulix trepido petit arua uolatu. |
| Celer | Sidon. Matrem celeri petit ille volatu. |
| Citus | Stroz. fil. Tum cuncta cito metita volatu. Melius dixiſſet permenſa. |
| Rapidus | Pamph. An neſcis rapidos rotæ volatus. |
| Agilis | Mant. Agili tranſire volatu. |
| Stridens. | Idem, Aethiopes, Libyamq; ſuper ſtridente uolatu Ibat. |
| Aerius | Idem Mant. Pulſat, & aerios audet tentare volatus. |
| Leuis | Mant. Atq; leui poſt uictam hyenem parat ire volatu. |
| Pægaſeus | Catullus, Non ſi pægaſeo ferat, uolatu. |

VOLSCI.

| | |
|---|---|
| Antiqui | Mant. Vrbs fuit antiquis Soræ cognomine Volſcis. |
| Veruti | Verg. lib. 3. Georg. Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcosq; verutos. |

VOLVCRES.

| | |
|---|---|
| Vagæ | Ouid. lib. 1. Met. In me laſſatis uolucris uaga decidit alis. |
| Obſcœnæ | Verg. lib. 3. Aen. Obſcœnis pelagi ferro fœdare volucres. |
| Pictæ | Idem lib. 4. Aen Quum tacet omnis ager, pecudes, pictęque volucres, |
| Raucę | Idem lib. 7. Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem. |
| Auidę | Lucan. lib. 9. Pharię, ne canes, auidæ ne volucres Diſtulerint. |
| Aeriæ | Lucr. lib. 1. Aeriæ primum volucres te diua, tuumque Significant. |
| Pennipotentes | Idem li. 5. Quadrupedem membris, & corpore pennipotentum. |
| Canoræ | Ouid. lib. 3. Faſt. Vmbroſæ ſalices, uolucresque canorę. |
| Peregrinæ | Ouid. in Ibin, Siue peregrinæ carpent mea membra volucres. |
| Pendentes | Manil. Pendentemque ſuo volucrem deprendere cœlo. |
| Agreſtes | Nemeſian. Nouit & agreſtes inter volitare volucres. |
| Garrulæ | Seneca, Quæruntque laſſis garrulæ pennis nemus. |
| Rapidæ | Pont. Rapidæ excerſpere volucres. |
| Blandę | Idem, Vos blandæ uolucres amoris inſtar. |
| Blandulæ | Idem Pont. Vos o dicite blandulę volucres. |
| Quærulæ | Polit. Nec querulę ceſſant tenerum tinnire volucres. |
| Stellantes | Idem, Flammigero paruę ſtellantes clune volucres. |
| Criſtatæ | Idem Polit. Adde gregem cortis, criſtatarumque voluorum. |
| Leues | Marull. Aeriumque leues ſpargis per inane volucres. |
| Stagnicolę | Stroz. pat. Stagnicolæ volucres aderunt. |

| | |
|---|---|
| Cirratæ | Stroz.fil.Cirratarumque uolucrum Nubila deſpectat. |
| Fagicolæ | Mant.Fugore volucres Fagicolæ. |
| Multiſonæ | Idem,Multiſonæ volucres,multiuagæq; ferræ. |
| Auriuagæ | Idem,Et genus aurriuagum volucrum. |
| Pennatæ | Colent.Aut pecudum exuuiæ,pennatarumque volucrum. |
| Rapaces | Fauſtus,Volucres expello rapaces. |
| Pluniferæ | Bapt Pius,Pluniferas quod habet volucres agitabilis aer. |
| Verſicolores | Idem,Cui volucris ſubito data verſicoloris imago. |
| Picturatæ | Claud.Certauere feræ,picturatæque volucres. |

### V O L V M E N.

| | |
|---|---|
| Sinuoſum | Verg.lib.11.Saucius at ſerpens ſinuoſa volumina verſat. |
| Glomeratum | Syll.lib.4.Texerunt alterno glomerata volumina curſu. |
| Curuatum | Idem lib.15.Ingenti traxit curuata volumina gyro. |
| Inuolucrum | Gell.lib.9.Inuolucra ſenſuum,verborumque volumina. |
| Tortuoſum | Idem lib 17.Per fulua & tortuoſa volumina plagas maris ferræ. |
| Nodoſum. | Quint.Hic tot inauditis nodoſa volumina ſoluent. |
| Carbaſinum | Mart.Cap. Alij carbaſinis uoluminibus complicati libri. |

### V O L V N T A S.

| | |
|---|---|
| Officioſa | Ouid.lib.2.de Ponto,Illic quam laudes,erit officioſa voluntas. |
| Propenſa | Syll.lib.16.Quando ita cœlicolum nobis propenſa uoluntas. |
| Libera | Mant.Cui lege uoluntas Libera. |
| Prona | Val.Var.Quæ ferri prona uoluntas Eſſe queat. |

### V O L V P T A S.

*Voluptatẽ Apuleius ex cupidine, & Pſychæ genitã dicit. Eſt autem uoluptas illa cõſideratio,qua bonorũ pſtãtia ſe frui qs cogitat. Ea uocat dux uitæ,qm cauſa eſt ut gignãtur aĩantia.*

| | |
|---|---|
| Alacris | Verg.in Buc.Ergo alacris ſyluas, & cætera rura voluptas. |
| Dulcis | Idem in Battarum,At ex me dulcis foret ora uoluptas. |
| Læta | Colum.li.13.Lætiſſima uolũtate permulcentur. |
| Dia | Lucr.lib.2.Ipſaque deducit dux uitæ dia uoluptas. |
| Blanda | Idem lib.2.Inque locum quando remigrant,fit blanda uoluptas. |
| Inanis | Gell.lib.11.Voluptati inani perfunderent. |
| Improba | Idem lib.19.Voluptas ea turpis,atque improba exiſtimatur. |
| Venerea | Apul.Qui uoluptatem uenercam lari, & liberis prætuliſti. |
| Damnoſa | Ouid.lib.1.de Ponto,Nec uires adimit Veneris damnoſa uoluptas. |
| Infamis | Apul.Infamibus nos uoluptatibus deterreret. |
| Inuidioſa | Ouid.2.de Ponto,Eſt in aqua dulci non inuidioſa uoluptas. |
| Grata | Idem lib.3.de Arte,Tot licet obſeruent,modo ſit tibi grata uoluptas. |
| Inimica uirtuti | Syll.lib.15.Hinc uirtus,illinc uirtuti inimica uoluptas. |
| Curarum ignara. | Stat.lib.2.Syl.Gaudia & in uultu curarum ignara uoluptas. |
| Amica | Manil.Fœcundum genus eſt nautis, & amica uoluptas. |
| Turpis | Idem,Turpis emitur uel morte uoluptas. |
| Titillata | Auſon.Titillata preui quum iam ſub fine uoluptas. |
| Comis | Mart.Cap.Diriguit comis, blandiſque aſſueta uoluptas. |
| Cuncticina | Idem,Plenitudinem cuncticinę uoluptatis admiſit. |
| Iucunda | Pont.Per te blanda Venus,per te iucunda uoluptas. |
| Coniuncta luxu. | Idem,Luxuq; malo coniuncta uoluptas. |
| Deſidioſa | Idem,Intrauit caſtas deſidioſa domos. |
| Mulcens | Pont.Et mulcens ſimul imperat uoluptas. |
| Blandiens | Idem,Blandiens ſecum trahit & uoluptas. |
| Tridupioſa | Tho.Rad.Tripudioſas uoluptates expeterent. |
| Illectrix | Budęus,Voluptatem illectricem ſaluti prætuliſſe. |
| Prodigia | Marul.Feruidum ſpirans ſequitur uoluptas Prodiga. |
| Mortifera | Lactant.Mortiferas libidinum uoluptates non apperterent. |

Fragilis



| | |
|---|---|
| Fragilis | Idem,Fragiles ſunt uoluptates ideò quia breues. |
| Inſatiabilis | Idem,Inſatiabiles uoluptates ad flagitia compellunt. |
| Vitioſa | Idem,Quod uoluptates caducas uitioſaſque contemnit. |
| Noxia | Idem, Abiiciat inimicas & noxias voluptatest. |
| Temporalis | Idem, Voluptatis æquè ut ipſa breues,temporaleſque ſunt. |
| Studioſa | Stroz.pat.Si me ſtudioſa voluptas Longius abduxit. |
| Cæca | Pamph.Crimina non animum pexent,non cæca uoluptas. |
| Mater ſcelerum. | Idem, Omnium mater ſcelerum voluptas. |
| Scelerata | Idem,Proh quantum ſcelerata poteſt & ſæua uoluptas. |
| Petulans | Conrad.Quam regit paſſim petulans uoluptas. |
| Feruens | Idem,Feruens uoluptas quando ſub intimis Neruis calebat. |
| Maleſana | Augur.Aut ipſum aggreditur rurſus maleſana uoluptas. |
| Furibunda | Mant.Hinc animam pulſat furibunda voluptas. |
| Inſidioſa | Idem, Nullum inſidioſa uoluptas Mecum fœdus ahbet. |
| Mellita | Idem, Et flauo circumlita melle uoluptas. |
| Fugax | Idem, Illa fugax male mendicata uoluptas. |
| Effrena | Idem, Et ſi plectendum ſcelus eſt, ne effrena voluptas. |
| Ingenioſa | Calent.Et quantum mites facit ingenioſa voluptas. |
| Furioſa | Bapt.Pius,Trahit hunc furioſa uoluptas. |
| Libidinoſa | Theod.Cyr.An ét libidinoſę voluptatis affect⁹ cõtra eũ inſurgerẽt. |
| Obſcœna | Idem,Hoc autem loco de turpi,atq; obſcœna voluptate hęc dixit. |
| Seruilis | Idẽ,Qui ad ſeruilis imperia uoluptatis liberi, atq; inflexi perſiſtunt. |
| Infortunata | Mant.Heu amor infelix,infortunata uoluptas. |
| Amœna | Cic.lib.4. Quæſt. Acad. Amœniſſima completur animus uoluptate. |
| Suauis | Idem lib.2.de Pin. Sic enim has ſuaues, & quaſi dulces uoluptates. |
| Geſtiens | Idẽ li.3.Quæſt.Tuſ.Eſt libido nõ moderata lætitia,quę eſt uoluptas. |
| Delicata | Idẽ li.1 de Nat.deor.Qđ ſit ſeiũctũ à delicatis & obſcęnis uoluptatib. |

### V O M E R.

| | |
|---|---|
| Attritus | Verg.li.1. Georg.Sulco attritus ſplendeſcere uomer. |
| Obtuſus | Idem ibidem, Durum producit arator Vomeris obtuſi dentem. |
| Vncus | Idem lib.2 Georg.Et facilem pecori, & patientem uomeris vnci. |
| Preſſus | Idem,Nigra ferè & pinguis,preſſo ſub uomere terra. |
| Durus | Idem lib.3.Georg.Ecce autem duro fumans ſub uomere taurus. |
| Ferreus | Lucret.lib.1. Ferreus occultè decreſcit uomer in aruis. |
| Aduncus | Ouid.lib.2.Faſt.Nullus anhelabat ſub adunco uomere taurus. |
| Impreſſus | Syll.lib.8.Hernicaque impreſſo raduntur uomere ſaxa. |
| Rigidus | Claud.Et nullo rigidi verſare uomeris ictu. |
| Obuncus | Idem,Nec vomere ſulcus obunco. |
| Ponderoſus | Budæus,Vomeres ponderoſos,boues ſaturos. |
| Fertilis | Marull.Hic ſuſpendere fertili Solers vomere agros. |
| Scaber | Petrarc.Qui pinguem ſcabro ſulcabat vomere terram. |
| Pandus | Mich.Angl Quæ pando exerces fœcundas uomere glebas. |
| Pronus | Catull.Non glebam prono conuellit vomere taurus. |

### V O R A G O.

| | |
|---|---|
| Vaſta | Verg.li.6.Aen.Turpib.hic cęno,vaſtaq; voragine gurges Aeſtuat. |
| Atra | Idem lib.10.Per pice torrentes,atraque voragine ripas. |
| Stagnans | Syll.lib 12.Cæcas ſtagnante voragine fauces. |
| Tenebroſa | Stat.lib.6.Theb.Iam Thebæ iuxta & tenebroſa vorago. |
| Sinuoſa | Idem lib.9 Iam colla ducis ſinuoſa uorago Circuit. |
| Hians | Pont.Nunc alta vorago Sorbet hians. |
| Fumoſa | Idem,Hiat ecce alibi fumoſa vorago. |
| Horrifica | Thom.Rad.Ad horrificam deuenère voraginem. |
| Horrenda | Lactant.In cœni voraginibus horrendis. |

| | |
|---|---|
| Dira | Quint. Vbi dira vorago Aeſtuat. |
| Præceps | Idem, Præceps lachrymarum facta vorago. |
| Obſcura | Mant. Hæc obſcura pium merſis Dauide vorago. |
| Rapida | Idem, Rapidaque voragine merſi. |
| Horribilis | Calent. Vel nos horribili miſerata voragine tellus. |
| Inſatiata | Quint. Quo patuit ſtygiæ inſatiata vorago cauernæ. |
| Profunda | Catull. Liuidiſſima maximeque eſt profunda vorago. |

VORTEX.

| | |
|---|---|
| Rapidus | Verg. lib. 1. Aen. Et rapidus vorat æquore vortex. |
| Contortus | Lucan. lib. 3. Vicinum inuoluens contorto vortice pontum. |
| Violentus | Idem lib. 8. Nec franget nando violenti vorticis amnem. |
| Turbineus | Ouid. lib. 8 Met. Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit. |
| Sonorus | Syll lib. 4. Furit vnda ſonoris Vorticibus. |
| Niger | Stat. lib. 5. Theb. Nigris redit humida tellus Vorticibus. |
| Cauus | Idem lib. 6. Vorticibuſque cauis ſedit. |
| Rapax | Seneca, Vaſto rapacem vorticem ſcindens gradu. |
| Inſanus | Pont. Præcepſque inſano vortice torquet. |
| Intortus | Idem, Timuitque intorto vortice gurges. |
| Cæruleus | Idem, Abrumpens magno agmine vortex Cæruleus. |
| Sinuatus | Thom. Rad. In ſe redibant ſinuatis vorticibus. |
| Saxifragus | Conrad. Sic dum vorticibus ſaxifragis ad mare venerant. |
| Cœnoſus | Quint. Non tibi cœnoſis obſtant caua flumina longis Vorticibus. |
| Tortus | Mant. Tortis fluentis vitioſa per armos Vorticibus. |
| Implacidus | Muſæus, Implacidis verò perpeſſus dura Leander Vorticibus. |

VOTVM.

| | |
|---|---|
| Pium | Stat. lib. 3 Syll. At quæ pia vota rependant. |
| Luſtrale | Val. Flac. lib. 3. Donec luſtralia pernox Vota fero. |
| Pauidum | Claud. Pauido me timor cærula voto. |
| Cupidum | Archit. Cupidis attende uolentis Imperio votis. |
| Auarum | Claud. Votique famem paſſurus auari. |
| Supplex | Mant. Supplicibus uotis præſentia tempora poſcunt. |

Somniculoſum, id eſt, meditabundum. Claud. Votaq; laſciuæ ſomniculoſa deæ.

Mellicolor, id eſt, varium & multiplex, quoniam, vt inquit Perſius, Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus, Velle ſuũ cuiq; eſt, nec voto viuitur vno.

VOX.

| | |
|---|---|
| Liquida | Lucret. lib. 2. Liquidis loca vocibus opplent. |
| Tremula | Idem lib. 2. Præterea teneri tremulis cum uocibus hœdi. |
| Reſona | Ouid. lib. 5. Met. Hæc reſonis iterabat vocibus. |
| Canora | Manil. Totumque canora Voce nemus loquitur. |
| Crepula | Ruffus Feſt. Sed crepula vt latè uomeret conuicia voce. |
| Organica | Mart. Cap Organica permulſos detineri voce. |
| Garrula | Pont. Poſt blanda oſcula, garrulaſque voces. |
| Querula | Calent. Mentitum querulis incuſſas uocibus vxor. |
| Concinna | Conrad. Et uox canit concinna verſus. |
| Melliflua | Pacificus, Verbaque melliflua talia uoce refert. |
| Clamoſa | Corn. Gall. Omnia nequicquam clamoſis vocibus implet. |
| Arguta | Fauſt. Argutis reſonant modulatos uocibus hymnos. |
| Suauiloqua | Val. Varan. Quarum ſuauiloquis geminæ ſic uocibus orſæ. |
| Stentorea | Pamph. Sax. Stentorea qui voce tonat. |
| Dulciſona | Idem, Dulcia dulciſona carmina voce cies. |
| Ferrea | Verg lib 6. Aen. Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum, &c. |
| Blanda | Idem lib. 1. Aen Blandiſque moratur vocibus. |
| Cycnæa | Idem in Batt. Cycneas repetamus carmine voces. |





| | |
|---|---|
| Acuta | Idem in Cyri, Voces imitantur acutas. |
| Tinnula | Catull. Nuptialia concines voce carmina tinnula. |
| Clariſona | Idem, Clariſonas imo fudiſſe è pectore voces. |
| Flatilis | Muſæus, Aequora de medio vox flatilis auribus inſtat. |
| Deducta | Cornifi. apud Macrob. Teducta mihi voce garrienti, &c. |
| Vocalis | Mant. Carmine multiſono & vocali voce fatigat. |
| Melica | Guido Poſthumus. Hic tibi enim melica voce ferebat opem. |

VERNIA.

Aſtreans, de aſtris loquens. Mart. Cap. Aſtreantemque Vraniam apparuiſſe rati. Vna eſt è nouẽ muſis.

VRBES.

| | |
|---|---|
| Turrigeræ | Verg. lib. 10. Aen. Turrigeræque vrbes, bijugiſque ad frena leones. |
| Magnificæ | Ouid. lib. 2. de Ponto, Te duce magnificas Aſiæ perſpeximus urbes. |
| Validæ | Pont. Hac ualidas ponant vrbes. |
| Capaces | Codrus Vrceus, Quæ ſæpe capaces Quinquaginta urbes poſſent compleri. |
| Præcinctæ | mœnibus, Sabell. Multi præcinctas mœnibus urbes. |
| Turritæ | Cimbriac. Qua gens turritam Francfordia poſſidet urbem. |
| Egregiæ | Verg. lib. 2. Georg. Adde tot egregias urbes. |
| Caducæ | Idem in Aetna, Vrbeſque caducæ. |

VRCEVS.

Vrceus uas eſt, quo aqua effunditur in urnam.

| | |
|---|---|
| Aeneus | Cato, Vrceum unum æneum, quod capiat culeos quadraginta. |
| Aquarius | Idem, Amphoras olearias duas, urceum aquarium unum. |
| Vrnalis | Idem, Vrceos, fictiles urnales duos. |
| Fictilis | Colum. lib. 13. Conijciatur in urceo fictili ſine pice. |
| Rotundus | Adr. Card. Chium hoc urceole ſapit rotundo. |

VRINA.

| | |
|---|---|
| Spurca | Apul. Vrinæ ſpurciſſimæ madere perluerent. |
| Olens | Fauſtus, Vt fuit incedens urina aſperſus olenti. |

VRNA.

Vrna, vas eſt fictile, quo haurit aqua.

| | |
|---|---|
| Olearia | Cato, Vrnæ oleariæ, urcei aquarij, uinariæ urnæ, & alia uaſa. |
| Capax | Horat. lib. 3. Carm. omne capax mouet urna nomen. |
| Obliqua | Ouid. lib. 2. Faſt. Iam leuis obliqua, ſubſedit aquarius urna. |
| Parua | Architr. Magnus Alexander paruæ non ſufficit urnæ. |
| Fluminea | Syll lib. 1. Flumineaque urna cælatus bragada parmam. |
| Fictilis | Pont. Non riui crepitantis opem, non fictilis urnæ. |
| Inflexa | Manil. Poſt hunc inflexam diffundit aquarius urnam. |
| Aurata | Ruff. Feſt. Auratam protendit aquarius urnam. |
| Humens | Pont. Hinc tener humentes reſupinat aquarius urnas. |
| Vndans | Idem, Alterniſque implent undantes roribus urnas. |
| Merſatilis | Idem Pont. Et flumen ruere, & fontes merſatilis vrnę. |
| Roratilis | Idem Pont. Riuus aquæ fluat, aut fontes roratilis urnę. |
| Rorans | Idem Pont. Et rorantibus urnis Funde amnes. |
| Marmorea | Stroz. fil. Deflens marmorea locauit urna. |
| Gelida | Pamph. Non latet ægoceros, gelida quem frigidus urna. |
| Patula | Idem, Patulam clamat pollinctor ad urnam. |
| Caua | Cleoph. Et repetita urnis effluit unda cauis. |
| Rimoſa | Fauſt. Dent mihi defeſſę rimoſas belides urnas. |
| Pluuialis | Bapt. Pius, Nec puer Iliacus pluuiali ſparſit ab urna. |
| Imbrifera | Mant. Quum volat imbrifera lampas phœbea ſub vrna. |
| Lutea | Idem, Rex in ueſte rudi lutea theſaurus in urna. |
| Veſtalis | Perſius Sat. 2. Veſtaleſque urnes, & Thuſcum fictile mutat. |
| Infelix | Propert. lib. 4. Infelix humeros urgeat urna meos. |
| Pullata | Bapt. Plaut. Hac eſt pullata Seraphin tumulatus in urna. |
| Silens | Hier. Ang. Quæ nutrix, gemitus, quæ domus, urna ſilens. |

V R S. A.

*Iã diximus Calyſto filiã Lycaonis regis Arcadiæ à Iunone fuiſſe cõmutatã in urſam, ac demũ relatã à Ioue inter aſtra, prope borealẽ polũ, pro quo plerunq; ſolet accipi à poetis. Hac de cauſa vrſa uocatur Erymanthis, Mænalis, parrhaſis, Lycaonia, Cynoſuris, Plauſtricula, Nonacrina, Calyſtonia, Frigẽs, & alijs id genus epithetis, q̃ ad ſydus potius, q̃ ad ſylueſtre animal referũtur.*

Lybiſtis Verg lib. 5. Aer. Horridus in iaculis, & pelle libiſtidis vrſæ.
Hyperborea Lucan. lib. 5. Nam uel hyperboreæ plauſtrum glaciale ſub urſæ.
Pannonis Idem lib. 6. Pannonis haud aliter poſt ictum ſæuior vrſa.
Immanis Apu. Summo ſtudio fugiens immanem urſam.
Villoſa Ouid. lib. 13. Villoſæ catulos ſummis in montibus urſæ.
Squallida Idem lib. 6. Faſt. Vrſa per incultos errabat ſqualida montes.
Erymanthis Ouid. lib. 1. Triſt. Tingitur Oceano cuſtos Erymanthidos vrſæ.
Mœnalis Ouid. lib. 3. Triſt. Cumque truci borea Mœnalis vrſa videt.
Parrhaſis Sidon. Sub Parrhaſe parturit urſa.
Getica Stat. lib. 4. Theb. Aut Getica Boreas impactus ab urſa.
Parrhaſia Mart. lib. 4. Impia Parrhaſia mouiſti bella ſub urſa.
Horrida Idem lib. 6. Horrida Parrhaſio quem tegit urſa iugo.
Valida Manil. Nec fugiet ualidas cognati ſyderis urſas.
Lycaonia Sidon Inde Lycaoniæ rabiem male ſuſtinet urſæ.
Cynoſuris Ruff. Feſt. Donauitque polo tergum Cynoſuridos urſæ.
Paluſtriluca Mart. Cap. Sub te paluſtrilucas minat ignibus anguis.
Nonacrina Pont. Errauit paſtos fera Nonacrina iuuencos.
Furibunda Pãp. Sax. Vrſa Ripheis generata ſyluis, Sæua ſit quauis, furibũda triſtis.
Glacialis Seneca. Siue ſub cœlo glacialis urſæ.
Algens Conrad. Algentes ubi torquet urſas zona niualis.
Frigida Idem, Frigida quæ dedit urſa cœlo.
Cretis Mich. Angl. Teſtes mihi Cretides urſæ.
Frigens Mant. Nondum frigentem ſenſerat urſam.
Alpinis Bart. Alpinidos vrſæ Induit hic pellem.
Calyſtonia Idem, Longa Calyſtonia dulce littora quæritis urſa.
Citeis Idem, Furta ſciens commiſſa, Citeida vertit in urſam.
Triſtis Stat. in Achill. Sed triſtes turbare cubilibus urſas.

V R S V S.

*Vrſi coeunt hyemis initio, ambobus cubantibus, complexiſq;. Deinde ſeparatim abeunt in latebras, in quibus pariunt. 30. die, & plurimum quinos, ſine oculis, & ſine pilo. Vngues tantum prominent. Partus lambendo paulatim figurant. Raro uiſa eſt pariens vrſa. Mares 50. diebus latent. Fœminæ 4. menſibus, latebram ſi non habeant, fruticum & ramorum congerie ædificant, molli fronde cõſtratam ventiſq; & imbribus impenetrabilem. Primis 14. diebus adeò graui ſomno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tuncq; veterno pingueſcũt. Ab ijs diebus priorum pedum ſuctu uiuunt. Fœta dies 14. immobilis manet. Sine cibo dies. 50. Fœtus rigẽtes pectori admotos fouent, eodem incubitu, quo uolucres oua, uere procedunt, ſed pingues mares ad laxanda inteſtina concreta, aron herbam deuorant. Eorum oculi hebetantur crebrò. Sunt inualidiſſimo capite. Ideo ſi urgente ui aliqua præcipitare ſe uelint, ipſum manibus operiunt, & inflictis in arena colaphis, quandoque exanimantur. Suſpenſi taurorum cornibus eoſdem pondere fatigant, Sunt ſolertes in maleficia. Vrſa reſupinata ſerpit ad fœtus, & latebram, in qua poritura eſt, ne ueſtigia venatoribus ſpeluncam prodant. Saturati occurrunt vomitione, quam ſibi excitant commãducatis formicis. Si uenatores inſtent, catulos partim dorſo partim ore rapientes, fugiunt in proximam arborem. Fœmina ſæuior eſt, & fortior mare. Erecti duobus aliquando pedibus ingrediũtur. Carnes depaſcuntur etiam putres. Reperiuntur vrſi in Myſia adeò uenenati, ut ſolo afflatu canes perimant. Apud Roxolanos inueniuntur pleriq; anſueſacti. Porrò urſi in longiore itinere ſine calceatu fatiſcunt. Viuunt froge, fronde, uindemia, pomis, apibus, cãcris, & formicis. Anteriores pedes ſunt inter eſitandum prædulces, & inſigni ſuauitate, quod frequenter partem hanc agitent, cùm apprehenſione, tum inceſſu.*

Infor-



Informis Verg. lib. 3. Georg. Informes vrſi, ſtragemque dedere.
Armatus vnguibus. Ouid. li. 10. Raptoreſq; lupos, armatoſq; vngui vrſos.
Oſſeis, ob Oſſa monte. Idem lib. 2. Fuſus in Oſſeæ villoſis pellibus vrſæ.
Turpis Idem lib. 3. Triſt. Et turpes inſtant morientibus urſi.
Auidus Ouid. lib. 3. Triſt. Vtque fugax auidis cernus deprehenſus ab urſis.
Raucus Stat. 11. Rauci tunc cominus vrſi, Tunc auidi venere lupi.
Præceps Mart. lib. 1. Præceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena.
Caledonius Mart. lib. 1. Nuda Caledonio ſic pectora præbuit urſo.
Grauis Idem, Nanque grauem gemino cornu ſic extulit urſum.
Libycus Mart. lib. 1. Quod freno Lybici domantur urſi.
Trux Val. Flac. lib. 2. Motiq; trucis ab ouilibus vrſi.
Villoſus Seneca, Nulla uilloſis feritas in urſis.
Radibus Pont. Diuulſus rabidi mandetur dentibus urſi.
Rigidus Pont. Dea ferre rigidos venabula in urſos.
Deformis Marull. Hinc neque deformes iunxerunt curribus urſos.
Terribilis Stroz. pat. Terribiles uerſos, flumineoſque ſues.
Crudus Conrad. Crudis animo rapaci Sæuior urſis.
Rapax Idem, Seu rapacis Pectus habens truculentus urſi.
Numidicus Crinit. Vrſos quidem Numidicos in Circo ro ab ædilibus editos.
Triſtis Petrarcha, Triſtis non murmurat urſus.
Ferox Fauſtus, Auritoſque ferunt lepores, urſoſque feroces.
Atrox Quint. Non urſus atrox fremuit.
Minax Architr. Minax urſus Nerei.
Erymanthius Glarean. Quem non bos, quem non leo, non Erymantibus urſus.
Sæuus Iuuen. Stat. 15. Sæuis inter ſe conuenit urſis.
Numida Iuuẽ. Sat. 14. Cominus urſos Figebat Numidas Albana nudus arena.
Omniuorus, ab Ariſtotele uocatur urſus.

V R T I C A.

Mordax Ouid. lib. 2. de Arte, Aut piper urticæ mordacis ſemine miſcent.
Trux Pamph. Vrticaſq; truces, triſtiq; abſynthia ſuccu.
Aſpera Quint. Non urtica uorax perimit minus aſpera campos.
Mordens Mant. Mordentis genus urticæ.
Acris Iuuen. Sat. 11. Irritamẽtũ Veneris languẽtis, & acres. Diuitijs urticæ.

V S V S.

Experiens Pont. Vſus & experiens reperit ſimul.
Sagax Manil. Et quæcunque ſagax tentando reperit vſus.

V S V R A.

Vorax Lucan. lib. 1 Hinc uſura uorax auidumque in tempore fenus.
Dulcis Manil. Dulcibus uſuris æquè quoque tempora uendit.

V T R I S.

Vinarius Apul. Vinarios utres ferentes.
Ventoſus Mant. Non ſecus hæc rabies uentoſo inflatior utre.
Inflatus Suet. in Iul. Cæſ. Flumina nãdo traiiciens, uel innixus inflatis utribus.

V T E R V S.

Tumens Stat. lib. 12. Retinet iam certa tumentem Spes uterum.
Mollis Idem lib. 1. Syll. Parce puer, nè mollem uterũ, ne ſtatia lædas Pectora.

V T I L I T A S.

Commoda Theod. Cyr. Ipſarum autem legum commodam humanæ uitæ utilitatem ſuſcipite.

V V A

Rubens Verg. in Buc. Incultiſq; rubens pendebit ſentibus uua.
Mitis Idem lib. 1. Georg. Heu malè tum mites defendet pampinus uuas.
Turgens Idem Verg. de 4. Temp. Vitibus autumnus turgentes detrahit uuas.

Spumans

Spumans Colum.Et muſto ſpumantes exprimit vuas.
Viridis Idem,Virides vuas cuſtodiunt.
Duracina Colum.Duracinas uuas legi præcipiebat.
Illuſtris Pallad.Rut.Illuſtres vuas ſine rore colligimus.
Falerna Horat.lib.2.Carm.Minimum Falernis inuidet vuis.
Penſilis Idem lib.2.Ser.Tum penſilis vua ſecundas, Et nux ornabat menſas.
Methymnæa.Horat lib.2.Serm.Quod Methymnæam vitio mutauerit vuam.
Racemifera Ouid.lib.3.Met.Ipſe racemiferis frondem circundatus vuis.
Picta Ouid.lib.4.Met.Purpura fulgorem pictis accommodat vuis.
Nitens Idem lib.14.Met.Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus vuis.
Tumida Idem lib.15.Tumidæq; in vitibus vuæ.
Dulcis Idem lib.3.Triſt.Non hic pampinea dulcis latet vua ſub vlmo.
Pampinea Idem lib.3.de Ponto,Nec tibi pampineas autumnus porrigit vuas.
Pendens Mant.Vuis onerat pendentibus vlmos.
Tenera Calent.Tenerasq; potens deus adijcis vuas.
Generoſa Ouid.lib.2.de Rem.Generoſæ fertilis vuæ Vinea.
Prædulcis Plin.lib.14 Tarentinum genus aliqui fecere prædulci vua.
Thaſia Idem lib.14.Thaſiam uuam Agyptus uocat.
Odorata Syll.lib.7.Dulcis odoratis humor ſudauit ab uuis.
Nobilis Mart.lib.1.Præſſerat hic madidos nobilis uua lacus.
Veientana Idem lib.2.Veientana tuam ſi domat uua ſitim.
Marcens Idem Mart.lib.5.Marcentes tibi porigentur uuæ.
Stillans Idem lib.10.Et tollit ſtillantem Fannius uuam.
Delicata Idem,Nec quæ paludes delicata pontinas. Ex arce cliui ſpectat vua (Setini.
Grauida Claud.Et grauidis allatret Syrius vuis.
Madens Claud.Autumnusq; madentibus imbuat vuis.
Læuis Nemeſianus,Tum primum læues oſtendit pampinus vuas.
Aureola Polit.Aureolamq; metit lentis de vitibus vuam.
Placida Sedul.Labruſcam placidis quid adhuc præponitis vuis.
Mollis Theocr.Molliq; recumbit in vua.
Pendula Mant.Pendulaq; electri gratum imbuit vua colorem.
Agreſtis Idem,Colligere agreſtes vuas, & fraga peroſus.
Frigida Idem,Frigida morboſam temperet vua canem.
Ollaris Adr.Card.Ollares etiam dabantur vuæ.

## *VVLCANVS.*

*Vulcanus,filius fuit Iouis & Iunonis,à parentibus ob deformitatem deiectus in Lemnon inſulam vbi officinam unà cum Cyclopibus miniſtris habere dicitur. Ea autem ruina qua decidit è cœlo,claudus factus eſt.Vxorem habuit Venerem,cuius precibus( ut eſt apud Vergilium) fecit arma & clypeum Aeneæ,ut precibus Tethidis Achillis arma S lent enim poetæ firmiſſima quæq; & ualidiſſima ferrariæ artis opera tribuere Vulcano quem deum fabrorum & ignis faciunt. Et aſcribunt monile Hermiones, Ariadnæ cor nam,currum Solis, & Iouis fulmina. Martem & Venerem in adulterio deprehenſo uinculis illaqueauit,teſtante Ouid. Ferrariam fabricã exercuit primus. Filios habuit Erichthonium,Cacum,Ceculum,& Tullium Seruilium. In nuptijs Mineruæ, quam vxorem petiuerat, repulſas paſſus eſt. Infans nutritus eſt ab Eurynome Oceani filia & Theude,uel,ut alij uolunt,à ſimijs. Relatus eſt in numerum deorum, quod ſuperis cum Gigantibus congreſſuris arma fabricaſſet,& fulmina.*

Inipotens Verg.in Cul.Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit ab alto.
Lemnius Idem lib.8.Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris.
lciber Lucan.lib.11.Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Aetnæ.
is Horat lib.1.Carm.Vulcanus ardens vrit officinas.
s Idem lib.3.Hinc auidus ſtetit Vulcanus.
gena Ouid.lib.4.Met.Indoluit facto,Iunonigenæq; marito.
ais Stat.lib.1.Syll.Regemq; coruſci ignis.





Flammeus Idem lib.2.Syll.Vbi flammeus ægida cælat Mulciber.
Tardipes Pamph.Tardipedis petit hæc Siculis ara Dei.
Iouialis Mart.Cap.Vulcanum verò Iouialem ipſe Iuppiter poſcit.
Claudus Idem,Quidam etiam faber claudus uenit.
Iunonius Idem,Qui licet crederetur eſſe Iunonius.
Solers Idem,Lemnius Mulciber fabrilium operum ſolers maritus.
Faber Pont.Quem fumida Lemnos Exercet fabrum.
Feruens Idem,Vulcano feruente coquunt.
Claudicans Tho.Rad Vulcanus ultrò citroq; diſcurreret claudicans.
Siculus Pamph.Hæc ego do Siculus quæ faber arma Ioui.
Igneus Crinit.Vulcanus furit igneus.
Sonax Quint.Lemnoſq; ſonacem Vulcanum.
Ferrugineus Mich Angl.His ferrugineo eſt diua locuta deo.
Lypareius Idem,Hæc fortuna dedit,contra Lypareius heros.
Aetnæus Idem Angl.Imperet Aetnæo tua magna potentia fabro.
Loripes Idem,Perdite loripedis veſtigia tarda maligni.
Ignificus Anglicus,Terreat ignifici frucantia pectora monſtri.
Niger Mantuanus,Exurgenſq; niger fluido Vulcanus ab imbre.
Fulminoſus Calent Martem Mulciberum vè fulminoſum.
Puluerulentus.Cantal.Puluerulentus abit ſubitas Vulcanus in iras.

## VVLGVS.

Incautum Verg.lib 3.Georg Dira per incautum ſerpant contagia uulgus.
Stolidum Idem in Aetna,Nec te decipiant ſtolidi mendacia uulgi.
Fallax Idem in Cyri,Irritáq; expertum fallacis præmia vulgi.
Ignobile Idem lib.1.Aen.Sequitq; animis ignobile vulgus.
Incertum Idem lib.2.Aen.Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.
Miſerabile Idem,Collectam exilio pubem miſerabile vulgus.
Iners Lucan.lib 5.Tremuit ſæua ſub voce minantis Vulgus iners.
Miſerum Lucan.lib.7.Signa petit pugnæ miſeri pars maxima vulgi.
Imperitum Colum.lib.9.Quod ab imperito uulgo melicum appellatur.
Infidum Horat.lib.1.Carm.Aut Vulgus infidum rerrò & meretrix Periura.
Malignum Horat.lib.2.Carm.Et malignum ſperne vulgus.
Profanum Idem lib 3.Carm.Odi profanum vulgus & arceo.
Indoctum Apul.Vulgus indoctum roſas laureas appellant.
Rude Ouid.lib.2.Faſt.Artis adhuc expers & rude uulgus erat.
Mobile Syll.lib.6.Carceribus nondum reſeratis mobile vulgus.
Demens Idem lib.11.Impia dementis vulgi.
Attonitum Idem lib 17.Attonitum erumpit ſubita formidine uulgus.
Anceps Stat.lib 10.Nec non ancipitis pugnat ſententia vulgi.
Mutabile Val.Flac.lib.1.Regniq; acuat mutabile uulgus.
Pauidum Claud.His dictis pauidi firmauit inertia vulgi.
Præceps Seneca,Et nunquam ſtabilis fauor vulgi præcipitis mouet.
Vile Idem,Vulgus dominam uile ſequamur.
Iniquum Polit.Non oportunus iniqui Iudicio vulgi.
Inualidum Marull.Inualidum in vulgum animis rapi.
Mordax Stroz.pat.Quodq; diu fuerim mordaci fabula vulgo.
Humile Idem,Sic te humili potuit virtus ſecernere vulgo.
Loquax Idem,Nec inepta loquacis Grandibus auerti ceptis ſententia uulgi.
Mendax Conrad.Sperne mendacis rabioſa uulgi Murmura.
Inſtabile Idem,Alter ad uulgi inſtabilis fauorem.
Multifidum Idem,Dignus multifidum docere uulgus.
Procax Idem,Quas regit uulgi ſtrepitus procacis.
Incomptum.Idem,Vulgus incomptum gelidis ſub oris.

Inuidum Augurell. Quis loquatur inuidum, & turpe vulgus.
Inſcium Idem, Quæ vulgus odore inſcium.
Variabile Idem, Seſeq; inter variabile vulgus liquentes.
Agreſtes Pacificus, Fugiebat agreſte Vulgus.
Debile Mant. Nos debile vulgus Pannoſos.
Indocile Idem, Indocilis cœpit ſæuire licentia vulgi.
Futile Idem, Timidumq́; vocant, & futile vulgus.
Vanum Idem, Quæ nomina vanum Vulgus ait.
Inops Idem, Vulgus inops macie affectum.
Clamoſum Idem, Fugiens clamoſi murmura vulgi.
Leue Idem, Præcipitesq́; leuis vulgi ſedare tumultus.
Ignarum Idem, Omnia quæ ignarum credit miracula vulgus.
Trepidum Idem, Trepidi rudia agmina vulgi.
Inconſtans Idem, Leue & inconſtans, ac mobile vulgus.
Auidum Idem, Vulgus inops, lucrandi auidum.
Indomitum Cantal. Non tractabile vulgus Indomitumq́;.
Rebelle Idem, Vulgus & appoſito premit obſidione rebelle.
Mordens Fauſt. Publica nec fierem mordentis facula vulgi.
Naſutum Idem, Garrula quid metuis naſuti murmura vulgi.
Latrans Fauſt. Inuida latrantis rumpantur pectora vulgi.
Imprudens Idem, Nititur imprudens, & ſpe ludit inani.

## V V L N V S.

Hiulcum Sido. Vel adhuc vlceroſæ cõſcientiæ hiulca vulnera veſtro ſalcẽ, &c.
Crudele Verg. lib. 4. Aen. Nec moritura tenet crudeli vulnere Dido.
Martium Idem lib. 7. Aen. Martia qui ob patriam pugnando vulnera paſſi.
Lethale Lucan. lib. 4. Pariter ſternuntq́;, caduntq́; vulnere lethali.
Atrum Verg. lib. 9. Pectus abit, reditq́; ſpecus atri vulneris vndam.
Acerbum Stat. lib. 9. Theb. Ergo profanatũ Menalippi funus acerbo Vulnere.
Triſte Ouid. lib. 3. Met. Triſtia ſanguinea lambentem vulnera lingua.
Lethiferum Lucan. lib. 7. Quærere lethiferum per cuius viſcera uulnus Exierit.
Miſerabile Ouid. lib. 5. Triſt. Si quid & inſtabat dominæ miſerabile uulnus.
Pallens Lucan. lib. 9. Tunc ſuper incumbens pallentia vulnera lambit.
Putridum Cato, Eadem vulnera putrida, cancroſq́; purgabit, ſanoſq́; faciet.
Violentum Lucret. lib. 6. Demit imaginibus violento uulnere honorem.
Immedicabile. Oui. li. 1. Met. Cũcta prius tentanda, ſed immedicabile uulnus, &c.
Calidum Idem lib. 5. Torquet in hunc clauem calido de uulnere raptam.
Inconſolabile. Idem ibidem, Iura ſui mœrens inconſolabile vulnus.
Sæuum Syll. lib. 4. Ter quinas dederat ſæua inter vulnera letho.
Fœdum Ouid. lib. 13. Hunc procul ut fœdo diſiectum vulnere uidit.
Inhoneſtum. Verg. lib. 6. Aen. Et truncas inhoneſto vulnere nares.
Crudum Sabell. Dixit, & in crudum defixit lumina uulnus.
Graue Ouid. lib. 3. Triſt. Deq́; graui duras uulnere tolle manus.
Inſanabile Iuuen. Sat. 15. Immortale odium, & nunquàm inſanabile uulnus.
Infeſtum Calent. Mœnia, diuinoſq́; infeſto uulnere muros.
Durum Syll. lib. 8. Vtq́; ora agnouit, & ægrũ Vulnerib. duris, ac lamentabile (viſu.
Patulum Idem lib. 14 Vulneribus patulis intrat mare.
Atrox Salu. in Iug. Remp. nuper ex atrociſſimis bellorũ ciuiliũ uulneribus.
Aſperum Stat. lib. 2. Theb. Armantq́; virum, ſæpe aſpera paſſum Vulnera.
Immane Strox. fli. Hoſtis ab immani gliſcentes vulnere uires Suſcitat.
Infoſſum Stat. lib. 8. Theb. Penitus cui non infoſſa cerebro Vulnera.
Tremebundum. Idem lib. 10. Liceat miſero tremebunda leuare Vulnera.
Hians Idem in Achill. Quid faciat ſomnos quid hiantia uulnera claudat.
Malum Propert. lib. 2. Hæc atq́; illa mali vulneris una uia eſt.

Stridens



Stridens Val. Flac. lib. 2. Pars tenues, & adhuc ſtridentia prenſat Vulnera.
Fatale Idem lib. 6. Auſoniæ vulnus fatale, ſed haſtæ Per clypeũ, per pectus (agit.
Diuiduum Sidon. Diuidua ancipitem carpſerunt vulnera vitam.
Mortiferum. Liuius, Conſul mortifero ictus vulnere cadit.
Periculoſum Cic. in 14. Philip. Duobus periculoſis vulneribus acceptis, &c.
Ferreum Pont. Ferrea cæra Vulnera perlinito frigus ne permeet artus.
Cauum Pont. Deturbant antro, & femori caua vulnera figunt.
Amarum Idem, Hæc mihi præripuit ſenſus, & amara videndo Vulnera dat.
Miſerandum Stroz. fil. Fraternus obitus, miſerandaq́; vulnera deflet.
Truculentum. Pamph. Saxus, Fortè times ſæui truculento vulnere fati.
Sanguinolentum. Idem, Baſſanus vulnera victor Eſt vltus gladij ſanguinolẽta ſui.
Cruentum Idem Pamph. Extinctum cur me laceras iam Lygæ cruento Vulnere.
Formidabile. Philelph. Fulmineas acies, & formidabile vulnus.
Spirans Quint. Sanguineæq́; canit ſpirantia vulnera pugnæ.
Impium Idem, Nõ prius audiuit ſonitu, q̃ vulnera latis Impia cõſpexi muris.
Luctificum Mich. Ang. Nõ dira rubigo Luctifico flauas mordebit vulnere meſſes.
Exitiale Mant. Accepiſſe ducem ſubter præcordia vulnus Exitiale.
Largifluum Val. Varan. Omnia largifluo manans de vulnere ſanguis.
Mortale Verg. lib. 2. Aen. Mortali decuit violari uulnere diuum.
Cęcum Idem lib. 10. Cęcum dare cuſpide vulnus.
Vulcanium, quaſi igneum. Verg. in Cul. Alter Vulcania ferro Vulnera proiectis depellere nauibus inſtat.
Liuens Glarean. Sola redemptoris liuentia vulnera Chriſti.
Sordidum Bapt. Pius, Ille cutem Libyci per ſordida vulnera Bacchi.

## V V L P E S.

Aſtuta Horat. lib 2. Serm. Aſtuta ingenuum vulpes imitata leonem.
Fallax Ouid. de Phil. Fallax vulpecula gannit.
Olida Mart. lib. 10. Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem.
Doloſa Stroz. fil. Fama canes ciet è latebris uulpeſq́; doloſas.
Caudata Theocrit. Odi ego caudatas uulpes.
Sceleroſa Mich. Angl. Marmorico quantum vulpes ſceleroſa leoni.
Sagax Mant. Putes vlulare lupos, gannire ſagaces Vulpeculas.
Hirſuta Idem, Et hirſutæ roſerant haſtilia vulpes.

## V V L T V R.

*Vult, ſiue vulturius, auis rapax, tardè volat pp corporis molẽ, cadauera ſectat̃, & carne viuit. Aiũt hãc aũt cõcipere ſine maſculorũ ſemine, & ſine cõiunctione gñare, natoſq́; ex ijs in multã ætatẽ pcedere ad annũ vſq́; centeſimũ. Clarẽt odoratu, vultures nigri pualẽt; nidificãt in altis rupibus, nidos nemo attigit. Fœtus ferè cernunt bini. Vmbritius apud Pliniũ ait parare oua 13. Biduo pſentiũt futura cadauera. Fugant̃ unguẽto. Comedũt ſemẽ ſiſeris. Auxilio ſunt cõtra ſerpẽtes. Hermodotus Põticus apud Plut. in uita Romuli, teſtis eſt, uultures eſſe oĩum aĩalium innocentiſſimos, q nihil prorſus attingant eorũ q̃ ſerant hoĩes, plãtent, alant. Animantiũ ꝑterea nullã interimant, uolucribus quoq́; vel mortuis abſtineat, quodam cognationis intellectu.*

Edax Ouid. lib. 1. Triſt. Aut edax uultur corpus circunſpicit.
Obſcœnus Syll. lib. 13. Exanima obſcœnus conſumit corpora vultur.
Auidus Seneca, Vbi tondet ales auida fœcundum iecur.
Dirus Val. Flac. lib. 4. Media inter pabula diri Vulturis.
Cupidus Pont. Prædaq́; ſum cupidis heu data vulturiis.
Pulpans Tho. Rad. Vultur pulpans, accipiter pipans.
Niger Marul. Obſcœnæq́; nigri vulturij dapes.
Rapax Mant. Vulturq́; rapax, & odora canum vis.
Tardus Calent. Aut milui & tardi vulturis inſidias.
Caucaſeus Propert. lib. 2. Caucaſeas etiam ſi pateremur aues.
Promethæus Bapt. Pius, Atq́; promethæi vulturis vngue trahi.

Montanus

Vetus eſt ſpirās ab hyberno occidēte, medius inter Eurū & Notum. Eſt etiam flu uius labēs per Campaniam.

Montanus Idem, O potius montane trahes mea pectora uultur.

Seuus Claud. Quid dicam Tityon, cuius ſub uulture ſeuo.

Predo Mant. Vulturis effigiem quotiens predonis & ora Viderit.

V V L T V R N V S.

Altitonans Lucret. lib. 5. Altitonans uulturnus, & auſter fulmine pollens.

Sonorus Syll. lib. 8. Fluctuque ſonorum Vulturnum.

Cæruleus Crinit. Vulturnus vndis lene fluctibus. Tollit decorū cęruleus caput.

Rapax Claud. Vulturnusque rapax & Nar vitiatus odoro Sulphure.

V V L T V S.

Decorus Claud. Veſtibuli cuſtos, uultu longęua decoro.

Renidens Val. Flac. lib. 4. Iuno renidenti cohibens ſuſpiria vultu.

Pulcher Claud. Addebant pulchrum noua mœnia uultum.

Placidus Idem, Et placidi radiant in caſſide uultus.

Loquax Ouid. lib. 2. Eleg. Mę ſpectanusq; meos, uultumque loquacem.

Lucidus Seneca, Sic te lucidi vultus ferant.

Niueus Pont. Et niueos tingit noua purpura vultus.

Dulcis Pont. O dulces matris uultus.

Placidulus Thom. Rad. Vultu placidulo nudo.

Nitens Marul. mane quum leuat toto Vultus nitentes.

Rutilus Idem, Rutilis ferenda vultibus.

Benignus Pamph. Sax. Vultu me lege, te precor benigno, Lęto ſydereo.

Egregius Idem, Cuius in egregio uultu, facieque nitenti.

Lacteus Conrad. Dum lacteo vultu ſolutis Candida progreditur capillis.

Geſtuoſus Idem, Mox geſtuoſo labra uultu exaſperans.

Candidus Crinit. Et candido uultu chartis.

Ridens Id. diua ridenti creat alma uultu.

Roſeus Quin. Roſeo quarum pulcherrima uultu Caliope.

Nitidus Quint. Nitidis qui vultibus omnia luſtras.

Auratus Idem, Auratos confixo lumine uultus.

Serenus Bapt. Pius, Sed uultu fallit mea uota ſereno.

Hilaris Idem, Candida pax, hilaris vultus, moresque benigni.

Sudificus Bapt. Pius, Vultu ſudifico tenebras, & multa fata Rapis.

Blandus Tibul lib. 1. Semper ut inducar blandos offers mihi vultus.

Venuſtus Mant. In vultu reuerentia tanta uenuſto.

Verecundus Idem, Lęta verecundos decorabat gratia vultus.

V V L V A.

Sordida Plaut. Stratę, ſcruppę de ſtatu vuluę ſordidę.

Excauata Mart. lib. 7. Et excauatę pellis indecens vuluę.

Tumens Idem lib. 11. Nam dum tumenti merſus heret, in vulua.

Marcens Perſius Sta. 4. Populo marcentes pandere uuluas.

Rigida Iuuen. Sat. 6. Clauſit adhuc ardens rigidę tentigine uuluę.

X E R X E S.

*Xerxes, Darij fuit filius, Perſarum regum maximus. Is Aegyptum, quæ à parte deſciuerat, recepit: expeditionem quam Darius ipſe in Athenienſes cogitauerat, apparatu quinque annorū proſequens, decies centena hominum millia collegiſſe fertur, & amplius. Habuit enim de regno ſuo ſeptingenta millia, de auxilijs trecenta, roſtrates naues mille & ducentas, onerarias ad tria millia, toto numero habuit tria millia nauium, in quibus fuerunt hominum myriades 25. Terreſtris autem exercitus fuerunt centum & ſeptuaginta myriades, equitum octo. Propterea Græci confin erunt eum ſuis nauibus pedicas. Neptuno iaculorum & haſtilium multitudine tenebras ſoli fuiſſe comminatū. Herodot ſcribit ex Abido ad ulteriorem cōtinentem 7. ſtadiorum traiectū pontibus iunctū fuiſſe, quæ omnia quum ſuborta tempeſtas diſſoluiſſet, Xerxes (ut ait ill ) id ægre feres, infligi uerbera iuſſit Helleſponto, & colaphos incuti, additis etiam minis, verbis ignominioſis. Ille*



*Ille idem Herodotus fabulatur. Scamandrum, Meleniam & Lyſum fluuios, lacum item triginta in circuitu ſtadiorum potantibus Xerxis equis & iumentis ex ſiccatos fuiſſe, quod fidem facit, militares illas copias fuiſſe admodum numeroſas, & nunquàm poſt hominum memoriam viſas. Has autem de alia ſpecula proſpiciens, fleuiſſe fertur. Valerio teſte, quòd poſt centum annos nullus eorum eſſet ſuperfuturus. Hac igitur multitudine ſtipatus, & velis aerem, & nauibus pontum operuit. Athon Macedoniæ montem intercidi iuſſit ad mare recipiendū in foſſam tantæ latitudinis, ut duæ triremes illac ſimul tranſire poſſent, quod feciſſe fertur, non tam vt neceſſarium expeditioni bellicæ, quam vt ſuæ potentię monumentum poſteritati relinqueret. Nihilominus victus apud anguſtias Thermophylarum à Leonida Spartano quatuor tantum millibus hominum ſtipato, nauale deinde certamen cum Themiſtocle tentauit, à quo item ſuperatus, turpiſſimè fugam arripuit, conſcenditq; piſcatoriam nauiculam, qua relictis copijs, ut priuatus Salamina furtim ſe recepit. Quam meticuloſam eius fugam prius portenderat equa, quæ in eiuſdem exercitu pepererat leporem. Relictus ab eo Mardonius cum quadringentis millibus profligatus eſt apud Bœotiam. Aliquot demum poſt annis, quum ad eluendum uetus opprobrium, pugnam inſtauraſſet Xerxes, nihilo meliorem adeptus fortunam otio, & ignauiæ ſe totum mancipauit, tantiſq; delitijs, & uoluptatibus, vt ijs mercedem, & præmia conſtituerit, qui nouum luxuriæ genus adinuenerint, Propterea domeſticis adeò, cœpit uileſcere, ut etiam ab Artabano præfecto tantam mollitiem peroſo, ſit interfectus in ſua regia, quum octo, nec amplius regnaſſet annis. De quo Iuuenalis Satyra decima.*

Perſicus Fauſtus, Perſicus vt Danaum doctor ſubuerteret orbem.

Mœdus Iuuen. Defeciſſe amnes, eoaq; flumina Mœdo Prandente.

Inflatus Sidonius Apol. Inflatum numeroſitate Xerxem, atque hunc fluminibus, &c.

Refugus Polit. Multoq; obſtrictæ funere Xerxem Thermopylæ tarda refugū.

Cupidus Pamph. Sax. Horruit & cupidi gloria Xerſis athos.

Superbus Quint. Et Syllā, Marius acer, & triſtis Cato, Xerxes ſuperbus, &c.

Tumidus Lucan. lib. 2. Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem.

Perſes Idem lib 2. Et effuſis numerato milite telis Deſcendit Perſes.

Pauidus Mant. Nec pauido Xerxi ſimilis, cum milite multo Funderis à paucis.

X E N O P H A N E S.

Colophonius Theod. Cyr. Hanc itaq; impoſturam Xenophanes Colophonius accuſans, ita inquit.

Z A C Y N T H O S.

Dulichia Syll. lib. 2 Armataq; Dulichia proauis portata Zacyntho.

Nemoroſa Verg. lib. 2 Aen. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Parua Mant. in Alph. Leucadaq; excelſam, & paruæ nemora alta Zacynthi.

Alta Ouid. in Epiſt. Dulichij Samijq;, & quos tulit alta Zacynthos.

Z E N O.

Eleates Theod. Cyr. Quin & Chius Metrodorus, & Zeno Eleates, &c.

Z E P H Y R V S.

Olens Augur. Vincire, & Zephyri bene olentis abire ſub auras.

Leuis Verg. Quum leuis alterno Zephyrus concrebuit Euro.

Spirans Verg de 4. Temp. anni, Vere tepet picto Zephyris ſpirantibus aer.

Mollis Lucan. lib. 4. Et tepidum in molles Zephyros excurrit Ilader.

Pennatus Lucret. lib. 5. Pennatus graditur Zephyrus ueſtigia propter.

Furens Homer. apud Gell. li. 2. c 22. Cumq; Euro incubuit Zephyruſq; Notuſque furentes.

Tepens Ouid. lib. 2. Faſt. Aut niue quæ Zephyro uicta tepente fluit.

Blandus Syllius lib. 12. Blandiſq; ſalubre Ver Zephyris, tepido mulcebat rura ſereno.

Volucer Stat. lib. 3 Syl. Fidere ſeu uolucres Zephyros præuertere telo.

Horrificans

Horrificans. Catull. Horrificans Zephyrus procliues incitat undas.
Felix  Pont. Spirat odoratus Zephyris *felicibus* aer.
Mitis  Pont. At mitis ab orbe Heſperio Zephyrus lenia flabra mouet.
Mulcens  Sabell. Vernabat ſtratum Zephyris mulcentibus æquor.
Vernus  Augur. Quibus uerni ſpirant uiridantibus ęqua Temperie Zephyri.
Placidus  Philelph. At placidos tantum Zephyros, auraſq; tepentes.
Citus  Guill. Caſtel. Ipſe ſimul Zephyris deiiciare citis.
Clemens  Mant. Afflaret Zephyris omnem clementibus oram.
Serenus  Idem, Tota ſerenos Amittit Zephyros, totam prolabitur Eurus.
Genitabilis  Bapt. Pius, *Mollis odoratas* Zephyri *genitabilis* aura.
Lenis  Seneca, Nec adulta leni fluctuat Zephyro ſeges.
Secundus  Verg. Nec Zephyros audis ſpirare ſecundos.
Aeolius  Textor, Aeolijs longè mobilius Zephyris.

## ZODIACVS.

Signifer, à duodecim ſignis. Lucret. 5. Propter *ſigniferi* poſituram totius orbis.
Obliquus  Sabell. Cognita & obliqui ſemina zodiaci.

## ZONA.

Teres  Ouid. lib. 2. Faſt. Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.
Diuerſicolor. Mart. Cap. Nam eiuſdem genua zona quidē diuerſicolor ambiebat.
Arcta  Codr. Vrc. Non opus eſt arctis ſtringantur corpora zonis.
Aurata  Pamph. Sax. Fas ſit & aurata puerum te cingere zona.
Signifera  Val. Varan. Bis probè ſigniferam luſtrauit Cynthia zonam.

## FINIS.

## REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb.

Omnes ſunt quaterniones, præter † qui eſt duernio.